25

I. a. 7. 22.

Biblioteca ... Sala A 5 218

ueſtra cam
rta moſtrare
re, doquier
ſe dias primer
a qualquier e
de emperador

ocho reales.

Nº 3
23-127

del Collegio de la Compª. de Jhs. de Granada. R. 3455 Bibl.

# BENEDICTI ARIAE MONTANI ELVCIDATIONES IN QVATVOR EVANGELIA,

MATTHÆI,
MARCI,
LVCÆ &
IOHANNIS.

Quibus accedunt eiusdem elucidationes in Acta Apoſtolorum.

Por comision de los S. Inqqs. ... este libro conforme al expurg. del año de 632 En Granada 5. de Mayo 632 ... de Medrano




eſt quod inter-
orum ſcripta &
mplicitate, au-
cacitate confe-
di ex diuino be-
di

ANTVERPIÆ,
Ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regij.

M. D. LXXV.

## SVMMA PRIVILEGII.

REGIS *Priuilegio cautum eſt, ne quis alius præter Chriſtophorum Plantinum, librum hunc, cui titulus eſt,* Bend. Ariæ Montani elucidationes in quatuor Euangelia, & Acta Apoſtolorum: *intra decennium imprimat, aut impreſſum in ſuas ditiones importet, venalémue habeat. qui ſecùs faxit, pœna fiſco Regio exoluenda multabitur: vt latiùs in Regio diplomate expreſſum eſt, Dato Bruxellæ* III. *Aprilis* M. D. LXXIII. *ante Paſcha.*

*Subſign.*

I. De Perre.

# AD SANCTISSIMAM MATREM ECCLESIAM CATHOLICAM ROM. EIVSDEMQVE PONTIFICEM SVMMVM ET LEGITIMOS MINISTROS OMNES,

## BENEDICTI ARIÆ MONTANI PRÆFATIO.

NVLLVM ad mortalem hanc vitam rectè inſtituendam beateque traducendam, atque ad æternam demum ſalutem obtinẽdam aut commodius aut certius aut vtilius, aut maioris etiam compendij ſtudium eſſe, quàm ſacrę diſciplinę eius, quæ vtriuſque teſtamenti libris traditur, tum quàmplurimis à Spiritu ſancto dictatis & pronũtiatis ſententiis monitus, tum vſu ipſo & lõgioris temporis experimento edoctus, iam diu eſt quòd intellexerim; ex quo videlicet philoſophorum ſcripta & placita cum Chriſtiani Euangelij ſimplicitate, auctoritate & maieſtate atq; etiam efficacitate conferebã, oportunitatem huic rei vacandi ex diuino beneficio nactus eo tempore quo ex ſcholarum meditatione atq; exercitationibus, in quibus meas partes

 vtcun-

vtcunque feliciter ſedulo tamen egeram, de turba in otium honeſtum ſolitudinemq́ue me recepi. Adeò namque ſuauem ſacrorum eloquiorum cognitionem, adeò pulchram, adeò in omnes vitæ partes præſtantem, adeò deniq; Chriſtiano pioq́ue homine dignã cognoui, vt mirarer valde, quî fieri poſſet, vt qui ab huiuſmodi contemplatione atq; exercitatione alieni ſunt, alicuius ingenij ac iudicij homines quicquam in vita habere iucundi vel grati poſſint, quod tanti talisq́ue boni vel ſolari vel leuare inopiam valeat, ſine quo neque vitam ipſam vitam appellãdam putẽ. Quid enim in hominis natura dignius, quid pręſtantius, quàm rationis ſermonisq́ue facultas & vſus exiſtimatur? quippe quà non modò ſingulorum hominum vita, quemadmodum inſtituenda, ſed communis etiam coniunctio & ſocietas, quemadmodum colenda conſeruandaq́ue ſit, cognoſcitur & explicatur. Quod ſi harum rerum cauſa hominis natura inter cęteras animantes, pręcipuè felix digniſſimaq́ue eſt, vtpote cui cogitare atque animo meditari & cogitata efferre, inq; communem vtilitatem exponere à rerum omniũ conditore Deo donatum fuerit, quantò illud maius, quãtò præclarius eſt ducendum, non ſolùm aliorum hominum colloquium, ſed Dei ipſius qui & veræ rerum omnium cognitionis ſapientiſſimus doctor & ipſius humanæ felicitatis vnicus eſt auctor, conſiliis col-

loquiis-

loquiisq́ue moneri, præceptis imbui & inſtrui,pro-
miſſis pollicitationibusq́ue excitari, ac manifeſtis
promiſſorum donorum exemplis augeri & confir-
mari ? Equidem vel minimam horum beneficio-
rum partem cum nullis mundi huius diuitiis, nul-
lis opibus, nullis voluptatibus, nullis delitiis con-
ferendam eſſe tu mihi ſanctiſſima mater Eccleſia
iam inde à puero perſuaſiſti illud apud te ſæpiſſimè
audire & canere docto; Quàm dulcia faucibus meis
eloquia tua, ſuper mel ori meo! In via teſtimonio- “
rum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitiis. Bo- “
num mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti. “
Quam quidem ob rem nihil ipſe mihi præſtantius
in vita atque iucundius fore duxeram, quàm vt in-
ter cæteros qui in tuis caſtris, mater ſanctiſſima, va-
riis muneribus & officiis excolendis intenti mili-
tant, vnus ex priuatis militibus vitæ meæ tempus in
ſacris libris ad meam vtilitatem legendis ponerem,
ignotus tamen in mea ſolitudine agerem, vel ſaltem
ea quę didiciſſem, cum iis tantùm communicarem,
qui mihi vel familiaritate coniunctiſſimi, vel con-
ſuetudine eſſent proximi. Sed cùm præter animi
conſiliique mei propoſitum illinc diuulſus, peregri-
nari, & varia loca inuiſere cogerer, atque illius otij
mei cùm amicis in familiari colloquio, tũ tibi Eccle
ſia Mater in ſacro illo Cõcilio Tridẽti coacto ex offi-
cij mihi impoſiti iure rationẽ reddere deberẽ, à mul-

tis ſæpiſſimè monitus & poſtulatus, atque adeò efflagitatus fui, vt ſtudia in ſacros libros mea cum quàmplurimis communicarem Chriſtianis; atque id vt quàm diligentiſſimè imprimis agerem, quorundam piiſſimorum ex te virorum obteſtationibus prouocatus ſum, qui ſibi plura de me pollicebantur quàm ipſe vnquam à me præſtari poſſe exiſtimauiſſem. Sed cùm tot ac tantis poſtulationibus, ſalua pietatis reuerētia, omnino deeſſe me non poſſe intelligerem, periculum facere cœpi facultatis meæ & obſequij tibi, Mater, hoc ſcribendi officio demonſtrandi, incepto in duodecim Prophetas minores commentario, quod ante quatuor annos tibi dicabam, cui operam meam qualemcunque, omnem tamen quam in ſacris ſtudiis à me poni contigerit, conſecrare conſtitui. Prodiere poſtea in lucem ad publicum Chriſtianorum vſum celeberrima illa Biblia Philippi Catholici Regis mei conſilio, iuſſu & liberalitate Antuerpiæ excuſa, atque per me Regis ipſius nomine tibi primùm, Gregori Pontifex maxime ac ſanctiſſime Pater primis ponficatus tui menſibus coràm iſtique ſanctæ Romanæ ſedi oblata; in quibus præter nominis mei (qui illud opus procurauerum) tenuitatem, nihil exiſtimo ab aliquo, qui rectè examinauerit atque animaduerterit, fuiſſe exceptum: quanquam ille qui abſoluto operi adiunctus eſt Apparatus, aliis quibuſdam

buſdam partibus inſtrui poſſet, neque incommodis, neque inutilibus;quas tamen temporis quo tanta moles conſtructa fuit, anguſtiis, nempe quadriennio excluſi, adornare vt par erat, non potuerimus. Fuerunt interim alia nobis publicam vtilitatem perpetuò cupientibus per feſtos dies compoſita vario carminum genere ad pietatis tamen cultum & ſtudium deſtinata, quippe vtraque orationis forma Spiritum ſanctum ad Eccleſiam ſuam iuuandam, oblectandam & excitandam vſum fuiſſe conſtat. Quibus omnibus laboribus noſtris quamuis exilioribus & pro rerum argumentorumque grauitate leuioribus, tamen hominum de nobis iudicia experiri cœpimus, plerumque æqua, eorum præcipuè, qui non ex perſonæ auctoritate ac dignitate, neque ex verborum apparatu & ornatu, ſed ex rerum ipſarum pondere & vtilitate æſtimandum eſſe arbitrantur. Huiuſmodi enim animo ac mente affectorum quàm plurimorum ex omni ordine virorum (quos ob multitudinem enumerare ac nominare ſuperuacaneum modò eſſet) tum præſentibus iuſſionibus & hortationibus, tum epiſtolis ac mandatis & tuo præcipuè ſanctiſſime Pater iuſſu permotus atque impulſus fui, vt iuuandis hoc officij genere Chriſtianis fratribus meis & ſacrarum diſciplinarum ſtudioſis totum me dederem, id quod ipſe quam libentiſſimè excipiens diuino beneficio

promotus egiſſem, & pro facultatis meæ ratione præſtare eniterer, niſi hoc interim toto ferè præterlapſo tempore cum valetudine minùs firma impeditus, tum verò curis ab hoc ſtudiorum vſu planè alienis diſtentus, atque publicarum calamitatum dolore & ſenſu occupatus; maius aliquod opus quod moliebar atque ad tertiam vſque partem produxeram, ſæpiſſimè intermittere coactus fuiſſem. Sed quoniam in omni rerum ac temporum ſiue ſecundo ſiue aduerſo euentu nulla oblectamenta, nulla ſolatia ſacrorum eloquiorum meditationi æquanda experti ſumus, ſicut ſcriptum eſt; Cantabiles mihi erāt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ: quamcunque vel nocturnam vel diurnam horulam ab illis occupationibus moleſtiſſimis penè tamen neceſſariis remiſſam habuimus, ea tanquā noſtra ad ſacras chartas euoluendas & recolēdas vtebamur, & nonnulla interim breuiter commentabamur quæ nobis argumentum breuiter expedirent, & quibuſdam fortaſſis adiumento eſſe poſſent, ad ea recolēda, quæ apud complures expoſitores diſperſa non poſſint abſque magno temporis diſpendio relegi. Hanc autem exiguam meditationem noſtram vno atque altero ſpecimine doctis & piis viris, quorum familiaritate atque honeſtiſſima conſuetudine vtebamur oſtenſo, non modò probari intelleximus, ſed dignam cenſeri

quam

quam continuato opere in omnia Teſtamenti noui ſcripta produceremus ; id quod ipſi quantum de nobis exiſtimare poſſumus, non tam aptè præſtitiſſe, quàm ſedulo ſuſcepiſſe nobis videmur. Quamquam enim quod ad pietatis rationem & Catholicæ fidei integritatem & conſtantiam, atque præcipuorum Chriſtianæ fidei articulorum cognitionem nihil minus mihi eſſe facultatis exiſtimem, quàm doctiſſimo cuique Catholicæ Eccleſiæ filio atque diſcipulo; tamen ex cæteris partibus, quæ vel ad ſummæ eruditionis exemplum, vel ad exquiſitæ atque elegantis orationis commendationem referuntur, nunquam tantum in me cognoui quantum ij ineſſe exiſtimant, qui charitate atque animi candore inducti, quæ ipſe planè tenent & abunde poſſident, ea à me ſignificari ac breuiter adnotari atque ideo non ignorari arbitrantur. Vtcunque verò hoc ſeſe habeat, illud tibi, mater ſanctiſſima, exploratum atque piis fratribus meis, filiis tuis omnibus perſuaſum eſſe cupio, animum, ſtudium, conatum laboremq́ue meum omnem (modò votis meis ſponſus tuus Ieſus Chriſtus annuat) ad inſeruiendum tibi vni, atque ad pietatis Chriſtianæ, Catholicæq́ue diſciplinæ rationes promouendas perpetuò eſſe atque fore intentum, illudq́ue mihi cumprimis eſſe propoſitum, vt quidquid exiguus facultatis meæ fundus, cum proprio ſtu-

dio, tum ſociorum & amicorum piiſſimorum be-
nigno ſubſidio cultus, tum præcipuè Dei benigni-
tate fotus, fructuum protulerit, id omneante tem-
pli tui aras expoſitum tibi dedicem & conſecrem.
Tuum verò, ſanctiſſima Eccleſia mater, fuerit quæ-
cunque à me dicata ſacrataque ſint, per miniſtros
ac ſacerdotes tuos diſcernenda atque diiudicanda
curare; & quid ad ſacra miniſteria idoneum, quid
ad ſanctorum ornamenta locorum aptum, quid
ad pauperiorum & eruditione minùs valentium v-
ſum referendum, quid rurſus ineptum & reiicien-
dum ſit, diſpicere atque ſtatuere. Namque iu-
dicem omnium Deum teſtor, me neque priuati
commodi cogitatione, neque vlla ambitione aut
humanæ gloriæ cupiditate, ſed vnico diuini hono-
ris & communis ac publicæ Chriſtianorum om-
nium vtilitatis atque animorum ſalutis ſtudio inci-
tatum & piorum virorum cohortationibus com-
motum, ea quæ ipſe mihi priuatè cogitanda exco-
lendaque initio conſtitueram, diuini deinde hono-
ris & publici commodi ſtudio concitatum piorum-
que virorum cohortationibus commotum in pu-
blicum edere; ideoque illud velle atque optare, vt
rebus rationibusque meis omnibus id quod verum
honeſtum atque legentium vſui aptiſſimum com-
modiſſimumque fuerit anteponatur. Reliquum
autem mihi fuerit, Mater dulciſsima, omnipotētem
& to-

& totius miſericordiæ parentem Deum precari, vt ſancto illo Spiritu ſuo, quo te ab initio fouit & promouit, ad abſolutam vſque perfectionem cum ſumma pace ac tranquillitate adaugeat & perducat. Antuerpiæ pridie feſti Natalis Ieſu Chriſti ſponſi tui cui ſit honor & imperium in ſecula ſeculorum.

*cilius, apertius, atque omnibus qui ſenſu menteq́ valent, expoſitum & cognitioni ferè peruium, niſi quòd iis magis etiam planum eſt, qui in ſacris euoluendis chartis atq; in ſermonis illius peritia magis fuerint exercitati. Hoc verò alterũ difficilius & obſcurius eſt, quódq; non linguæ tantum facultatem, ſed multarum diuinarum humanarúmq; rerum, atq; adeò ipſius argumenti ad quod oratio refertur, cognitionem poſtulat, magnámq; eius artis quã interpretatricem dicere iure poſſumus, peritiam exigit: cuius artis complura capita ſunt, quæ huiuſmodi diſputationem non ſuſcipientibus nunc nobis conſulto prætermittuntur; illud tantum indicare contentis, vniuerſam interpretandi rationem, quæ præceptis, inſtitutis obſeruationibusq́ variis traditur, duobus il s capitibus ac veluti ſummis conſtare, ſimplici verborum notatione & expoſitione & ſententiarum argumẽtorúmque apta & conſona rebus ipſis notitia. Atq; vtriuſq; partis copiam nec pleniorẽ nec meliorem neque etiam aptiorem ex alio vllo loco in terris quàm ex ipſis veri inueniendi fontibus beneficio Dei in Eccleſia ſcaturientibus, hoc eſt ex diuinis libris peti compararíq; poſſe D. Auguſtini & aliorum omnium probatiſſimorum ſapientiæ ac ſcientiæ profeſſorum communis conſtansq́ ſententia eſt.*

*Verùm enimuero cũ in immenſo atq́ infinito penè ſapientiæ & ſcientiæ cãpo, qui ſacros libros legentibus aperitur, multa etiã viſantur loca, quæ variarũ maximè verò hiſtoriã ſpectantiũ rationũ argumenta ſignificatione magis indicent, quã aperta expoſitione declarẽt, eiuſmodi rerũ ſuppetias ex aliis auctoribus & libris atq́ ex aliis diſciplinis petere oportuerit eũ qui ſeſe diligentẽ ac ſedulũ ſapiẽtiæ huius diſcipulum vel doctũ ſcribã præbere ſtudeat; ita tamen rem rationemq́ temperare, vt ne incerta pro certis habeantur, neq́ cuiuſquam auctoritati magis quàm Dei eloquiis, atq́ adeò magis quàm rei ipſius de qua agitur rationi atq́ definitioni tribuatur: neque nimis ambitioſe producantur ea ſine quibus maiori compendio ſententia atque interpretatio excipi haberíq́ poſſit.*

*Duplicem igitur hanc rationem nos poſtquam ad ſacrorum librorum lectionẽ animum appulimus religioſe tenendã et obſeruandã nobis proponebamus, quamq́ diligentiſſime potuimus, pro tenuitatis noſtræ modulo atq; pro tempeſtatis huius moleſtiis conſecuti, non tamen ex animi noſtri ſententia ſumus aſſecuti. Quam quidem ob rem id quod hactenus à nobis præſtitum fuerit, magis ex ſtudio noſtro æſtimari, quàm ex ſumma rerum dignitate cenſeri ac iudicari cupimus, neq; vllã nobis auctoritatem tribui neque maius lucubrationibus noſtris pondus adſcribi quàm ſit argumẽtorum eorum, quibus meditationes cõmentationesq́ noſtras vel docemus vel confirmamus: diuinorũ inquam oraculorum quæ ſi citata expoſitaq́ rectè fuerint atq; oportunè producta, ſuam fidem hoc eſt primam; Eccleſiæ etiam Catholicæ manifeſtarum & certarum definitionum ſuam quoq; fidẽ atq; obſeruantiam debitã; ſententiarum & expoſitionũ à ſanctis patribus editarũ laudem*

proba-

*probationemq́ iuſtam & legitimã; cæterorum verò auctorum qui in aliis linguis vel diſciplinis verſati aliquid ad ſacros libros explicandos cõferre poſſe videãtur, eam æſtimationem, quam res ratioq́ probet, integram eſſe haberiq́ poſtulamus.*

*Neq; verò nobis dubiũ eſt, quin homines variè ac multipliciter de ſcriptis iudicent noſtris: quos omnes per Deũ immortalem viuorũ & mortuorum iudicem obteſtatus oratos velim, primùm, ne noſtrũ ex ipſorũ ſingularibus ingeniis metiantur, cũ vix quiſquã vni alteri cuipiã ne dũ multis placere ac per omnia ſatisfacere poßit. Quanquàm enim hoc mihi ſemper valde exoptatũ fuerit, tamẽ ſtudio magis & animo, quã officio præſtari poſſe apertè eſt exploratũ: Deinde etiã illud perſuaſos cupio, nunquã mihi eam inſediſſe mentem, vt cuiuſquã iuſtam auctoritatẽ violandam; cuiuſquã nomen frangendum vel debilitandũ; cuiuſquam deliberato & inito conſilio nobis quicquã detrahenti occurrendũ duxerim, vtpote qui cum nemini mortalium inuideam, nemini non omnia vera bona cupiam, ab omni contentione quàm longißimè abeſſe in animo ſtatuerim meo. Si quiſquã verò ſit, qui legendis noſtris profecturũ ſe in ſimplici Chriſtianæ veritatis cognitione & pura exercitatione ſperet, immortali auctori & ſpirituũ Domino Deo vnà nobiſcũ gratuletur, quòd exiguo noſtro miniſterio non incõmodè fuerit vſus. Sin verò fuerint, quibus minus hæc noſtra placeant, aut ſuo ingenio minus digna videantur, iis aliorũ ſcripta quæ modo ſanam doctrinã ſapiant, petere, euoluere & ad ſuã vtilitatem tractare liberũ per nos integrumq́ fuerit. Multorũ quippe ſanctorũ, piorũ, doctorumq́ virorũ ante nos, multorum etiã noſtræ ætatis in ſacros libros cõmentaria, meditationes lucubrationesq́ extãt vario ſententiarũ & orationum genere, quæ iis quibus ſimplici animo atq; ſana mente petentur, magnum profectò operæpretium facere poſsint. Atq́ quod ad noſtrũ ſtudium erga publicã vtilitatem attinet; neminẽ certè vellemus Chriſtianum hominẽ à ſacrorũ eloquiorũ lectione vel cognitione alienũ eſſe: quos verò duces, quos pædagogos ad Chriſti ſcholã optari oporteat, neq; muneris neq; inſtituti noſtri eſt præſcribere, officij tamen fuerit monere, vt quã ſinceriſsimi atq; ab erroribus abhorrẽtiſsimi optentur, ſeu quis eloquentiã cum rerũ explicatione coniunctam, ſeu ipſam rerũ explicationẽ ſimpliciori ſermone expeditã magis amet, vel etiam difficiliore illo ac minus omnibus expoſito doctrinali ſiue ſcholaſtico à pleriſque appellato capiatur; quod quoniã propriis certis atq; iã olim ad artem cõparatis verbis conſtat, ab iis cõmodiſsimè vſurpatur, qui vel artis commendationẽ ſequi vel inuidiam calumniamq́ declinare ſtudent; calumniã inquam nonnullorũ, qui nihil rectũ, nihil ab ipſorum reprehenſione exceptũ niſi quod ſibi placuerit, duci volunt. Nobis verò, qui quãplurimis prodeſſe cupimus, atq; ſimplicioribus & rudioribus Chriſtianãq́ veritatem ſitientibus omnibus noſtrã qualemcũq; dare operã propoſuimus, ſatis eſſe viſum eſt, ſi pro rerum ratione ad legentium vſum explicanda latinus obſer-*



*uetur*

*netur ſermo cunctis certus & communis quotquot huius linguæ compotes fuerint: itaque nõ tam acerrimi & acutiſsimi diſputatores, quam familiares verborum & ſententiarum expoſitores eſſe contendimus: illud cumprimis profeſsi, nihil eſſe quo magis delectemur, quàm bonorum ac piorum virorum monitis, conſiliis atque iudiciis, quæ ad ſtudium inſtitutumq́ noſtrum iuuandum & promouendum faciant. Quòd ſi quis fuerit qui in hanc communem Chriſtianisq́ omnibus vtilem ædificationem, cui operam noſtram cum aliis nauare omnem ſtudemus, ſuppetias mittere aliquas nobis poſsit, eum per communẽ omnium Dominũ & Chriſtianæ familiæ patrem Deum, perq́ publici commodi cauſam oratum obteſtamur & obſecramus, vt nos iis quibus valuerit partibus iuuare minimè cunctetur. Si quis præterea aliquid à nobis præſtari poſſe intelligat, atque his quæ iam ſcripſimus vel ſimilia vel paria vel maiora vel maiore cõpendio vel fuſiore oratione expoſita cupiat, quæ vtilia multis fore cenſuerit, nos vel epiſtola vel mandato vel alia ſignificatione moneat, curaturos, duce ac promotore Deo, vt quauis potius facultate, quàm voluntate & conſilio omnes iuuandi caruiſſe exiſtimet. Id verò vnicuique cuiuſcumque vel nationis vel regionis erit, facile effectu fuerit, ſi vel mandata vel literæ Antuerpiam mittantur ad Chriſtophorum Plantinum qui vnus omniũ hominum hac ætate notiſsimorum quocunque loco nobis nondum certam ſedem habentibus peregrinari cõtigerit, vel ipſe cognoſcet & ſciet, vel ab iis qui cognouerint certior factus, vt literæ ad nos perferantur diligenter curabit. Illud autem cumprimis intelligere cupimus; num huiuſmodi exponendi ratio, quam in his quatuor Euangeliis ſecuti ſumus, vſui futura eſſe piis ac doctis videatur viris. Nam ſi ita eueniat vti cupimus, in Pauli quoque epiſtolas & alia Apoſtolica ſcripta ſimiles elucidationes concipiemus; quibus (quantum ſperare fas eſt,) maxima & cognitu digniſsima quædam myſteria quæ in illis foliis latent, atque à Spiritu ſancto difficilia intellectu pronuntiata ſunt, eiuſdem ſpiritus dono ac beneficio ſi non omnino aperire potuerimus, non leui tamen ſignificatione indicabimus, vt pij & ſacræ diſciplinæ ſtudioſi ſectatores labore ſtudioq́ noſtro fruantur atque aliqua ex parte iuuentur, interim dũ ab iis qui plura præſtare poſsint promouentur. Atque hæc ſtudia ab omnibus cum magno fructu frequentari cupimus quoad dies eluceſcat, & lucifer ille omnis veritatis doctor in cordibus eorum oriatur qui ſummis votis & contentis precibus hoc ſapientiæ perfectum donum à Deo ſibi dari expetiuerint.*

# SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

## CAPVT I.

A LIBER [a] generationis IESV
CHRISTI [b] filij Dauid,
*Luc.3.f.31.* filij [c] Abraham. 2 Abraham
*Gen.21.a.3. 25.d.26.* genuit Iſaac. Iſaac autẽ ge-
nuit Iacob. Iacob autem
*Gen.29.d.25 38.g.* genuit Iudã & fratres eius.
*1.Par.2.a.* 3 Iudas autem genuit Phares & Zaram de
Thamar. Phares autẽ genuit Eſron. Eſron
autem genuit Aram. 4 Aram autem genuit
Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naaſ-
ſon. Naaſſon autẽ genuit Salmon. 5 Salmon
*Ruth 4.d.13* autem genuit Booz de Rahab. Booz autem
*2.Reg.12.f.24.* genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit
6 Ieſſe. Ieſſe autem genuit [d] Dauid regem.
Dauid autem [e] rex genuit Salomonem ex
B ea quæ fuit Vriæ. 7 [f] Salomon autẽ genuit
*1.Par.3.b.10.* Roboam. Roboam autem genuit Abiam.
Abia autẽ genuit Aſa. 8 Aſa autem genuit
Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram.
Ioram autẽ genuit Oziam. 9 Ozias autem
genuit Ioatham. Ioatham autem genuit
Achaz. Achaz autẽ genuit Ezeciam. 10 Eze-
*2.Par.36.a.b.* cias autem genuit Manaſſen. Manaſſes au-
*4.Reg.24.c.* tem genuit Amon. Amon autem genuit
Ioſiam. 11 Ioſias autẽ genuit Iechoniam &
fratres eius [g] in tranſmigratione Babylonis.
*1.Par.3.c.16.* 12 Et poſt tranſmigrationem Babylonis,

A Iecho-

In hoc capite exponitur Ieſu Chriſti genealogia per matrẽ virginem, cuius ille filius eſt ſecundũ carnem: illa enim recta ſerie per Salomonem pertinet ad Dauid. Fuit autem virgo illa ſanctiſſima filia Iacob, qui alio nomine dictus eſt Ioachimus. hic Ioſephum non filium, ſed generum habuit ex eadem familia Dauidis, quem vt ſibi ſemen excitaret, legali iure filium adoptauit, filiæ ſuæ ſpõſum aſcitum ea lege, vt nata ſoboles patri ipſi Iacobo aliâs Ioachimo adſcriberetur. Itaq; hãc rationẽ ſequitur Matthæus, quã ipſe in fine exponit, oſtendens genealogiã Chriſti ex parte matris ſibi enarrari, ait enim, *de qua natus eſt Ieſus.* Cui propterea Ioſeph ſponſus additus fuerat, vt ſuſcitaret ſemen ex familia Dauid ſecundũ carnem. id quod ſpiritus ſancti virtute effectum eſt, vt Iacobo nepos naſceretur ex familia Dauid ſecundum carnem ſine patre humano genitus.

a Integræ hiſtoriæ.

b.c. Illius ſeminis vtrique à Deo promiſſi, quod benedictione diuina vnctum omnibus terræ familiis eandem benedictionem fuerat allaturum cum regno cæleſti.

d Qui & promiſſionem accepit, & figuram geſſit regni feliciſſimi per Chriſtũ ſtatuendi. antè enim quàm rex Dauid vngeretur, nondũ fuerat clarè explicatum, filium illũ Abrahę regem eſſe appellandum.

e A quo regnum temporale populi Dei inchoatum, & per multos poſteros propagatũ eſt, tãdem à Chriſto ſpirituali modo inſtaurandum.

f Maria virgo ſanctiſſima recta ſerie pertinet ad Dauidẽ per Salomonem, & deinde vſque ad Abraham. Cui expreſſa promiſſio facta eſt ſeminis, in quo benedicendę erãt gentes. eoVſque procedit Matthæus in genealogia enarrãda: cum quo conuenit Lucas à Dauide vlterius vſque ad Abraham: ſed à Dauide, & deinceps aliam rationem inſtituit D. Lucas, quam ſuo loco explicabimus.

g Ad tranſmigrationẽ vſque regni nomen, & munus manifeſtè in Dauidis familia permanſit. A tranſmigratione verò tertium ſeculum fuit, in quo regnum elanguens Dauidis reſtituendũ expectabatur, & in eodem inſtauratũ eſt, maiori dignitate, nempe cæleſti.

Iechonias genuit Salathiel. Salathiel au-
tem genuit Zorobabel. 13 Zorobabel autẽ
genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacim,
Eliacim autem genuit Azor. 14 Azor autem
genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim.
Achim autẽ genuit Eliud. 15 Eliud autem
genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Ma-
than. Mathan autẽ genuit Iacob. 16 Iacob
autem [a]genuit Ioſeph virum Marię: de qua
natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus.
17 [b]Omnes itaque generationes ab Abra- C
ham vſque ad Dauid, generationes qua-
tuordecim: & à Dauid vſque ad tranſmi-
grationem Babylonis, generationes qua-
tuordecim: & à trãſmigratione Babylonis,
vſque ad Chriſtum, generationes quatuor-
decim. 18 [c]Chriſti autem generatio ſic erat.
Cùm eſſet deſponſata mater [d]eius Maria,
Ioſeph, antequam [e]cõuenirent, inuenta eſt
in vtero habẽs de Spiritu ſancto. 19 Ioſeph
autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet
eam [f]traducere, voluit occultè [g]dimittere
eam. 20 Hæc autẽ eo cogitante, ecce Ange- Deu. 24. a. 1
lus Domini apparuit in ſomnis ei, dicens,
Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Ma-
riam coniugem tuam: quod [h]enim in ea
natũ eſt, de Spiritu ſancto eſt. 21 [i]Pariet au- Luc. 1. c. 31.
tem filiũ: & vocabis nomen eius [k]Ieſum.
Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à
peccatis eorũ. 22 (Hoc autem totum factũ
eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Do-
mino per Prophetã, dicentẽ, 23 [l]Ecce virgo Iſa. 7. c. 14.
in

a Adoptione & affinitate quæ Hebraicè dicitur [illegible]

b Certa ſeculorum & ſibi conſtans præſcriptio diuinum conſiliũ certo ordine obſeruandum indicat. Namque à prima vſque ad ſecundam ſeminis ſancti promiſſionem generationes XIIII. à ſecunda promiſſione vſque ad primi templi repudiationem totidem generationes, & tandem à ſecundi templi inſtauratione vſque ad Chriſtum cęleſtis regni & hæredem legitimum, & conſtabilitorem, atque templi ſpiritualis conditorem.

c Nouæ aureæ ætatis per Vnctum renouatorem allatæ ratio hoc modo, nouo videlicet, & planè diuino erat.

d Matrem habuit in terra, ſed non patrem niſi in cælo Deum.

e More Iſraelitico conuenire dicuntur ſponſi cùm vxor domũ ducitur, antea enim ſponſa dicitur.

f Nolebat Ioſeph virginem ſibi deſponſatam cõſanguineam, honeſtis parentibus & ſui amantibus ortam, in exemplum ſtatuere ignominiæ familiaris, quippe res occulta adhuc erat.

g Abſolui à ſponſalibus omnino. non enim ferre poſſet dolorem non ſeruatæ ſibi fidei à ſponſa. hoc autem eò pertinebat Deo conſulente, vt virginis puritas, & pueri orituri dignitas quã teſtatiſſima eſſet: quanto enim maiori difficultate prius implicitus teſtis eſt, tanto firmius & grauius eſt poſtea eiuſdem veritatem edocti teſtimonium.

h Non genitum, ſed natũ. id quod naturæ communis vi fieri non poteſt, ſed Spiritu ſancto auctore, qui nouo modo ſuperueniens altiſſima virtute illud conceptum ex puriſſimo virginis ſanguine effecit, idem ſpiritus qui aquis olim rerum omnium ſemina indidit, naturamque ipſam edidit mundi.

i Suum, non tuum, nec hominis vllius.

k In futuro ישוע, quòd ſalutis efficacitatem propriam perpetuamq́; ſibi habeat, & naturalem, vt pote à patre Deo Deus, & à matre virgine puriſſima omni labe immunis, & ipſo etiam naſcendi genere vnicè ſanctus.

l In ſenſu compoſito, vt dicunt Dialectici. Ecce, inquit, magnũ miraculũ quòd virgo erit, & in vtero habebit, & virgo erit, & pariet filiũ.

u vocabitur o.

in vtero habebit, & pariet filium: & [u]voca-
bunt nomen eius Emmanuel: quod eſt in-
terpretatũ, Nobiſcum Deus.) 24 Exurgens
autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit
ei Angelus Domini: & [m]accepit coniugem
ſuam. 25 Et non cognoſcebat eam, [n]donec
peperit filium ſuum [o]primogenitum: &
vocauit nomen eius Ieſum.

## CAPVT II.

b Iudææ 7 MS.G.

A CVm ergo natus [a]eſſet IESVS in Beth-
lehem [u]Iudæ [b] in diebus Herodis [c]regis,
ecce Magi ab Oriente venerũt Ieroſolymã,
2 dicẽtes, Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæo-
rum? vidimus enim ſtellã eius in Oriente,
& venimus adorare eum. 3 Audiens autem
Herodes Rex, turbatus eſt, & omnis Iero-
ſolyma cum illo. 4 Et [d]congregans omnes
principes ſacerdotum & Scribas populi,
ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſcere-
tur. 5 At illi dixerũt ei, In Bethlehem Iudæ.
ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam, 6 [e]Et
tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam mi-
nima es in principibus Iuda: ex te enim
exiet dux, qui [u]regat populũ meum Iſraël.
7 Tũc Herodes clam vocatis Magis, diligẽ-
ter didicit ab eis [f]tempus ſtellæ, [g]quæ ap-
B paruit eis: 8 & mittẽs illos in Bethlehem, di-
xit, Ite, & interrogate diligenter de puero:
& cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt &
ego veniẽs adorem eum. 9 Qui cùm audiſ-
ſent regem, abierunt. & ecce ſtella [h] quam
viderãt in Oriente, antecedebat eos, vſque

*Mich.5.a.2. Iohã.7.f.42.*

u reget 5 MS.G.

 dum

m Duxit eam domum libentiſſimè. Cognoſci Hebraica phraſi dicitur tantũ de virgine: vt Adam cognouit Euam vxorem ſuam; ergo non cognoſcebat quam ſciebat eſſe virginẽ, & edoctus erat non ſibi parituram, ſed ſibi ipſi, virgini inquã ipſi, cuius filius dicendus erat verè, non filius Ioſeph.

n Neque ſequitur eam poſtea cognouiſſe, vt non ſequitur, Michol filia Saulis non peperit, donec mortua eſt, ergo poſtquam mortua eſt, peperit. Nam *donec* Hebraicũ excludit ferè ſemper abſque exceptione.

o Ideoque ſanctum Domino, & ſanctificaturum gentes: id quod nomen à matre impoſitum declarat.

a Puerum natum fuiſſe in Bethlehem, vicinia ipſa cognouerat, & à paſtoribus acceperat. Eundẽ Ieſum vocatũ notũ erat etiã, vtpote Bethlehemi circumciſum octauo die: & nomen Ieſus magnam etiã ſalutem ſignificabat. Hoc notũ erat in Bethlehẽ Iudæ, cui vrbi promiſſum erat natale magni ducis.

b Fuit res notior in Iudæa cùm eſſet Hieroſolymis tyrãnus, qui, quòd ſibi metueret, magnum tumultum moturus erat.

c Iam enim exciderat domus Dauid regno, & exſpectabat vindicem iuxta vaticinia: igitur & tẽpeſtas ipſa cũ re cõſentiebat. Ita Ieſu natiuitas, & exſpectantibus Meſſiã, & metuentibus nota teſtataq; fuit teſtibus cœleſtibus, & terrenis, ſapiẽtibus grauibus, qui magno & difficili itinere ſuſcepto, vt magnam & adoratione dignam rem viſere ſtatuerunt.

d Pleno concilio eorum, apud quos ſcripturarum interpretatio erat, reſponſum eſt communi ſententia, & confirmatum verbis apertis ex diuino oraculo.

e Lege expoſitionem noſtram huius loci in cõment. Michæ. cap. 5.

f Vt hac ratione deprehẽdere poſſet quiſnam infans natus fuiſſet eo tempore in Bethlehem.

g Noua enim ſtella fuit nouo miraculo illis conſpecta, creata à Deo, vt hac ratione gentes illæ ſapientes Orientales cognoſcerẽt Balaami vaticinium conſtare.

h Namque ſtella ſemel illis viſa, & obſeruata in regionibus ſuis, nõ deduxerat eos Hieroſolymam; ſed ſide & ſapientia ducti Hieroſolymã petierãt, vbi certã notitiam loci natalis eſſe exiſtimabant. illã itaque ſtellam quam indicem temporis in Oriente viderant, Hieroſolyma egreſſi ducem habuerunt certiſſimã, ita vt interrogare opus non fuerit; atque ita Herodis dolus eſt eluſus.

dum veniēs ſtaret ſupra vbi erat puer. [10] Vi-
dentes autem ſtellam, gauiſi ſunt gaudio
magno valde. [11] Et intrantes domū, inue-
nerunt puerum cum [a] Maria matre eius: &
procidentes adorauerunt eū: & apertis the- Pſ.71.b.10.
ſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum,
thus, & myrrham. [12] Et reſpōſo accepto in
ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam
viam reuerſi ſunt in regionē ſuam. [13] Qui C
cùm receſſiſſent, ecce Angelus Domini ap-
paruit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge, &
accipe puerum & matrem eius, & fuge in
Ægyptum: & eſto ibi [b] vſque dum dicam
tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat
puerum ad perdendū eum. [14] Qui [n] conſur- [n] ſurgēs 3, MS.G.S.
gens, accepit puerum & matrē eius nocte,
& ſeceſſit in Ægyptum. Et erat ibi vſque
ad obitū Herodis: [15] vt [c] adimpleretur quod
dictum eſt à Domino per Prophetā, dicen-
tem, Ex Ægypto vocaui filiū meū. [16] Tunc Oſee 11.a.2.
Herodes videns quoniā illuſus eſſet à Ma-
gis, iratus eſt valde: & mittens occidit om-
nes pueros qui erant in Bethlehem, & in
omnibus finibus eius, à [d] bimatu & in-
frà, ſecundum tempus quod exquiſierat à
Magis. [17] Tunc [e] adimpletum eſt quod di-
ctum eſt per Ieremiam Prophetam, dicen-
tem, [18] Vox in Rama audita eſt, ploratus &
vlulatus multus, Rachel plorās filios ſuos, Iere.31.c.5.
& noluit cōſolari, quia nō ſunt. [19] Defun- D
cto autem Herode, ecce Angelus Domini
apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto, [20] di-
cens,

a De patre humano nulla facta mentio, quia nullus erat in terris parens præter Mariam matrem. id autem Magis indicatum fuiſſe lectio ipſa ſignificat.

b Famulorum Dei fides, & obedientia atque expectatio eſt; Dei verò ipſius conſilium, cura, & expeditio rerum.

c Dictum quidē illud vaticinium de Iſraelitico populo, ſed non impletum antequam filius ipſe euocaretur. Lege Comment. noſt. in Prophetas, quæ ſcripſimus de duplicibus vaticiniis.

d Namque longius tempus interceſſit inter diſceſſum Magorum, & facinus hoc. conſtat enim virginem exſpectaſſe in Bethlehem tēpus purificationis ſiue oblationis pueri, poſt quos dies & plures alios Magi venerunt. Illis enim profectis in regionem ſuam, Ioſeph admonitu in Ægyptum ſeceſſit. Ita vox *infra* coniungenda eſt cum oratione *ſecundum tempus quod exquiſierat*, &c. Ille à citeriore tempore incipere voluit, vt ne ſcilicet falleretur. Sunt qui dicant Herodem Romā veniſſe poſt diſceſſum Magorum, & reuerſum illam cædem decreuiſſe.

e Vaticinium duplex hoc tempore, quod in Iudæorū ſtrage cœptum nunc eſt impletum.

cens,

cens, Surge, & accipe puerum & matrem
eius, & vade in terrã Iſraël: [f] defuncti ſunt
enim qui quærebant animã pueri. 21 Qui
conſurgens,accepit puerum & matrẽ eius,
& venit in terrã Iſraël. 22 Audiens autem
quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro
Herode patre ſuo,timuit illò ire:& admo-
nitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ.
23 Et veniẽs,habitauit in ciuitate quæ vo-
catur Nazareth: vt [g] adimpleretur quod di-
ctum eſt per Prophetas, Quoniam Naza-
ræus vocabitur.

## CAPVT III.

A 1 IN diebus autem [a] illis [b] venit Iohannes
Baptiſta prædicãs in deſerto Iudææ, 2 &
dicens,Pœnitentiã agite: ˄appropinquabit
enim regnum cælorum. 3 Hic eſt enim ˄qui
dictus eſt per Iſaiam Prophetam, dicentẽ,
Vox clamãtis in deſerto, [c] Parate viam Do-
mini: [d] rectas facite ſemitas eius. 4 Ipſe au-
tem Iohannes [e] habebat veſtimẽtum de pi-
lis camelorum, & zonam pelliceam circa
lumbos ſuos: eſca autem eius erat [f] locu-
ſtæ, & mel ſylueſtre.
5 Tũc exibat ad eũ Ieroſolyma,& omnis
B Iudęa, & omnis regio circa Iordanem: 6 &
[g] baptizabãtur ab eo in Iordane, cõfitentes
peccata ſua. 7 Vidẽs autẽ multos Phariſęorũ
& Sadducæorũ [h] venientes ad baptiſmum
ſuum, dixit eis, [i] Progenies viperarũ, quis
demonſtrauit vobis fugere à [k] ventura ira?
8 [l] Faci-

*Marc.1.a.4.*
*Luc.3.a.3.*
*Iſai.45.d.*
*Zach.1.a.*
˄appropinquauit 4 MS. R. Hil. G. s.
˄ de quo dictum o.
*Iſai.40.a.3.*
*Iohã.1.c.24.*

*Marc.1.a.3.*
*Luc.3.b.4.*

f Herodes & ſtudioſiſſimi eius miniſtri adulatoreſque.
g Multi prophetæ multa de ſanctitate, & perfectione Chriſti prædixere: Nazarenus autem perfectum virũ ſignificat. Etenim Nazaræi perfecti & cæteris perfectiores olim fuere, vt legimus Iud. 13. & Amos 2. Duplex igitur ſignificatio Nazaræi eſt: minor, quòd ex Nazareth oppido Chriſtus eſſet; maior, quod perfectus eſſet vir. vtrunque oportuit ineſſe Chriſto, vt Nazarenus vocaretur. Namque patriæ nomine vocabatur id quod re ipſa erat, vt ſi quis vocetur candidus ex familiæ nomine, & quia verè candidus ſit.

a Cùm Ieſus Nazareth inhabitans, nondum quidquam de ſe ſuoque munere publice aperuiſſet.
b Initium boni nuntij regni appropinquantis, & præſentiæ eius qui procurator, & pontifex regni erat conſtiturus, ex Iohãnis præconio adnotatur. Hic enim eſt de quo
c Fides & pœnitẽtia virtus, in qua continentur opera omnia Deo probanda, ſunt viæ præparationes & munimenta.
d Simplicitas & integritas virtutis abſque hypocriſi, rectitudo ſemitarum eſt.
e Nihil ſibi quærebat aut ambiebat, qui tam paucis contentus erat; nihil arrogabat ſibi, qui non plus ſibi indulgebat, quàm ſatis eſſet viro in præconē tantũ electo. idq; in exemplum pœnitentię exſpectandique regni cæleſtis, quod cùm ſpiritualibus diuitiis, & ornamentis abundet, à corporis cõmoditatibus abhorret, ex quibus nihil ferè ſibi vſurpat præter ſimpliciſſimum victum, & horridum veſtitum qualis decet corpus in quo grauis animus habitat.
f Veras locuſtas volantia inſecta, quorum genera certa eſui apta ſunt in Leuitico deſcripta, & mel ab apibus in ſyluis confectum in rupibus & arboribus cauis.
g Exteriori illa lotione indicabant ſe fidem habere præconio illius, & profitebãtur vitæ expurgationẽ per pœnitentiam, cuius, vt aqua corporis ſordes, animi mores corrigit.
h Qui Iohannis fama & ſanctitatis præconio victi magis, vt populo ſuum pietatis ſtudium venditarent, quàm vt ſeſe Deo probarent ficto ac ſimulato pœnitentiæ, quam tamen non exercerent, ſtudio ad ipſum cum cæteris hominum ordinibus confluebant.

i Malorum parentum deteriores filij. k Dei punitione illis iam propè imminente, qui Euangelij veritatem in malitia detinuerint.

8 [a] Facite ergo fructum dignum pœniten-
tiæ. 9 Et [b] ne velitis dicere intra vos, Patrem C
habemus Abrahā. dico enim vobis, quo-
niam [a] potens eſt' [c] Deus de lapidibus iſtis [a] poteſt MS.
ſuſcitare filios Abrahę. 10 Iam enim [d] ſecuris
ad radicem [e] arborum poſita eſt. Omnis
ergo arbor quę non facit fructum bonum,
[f] [a] excidetur, & in ignē mittetur'. 11 Egoquidē [a] exciditur & in ignē mittitur 4 MS.G.S.
baptizo vos in aqua [g] in pœnitentiam: qui
autem poſt me [h] venturus eſt ( [i] fortior me Matt. 1. b. 8.
eſt: cuius non ſum dignus calceamēta por- Luc. 3. c. 16.
tare) ipſe [k] vos baptizabit in Spiritu ſancto
& [l] igni. 12 [m] Cuius ventilabrum in manu
ſua: & permundabit aream ſuam, & cōgre-
gabit triticum ſuum in horreū: paleas au- D
tem comburet igni inextinguibili. 13 Tunc
venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Io-
hannem, vt [n] baptizaretur ab eo. 14 [o] Iohan-
nes autem prohibebat eum, dicens, Ego
à te debeo baptizari, & tu venis ad me?
15 Reſpondens autem Ieſus, dixit ei, Sine
[p] modò: ſic enim decet nos implere om-
nem iuſtitiā. Tunc dimiſit eum. 16 Bapti-
zatus autem Ieſus, confeſtim aſcendit de
aqua. & ecce aperti ſunt ei cæli: & vi-
dit Spiritum [q] Dei deſcendentem ſicut co-
lum-

a Fructus pœnitentiæ mores correctos, & opera omnia intelligimus quę ab animo verè pœnitenti ac rectè inſtituto proficiſcuntur.

b Non eſt alligatum diuinū promiſſum carni & ſanguini, ſed fidei & obediētiæ Abrahæ, cum quo fœdus ſancitum eſt his conditionibus. quod ſi filij huiuſmodi Abrahæ deſint, in quos diuina promiſſio non cōueniat, adeò potēs atq; efficax eſt Deus, vt [c] de lapidibus iſtis materialibus ſuſcitet homines, qui Abrahæ fidē ſequuti promiſſionē cōſequantur, vt illi ſuſcitauit Iſaac filiū aduerſus naturæ curſum & modū. Pronomen *iſtis* indicat de lapidibus materialibus.

d Euangelij efficacitas & Chriſti virtus aduerſus incredulos & inobedientes.

e Iud eorum quorū vel probatio vel exitium inſtat, vt inferius *arbor bona bonos fructus facit*, &c.

f Reprobationem Iudæorū ſignificat futuram.

g In veræ ac ſolidæ pœnitentiæ à vobis exercendæ profeſſionem.

h Ad prædicandū Euāgeliū regni.

i Efficere enim poteſt quod pollicetur.

k Lauabit vos immiſſo Spiritu ſancto, cuius efficientia mundemini, & renouemini in nouas creaturas.

l Tribulationum: hoc eſt, charitatem infundet in cordibus veſtris ardentiſſimam erga Deum & proximum, à qua afflictionibus quamuis maximis tentati ſeparari non poſſitis.

m Euangelium quod ſecum affert virtutem dignoſcendi inter bonos & malos. Quicūque ſuſcipiūt Euangelium recto animo, à Chriſto in horreum referūtur. Contemptores verò & hypocritæ ac vanæ doctrinæ auctores, & ſequaces ad paleas pertinent.

n Ieſus profitebatur hac ratione veram eſſe Iohānis prædicationem, expectari à ſe regnū Dei: vt ab omnibus hominibus expectari deberet, neceſſariū eſſe baptiſmū pœnitentię omnibus expectantibus regnū, quo ſe profiterentur velle Dei conſilium probare. Neque tunc profitebatur ille de ſe plus quàm id quod videbatur, hoc eſt [illegible] rui formam, donec Deus Ipſius auctoritatem, ac dignitatem declararet. o Nouerat Iohannes Ieſum ex vtero matris ex parentū ſuorū narrationibus, vt res ipſa docet: ſed nondum acceperat teſtimoniū à Deo, vt illū indicaret. acceperat tantū auctoritatē indicandi tēpus & baptizādi, propoſito nuntio regni Dei aduentantis. Cùm tanta cognouiſſet de Ieſu Iohānes, prohibebat eū ne baptizaretur à ſe, qui exoptabat potius illius baptiſmū in ſpiritu ſancto & igni. p Nūc oportet ita agere, vt cōfirmetur etiā mea actione pœnitentiæ baptiſmus, ac tua doctrina à meæ rationibus aliena non eſſe probetur. deinde ne videar ego mihi arrogare quod ſum. Donec Deus ipſe pater teſtetur de me meoque miniſterio; ego interim humilitatem & ſeruitutem, vt hominem atque habitu inuentū. vt hominem decet, profiteor: atque ita implebimus omnem iuſtitiam, vt nemo vel mihi arrogantiam, vel tibi intempeſtiuum de me teſtimonium obiicere poſſit. pater meus his omnibus rationibus proſpiciet. q Iohannes vidit Spiritum ſanctum ſuper Ieſum, vt declararet hunc eſſe vnctum ad annuntiandum pauperibus, & medendum contritis corde, & cætera munia quæ Iſaias prædixerat.

u ipſum. 1 MS. ſic & à quibuſdam vertuntur & G.& S. lumbam,& venientem [r]ſuper [u]ſe[s]. 17 Et ecce
vox de cælis, dicens, [s]Hic eſt filius meus
Luc.9.e.34. dilectus,in quo mihi complacui.

# CAPVT IIII.

A TVnc IESVS ductus [a]eſt in deſertum à
Marc.1.b.12 Luc.4.a.1. Spiritu, vt tentaretur à diabolo. 2 [b]Et
cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, &
quadraginta noctibus, [c]poſtea eſuriit. 3 Et
accedens tentator, dixit ei, [d]Si filius Dei es,
dic vt lapides iſti panes fiāt. 4 [e]Qui reſpon-
Deut.8.a.3. dens dixit, Scriptum eſt, Non in ſolo pane
o viuet 2 MS.R.G. [o]viuit homo, ſed in omni verbo quod pro-
cedit de ore Dei. 5 [f]Tūc aſſumpſit eum dia-
bolus [g]in ſanctam ciuitatē, & ſtatuit eum
ſuper pinnaculū tēpli: 6 & dixit ei, Si filius
Dei es, [h]mitte te deorſum. Scriptum eſt
Pſal.90.c.11. enim, Quia angelis ſuis [n]mandabit de te, &
n mandauit MS. q. Hier. in manibus tollent te, ne fortè offendas ad
B lapidem pedem tuum. 7 [i]Ait illi Ieſus rur-
Deu.6.c.16. ſum, Scriptū eſt, [k]Non tentabis Dominū
Deum

r Quæ & ipſum Ieſum ſalutarem candidum oſtēderet, & ſpiritu ſancto plenum, qui annum acceptabilem Domino, & captiuis remiſſionem nuntiaret, vt columba incluſis in arcam ſalutem nuntiauit.

s Teſtimonium Iohanni diuinitus datum, vt publicè ederetur. continet ſummam rationem naturarum, auctoritatis, efficacitatis Chriſti, & effectus euangelij ab hominibus rectè ac puré ſuſcepti.

a Cum iam probatus ac declaratus eſſet Dei filius & ſalutis humanæ auctor, ac procurator, ductus eſt in deſerto a Spiritu ſancto quo plenus erat. Voluit enim Spiritus ſanctus, vt tentaretur à Diabolo ad noſtrā doctrinam, & victor euadēs cognoſceretur eſſe is, qui Diabolum vincere poſſet, & victurus omnino eſſet, atque doceret homines modum vincendi diaboli tentationes.

b Nihil cibi ſecum tulerat in deſertum Ieſus confiſus diuinæ ſpiritus ſancti, à quo ducebatur, prouidētiæ. id autem omnis commeatus cōmoditatem ſuperabat, cuius obedientiæ virtute ieiuniū tot diebus tolerauit diuinitate humanitatē eius fulciēte.

c Euenit, vt quæ virtus fides atque conſtantia tēporibus cōmodis probata erat, incōmodis quoque probaretur. permiſit igitur diuinitas humanitatem ſuæ ipſius infirmitati: quam occaſionē diabolus nactus arripuit, exiſtimans illum ſibi ex ea parte tentandum, quę minor & infirmior oſtendebatur.

d Prima tentatione co[natur] diabolus Ieſum in diffiden[tiam] inducere hac orationis ſententia; Si quod appellatus es filius Dei dilectus, id tu es pete à Deo panem quandoquidē eſuris, aliâs viuere non potes tam remotus ab omni victus copia in loco vbi nihil commeatus contingit & qui nihil præter lapides habet ſed vnum eſt remedium huic periculo ſi ores Deum vt lapides panes fiant, alioquin tu deficies & peribis certiſſimè. admone igitur Deum tuæ extremæ inopiæ aliâs non curantem te, & praſcribe illi te alendi rationem. Hæc omnia ad diffidentiā ac deſperationem perſuadendam intenduntur. e Primæ tentationis depulſio ex ſacris libris petita ad noſtrum exemplum. rationibus humanis tentator egerat, Ieſus ſcriptura armatus propugnat in hanc ſententiam. Sacra doctrina illud verè accepimus, eos qui Deo credentes obediūt, non oportere ſolicitos eſſe, aut dubitare in vllis rerum difficultatibus, quæcunque in obedientiæ fideique exercitatione ſeſe offerant. ſed credere certiſſimam eſſe Dei prouidentiam eandemque locupletiſſimam, quæ non vnam tantū vitæ humanæ alendæ materiem habeat, vt panem ſolum, aut cibos qui vulgo in vſu eſſe ſolent, ſed plurimas, quarum promptuarium eſt fides diuini verbi adhibita. igitur cùm ego huc venerim non meo priuato cōſilio, aut libidine, aut hypocriſi aut alio animi temerario impulſu, ſed Spiritu ſancto ductus, non debeo conſiderare qua ratione mihi prouideri debeat, ſed permittere eam curam Deo, cuius verbum ſecutus huc veni, exemplo eorum qui ſecuti verbum Dei, & deſtituti cibis conſuetis, in deſerto per quadraginta annos alti ſunt cibis cæleſtibus, nunquam antea viſis in terra.

f Vera & corporalis fuit illa aſſumptio Deo permittente, quemadmodum de maleficis fertur, qui deferuntur à dæmone per aerem in alia loca. g Hieruſalem. h Secunda tentatione ad vanam confidentiā impellere Ieſum conabatur diabolus, vſus auctoritate ex ſacris libris producta: quod ſecundum armorum genus vſurpat cùm primo non ſuccedit. i Scripturæ locus perperam citatus alio loco aperte explicatur. k Tentat Deum qui in diſcrimen ſeſe committit abſque verbo, aut promiſſione Dei hic Chriſtus indicat non obediendum eſſe diabolo, etiam ſacra verba citanti, nam que ille nunquā rectè citat aut profert. Deus non liberat eos qui diaboli iuſſu ſeſe in pericula conijciunt, ſed eos qui ſuo iuſſu ducuntur, omnibus periculis liberat: ad hos enim pertinet locus ex Pſalmo prolatus, non ad eos, qui à diabolo ducuntur, aut iubentur aliquid agere.

Deum tuũ. 8 Iterum aſſumpſit eum diabo-
lus in montem excelſum valde, & oſtendit
ei omnia [a] regna mundi, & gloriam eorũ,
9 & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadés
adoraueris me. 10 Tunc dicit ei Ieſus, [b] Vade * poſt me.
* ſatana: ſcriptũ eſt enim, Dominũ Deum 4 MS. G. ſed Hier. apertè docet ſe non legiſſe.
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. 11 [c] Tũc
reliquit eum diabolus: & [d] ecce Angeli ac- Deu. 6. c. 13. 10. d.
ceſſerunt, & miniſtrabāt ei. 12 [e] Cùm autẽ Mar. 1. b. 14.
audiſſet Ieſus quòd Iohannes traditus eſſet,
ſeceſſit in Galilæā: 13 & relicta [f] ciuitate Na- Luc. 4. c. 14.
zareth, venit & habitauit in Capharnaum Iohã. 4. f. 43.
[g] maritima, in finibus Zabûlon & Neph-
thali: 14 vt [h] adimpleretur quod dictum eſt
per Iſaiam Prophetā, 15 Terra Zabûlon, & Iſaiæ 9. a. 1.
terra Nephthali, "via maris trans Iordanem, C
"Galilææ gentiũ: 16 populus qui "ſedebat in " viam 2 MS. G.
tenebris, vidit lucem magnam: & ſedenti- " Galilæa 2 MS. E. G. S.
bus in regione "vmbræ mortis, lux orta eſt " ambulabat MS. H.
eis. 17 [i] Exinde cœpit Ieſus prædicare, & di- " & vmbra 3 MS. R. G. S.
cere, [k] Pœnitentiam agite: " appropinqua-
bit enim regnum cælorũ. 18 [l] Ambulans " appropinquauit 11 MS. R. G. S.
autẽ Ieſus iuxta mare Galilææ, vidit duos Mar. 1. b. 15.
fratres, Simônem, qui vocatur Petrus, & Luc. 5. a. 1.
Andreā fratrẽ eius, mittentes rete in mare,
(erant enim piſcatores) 19 & ait illis, Venite
poſt me, [m] & faciā vos fieri piſcatores ho-
minum.

a Auaritia & ambitio magnos animos corrumpere valent ex appetitu in hominibus inſito *eritis ſimiles &c.* quẽ igitur neque in metum neque in errorem impellere potuerant, diabolus, vtpote maximi animi, & cuncta hæc ſuperātus, eundem ad ambitionem propellere tentat, cuius ope totum mundum perſæpe turbauit.

b Aduerſus omnem tentationem propulſatio ex diuinis ſcripturis petitur à Ieſu ad noſtram doctrinam. nuſquam aliàs maior diuitiarũ, & ambitionis deſpectio docetur, quàm in ſacris ſcripturis, in quibus adoratio, & ſeruitus erga Deũ omnibus regnis anteponitur. Nam ſeruire Deo regnare eſt. ergo alium præter Deum adorare, aut alij ſeruire ea ſeruitute quam diabolus ſuadebat, id verò, quamuis magnis & illuſtribus conditionibus propoſitis, miſerrimum, & abiectiſſimũ ſeruitutis eſt genus.

c Finita omni tentatione. his enim generibus, omnis diaboli tentatio comprehenditur, quæ verbo Dei rectè producto ſuperari poteſt.

d Exitus eorũ qui Deo fidẽtes obediunt, vt nõ opus ſit ſua curare, ſicut diabolus ſuadebat. ſed ſeſe Deo permittunt: non modò enim abundant neceſſariis rebus, ſed Angelos miniſtros ſortiuntur. miniſtrabant angeli Ieſu cibum diuina prouidentia ſuppeditatum.

e Iohanne imminuto Ieſus creſcit: hoc eſt, illo iam defuncto ſuis muneribus, hic ſuis fungi incipit euangeliſtæ, & curatoris ac beneficentiſſimi, tandẽque ſeruatoris hominũ.

f In Nazareth habitauerat, vt priuatus, & ſubditus parẽtibus, hoc eſt, matri & alũno, vſque in diem oſtẽſionis ſuæ ad Iſrael.

g Vt notior pluribus eſſet eius legatio ac prædicatio, tum Iſraelitis tum gentibus. hanc opportunitatem finitima gentibus vrbs, & mari proxima præbebat.

h Quod duplici ſignificatione dictum fuerat per Prophetā iam ſemel fuerat olim initum, ſed nondũ impletũ vſque ad hāc Ieſu legationem.

i Ex eo tempore & loco.

k Pœnitentia & fides duæ res in Euangelio poſtulatæ, ſine quibus regnum cælorum obtinere nemo poteſt. Fides exigitur audito nuntio regni cælorũ appropinquantis; pœnitentia virtus vitiorũ fuga, & bonorũ operũ ſtudio præſtatur. Idem [illegible] prædicādi initiũ & Iohāni: vterque enim vnam rem docebat, videlicet tempus gratiæ & ſalutis ac regni aduenisse, ſed Iohannes vt Propheta & index, Ieſus vt Propheta, & auctor procuratorque ſalutis agebat. l Singularis electio & vocatio ad Apoſtolatum, hominum ineruditorum, vt non glorietur caro indicat locus hic magnam Dei volũtatem erga ſalutem hominibus nuntiandam, quandoquidem Ieſus ſtatim ipſo Euangelij prædicandi initio aſſumit operarios. vt citius bonus ille nuntius & ſalutis, & regni propagetur. conuenit autem hæc res plurimum cum antiquis vaticiniis. m Ad eiuſdem artis genus, ſed excellentius mutantur. ſic nouit Deus homines allicere, non, inquit, ad homines vincendos bello, ſed ad viuos capiendos, non ad mortem, ſed ad vitam. hoc Græcum verbum ſignificat apud Lucam.

minum. [20] [a] At illi continuò relictis reti-
bus, ſecuti ſunt eum. [21] Et procedēs inde,
vidit alios duos fratres, Iacobum Zebé-
dæi & Iohannem fratrē [b] eius in naui cum
Zebedæo patre eorum, reficientes retia
ſua: & vocauit eos. [22] Illi autem ſtatim
relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum.
[23] Et [c] circuibat Ieſus totam Galilæam,
[d] docens in ſynagogis eorum, & prædicās [e]
euangelium regni: & ſanās omnem lan-
guorem, & omnem infirmitatem in po-
* fama 2 MS. G. 8. pulo. [24] Et [f] abiit * opinio eius in totam
Syriam. & obtulerunt ei omnes malè ha-
bentes, variis languoribus & tormentis
comprehenſos, & [g] qui dæmonia habebāt,
& lunaticos, & paralyticos, & curauit
Marc.3.a.7. eos: [25] & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ
Luc.6.a.17. [h] de Galilæa, & Decapoli, & de Ieroſoly-
mis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.

## CAP. V.

* Ieſus MS. Hur. 5. VIdens autem * turbas, aſcēdit in mon-
A tem: & cùm ſediſſet, acceſſerunt ad eū
diſcipuli eius, [2] & aperiens os ſuum, do-
Luc.6.a.20. cebat eos, dicens, [3] † Beati [a] pauperes ſpiri-
tu: quoniam ipſorum eſt regnum cælo-
B rum.

a Optimum exempiū iis qui à Deo vocantur, nihil diſputare aut hæſitare, nihil cunctari, ſed obſequi ſimpliciſſimè vocanti Deo.

b Vocantur aut fratres aut amiciſſimi atque propinqui inter ſe ad ſignificandā concordiā in munere obeundo.

c Sedulitas, diligentia & ſtudium Ieſu erga publicam ſalutem.

d Bona & ſalutifera doctrina publicè in locis ad docendum deſtinatis, non in occulto à Ieſu docetur. Atque hic, docere, interpretamur ex ſacrorū librorum lectionibus rationes publicæ ſalutis & temporis illius exponere: in ſynagogis enim ad doctrinam & diſciplinam conueniebatur, legebantur ſacra ſcripta, explicabantur oracula. hoc Ieſus faciebat magna omnium admiratione deinde præconium publicè in ſynagogis & extra ſynagogas à Ieſu edebatur hoc eſt prædicare bonum regni nuntium.

e Vt olim Moſes annuntiauit Iſraëlitis libertatem à ſeruitute Ægyptiorū, & dignitatem obtinendam populi ſacri & Deo regi dicati, quę omnia corporaliter contigere, atque illius læti nuntij auctoritas ſignis, portentis & miraculis cōfirmata fuit: ſic Ieſus hominibus remiſſionem à peccati & diaboli ſeruitute, & traductionem ad regnum cælorum ſpirituale nuntiat lætiſſimum nuntium; quod quia ad ſalutem ex morte referebatur ſanitate reſtituta ex variis morbis & liberatione à dæmoniorū oppreſſionibus confirmatur.

f Beneficentia ſua ſponte lucet, & conciliat hominum opinionem famamque bonam. hoc autem ad regni præconium propagandum faciebat. Syriam hîc Palæſtinā interpretamur & Damaſcenam, hoc eſt à maris Mediterranei littore vſque ad Gilead mōtes breui tempore hæc omnia loca compleuit fama prędicationis Ieſu ſanationum virtute confirmata.

g Variorum & difficillimorum morborum curatio atque dæmoniorum expulſio doctrinam verā efficaciamq; cæleſtem probabat omnino aduerſam diaboli regno.

h Ieſu miniſterium quà prædicationem euangelijque pręconium ſpectabat, ad omnem Iſraëlitidem regionem & gentem pertinuit ad confirmandas promiſſiones patribus factas, vt Paulus docet.

CAP. V. Euangelij promiſſionum & inſtitutionum ſumma breuis. Formam Eccleſiæ ſuæ militantis in hoc mundo deſcribit Chriſtus, legéſque charitatis diſcipulis ſuis præſcribit, incipiens à priuatis ſingulorum moribus: deinde ad eos tranſit qui ad communem hominum ſocietatem conſeruandam, atque ad mutuum officium pertinēt, quibus Eccleſiæ ſuæ homines inſtructos eſſe vult, ſi ſtudeant in triumphantem Eccleſiam recipi.

† Has virtutes quanquam definitione ſeparatas ac diſtinctas, tamen non vult Chriſtus in ſuis diſcipulis eſſe ſeiunctas, ſed coniunctiſſimas. a Qui verè ex corde renuntiant auaritiæ & ambitioni, atque diuitiarum ſi quas poſſident non amatores, ſed boni diſpenſatores ſunt. hi cùm pauperes fiant ſpiritu propter Deum, diuitiis augentur ſpiritualibus etiam in hac vita, dum adhuc ſunt in Eccleſia militanti; atque hi potiſſimum pertinent ad definitionem Eccleſiæ Chriſtianæ, hoc eſt ad Chriſti imitatores. Omnes hæ conditiones à Chriſto indicatæ eò pertinent, vt homines doceantur beatitudinem non conſiſtere in rebus quas mundus probans expetit, ſed omnino in contrariis ſuſceptis ex fide & obedientia erga Deum.

rum. 4 Beati mites[b]: quoniam ipſi poſſi- *Pſal.* 36.*a.* 11.
debunt terram. 5 Beati qui[c] lugent: quo-
niam ipſi conſolabũtur[d]. 6 Beati qui[e] eſu- *Iſa.* 61 *a.* 3. & 65. *c.* 13. & 66 *c.* 10.
riunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi
[f]ſaturabuntur. 7 Beati[g] miſericordes: quo-
niam ipſi miſericordiam conſequentur.
8 Beati[h] mundo corde: quoniam ipſi Deũ *Pſal.* 23.*a.* 4.
videbunt. 9 Beati[i] pacifici: quoniam *filij * ipſi M.S.R.G.S.
Dei vocabuntur. 10 Beati qui perſecutio- 1 *Pet.* 2.*d.* 20. & 3.*c.* 14. & 4.*d.* 14.
nem patiuntur propter[k] iuſtitiam: quo-
niam ipſorum eſt regnum cælorum.
11 [l] Beati eſtis cùm maledixerint vobis*, * homines Msq. *Hier.*
& perſecuti vos fuerint, & dixerint om-
ne malum aduerſum vos mẽtientes, pro-
pter me: 12 gaudete & exultate, quoniam
merces veſtra copioſa eſt in cęlis. ſic enim
perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt an- B
te vos. 13 Vos eſtis[m] ſal terræ. [n] Quòd ſi *Mar.* 9.*g.* 50. *Luc.* 14.*g.* 34.
ſal euanuerit, in[o] quo ſalietur? ad nihilum
valet vltrà, niſi vt mittatur foras, & con-
culcetur ab hominibus. 14 Vos[p] eſtis lux
mundi. Non[q] poteſt ciuitas abſcondi ſu-
pra montem poſita. 15 neque accendunt *Mar.* 4.*c.* 21. *Luc.* 8.*c.* 16. & 11.*c.* 33.
[r] lucernam, & ponũt eam ſub modio, ſed 1.*Pet.* 2.*c.* 12.
ſuper candelabrum, vt luceat omnibus
qui in domo ſunt. 16 [s] Sic luceat lux ve-
ſtra coram hominibus: vt videant opera
veſtra

b Verè mitis generatio permanet etiam in hac terra quam potentes huius ſeculi ſibi vſurpandam vendicant, & vſurpatam multis curis & ſolicitudinibus vix teneat, atque citò etiam relinquant: mites verò cùm terra non alijs rationibus fruiverint quàm æquũ eſt, verè fruuntur à multis difficultatibus longè alieni.

c Lugent, qui vitam degant à voluptatibus ſeculi & carnalibus concupiſcentijs alienam, dolentes aliorum hominum in ea re errorem & peruerſitatem. mundus arbitratur beatos eos qui voluptatibus ac delitijs fruuntur.

d Spiritu conſolationis ſancto.

e Qui ita expetunt & optant iuſti eſſe iuſtitia diuina à Deo communicata, quę ſaturat verè homines vt omni ſtudio illam quærant & petant à Deo feruenti fide & attenta obedientia diuinis iuſſis exhibenda.

f Ipſi ſaturabuntur iuſtificati gratia Dei.

g Tantum abeſt vt ſint beati qui ſuas iniurias vlciſcuntur aut perſequuntur, vt mundus putat, miſericordes ſunt, qui miſericordiam exercẽt non ſolùm erga proximos, ſed erga eos à quibus læſi offenſique ſunt: ij Deum erga ſe miſericordem experientur.

h *Mundo corde*] qui carnis deſideria peroſi auerſantur, & ſimpliciſſimam puritatem amant & colunt, ipſi videbunt Deum in ſe manentem & regnantem, namque in carnalibus non manebit Spiritus Dei. itaque non ſolùm mala facta, ſed malę concupiſcentiæ vincendæ ſunt ijs qui ſtudent beneficiorum Dei in Euangelio contentorum conſortes fieri.

i Pacifici, qui bellum & diſcordiam atque contentionem auerſati, pacem quocunque damno & incommodo temporali proprio commutant.

k Propter iuſtitiam Dei in Euangelio promiſſam, quam vel auditam expetentes quærunt, vel acceptam diuino beneficio prædicant, atque eius cauſa mundo exoſi atque iniuſti vexantur.

l Cum odium & iniuria non ob culpam inferatur, ſed ob pietatis cultum alienum à mundi ſtudijs, & nulla alia odij aut maledicentiæ cauſa eſt, [illegible] Chriſtianæ pietatis veri & integri cultores prædicatores [illegible], & tamen in vos maledicta multa congerantur magno mendacio.

m Quorum virtute à me accepta humana natura iam inde à principio corrupta corrigenda condiendaque eſt. Euangelij à vobis annuntiati efficientia inenarrabili.

n De ijs agit qui ſpiritum ſanctificationis prodiderint, & ſanguinem teſtamenti conculcarint. Arcanus eſt hic ſermo.

o In quo ſalietur ipſum ſal?

p Ex virtute mea vobis communicata. namque ego lux veni in mundum, vt omnis qui credit in me, non ambulet in tenebris.

q Eccleſia ſuper Chriſtum fundata, illuſtris erit & conſpicua gentibus omnibus, inter quas lucebit ſicut luminaria in cælo. ſic Iſaias prædixit de monte domus Domini præparando ſuper verticem montium.

r Diſcipulorum Chriſti lux antiquorum hominum luci præſtat plurimùm. illis virtus & ſanctitas adfuit, ſed modica & priuata, ſi comparetur cum horum luce, de qua verè ſcriptum eſt, Poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque in extremum terræ.

s Hortatur eos ad huius lucis communicationem.

vestra bona, & [a] glorificent patrem veſtrũ
qui in cælis eſt. 17 [b] Nolite putare quoniã
veni [c] ſoluere legem aut prophetas. non
Luc. 16.d.17. veni ſoluere, ſed [d] adimplere. 18 Amen
quippe dico vobis, donec trãſeat cælum
C & terra, iota vnũ aut vnus apex non præ-
teribit à lege, [e] donec omnia fiant. 19 Qui
Luc. 2.b.10. ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis mi-
nimis, & docuerit ſic homines: [f] minimus
vocabitur in regno cælorum. qui autem
fecerit & docuerit: hic magnus vocabi-
tur in regno cælorum. 20 Dico [g] enim vo-
b[illegible] quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra
[illegible] f.39 [illegible] Scribarum, & Phariſæorum,
[illegible] abitis in regnum cęlorum. 21 Au-
Exod. 20.c.13 Deut. 5.b.17. [illegible]tis quia dictum eſt antiquis: Non oc-
cides. qui autem occiderit, reus erit iudi-
cio. 22 Ego autem dico vobis, quia omnis
qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit [h] iudicio.
D Qui [i] autem dixerit fratri ſuo, raca, reus
erit concilio. Qui [k] autem dixerit, fatue:
reus erit [l] gehennæ ignis. 23 [m] Si ergo offers

a Sicut ſcriptum eſt: Omnes qui viderint eos cognoſcent illos, & dicent, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

b Hactenus promiſſiones Eccleſiæ factæ, & expoſitiones conditionis, ad quam illa vocatur, atque hortationes ad expectationem illius beneficij & ſanctitatis, & ad illã dignitatis rationem ſtrenuè obeundam: nunc deinceps quid ipſe à ſua Eccleſia exigat, vt illi tantam dignitatem, tantam beneficiorum ſummam communicet, exponit. nõ, inquit, hæc otioſis & ignauis aut tepidis danda ſunt, ſed iis quibus ſummum ſtudium pietatis fuerit, non verbis tantùm prædicandæ, aut fide tantùm otioſa credendæ, ſed integra cura ac diligentia colendæ.

c Solui lex dicitur, quæ ceſſat irritàve ſit.

d Efficere, vt mihi credentes adimpleant omnino. eſt enim ſancta lex & ſpiritualis, quam contento ſtudio obſeruari oportet ab iis qui mihi fidem habent: tantũ verò abeſt vt ego venerim eã ſoluere, vt iis qui diligenter cuſtodierint & obſeruarint, daturus ſim Spiritum ſanctum meum, & ſcripturus legem in cordibus eorum, quam ardenti amore & ſtudio adimpleant.

e Quin omnia fiãt. agit de lege Decalogi, & aliis partibus ad eam pertinentibus, non de ceremoniali lege quã ipſe impleturus erat: adimpleturi etiã erant diſcipuli, non tamen ad literam, ſed ſpiritualiter.

f Regnum cælorum partim in terra, partim in cælo eſt: in terra eſt Eccleſia militans, in qua perfecti & imperfecti, & infirmi etiã ac peccatores eſſe poſſunt. eſt enim ſagena ex omni genere piſcium congregans: in triumphanti verò nihil infirmum aut inquinatum eſſe poteſt. Igitur illum in Eccleſia militante minimum haberi oportet, qui ſoluerit vnum ex mandatis: qui verò



omnia fecerit & docuerit, magnum vocari oportet eum, atque talis vnuſquiſque habebitur iudicio diuino.
g Vt oratio, ita ſignificatio varia eſt. Nam, vocari in regno, aliud eſt, quàm intrare in regnum. illud collectionis,
hoc delectus & poſſeſſionis eſt, pertinetque ad Eccleſiam triumphantem. Alludit tota oratio ad figuram anti-
quam Exodi. In Eccleſiam triumphantem non intrabunt quorum iuſtitia actiua & exercita non præſtiterit iuſtitiæ
actiuæ & obſeruatæ à Scribis & Phariſæis, non à malis Phariſæis & Scribis, inquam, ſed ab optimis, & qui dili-
gentiſſimè obſeruant Decalogi præcepta: illi enim effectum tantùm ad legis normam cõformare contenti, idque di-
ligenter, cætera non tantum curant, ego verò non ſolùm effectum, ſed affectum omnem lege diuina regi volo.
h Hoc loco conſtituit Dominus Eccleſiaſticum iudicium, auctoritatémque Epiſcopis, Conciliis, & omni Eccleſię
tradit. Iudicium hoc loco epiſcopi vel paſtoris, vel alius ordinarij miniſtri reprehenſione & admonitione vt corri-
gatur. i Grauius factum publicè magis animaduertendum eſt. Concilium Eccleſiaſticorum patrum intellige;
qualis ſynodus eſt eccleſiaſtica ciuitatis vel prouincialis. Raca ſtultum ſignificat, ſiue vacuum cerebro: vox Chal-
dæ increpantibus familiariſſima & frequentiſſima, vt aliàs docebimus Deo annuente k Huiuſmodi vocum
appellatio cùm animo lædendi fit, culpa non vacat: ideo vindicta digna eſt inter Chriſtianæ charitatis & perfe-
ctionis ſtudioſos miniſtros. l Eiectionem ab Eccleſia ſignificat: nam qui eiicitur iuſtè, in peccato eſt, & ex
conſequenti gehenna ignis dignus, niſi pœnitentiam agat, vt recipi mereatur in Eccleſiam. m Amorem [illegible]
cem, & mutuam charitatem, vt Chriſtianæ Eccleſiæ vinculum ſtudioſiſſimè coli debere, docet Chriſtus eos qui ſuam
doctrinam amplecti, & promiſſionem conſequi cupiant; aliàs ſeueritatem diuini iudicij experturos. idque confir-
mat ſimilitudine ducta ex iudiciali conſuetudine, non ſolùm apud eos qui Deum colunt, ſed apud omnes gentes,
inter quas iudicium ex iuſtitia exercetur.

in Isaia, et Zacharia.



munus tuum ad altare, & ibi recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid ad-
uerſum te: 24 relinque ibi munus tuum
ante altare, & vade prius [a] reconciliari [a] reconciliare 6 MS. R. G S.
fratri tuo: & tunc veniens offeres munus
tuum. 25 Eſto conſentiens aduerſario tuo *Luc.12.g.58.*
citò dum es in via cum eo: ne fortè tra-
dat te aduerſarius iudici, & iudex tradat
te miniſtro, & in carcerem mittaris.
26 Amen dico tibi, non exies inde, donec
reddas nouiſſimum quadrantem. 27 Au-
diſtis quia dictum eſt antiquis, Non mœ-
chaberis. 28 Ego autem dico vobis, quia *Exod.20.c.14 Eccl.41.d.23*
omnis qui viderit mulierem ad [a] concu-
piſcendum eam, iam mœchatus eſt eam
in corde ſuo. 29 [b] Quòd ſi oculus tuus de- *Infr.18.a.8. Marc.9.g.47.*
xter ſcandalizat te, erue eum, & proiice E
abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum
membrorum tuorum, quàm totũ corpus
tuum mittatur in gehennam. 30 Et ſi de-
xtera manus tua ſcandalizat te, abſcinde
eam, & proiice abs te: expedit enim tibi
vt pereat vnum membrorum tuorum,
quàm totum corpus tuum eat in gehen-
nam. 31 [c] Dictum eſt autem, Quicunque *Deut.24.a.1. Infr.19.b.7.*
dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum *Marc.10.a.4. Luc.16.d.18.*
repudij. 32 Ego autem dico vobis, quia *1.Cor.7.b.10.*
omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, [d] exce-
pta fornicationis cauſa, facit eam mœ-
chari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.
33 Iterum audiſtis quia dictum eſt anti- *Leui.19.c.12. Exod.20.b.7.*
quis, Non [e] periurabis: reddes autem Do- *Deut.5.b.11. Inf.23.c.22.*
mino

a Concupiſcẽtiam antiqui cùm vincere non poſſent, minimum peccatum putauerunt, & minimum mãdatum, Non concupiſces. tamen Chriſtus aſſerit & hoc eſſe magnum mandatum, & illam graue peccatum: nam quanquam ſola concupiſcẽtia alterum minimè lædamus hominem actu, tamen & Deum offendimus, qui dixit, Non concupiſces: & hominem ipſum corde etiam lædimus quem corde diligere vt noſmet ipſos debemus. Vt enim ex corde amor proficiſcitur, ſic odium & maleuolentia, & omnes quæ hinc oriuntur iniuriæ. Pugnare autem cum concupiſcentia fortiſſimè vult ſuos Chriſtus, augendos poſtea à ſe ſpiritu ſancto, cuius virtute concupiſcentiam omnino temperent, & rationi ſubiiciant.

b Omnia impedimenta, quæ nos à ſimplicitate pietatis Chriſtianæ retardare aut detinere, aut auertere poſſint, remota omnino Dominus vult, quanquam ea aliâs nobis vel chariſſima vel apprimè neceſſaria videantur.

c Nõ dicit, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, vt in obſeruationibus cæteris; ſed, Dictũ eſt autem. Neque enim hoc præceptum eſt de dimittẽda vxore, ſed permiſſio: & ea permiſſio Moſis non ſine Dei conſenſu, idque in vna cauſa fornicationis, non in aliis: atque hæc tota ratio tempore Chriſti turbata erat ex callida interpretatione Scribarum familiæ Samai, vt nos in Concilio Tridentino expoſuimus, & aliâs docebimus. Reprehendit igitur Chriſtus cõſuetudinem iam acceptam ex illa interpretatione, & permiſſionẽ ipſam antiquam ad meliorem etiam rationem referre ſtudet, quam aliàs ipſe exponet.

d Quam vnam Moſes excipi voluit: iuxta cuius ſententiam cæteri omnes qui vxorẽ dimittunt, mœchantur.

e Periurium Deum offendit, & hominem lædit, qui ad fidem firmãdam iuramẽtũ exigebat. Eſt enim iuramẽtum nõ ex natura aut ſua aut rerũ neceſſariũ, ſed ex ſuſpicione fidei non rectè obſeruatæ. Vult igitur Chriſtus tãtam eſſe inter ſuos obſeruantiã, & integritatẽ atq; ſimplicitatẽ fidei ac veritatis, vt nullo modo opus ſit iuramento inter eos. Non damnat iuramentũ; namq; id natura ſua ſanctiſſimum: ſed improbat malã hominum fidem, aut vanitatis ſuſpicionẽ, ad quã remouendam iuramẽto ſit opus. ideo non dicit, Quod his abundantius eſt, malum eſt; ſed, à malo eſt. hoc eſt, à malitia proficiſcitur, & à conſuetudine vanitatis & doli mali, à qua alieniſſimum eſſe oportet diſcipulũ meũ. de hac ratione omni aliâs plura & exactiùs dicemus.

mino iuramenta tua. 34 Ego autem dico
F vobis non iurare omnino, neque per cæ-
lum, quia thronus Dei eſt; 35 neque per
terram, quia ſcabellum eſt pedum eius;
neque per Ieroſolymam, quia ciuitas eſt
magni regis; 36 neque per caput tuum iu-
raueris, quia non potes vnum capillum
album facere aut nigrum. 37 Sit ſermo
autem veſter, eſt, eſt; non, non: quod au-
*Iac.5.c.12.* tem his abundantius eſt, à malo eſt.
*Exod.21.e.24* *Deut.19.d.21* *Leui.24.d.20* 38 [a] Audiſtis quia dictum eſt, Oculum pro
*Luc.6.e.29.* oculo, & dentem pro dente. 39 Ego au-
tem dico vobis non reſiſtere malo: ſed ſi
MS. quis te percuſſerit in dexteram maxillã
*1.Cor.6.b.7.* tuam, [b] præbe illi & alteram: 40 Et ei qui
MS. G. S. vult tecum in iudicio contendere, & tu-
nicam tuam tollere, dimitte ei & palliũ.
41 Et quicunque te angariauerit mille paſ-
6 MS. G.S. *Deut.15.b.7* ſus, vade cum illo alia duo. 42 Qui pe-
tit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne
auerſatus fueris. *Auguſt.* "auertaris". 43 Audiſtis quia dictum eſt,
*Leui.19.d.18.* [c] Diliges proximum tuum, & odio habe-
G bis inimicum tuum. 44 Ego autem dico
vobis, Diligite inimicos veſtros, bene-
*Luc.6.d.27.* *Rom.12.d.17* facite his qui oderunt vos: & orate pro
*Luc.23.e.34.* *Act.7.g.60.* *1 Cor.4.c.13.* perſequentibus & calumniantibus vos:
45 Vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt,
qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos &
malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.
46 Si enim diligitis eos qui vos diligunt,
habetis 2 MS. *Hier.* G. quam mercedem "habebitis"? nónne &
publicani hoc faciunt? 47 Et [d] ſi ſalutaue-
ritis

a Non tollit hîc Dominus iudicij publici animaduerſionem aduerſus nocentes, quam integram ſeueramque eſſe vult Deus, ſed hac ſæpe aliàs confirmata, priuatæ vltionis ſtudium appetitumque improbat, & pacem quocunq; incómodo optari debere docet.

b Potius quàm illi reſiſtas, cum quo pacem exercere debes, etiam ſi ille tecum velit contendere, ne tamen tu contendas, ſed cede; ita vt vincas in bono malum. Neque agitur hîc expreſsè de vi à graſſatoribus, vel ab hoſtibus illata, quam vi etiam repellere licet, ſed priuatas inimicitias omnino fugiendas eſſe docet: & quemadmodum ſeſe vnuſquiſque pius gerere debeat erga alium, qui, vt fieri inter homines ſolet, ſecum contendere vel de re, vel de honore, vel de aliis commodis, cum pacis & charitatis detrimento ſtudeat. illius enim animum patientia, obſequio ac beneficentia ſuperandum eſſe ait. nullum enim diſpendium magnum eſſe poteſt, ſi cum tanta victoria comparetur. Atque hæc breuiter de priuatis inimicitiis ac ſimultatibus.

c Ex variis Scripturæ locis Scribæ collegerant & docuerant hoſtes publicos non ſolùm abigendos eſſe à cõmercio & conſuetudine Iſraelitarum; ſed odio, contentione, atque bello etiã & cæde afficiendos: atque inde etiam hoſtium & inimicorum definitionem multo plus iuſto dilatauerant. Nunc parat Chriſtus homines conciliare omnes; qui omnes ſeruaturus venerat. vult autem ſuos diſcipulos ita lucere & valere virtute, probitate, beneficentia, ac demum charitate maxima & ampliſſima, vt his artibus ij qui vulgari modo hoſtes inimiciq; habẽtur, victi omnino & ſuperati concilientur, atque ex omnibus vnum fiat ouile. quod ſi illi hoc modo vinci noluerint, tamen hi ſuo præmio non carebunt rei bene & ſecũdum præſcriptum geſtæ. quod ſi ita cum hoſtibus alienæque religionis hominibus agendũ eſt, quid erit cum iis qui in eadem nobiſcum Eccleſia ſunt? Animaduertẽdum eſt Chriſtum loqui iuxta communẽ vulgi ſermonem, atque ita quibuſdam verbis vti non ex ſua ſententia, ſed ex accepta ſermonis conſuetudine, vt quod inimicos vocet, cùm tamen ille eo loco nullos haberi velit. de lege inimici odio habendi vide Exod. 34. & Deut. 7.

d Hic locus ſuperiorem explicat, videlicet de Gẽtibus agi, qui hoſtes habebantur vulgo. nam fratres dicuntur omnes Iſraëlitæ conſuetiſſimo ſermone. Quod autem ſalutationis mentio hîc fiat, id pertinet ad traditiones antiquas, de quib⁹ plura nobis ſunt aliàs dicenda.

ritis fratres veſtros tantùm, quid amplius
facitis? nónne & ethnici hoc faciunt?
48 Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater
veſter "cæleſtis" perfectus eſt. * qui in cælis eſt 2 MS. C.S.

## CAP. VI.

A Ttendite[a] ne [b]iuſtitiam veſtram facia- A
tis coram hominibus, vt videamini
ab eis: alioquin mercedem non habebitis
[c]apud patrem veſtrum, qui in cælis eſt.
2 Cùm ergo facis eleemoſynam, noli tu-
ba canere ante te, ſicut [d]hypocritæ faciunt
in ſynagogis & in vicis, vt honorificentur
ab hominibus: Amen dico vobis, [e]rece-
perunt mercedem ſuam. 3 Te autem fa- Rom. 12. b. 8.
ciente eleemoſynam, [f]neſciat ſiniſtra tua
quid faciat dextera tua: 4 vt ſit eleemoſy-
na tua in abſcondito, & pater tuus qui Luc. 14. c. 14.
videt in abſcõdito, reddet tibi*. 5 [g]Et cùm * palam. Iſa. 19. d. 15.
oratis, non eritis ſicut hypocritæ, qui a-
mãt in ſynagógis & in angulis platearum
ſtantes orare, vt videãtur ab hominibus.
amen dico vobis, receperunt mercedem 4. Reg. 4. e. 33. Act. 10. a. 9.
ſuam. 6 Tu autem cùm oraueris, intra in
cubiculum tuũ: & clauſo oſtio*, ora pa- * tuo MS. Hier. C.S.
trem tuum in abſcondito: & pater tuus
qui videt in abſcondito, [h]reddet tibi.
7 Orantes autem, nolite [i]multum loqui,
ſicut

a Magni momenti res eſt, quam negligi non oporteat.

b Duplex eſt iuſtitia, comparata & accepta de vtroque genere alias diſſeruimus. in prioris ratione omnia opera continentur Deo grata & probata, in quibus benignitas & beneficentia erga egenos propter pietatem exercita, valdè commendatur, adeò vt Hebraico, Chaldaico, Arabicoque ſermone idem verbum, quod iuſtitiam in genere ſignificat, vſurpetur etiam propriè pro beneficentia, quam Græci ἐλεημοσύνην dicunt.

c Ergo bonorum operũ merces eſt, videlicet rectè inſtitutorum; eaque apud Deum, ex pacto promiſſi diuini.

d Verbum Græcum eſt, & propriè hiſtrionem ſignificat. ſunt autem variæ perſonæ quas hiſtriones agũt, qui vincere etiam ſolent actione exteriori eos qui ex animo aut officio eiuſmodi partes tuentur, ita vt ſpectabiles magis ſe præbeant hominibus, quàm ij qui ex animo eadem agunt. Fallacia autem diaboli inducit nonnullos homines vt in pietate ſimulanda hiſtrionicam exerceant artem: quod maximè dolendum eſt, ac maximè cauendum.

e Popularem apud homines apud quos voluerũt iuſtitiæ perſonam agere, ſed non cæleſtem apud Deum, cui ſeſe non probarunt.

f Figurata oratio ad argumẽtum ex contentione inſtituendum, vt ſine arbitris & oſtentatione beneficium erogetur, adeò vt quod dextera donari poteſt, non adhibeatur etiam ſiniſtra. eſt enim oſtentationis genus vtraque manu porrigi, quod altera tantùm eaque dextra exhiberi poſſit. vide noſtrum Commentarium de arcano ſermone.

g Oratio vnum etiam ex pietatis officiis neceſſariis & Deo gratiſſimis atque adeò efficaciſſimis, ſi rectè inſtituatur. hoc etiam genus hypocriſi vitiari ſolet aliquando.

h Habet etiam ſuum fructum oratio pura, idque apud Deum.

i Nolite vana congerere, ſicut ethnici faciunt: multiloquium conſiſtit in vanis petitionibus, quales fiunt ab ethnicis, putantibus ſua vota exaudiri etiam in ſtultiſſimis rebus, aut etiã ſceleratis petendis: vt, Iane pater, clarè clare cùm dixit, Apollo, Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna Da mihi fallere, da iuſtũ ſanctumque videri, Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem. Et illud, o ſi Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule pupillumve vtinam quem proximus hæres Impello expungam; nam eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet, Nerio iam tertia conditur vxor. Huiuſmodi vanas & impias orationes reprehendit Chriſtus, in quibus ſuperuacua aut pernicioſa petuntur. non enim improbat Chriſtus longam & contentam orationem, modò piã, & honeſtas petitiones continentẽ, quales multæ in ſacris libris ſunt: ſed oſtendit quid petere debeamus, quid verò non ſit petendum: ſed permittendum prouidentiæ patris, qui ſcit quid conueniat nobis, rebuſque ſit vtile noſtris. Nil ergo optabunt homines? Reſpondet Dominus, Diſcipuli mei habent quod poſſint expreſſè optare & orare: cætera quæ ad illud genus non ſpectant, relinquant; quia ego non doceo eos attendere promiſſionibus temporalium rerum, ſed ſpiritualium. temporalia quæ ſatis ſint habebunt à Deo, etiam non petentes: ſcit enim ille quibus indigeant, & eſt pater. igitur ſic orabunt.

ſicut ethnici*. putant enim quòd in mul-
tiloquio ſuo exaudiantur. 8 Nolite ergo
B aſſimilari eis. ſcit enim pater veſter quid
opus ſit vobis, antequàm petatis eum.
9 Sic ergo vos orabitis: [a] Pater noſter qui
es in cælis, ſanctificetur nomen tuum.
10 " Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas
tua, ſicut in cælo, & in terra. 11 Panẽ no-
ſtrum " ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie.
12 Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut &
nos dimittimus [b] debitoribus noſtris.
13 Et ne nos " inducas in tentationem.
Sed libera nos à malo. Amen. 14 Si enim
dimiſeritis hominibus peccata eorum:
dimittet & vobis pater veſter cęleſtis de-
licta veſtra. 15 [c] Si autem non dimiſeritis
hominibus: nec pater veſter dimittet vo-
bis peccata veſtra. 16 Cùm [d] autem ieiu-
natis, nolite fieri ſicut [e] hypocritæ, triſtes.
exterminant enim facies ſuas, vt pa-
reant hominibus ieiunantes. Amen dico
vobis, quia receperũt mercedem ſuam.
17 Tu autem cùm ieiunas, vnge caput
tuum, & faciem tuam laua: 18 ne videaris
hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui
C eſt in abſcondito: & pater tuus qui videt
in abſcondito, reddet tibi. 19 [f] Nolite
theſaurizare vobis theſauros in terra: vbi
ærugo & tinea demolitur: & vbi fures
effodiunt, & furantur. 20 Theſaurizate
autem vobis theſauros in cęlo: vbi neque
ærugo, neq; tinea demolitur: & vbi fures
non

* faciunt Msq. *Hier.*
*Luc.11.a.2.*
" Veniat 2 MS. G.S.
" quotidianũ
" inferas MS.
*Inf.18.d.35.* *Marc.11.c.25* *Eccl.28.a.7.*
" MS.S.
*Luc.12.d.33.* *1.Ti.6.d.19.* *Luc.12.e.34.* *Luc.11.e.34.*

a Totius veteris Teſtamenti figurâ, & rem ipſam in nouo præſtitam continet hæc oratio. incipit à fine expetendarum rerũ, & deſinit in initium, ac rationem qua iniri efficique illæ in nobis poſſint & conſeruari.

b Ex corde & charitate non ficta.

c Præciſa & irreuocabilis ſententia, ſine exceptione.

d Ieiunium vnum ex exercitationibus piis ac Deo probatis, ea ratione initum quã pietas præſcribit, vt Deus placetur nobis attentè orantibus, & à vitio ac voluptate alienatis.

e Aliud genus perſonati hiſtrionis: nam ſunt & hypocritæ hilares, & hypocritæ etiam ambitioſi, & multorũ generum. Omnis autem hypocriſis improbatur, vt vera virtute deficiens. Hypocritæ etiam ſunt, qui dicunt ſe nolle eſſe hypocritas, & tamẽ ipſi hac opinione ſiue profeſſione decipiunt ſeipſos & alios.

f Quæ verè expetenda ſint, expetere præcipit; idque comparatione rerum inter ſe.

non effodiunt, nec furantur. 21[a] Vbi enim
eſt theſaurus tuus, ibi [*]eſt & cor tuum.
22[b] Lucerna corporis-tui, eſt oculus-tuus.
Si[*] oculus tuus fuerit ſimplex, totum cor-
pus tuum lucidum erit. 22 Si autem ocu-
lus tuus fuerit nequam, totum corpus
tuũ tenebroſum erit. 23 Si ergo [c] lumen
quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebrę
quantæ erunt? 24 Nemo poteſt duobus
[d] dominis ſeruire. aut enim vnũ odio ha-
bebit, & alterum diliget: aut vnum ſuſti-
nebit, & alterum contemnet. Non po-
teſtis Deo ſeruire & mammónæ. 25 [e] Ideo
dico vobis, ne ſoliciti ſitis [f] animæ veſtræ
quid manducetis*, neque corpori veſtro
quid induamini. Nónne anima plus eſt
quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimẽ-
tum? 26 Reſpicite volatilia cęli, quoniam D
non ſerunt, neque metunt, neque cógre-
gant in horrea: & pater veſter cæleſtis pa-
ſcit illa. Nónne vos magis pluris eſtis il-
lis? 27 Quis autem veſtrûm cogitans, po-
teſt adiicere ad ſtaturam ſuam cubitum
vnum? 28 Et de [g] veſtimento quid ſoliciti
eſtis?

* erit MS. G.S.
- 6 MS. G.S.
- 5 MS G.S.
* igitur 1 MS. R G.S.
Luc. 11. c. 34.
Luc. 16. c. 13.
Luc. 12. c. 22. 1. Pet. 5. b. 7. Pſal. 54. d. 25. Phil. 4 a. 6. 1. Tim. 6. b. 8.
* & quid bibatis MS. G.S.

a Ne quis ſeipſum decipiat, dicens ſe velle Deo ſeruire, & mãmonæ ſtudere. hoc veriſſimum eſt pectora humana nõ admittere duas curas. oportet igitur rectè ſemel rationem theſauri ſtatuere. nam ſiue theſaurũ ſtatuas in cælis, ſiue in terris, vtram iis conſtitutioné cura tua ſequetur ſtudioſiſſimè.

b *Oculus*] Ratio qua deliberandũ de vero bono atq; ſtatuendũ ſimpliciter eſt: quæ ſi peruerſis opinionibus perturbetur, actum eſt de toto vitæ genere. Oportet igitur vt vnuſquiſque curet integrum, illæſum, ac ſimplex rationis iudicium tenere & ſeruare: aliàs vulgaribus opinionibus & mũdi iudicio, appetitu vario & concupiſcẽtia raptus in præceps ibit. eſt autem oratio allegorica.

c Ratio & homo interior, qui creatus eſt ad imaginẽ Dei lucis particeps.

d Non conſentientibus inter ſe, vt nullo pacto conſentiunt mundi concupiſcentia & Deus. ſeruitutem ſpontaneam oportet eſſe ex animo & ſtudio, ac diligentia & opera: ſi alter diligitur, fieri nõ poteſt quin alter odio habeatur, vtpote qui cõſentire ſecum non poſſunt. Dilectionem comitatur affectus firmus & cupiditas obſequẽdi. quidquid hic contrà diſputetur, tamen quod Dominus affirmat ſimpliciter verum eſt.

e Bona hominum pars cupidine falſo decepta, ſe tantùm ea quærere dicit, quibus mortalis hæc vita indiget: atque eo ſtudio ſe diuitias parare aut non propter aliam cauſam: in hac ratiocinatione tenebras eſſe Chriſtus docet. Quandoquidem non tantum operę poni debet in re facilè para[illegible], qualis eſt victus & cultus neceſſarius. Deinde hoc non conſtat neceſſariò ſtudio proprio, ſed Dei benignitate & prouidentia, qui poteſt & ſcit ea quæ commodiſſima ſunt ſuis proſpicere; idque perpetuò efficit erga minoris æſtimationis res. Igitur ſi illa melius & oportunius minori labore & ſtudio ex diuina prouidentia contingunt, vt patet argumentis in natura obſeruatis; meræ tenebræ ſunt in ea re ſtudiũ conſumere, & illa relinquere aut negligere, quæ cùm ſumma & maxima atque optima ſint, ſummum ſtudium & diligentiam poſtulant.

f Animæ nomen pro ea naturæ parte vſurpatur, qua viuimus. hæc alimento indiget, ea verò non à nobis eſt, ſed à Deo auctore. eſt autem maioris dignitatis quàm eſca vltra omnem comparationem. hanc qui donare poteſt & vult, cætera etiam ad eam oportuna donare poteſt & vult: id etiam in minoribus rebus ſpectatur, vt in auiculis, quas quia viuere Deus vult, præter ſuam ipſarum curam aut diligentiam, paſcit & alit. ergo cui Deus vitam dare vult, eidem alimentum parabit in poſterum, dummodo ille contentus præſentibus Deum purè & ſanctè colat, idque contento ſtudio, nihil ſolicitus de futuro. nam humana in hoc genere prouidentia & cogitatio incertiſſima eſt, diuina verò certiſſima Quis enim creſcere poteſt, niſi Deus eum augeri & creſcere velit, idemque virtutem creſcendi incrementumque ſuppeditet? Cùm igitur Dei cura viuamus & creſcamus, conſequens eſt Dei cura, & non noſtra, nos ali. Stultum ergo eſt nimiam curam impendere rei, quæ neque in noſtra poteſtate, neque in cura noſtra eſt: & eam rem negligere, quæ cùm noſtræ curæ eſſe debeat, vt curari poſſit nobis datur, atq; etiam digniſſima omnium eſt.

g Veſtimentum neceſſitatis eſt, verùm minoris quàm victus. eſt etiam elegantiæ ac decoris. quidquid autem ſit, Deus longè præſtantiùs multoque elegantiùs veſtire poteſt ſuos, ſi opus fuerit, quàm vel ditiſſimus vel ingenioſiſſimus quiſpiam, qualis fuit Salomon, qui à liliis & floribus eſt in ea parte longè ſuperatus.

eſtis? Cōſiderate lilia agri quomodo creſ-
ſcunt: non laborant neque nent. 29 Dico
autem vobis, quoniam nec Salomon in
omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum
ex iſtis. 30 Si autem fœnum agri, quod
hodie eſt, & cras in clibanum mittitur,
* modicæ Ms. R. *Ebl. Hier.* c. s. Deus ſic veſtit: quanto magis vos a* mini-
mæ fidei? 31 b Nolite ergo ſoliciti eſſe, di-
centes, Quid manducabimus, aut quid
bibemus, aut quo operiemur? 32 Hæc
enim omnia gentes inquirunt. Scit enim
pater veſter quia his omnibus indigetis.
3. *Reg.* 3. a. 9. * autem Ms. a. s. 33 c Quærite * ergo primùm regnum Dei
& d iuſtitiam eius: & e hæc omnia adii-
cientur vobis. 34 f Nolite ergo ſoliciti eſſe
in craſtinum. craſtinus enim dies ſolici-
tus erit ſibiipſi. ſufficit diei malitia ſua.

CAP. VII.

A NOlite a* iudicare, vt non iudicemini.
* Nolite cōdemnare, vt non cōdemnemini. Ms 9. *Lu.* 6. *f.* 37. *Rom.* 2. *a.* 1. 2 * In quo enim iudicio iudicaueritis,
C iudi-

a ὀλιγόπιστοι. exiguæ fides in Deum homines in cogitationem diuitiarum detrudit. nam qui ſibi in poſterū nimis anxiè prouidet in his rebus temporalibus, is exiſtimat Deum, qui præſentia ſuppeditat, poſtea nihil eſſe daturum, neque Deum vt patrem habet, ſed vt alienum à ſe gentilū more. Quiſquis verò Deum patrem ſibi credit, & proſpicientem ſibi credit, & ſperat certiſſimè, idem præſentibus vtitur iuxta Dei voluntatem & mandatum. Pater cùm poſſit nunquam filiis deeſt, ſi tamen ſciat quid filiis vtile ſit. Deus pater eſt, omnipotens eſt, quid conueniat filiis, optimè nouit Igitur omne ſtudium in eo ponēdū eſt, vt Deum patrē propitium habeamus: namque ille oportuna omnia donabit ſuis tēporibus, vt patres filiis miniſtrant ſingulis diebus & opportunis horis neceſſaria ad victum, & cùm res exigit, ad veſtitum etiam. b Omnis humana indigentia tribus illis rebus continetur, cibo, potu, & veſtitu; quæ facilè expleri poſſunt, ſi modus ſecundum veritatem ac tempus ſtatuatur, non ſecundùm opinionem & cupiditatem: atque id longè melius à Deo præſtatur, immò ſine Deo bene præſtari non poteſt. Summa autem ſtultitia eſt homini de futuris ſolicitum eſſe. futurorum enim ratio in nullius conſilio & poteſtate eſt, niſi Dei ſolius. & tamen futurorum cogitatio cupiditatem & auaritiam in hominibus alit: nam qui in præſens habet, in poſterū ſolicitus eſt; hoc eſt, in eam rem intendit, quam in ſua poteſtate non eſt aſſequi. id vitiū gentium propriè eſt, & eorum qui gētes imitantur. Filiorum eſt præſentibus à patre oblatis vti, & futurorum curam patri relinquere, ſeque patri in iis ſtudiis quæ placere viderint probari curare. Nihil verò magis Deo placet, quàm filiorum ſtudium in regno Dei quærendo ſicut ſcriptum eſt, Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra c Regnum Dei primùm quærendum, hoc eſt, ſtudendum vt in regnum Dei adſcribamur, vt Deus in nobis regnet per gratiam & ſpiritum ſanctificationis. d Iuſtitia Dei eſt qua homines iuſtificantur: eſt autem Dei donū, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Quæritur autem illis duabus rebus, fide, & pœnitentia, in qua continentur omnia opera Deo probata, & ipſa iuſtitia exercita: * nam duplex eſt iuſtitia in ſacris, humana & diuina: humana, hominū eſt, gratia Dei adiuuante: diuina, à Deo donata, perficiens illam humanam. hæc eſt de qua Apoſtolus ait, Gratia ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt. * e Adeò verum eſt omnia adiici us qui regnum Dei verè & ex animo ſtudioſè quærunt, vt vel ſi quis ſua eroget in egenos, vel ſi nihil proprium habeat, tamen non indigeat neceſſariis, patre communi omnibus prouidente, vt in tertio Actorum Apoſtolorū capite apertè docemur. f Non otioſos vult ſuos eſſe diſcipulos Ieſus, ſed in perpetuo ſtudio regni Dei attentos, & in præſenti laborantes ad victum parandum qui ſatis ſit, & in craſtinum expectantes eandem prouidentiam, quæ in præſenti oportuna ſuppeditat referturque hoc Chriſti documentum ad exemplum eorum, qui in deſerto verbum Dei mandatumque ſecuti, præſentis diei cibum cælitus miſſum tantùm colligebant; craſtinum mittendum ſperabant à Deo.

* caute lege. et intellige iuxta [illegible]

CAP. VII.

Continet hoc caput multa doctrinæ Chriſti capita, non integram ſingulorum argumentorum tractationem. a Simplicitatem & candorem atque charitatem erga fratres præcipit, quos in leuibus rebus iudicare fas non eſt. Alludit ad iugum legis antiquæ, quod ſuis traditionibus grauiſſimum etiam reddiderant Phariſæi & Scribæ, omnem vel minimam actionem reprehendentes, cùm tamen ipſi grauiſſimis ſceleribus [illegible] tum etiam iudicium ac temerariam condemnationem notat hoc loco Chriſtus nam qui [illegible] amicum poſtulat, ignoſcat verrucis illius æquum eſt. Non agitur hoc loco de [illegible] & legit [illegible] perſæpe vt ſanctiſſimum & apprimè neceſſarium à Chriſto probatur & commendatur. [illegible] docendi ſunt leniter, non acriter increpandi in leuibus erratis. Oportet autem eum qui docet, non modò verbis, verùm exemplo etiam valere, atque doctrinam ipſam ſumma cum charitate inter fratres communicari oportet.

iudicabimini: & in qua menſura menſi *Marc.4.c.24.*
fueritis, remetietur vobis. 3 Quid autem
vides feſtucam in oculo fratris tui: & tra-
bem in oculo tuo non vides? 4 Aut quo-
modo dicis fratri tuo, * Sine eiciã feſtu- * Frater Msq. *Hier.*
cã de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo
tuo? 5 Hypocrita, eiice primùm trabem
de oculo tuo, & tũc videbis eiicere feſtu-
cam de oculo fratris tui. 6 [b] Nolite dare
ſanctum canibus: neque mittatis marga-
ritas veſtras ante porcos, ne fortè concul-
cent eas pedibus ſuis, & conuerſi dirum-
pant vos. 7 [c] Petite, & dabitur vobis: quę- *Eſ.21.b.22. Marc.11.c.24. Luc.11.b.9. Ioh.14.b.13. & 16.c.13. Iac.1.a.6.*
rite, & inuenietis: pulſate, & aperietur
vobis. 8 Omnis enim qui petit, accipit: &
qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. B
9 [d] Aut quis eſt ex vobis homo, quem ſi
petierit filius ſuus panem, nunquid lapi-
dem porriget ei? 10 Aut ſi piſcem petierit,
nunquid ſerpentem porriget ei? 11 Si ergo
vos, cùm ſitis mali, noſtis bona-data * Msq. *Hier.*
dare filiis veſtris: quanto magis pater ve-
ſter qui in cælis eſt, dabit [e] bona petẽtibus
ſe? 12 [f] Omnia ergo quæcunque vultis vt *Luc.6.d.31. Tob.4.c.16.*
faciãt vobis homines, * & vos facite illis. * ita ſ Ms. G.S.
Hæc eſt enim lex & Prophetæ. 13 [g] Intrate *Luc.13.e.24.*
per anguſtam portam: quia [h] lata porta, &
ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditio-
nem, & multi ſunt qui intrant per eam.
14 * Quàm * anguſta porta, & arcta via eſt * Quoniã ſ MS. Oq.
quæ ducit ad vitam, & [i] pauci ſunt qui in-
ueniunt

b Antiquæ ceremoniæ ſymbolũ explicat. ſacra myſteria gentibus, aut qui gentium more viuere contendunt, nõ ſunt communicanda. neque vitio atque delitiis affluentibus hominibus, atque id ſtudioſiſſimè agentibus, puræ doctrinæ documenta nuda non ſunt committenda, eiuſmodi enim hominum genus documenta contẽdit, & docentes ipſos malè excipit. Ita Chriſtus nullum coram Herode ſignũ fecit, neque in patria ſua coram incredulis & contemptoribus. docet ergo quemadmodum erga fratres ſimplices & erga exteros aut contemptores veritatique oſores nos gerere debeamus.

c Regnum Dei ac donum illud ſupernum ſummo ſtudio conatuque quærendum & petendum contentiſſimè eſt. hoc enim pro ſe acceptum, quemadmodum decet æſtimari, optari atque expeti. conciliat etiam Dei gratiam & beneuolentiam, beneficẽtiam excitat eiuſdẽ videntis non contemptionem, ſed cõtentionem eorum qui donum petunt ſanctiſque habent.

d Sua culpa non accipiunt Dei dona, qui optare & petere neſciũt vt decet. Qui panem & ouum petunt à parentibus terrenis, vtilia petunt, & parentes ſibi conſulentes efficiunt. Igitur à cæleſti patre cæleſtia dona petenda, ſanctum & margaritas quas ille non porrigit canibus aut ſuibus, ſed filiis optantibus & expetentibus.

e Tummodo bona petantur, & certa bona, videlicet ſpiritum bonum, vt apud alium Euangeliſtam explicatur. ſed multi à Deo pro pane & ouo lapides & ſcorpiones petunt; ideo non accipiunt, vel ſi propter importunitatem accipiunt, malũ ſibi accipiunt.

f Aliud caput de conſuetudine & ſocietate hominum inter ſe: quæ ſi rectè inſtituatur & ineatur purè, vt decet fratres, Deum valdè conciliat ad beneficentiam. nemo enim impetrat à Deo diuina illa bona, ſi à charitate erga fratres alienus eſſe perſeuerat. Eſt autem illa omnis charitatis, omnis legis atque propheticæ doctrinæ ſummum caput, apertiſſimumque omnibus ac commune præceptum, id velle aliis & præſtare quod tibi præſtari velis.

g Omnium quæ dici poſſunt & percipi ſumma ratio eſt, regnum cælorũ non obtineri, niſi ab iis qui per anguſtam portã introierint. Anguſta porta eſt propoſitum firmum, atque efficax viuendi ſecundùm diuinam legẽ: ea vita & mores arcta via dicitur. hoc idem eſt quod aliàs Chriſtus dicit, Pœnitemini, & credite Euangelio.

h Vulgaris viuendi & agendi ratio quam mundus tenet ac ſequitur, terrena commoda cæleſtibus rebus anteponens, via lata & frequens eſt.

i Ergo pauci ſeruantur, vt Chriſtus aliàs indicauit.

C ueniunt eam! 15 [a]Attendite à falſis pro-
phetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis
ouium, intrinſecus autem ſunt lupi ra-
*Luc.6.f.44.* paces. 16 à fructibus eorum cognoſcetis
eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas,
aut de tribulis ficus? 17 Sic omnis arbor
bona, fructus bonos facit: mala autem
arbor, malos fructus facit. 18 [b]Non poteſt
arbor bona malos fructus facere: neque
arbor mala bonos fructus facere:
*Sup.3.b.10.* 19 Omnis arbor quæ non facit fructum
** exciditur, e.s.* bonum, "excidetur", & in ignem "mitte-
** mittitur e.s.* tur". 20 Igitur ex fructibus eorum cogno-
ſcetis eos. 21 [c]Non omnis qui dicit mihi,
*Inf.25.b.11.* Domine, Domine, intrabit in regnum
cælorum: ſed qui facit voluntatem patris
mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnū
cælorum. 22 Multi dicēt mihi in illa die,
Domine, Domine, nōne in nomine tuo
*Act.19.c.13.* prophetauimus, & in nomine tuo [d]dæ-
D monia eiecimus, & in nomine tuo virtu-
tes multas fecimus? 23 Et tunc confitebor
illis, Quia nunquam noui vos: diſcedi-
** omnes MS. Gr.* te à me* [e]qui operamini iniquitatem.
*Pſal.6.a.9.* *Inf.25.d.41.* *Luc.13.e.27.* 24 [f]Omnis ergo qui audit verba mea hęc,
*Luc.6.g.47.* & facit ea, aſſimilabitur viro ſapiēti, qui
*Rom.2.b.13.* *Iac.1.d.22.* ædificauit domum ſuam ſuper petram,
*Iac.1.c.33.* 25 & [g]deſcendit pluuia, & venerunt flumi-
na, & flauerunt venti, & irruerunt in do-
mum illam, & non cecidit: fundata enim

C 2 erat

a Falſorum doctorum culpa multi pereunt, qui pro anguſta porta latam indicant, vel in lata aliam anguſtam conſtituunt, non illam quam Deus probauit. hos vitandos docet Chriſtus, faciles cognitu, vtpote verbis & ſpecie anguſtæ viæ præcones, re ipſa latæ cultores, humanorum commodorum appetentes, & honeſta oratione res apud Deum non probatas perſuadentes hominibus.

b Iudicium diuinum conſtat aduerſus malæ doctrinæ magiſtros, eorumque diſcipulos & ſectatores. cognoſci itaque hos oportet & vitari: facilè autem cognoſcuntur ex operibus atque ſtudiis, vitæque conſuetudine ac moribus; quanquam enim rectè loquantur, non rectè agunt. igitur quāquam in rectis audiendi ſunt, cùm recta loquantur, in vita imitandi non ſunt, cùm praua agunt. illa re vt certiſſima conſtituta, eiuſmodi arbores Deo ingratiſſimas eſſe, quæ foliorū tantùm ſpecie bonæ videantur, fructu verò ſint peſſimę. Quanquam enim huiuſcemodi homines auctoritate muneris ſui valeant, & faciāt etiam multa bona; tamen niſi ipſi in arcta verſentur via, alieni ſunt à regno Dei; quod non in ſermone, ſed in virtute cōſiſtit.

c Non ſatis eſt appellari Chriſtianum, Chriſti cultum profiteri, niſi ſimul ea profeſſio operibus moribuſque integris præſtetur.

d Munera publica & miniſteria legitimè collata, auctoritatem habent, & efficaciam ſuam ſortiuntur: ſed nō neceſſariò faciunt bonos eos qui fūguntur eiuſmodi miniſteriis. Aliud eſt eſſe virum bonum, aliud eſſe miniſtrū publicum in Eccleſia Chriſtiana. poteſt vtrumque in eodem eſſe, nempe virtus, & miniſterij auctoritas; atque hoc optimum eſt. Cæterùm qui vir bonus ipſe non ſit, quamuis legitimus, & diligens miniſter erga alios, niſi ipſe etiam fecerit volūtatem Dei, non cognoſcetur à Chriſto, illa cognitione ineffabili ſanctificationis ſingularis, quam Euangelium perpetuò ſignificat. is verò qui hoc modo à Chriſto non agnoſcitur, eiicietur foras.

e Operatores iniquitatis Latinè vno verbo Iniuſtos exponimus, ex Græca oratione.

f Audire oportet Dei voluntatem à Filio explicatam eamque ſummo ſtudio ſuſcipere ad præſtandum actionibus omnibus quidquid Deus iubeat. alterum fidei eſt, alterum pœnitentiæ & operum. huiuſmodi animo & rebus inſtructus homo domum ſuam ædificabit in regno cælorum, ſ. per Chriſtum ipſo Deo ædificium componente & ſtabiliente.

g Incommoditates omnes, vis, tentationes, perſecutiones, oppreſſiones, opprobria, mors denique ipſa diruere nequeunt ædificium ſpirituale ſuper Chriſtum fundatum.

a Non de auditoribus tantùm qui curioſitate aut leuitate audiunt, hîc agitur, namque huiuſmodi nihil ædificant, ſed de iis qui cùm audiant, credunt, & profitentur, dicentes, Domine, Domine; tamen non obediũt præceptis diuinis, & Euangelio nihilominus exiſtimant ſe iuſtos & ſanctos eſſe ex ſola fide. hi quidem ædificãt, ſed vt ſtulti, quorum ædificium non permanet. ſolidum igitur fundamentum ponere oportet. Chriſtus eſt fundamentum ſolidum: ille verò non ſe ſubſternit, niſi iis qui credũt, & faciũt.
b Multis modis turbantur ij qui ſolidam pietatem non habent, quominus maneant in ſanctitate & iuſtitia coram Deo omnibus diebus. cupiditates, metus, ambitio, tentatio, & vanę opiniones, doctrinarum alienarũ à veritate innumeri venti, atque horũ generum plurima alia, deiciunt ædificia non ſine difficultate extructa.

c Namque non facile, imò vix reſtitui poteſt ædificiũ euerſum, cui nullum ſubeſt quo innitatur fundamentum. magnam ruinam, integram omnino interpretamur, quando ædificiũ ab imo fundo euertitur. penitus corruit quod in arena ædificatum eſt, illidente impetu pluuiarum, & ventorum atque fluuiorum.

d Apertiſſimè docebat ſolidam doctrinam, in qua continebatur ſumma expetẽdarum rerũ, & agendarũ ratio, quid homines facere, quid à Deo expectare deberent, tanta dicendi maieſtate & perſpicuitate, tanta verborum ſimplicitate & grauitate, tanta rerum exponendarum dignitate, tanta denique ad mouendum auctoritate, vt nõ dicere, ſed imprimere dicta in hominum pectoribus videretur efficientiſſimè, aliis amorem, aliis timorem incutiens: cuiuſmodi exempla neque in doctrina Phariſæorum & Scribarum, neque in eorum orationibus ſpectari poterant. illi enim de minutiſſimis rebus ac plerumque ſuperuacaneis, idq; admodum ieiunè & ſine vlla efficacitate diſſerere ſolebant, vt homines ſomniantes audire quis videatur, ſi eos audiat, eorumve ſcripta legat. Chriſtus verò ita docebat vt Deus omnino loqui & docere tanquam legiſlator videretur. De his plura in Commentariis exponemus, ipſo dante Chriſto.

erat ſuper petram. 26 Et omnis [a] qui audit
verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis
erit viro ſtulto, qui ædificauit domum
ſuam ſuper arenam: 27 & [b] deſcendit plu- *Ezech.13.b.11*
uia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽ-
ti, & irruerunt in domum illam, & ceci-
dit: & [c] fuit ruina illius magna. 28 Et fa-
ctum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus ver-
ba hæc, admirabantur turbæ ſuper do- *Marc.1.c.22.*
ctrina eius. 29 [d] Erat enim docens eos ſicut *Luc.4.e.32.*
poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ
eorum & Phariſæi. *4 MS. Hier.*

## CAPVT VIII.

CVm autem deſcendiſſet de monte, ſe- A
quutæ ſunt eum turbæ multæ: 2 Et
ecce leproſus veniens, adorabat eum, di- *Marc.1.d.40.*
cens, [a] Domine, ſi vis, potes me munda- *Luc.5.c.12.*
re. 3 Et [b] extendens Ieſus manum, tetigit
eum, dicens, Volo: mundare. Et [c] confe-
ſtim mundata eſt lepra eius. 4 Et ait illi
Ieſus, [d] Vide nemini dixeris: ſed vade,
[e] oſtẽde te ſacerdoti, & offer munus quod *Leuit.14.a.2.*
præcepit Moyſes in [f] teſtimonium illis.
5 Cùm autem introiſſet Capharnaum, ac- *Luc.7.a.1.*
ceſſit ad eum Centurio, rogans eum, *Ioh.4.g.46.*
6 & dicens, [g] Domine, puer meus iacet in
domo paralyticus, & malè torquetur.
7 Et ait illi Ieſus, [h] Ego veniam, & curabo
eum.

CAP. VIII. a Breuis oratio, ſed magnæ fidei index. b Vt ſanationis virtus in Ieſu, & voluntas etiam oſtenderetur: manus enim potentiæ & voluntatis ſignum eſt ita extenſa. c Miraculum auget celeritas conficiendę rei. d Exemplum fugiendæ mundanæ gloriæ ſæpe repetitum Chriſto. e Acceptum à Deo beneficium, pura ac ſancta gratulatione excipere oportet. f Teſtabatur illud munus diuinum beneficium erga hominem mundatum, & receptum in Eccleſiam. g Tantum exponit ſuæ familiæ [illegible], nullum modum præſcribit liberatori, quem credit efficacem & benignum. h Promptus eſt Ieſus [illegible] beneficentiam, nulloque modo difficilis: plus etiam facere vult quàm petentis oratio & mens optare videatur.

eum. 8 Et reſpondens Centurio, ait, Do-
*Luc.7.a.6.* mine, non [a] ſum dignus vt intres ſub te-
ctum meum: ſed tantum [b] dic verbo, &
ſanabitur puer meus. 9 Nam & ego ho-
[14] MS. *Hier.* e.s. mo ſum ſub poteſtate [⌐] conſtitutus, ha-
bẽs ſub me milites: & dico huic, [c] vade, &
vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo,
fac hoc, & facit. 10 Audiens autem Ieſus,
miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit, Amẽ
dico vobis, non [d] inueni tantam fidem in
*Iſa.43.f.25.* *Mal.1.c.11.* Iſraël. 11 Dico autem vobis, quòd multi
*Luc.13.c.29.* ab [e] Oriente & Occidente venient, & re-
B cumbent [f] cum [g] Abraham, & Iſaac, & Ia-
cob in regno cælorum: 12 Filij autem re-
gni eiicientur in tenebras exteriores: ibi
*Inf.22.b.21.* erit fletus & ſtridor dentium. 13 Et dixit
*Luc.13.f.28.* *Iſa.106.b.20* Ieſus Centurioni, Vade: & ſicut [h] credidi-
*Sup.16.b.12.* *Marc.1.c.29.* ſti fiat tibi. Et ſanatꝰ eſt puer in illa hora.
*Luc.4.f.38.* 14 Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri,
vidit ſocrum eius iacentem & febricitã-
tem: 15 Et [i] tetigit manum eius, & dimiſit
[⁋] eis. MS. *Hier.* eq s. eam febris: & ſurrexit, & miniſtrabat [⁋] ei.
*Marc.1.c.32.* *Luc.4.g.40.* 16 Veſpere autẽ facto, obtulerunt ei mul-
tos dæmonia habentes: & eiiciebat ſpiri-
tus [k] verbo: & omnes malè habentes cu-
rauit: 17 vt [l] adimpleretur quod dictum
eſt per Iſaiam prophetam, dicentem, Ipſe
*Iſa.53.a.4.* *1.Pet.1.d.24.* infirmitates noſtras accepit: & ægrota-
* noſtras MS *Hier.* s. tiones * portauit. 18 Videns autem Ie-
* diſcipulos MS q. *Hil.* *Hier.* ſus turbas multas circum ſe, iuſſit * ire
*Luc.9.g.59.* trans fretum. 19 Et accedẽs vnus Scriba,
ait illi, Magiſter, [m] ſequar te quocunque

a Erat gentilis. modeſtia magna ſe-ſe demittit. minorem profeſſus quàm vt tanti viri dignitatem excipere di-gnè poſſet.

b Diuinam penitus efficacitatem in Ieſu credit: namque vt verbo tantùm dicta fiant, non eſt niſi plenæ virtutis, qualis Dei eſt, Qui dixit, & facta ſunt. itaque nullum modum certum poſitũ Ieſu credit in ſanationum virtute; ſed quacunque ratione ille velit, dum mo-do velit & concedat, effectum iri ſi-gnificat.

c Sic etiam tu dicere potes morbo & paral[ytico], Abi, & abibit: ſanitati, Veni, & veniet puero ipſi laboranti, Sta, & ingredere atque exercere, & faciet.

d De virtute ſanationum in Chriſto nemo tantum credidit ex Iſraelitis, quantum hic gentilis. atque ita expo-nimus de hac erga ſanationum virtu-tem, quod manifeſtum eſt ei qui ſin-gulos Iſraëlitas curatos recenſuerit.

e Ex omni gentium natione tam fi-liorum Cham & Sem quàm Iapheth.

f Ob viuam fidem quam concipient erga regnum cælorum ſibi annuntia-tum, quemadmodum hic gẽtilis ma-gnam concepit, & indicauit erga ſa-nationum virtutem.

g Abraham, Iſaac, & Iaacob factæ ſunt promiſſiones regni, illisque cre-ditæ; quos quicunque ſequentur imi-tatione, regni etiam cõſortio admiſſi fuerent. *Fily regni*] Qui propter acce-ptas antiquas promiſſiones ad regnũ familiariter magis ac primo quodam iure admitti debebant, ſi paternæ fide imitatores fuiſſent.

h Viuæ fidei efficacitas, abſolutam virtutem crediderat, nec modò circũ-ſcriptam nec temporis indigentem. at-que ita accepit vt crediderat.

i Voluntatis certę ſigno manus tan-gitur, & poteſtatis atque efficacitatis adhibitæ, præterea etiam virtutis ad ſanandum in illo ſitæ.

k Spiritus non vt morbi & languo-res membra debilitant, & malè affi-ciunt, ſed vt poſſeſſores occupant. à poſſeſſione igitur deturbantur maio-ris poteſtatis verbo ac decreto iuſſi.

l Adimpletur quod dictum eſt de duobus aut pluribus euentibus. ipſe autem infirmitates noſtras originales accepit, ægrotationes actuales porta-uit: ipſe idem hoc in corporibus ho-minum à ſpiritibus & morborum va-rio genere liberandis oſtendit.

m Regnum temporale à Chriſto in-eũdum exiſtimabat, facilè autem ob-tinendum credebat viro tantam po-teſtatem ad honorum gratiam con-ciliandam prædito vltra doctrinæ ex-cellentiam quam in illo agnoſcebat.

 ieris.

ieris. 20 Et dicit ei Ieſus, [a] Vulpes foueas
habent, & volucres cæli nidos: filius au- C
tem hominis non habet vbi caput * recli- * ſuum MS. Hier. S.
net. 21 Alius autem de diſcipulis eius ait
illi, Domine, permitte me primùm ire,
& ſepelire patrem meum. 22 Ieſus autem
ait illi, [b] Sequere me, & dimitte mortuos
ſepelire mortuos ſuos. 23 Et aſcendente Marc. 4. d. 36 Luc. 8. c. 22.
eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſci-
puli eius: 24 & ecce [c] motus magnus fa-
ctus eſt in mari, ita vt nauicula operire-
tur fluctibus: ipſe verò dormiebat. 25 Et
acceſſerunt ad eum *, & ſuſcitauerunt MS. G. S. * diſcipuli eius, MS. R. G. S.
eum, dicentes, Domine, [d] ſalua nos, peri-
mus. 26 Et dicit eis *, Quid timidi eſtis * Ieſus, MS. S.
modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit
ventis & mari, & facta eſt tranquillitas
magna. 27 Porrò homines mirati ſunt, di-
centes, [e] Qualis eſt hic, quia venti & ma-
re obediunt ei? 28 Et cùm veniſſet trans
fretum in regionem Geraſenorum, oc- Marc. 5. a. 1. Luc. 8. d. 26.
currerunt ei duo habentes dæmonia, de D
monumentis exeuntes, [f] ſæui nimis, ita
vt nemo poſſet tranſire per viam illam.
29 Et ecce clamauerunt, dicentes, Quid
nobis & tibi Ieſu fili Dei? [g] Veniſti huc Marc. 5. b. 19. Luc. 8. d. 32.
ante tempus torquere nos? 30 Erat autem
non longè ab illis grex multorum por-
corum paſcens. 31 Dæmones autem ro-
gabant eum, dicentes, Si eiicis nos, mitte

a Nullum commodum temporale ſibi haberi aut quæri, neque terrenarũ rerum ſtudio adductos ſectatores aut diſcipulos ſibi placere aut probari ſignificat. Vulpes hominibus inutiles ac inuiſæ ſunt, & tamen commoditatem fouearum in agris obtinent. aues peregrinæ tamen hoſpitia nanciſcuntur. ipſe hominibus vtiliſſimus, & terræ verus dominus, tamen nec tantum priuatæ commoditatis obtinet aut quærit, quantum ſatis ſit capiti reclinando.

b Pietatis officium eſt mortuorum ſepulturam curare, maximè verò parentum, quibus omnia officia pietatis debentur. ſed diſcipulos Ieſu, qui de vita hominibus reſtituenda agit, illo negotio perpetuò occupatos eſſe decet, quod ad vitæ cogitationem & procurationem ſpectat. Tractat enim Chriſtus non quemadmodum mortui ſepeliantur, ſed quemadmodum mors extinguatur, & vita æterna hominibus detur. Sunt alij qui huiuſmodi officiis occupari rectè poſſunt, videlicet mortui, qui nondum vitæ illius ſpiritualis, quam Chriſtus donat, participes effecti ſunt; eos verò quibus cum Deo, qui vita eſt, & cũ Chriſto Dei, in quo vita eſt, verſari & agere contigit, vitæ & viuentium ſtudio ſeſe totos tradere decet. ſunt enim ſancti Domino, vt Põtifices olim quibus funera curare minimè fas erat.

c Siuè communi ventorum vi ſecũdùm naturam, ſiue natura ipſa ſentiente virtutem eius qui in mari nauique erat, & trepidante, ad indicandã etiam hac ex parte dignitatis Ieſu amplitudinem.

d Non timebant eum perire poſſe, ſed ſeipſos tantùm in periculo eſſe exiſtimabant, quia ſe vt cæteri homines imperfectos agnoſcebant: oportuit autem credere non modò Ieſum non eſſe periturum, ſed neque eos qui Ieſum ſequerentur, vtpote comites eius, quem à Deo miſſum intelligebant.

e Hanc confeſſionem effecit miraculum à Ieſu repentè editum tanto illuſtriorem quanto magis pugnãtem cum metu & fidei exiguitate, quibus infirmitatibus anteà laborabant.

f Maius dæmonum ſtudiũ eſt vt impellant homines ad nocendum aliis, quàm vt ipſi noceant. cupiunt enim humanum genus quàm ſceleratiſſimũ reddere in inuidiam Dei. hic duos tantũ homines dæmonia obſidebant, ſed illi nocentiſſimi aliis erant quàm plurimis.

g *Ante tempus* paſſionis & mortis Chriſti, exponi rectè poſſet; namque eo tempore iudicium factum eſt aduerſus principem mundi huius, ceciditque ille fiducia quam conceperat de iuſtitia Dei erga cauſam ſuam. ſed dæmonia hoc myſterium tunc latebat. intelligunt itaque de tempore extremi iudicij, quod multis Dei verbis & Prophetarum oraculis certiſſimum fore intellexerant.

[h]nos in gregem porcorum. [32] Et ait illis,
Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos:
* magno MS. & ecce *[i] impetu abiit totus grex per prę-
ceps in mare: & mortui ſunt in aquis.
[33] Paſtores autem fugerunt: & venientes
in ciuitatem, [k]nuntiauerunt omnia, &
de eis qui dæmonia habuerant. [34] [l]Et ecce
tota ciuitas exiit obuiam Ieſu. & [m] viſo
Marc 5.b.17. Luc. 8.e.37. Act. 16.g.39. eo, rogabant vt tranſiret à finibus corũ.

## CAPVT IX.

* Ieſus MS. Hier. aq. ET [a]aſcendens *in nauiculam, transfre-
tauit, & [b] venit in ciuitatem ſuam.
A [2] Et [c]ecce offerebant ei paralyticum iacen-
tem in lecto. Et videns Ieſus [d] fidem illo-
Marc. 2.a.3. Luc. 5.d.18. Ioh. 5.a.5. rum, dixit paralytico, [e]Cõfide fili, [f]remit-
tuntur tibi peccata tua. [3] Et ecce quidam
de Scribis dixerunt intra ſe, Hic [g]blaſphe-
mat. [4] Et cùm [h]vidiſſet Ieſus cogitationes
eorum, dixit, [i]Vt quid cogitatis mala in
cordibus veſtris? [5] [k]Quid eſt facilius, di-
cere,

h Plurima ſimul argumenta in hoc loco continẽtur: Quòd dęmonia nullibi commodius ſibi vidẽtur eſſe poſſe, quàm vbi noceant: Quòd Chriſtus doceat omnium fortunarum iacturã & damnum comparari non debere cum homine vno à dæmoniis oppreſſo, ideóque permittitur à Chriſto ingredi in porcos. & alia.

i Hæc porcorum demerſio oſtendit quanto in periculo ſit homo cùm ſemel à dæmonio oppreſſus fuerit, niſi Deus illi proſpiciat. probat etiam miraculi veritatem, Chriſti virtutem; & Iudæorum religionem, quam Ieſus tunc profitebatur aduerſus gentium irriſionem, confirmat. gentes enim abſtinentiam à ſuillis carnibus, vt humanum inuentum & ſtultum irridebãt, neque Dei interdictum aliquáve ſignificatione obſeruandum exiſtimabãt, atque hoc modo totam illam Iudæorum doctrinam ludibrio habebant. Chriſtus verò permiſſo grege dæmonibus, omnia hæc redarguit, & Dei voluntatem atque conſilium à Iudæorum religione ſtare probat.

k Prædicatur Ieſu virtus, doctrina, efficacitas, miſericordia occaſione dãni accepti, quod permouere potuit totam ciuitatem.

l Sic enim placuit Deo, vt luceret illis gentibus ſcintilla aliqua veritatis & virtutis Ieſu, & teſtimonium pręſens ferretur.

m Nõ damni accepti dolore, ſed metu ac religione perculſi, rogant Ieſum vt diſcedat. erant enim gentes, agnoſcebant virum illum ſanctum, cui nec dæmonia obſiſtere poſſent: religione Iudæum, qui gentes à ſua religione alienas poſſet, ſi vellet, perdere, aut damno dato attenuare, qui poſſet permittere in eas id quod in porcos eſt permiſſum, animantes immundas ex diſciplina Iudæorum, quibus gentes ſimiles haberentur, hoc eſt immũdæ. non tantùm profecere vt amarent & ſuſciperent beneficentiſſimum ſeruatorem hominum, dæmoniorum expulſorem: ſed tamen profecere vt reuereri, ſuſpicere & timere inciperent, agnoſcentes potentem & efficacem, ſanctum & diuina virtute prædıtum. huiuſmodi etiam affectu dixit aliquando Simon Ionæ, Recede à me, Domine, quia homo peccator ſum. eſt igitur exponendus locus ex comparatione perſonarum.

CAP. IX. a Solertia, diligentia & cura Ieſu in miniſterio ſuo exercendo, atque in vocandis ad regnum cælorum Iſraelis filiis, quibus Propheta datus erat, apertè indicatur. b Nazareth ciuitatem Galilææ, vnde & ipſe Nazareus dictus. c [illegible] oblatus eſt paralyticus, demiſſus per tectum in grabbato, vt Marcus narrat.
d Fides mouet Ieſum ad concedendum beneficium, multò etiam cumulatius quàm petitum fuerat. credebant illi eum poſſe ſanare hominem omni medicinæ ope deſtitutum, & humana vi incurabilem, & [illegible] quòd importunè adeò obtruderetur ſibi illud ſpectaculum, quòd in Dei liberatoris laudem, & ſuæ virtutis demonſtrationem hæc cederet res. e Quàm libenter infirmitates hominum qui in ſe fidunt curanda [illegible] Ieſus maximè verò ſpirituales, oratio ipſa declarat qua paralyticus exceptus fuit. f Morbi corporis [illegible], qui ob noxas & peccata contracti ſunt, curari non poſſunt, niſi cauſa ipſa abſcindatur: hoc eſt, niſi peccata [illegible]tantur. g Orationem conſolationis exhortationiſque plenam, corruptæ hominum mentes [illegible] interpretantur. h Maximi Prophetæ & diuino Spiritu pleni ſignum eſt, aliorum cogitationes [illegible].
i Vide modeſtiam admirandam & promptitudinem Ieſu ad do[illegible]ndum veritatem eos qui ad ſuam [illegible] doceri ſe ſinant. k Æquè facile eſt vtrumuis dicere, ſed preſtare [illegible] difficilius eſt apud [illegible] hoc indiget manifeſto ſpectaculo & exemplo, illud refertur ad fidem. non enim exigitur viſibilis [illegible] peccatorum, vt exigitur hæc manifeſta ſanatio viſibiliſque liberatio. ſed quum [illegible] manifeſta & viſibilis [illegible] ad [illegible]matıonem inuiſibilis [illegible], niſi id ex Dei conſilio & voluntate fiat, non poteſt contingere [illegible] declaratur. Igitur ſi beneficii viſibilis exemplum ad inuiſibilis confirmationem editur, ex [illegible] doctrinæ [illegible] manifeſta ſit veritas inuiſibilis beneficii.

cere, Dimittũtur tibi peccata*: an dicere, *Iſa.43.d.25.* * tua: MS. *Hier.s.*
Surge, & ambula? 6 [a] Vt autẽ ſciatis quia
[b] filius hominis habet poteſtatem in ter-
ra dimittẽdi peccata: (tunc ait paralyti-
co,) [c] Surge, tolle lectum tuum, & vade in *Act.9.f.34.*
domum tuam. 7 Et ſurrexit, & abiit in
domum ſuam. 8 Videntes autem turbæ,
timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui
dedit [d] poteſtatem talem hominibus.
9 [e] Et cùm tranſiret indè Ieſus, vidit ho- *Marc.2.b.14.* *Luc.5.c.27.*
minem ſedentem in telónio, [f] Matthęum
nomine. Et ait illi, Sequere me. Et ſur-
gens, ſecutus eſt eum. 10 Et factum eſt:
diſcumbente eo in [g] domo, ecce multi pu-
blicani & peccatores venientes, diſcum-
bebant cum Ieſu & diſcipulis eius. 11 Et
videntes Phariſæi, dicebãt diſcipulis eius,
Quare cum publicanis & peccatoribus B
manducat magiſter veſter? 12 At Ieſus
audiens, ait, Non eſt opus [h] valẽtibus me- *Marc.2.c.17.*
dicus, ſed malè habentibus. 13 [i] Euntes
autem, diſcite quid eſt, Miſericordiam
volo, & non ſacrificium. [k] Non enim ve- *Oſee.6.c.6.* *Infr.12.a.7.* *1 Ti.1.c.15.*
ni [l] vocare iuſtos, ſed peccatores*. 14 Tunc * ad pœnitentiam 2
acceſſerunt ad eum diſcipuli Iohannis, MS. *Hil.G.*
dicentes,

a Igitur exteriori beneficij exemplo alterum confirmatur. qui enim facit hoc, & illud facere poteſt: quod ſi illud non poteſt, neque hoc poterit.
b Solus Chriſtus filius perfectus & ſanctus hominis facti ad imaginem Dei. ſed de hoc aliâs dicemus.
c Expendenda ſunt orationis verba ſingula, & obſeruandum an poſteà res ipſa conueniat.
d Auctoritatem dimittendi peccata hominibus in terra degentibus datam iam eſſe manifeſto ſigno agnoſcunt & diſcunt turbæ.
e Omnium conditionum homines ad miniſterium vocantur à Ieſu docente huiuſmodi exemplis, nullũ omnino vitæ actionis aut negotij genus eſſe quamuis ab euangelica ſimplicitate alienum, à quo non ſe poſſint expedire homines, modò vocanti parere velint.
f Huiuſmet hiſtoriæ ſcriptorem, ſed alium iam cùm hæc ſcriberentur, valdéque mutatum ab illo.
g Diſcumbebatur in domo Matthęi valedicentis pecuniariis negotiis, & excipientis eum qui ſe ad nouam vitam vocabat. hoc ſine inuidia fiebat peccatorum & publicanorum, qui ſimilem cõditionem ſibi beatam ducerent, gauderentque conſuetudine ſanctiſſimi Euangeliſtæ, à quo non deſpicerentur, ſed potius vocarentur, & in ſpem adducerentur accipiendę ſalutis, ſi pœnitere vellent. longè alia Phariſæorum ratio erat, qui huiuſmodi miſerandos homines faſtu auerſabantur maximo.
h His qui rectâ ſanitate animique facultate vtuntur, ambulantibus videlicet rectè in mandatis præceptiſque Dei, non eſt opus medico præſcribente modum diętæ, & rationem omnẽ qua ad ſanitatem reditus fiat: ſed iis qui abuſi facultate optima animi in peccatorum morbos inciderunt, ſuáq; infirmitudinem agnoſcẽtes, medicum deſiderant, qui poſſit compati & mederi infirmitatibus eorum. Phariſæi malè interpretabantur pręcepta & inſtituta de abſtinentia à communione peccatorum. neque enim quiſquam prohibetur eos accedere vt medicus, modò curare ſciat & velit, ſed vetatur communicatio in operibus mortuis. Chriſtus ſe medicum gerebat, non ſocium peccatorum; namque ad pœnitentiam perſuadendam cum illis agebat. Phariſæi contra peccatorum ſocii erant, medici eſſe auerſabantur.
i Diuini verbi auctoritate docet Ieſus peccatorum reuocationem ad fidem & pœnitentiam, quibus diuina miſericordia imploratur, præferri à Deo ſacrificiis illis antiquis, quamuis probandis. hoc eſt charitatis & pietatis erga miſeros & indigentes homines exercitationem & culturam illi ſacrificiorum erga ipſum minimè indigẽtem cultui. Phariſæi alieni à miſericordia miſeros homines deſpectui habentes, & auerſati ſacrificiorum cultum ad ſuperſtitionem vſque iactabant.
k Iuſtos hîc appellat Chriſtus eos qui in timore diuino manentes mandata obſeruant quanta poſſunt diligentia & ſedulitate. hi non vocantur ad pœnitentiam, ſed propoſita promiſſionis fide atque ſuſcepta, ad regnum admittuntur. Peccatores verò dicit eos, qui diuinã legem tranſgreſſi, præcepta violant. his quoniam non ſatis eſt fides, niſi etiam pœnitentia adhibeatur, proponitur vocatio ad pœnitentiam, in qua continetur præteritæ malæ conſuetudinis agnitio, confeſſio ac deteſtatio, & vitæ morumque correctio ſecundùm præcepta & inſtituta Deo probata.
l Vocare ad pœnitentiam, Inuitare interpretamur, vt D. Lucas explicat.

Marc. 2. c. 18. Luc. 5. f. 33.

dicẽtes, [a] Quare nos & Phariſæi ieiuna-
mus frequenter, diſcipuli autem tui non
ieiunant? 15 Et ait illis Ieſus, [b] Nunquid
poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum
illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm
auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiuna-
bunt. 16 [c] Nemo autem immittit com-
miſſuram panni rudis in veſtimentum
vetus: tollit enim plenitudinem eius à
veſtimento, & peior ſciſſura fit. 17 [d] Neq;
mittunt vinum nouum in vtres veteres.
C alioquin rumpuntur vtres, & vinum ef-
funditur, & vtres pereunt. Sed vinum
nouum in vtres nouos mittunt: & ambo

Marc. 5. b. 22 Luc. 8. f. 41. * adorauit MS. S. *13 MS. Hier. 8. S.

conſeruantur. 18 [e] Hæc illo loquente ad
eos, [f] ecce princeps vnus acceſſit, & "ado-
rabat' eum, dicens, "Domine', filia mea
modò defuncta eſt: ſed veni, impone
manum tuam ſuper eam, & viuet. 19 [g] Et
ſurgens Ieſus ſequebatur eum, & diſci-
puli eius. 20 Et ecce mulier quæ ſangui-

Leu. 15. d. 24. Marc. 5. c. 25. Luc. 8. f. 43.

nis fluxum patiebatur duodecim annis,
acceſſit retrò, & tetigit fimbriam veſti-
menti eius: 21 Dicebat enim intra ſe, Si
[h] tetigero tantùm veſtimentum eius, ſal-
ua ero. 22 At Ieſus conuerſus & videns
eam, dixit, Confide filia, fides tua te ſal-
uam fecit. Et [i] ſalua facta eſt mulier ex illa
D hora.

a Non requirunt in diſcipulis ieiunia in lege antiqua decretũ, quod non minori diligentia Chriſti quàm Iohannis & Phariſæorum diſcipuli colebãt; ſed illud genus ieiuniorũ quod vel ex magiſtrorum iuſſu, vel ex proprio cuiuſque conſilio ſuſcipiebatur, ſuo loco ac tempore vtile, ſed non vſquequaque efficax ad perfectionem conſequendã, quam tamen illi vtcunque profeſſi affectabant: erat autem illud ieiunium triſte, & triſtitiæ ſignum, atque ad antiquum hominum ſtatum pertinebat. Iohannis diſcipuli ob imitationẽ magiſtri abſtinentiſſimi ſanctius quàm Phariſæorum diſcipuli ieiunabant: ieiunabant etiam ex mœrore accepto propter magiſtri ſui vincula, & diſcrimen præſens.

b *Filij ſponſi*, iidem ſunt qui familiares & contubernales ſponſi Latinè dicuntur. eſt enim Hebraica periphraſis. Sponſalia tempora lætitię plena ſunt, neque triſtitiam admittunt vllã. Chriſtus ſponſus erat Eccleſiam ſibi matrimonio copulaturus propediem: qui non triſtem, ſed lætum nuntium regni afferret; illius diſcipuli, vno excepto, neque ob ſua crimina quæ in ſimpliciſſimis & mundo iam renuntiantibus hominibus non ita magna erãt, neque propter magiſtrum triſtia illa ieiunia frequentare debebant: nam magiſter illis incolumis conſtabat, boniſq; nuntiis operam dabat, quorum ipſi etiam miniſtri erant. cùm auferretur ab illis ſponſus captus, crucifixus & ſepultus, tunc in illis diebus ieiunaturi erant, in ſignum & habitum mæſtitudinis maximæ. atque hoc rationem ieiunij triſtis ſpectat.

c Quantum ad ieiunium perfectionis obtinendæ & exercendæ cauſa inſtitutum, aliud etiam reſponſum à Chriſto redditur, qui docet illam Phariſaicarum & antiquarum exercitationum perfectionem cum ea perfectione quam Chriſtus adornabat, & promittebat, non eſſe conferendam.

d Potiores adſunt ad Chriſti diſciplinam & virtutem percipiendam rudes diſcipuli, & fideles atque obſequentes, quàm ij qui cùm nec multa nec magna ſciant, ſibi ſapientiſſimi videntur, alióſque præ ſe contemnunt.

e Paratur argumentum quo periculum fiat vtra ſit maior virtus, vtra potior doctrina, vtra magis frequentanda via, Phariſæorum ne an Chriſti.

f Crediderat hic Iſraelita princeps vir Chriſto virtutem eſſe etiam mortuos excitandi; ideóque veniens adorabat & petebat: ſed longè maior Centurionis fides fuerat, exiſtimantis verè non opus eſſe præſentia & impoſitione manus Chriſti, ſed voluntate tantùm & iuſſione. g Facilitas Chriſti ſeſe omnibus in ſe credentibus vltrò ad poſtulata offerentis benefaciẽdi ſtudio. h Fides viua ita impetrat vt concipit & credit. i Virtus verè exibat ex Chriſti corpore quæ ſanare poſſet etiam grauiſſimis morbis affectos, modò efficaci fide præparatos. illa autem virtus veſtibus etiam communicabatur, vt odor boni vnguenti veſtibus fragrantiam præſtat.

hora. 23 Et cùm veniſſet Ieſus in domum
principis, & vidiſſet tibicines & turbam
tumultuantem, 24 "dicebat", Recedite: "dixit ad eos, 1 Mſ. o.s.
[a]non eſt enim mortua puella,ſed dormit.
Et [b] deridebant eum. 25 Et cùm [c]eiecta eſ-
ſet turba,intrauit: & [d]tenuit manũ eius*. * & dixit, Puella,ſurge. o.
Et [e] ſurrexit puella. 26 Et exiit fama hæc
in vniuerſam terram illam. 27 Et tranſ-
eunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæ-
ci clamantes,& dicentes,Miſerere noſtri,
fili Dauid. 28 Cùm autem veniſſet do- D
mum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit
eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum face-
re vobis? Dicunt ei, Vtique Domine.
29 Tunc tetigit oculos eorum,dicens,[f]Se-
cundùm fidem veſtram fiat vobis. 30 Et
aperti ſunt oculi eorum: & comminatus
eſt illis Ieſus, dicẽs,[g]Videte ne quis ſciat.
31 Illi autem exeuntes,diffamauerũt eum
in tota terra illa. 32 Egreſſis autem illis, Inf.12.b.22. Luc.11.b.14.
ecce obtulerunt ei hominem mutũ, dæ-
monium habentem. 33 Et eiecto dæmo-
nio, locutus eſt mutus: & miratæ ſunt
turbæ,dicentes,[h]Nunquam apparuit ſic
in Iſraël. 34 [i]Phariſæi autem dicebant,In Inf.12.b.24. Marc.3.c.22.
principe dæmoniorum eiicit dæmones. Luc.11.b.15. Marc.6.a.6.
35 [k] Et circuibat Ieſus omnes ciuitates, & Luc.13.a.22.
caſtella, docens in ſynagogis eorum, &
prædicans euangelium regni, & [l]curans
omnem languorem, & omnem infirmi-
tatem. 36 [m]Videns autem turbas, miſer- Marc.6.e.34.
tus eſt eis: quia erant vexati, & iacentes
ſicut

a Chriſti virtuti, qui vita eſt animi & corporis defuncti vita hac mortali, non mortui exiſtimantur,ſed dormiẽtes;valenti non difficilius à morte homines excitare, quàm à ſomno.

b Facit ad confirmationem amplificationemq́ue miraculi, quòd illi rem omnino deſperatam haberent.

c Non adhibet Chriſtus arbitros ad pompam & inanem gloriam, à qua aliena eſſe debet charitas & benefaciendi voluntas.

d Studioſam voluntatem & intentionem ſignificat manus apprehenſio.

e Nullo maiori negotio, quàm ſi ex ſomno excitata eſſet.

f Animaduertendum eſt quemadmodum diuina virtus & efficacitas fidei rationẽ ad effectus edẽdos exigat.

g Benignitatis & beneficẽtiæ exemplum in Chriſto perpetuum, gloriam popularem fugere.

Grati verò animi eſt beneficiũ acceptum ad Dei gloriam & aliorũ exhortationem prædicare

h Nullus Prophetarũ oĩum qui anteà fuerãt, tãta auctoritate, celeritate, tam varia morborũ genera tam perfectè curauit, tanta dæmoniorum nocumenta tam potenter expulit, damnaque ab illis data & detrimenta tam plenè reſarciuit.

i Magis auerſantur Chriſto Phariſæi, quàm dæmones ipſi. hęc blaſphemia in Spiritum ſanctum fuit, vt aliâs docebitur.

k Summo ſtudio ſuæ feliciſſimę hominibus legationis exercendæ.

l In confirmationem legationis boniq́ue nuntij, ac pignus promiſſorum diuinorum.

m Omnino perirent homines, niſi talem haberent procuratorem & patronum; aliâs enim neque ipſi ſibi rectè conſulunt, neque diligentes atque fideles omninò miniſtros experiuntur ſemper. non enim omnes agunt miniſteriũ vt à domino meſſi. miſſi: orandus igitur eſt Dominus vt multos mittat, eóſque miniſterij rectè exercendi ſtudioſos.

ſicut oues non habentes paſtorem.
37 Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis qui-
*Luc. 10. a. 2. Iohan. 4. e. 36.* dem multa, operarij autem pauci. 38 Ro-
gate ergo dominum meſſis, vt "emittat'
*" eiiciat 6 MS. Hil.* operarios in meſſem ſuam.

## CAP. X.

*Marc. 3. b. 13. & 6. a. 7. Luc. 6. c. 13. & 9. a. 1. & 10. a. 1.* ET [a] conuocatis duodecim diſcipulis
ſuis, dedit illis poteſtatem ſpirituum
immundorum, vt eiicerent eos, & cura-
A rent omnem languorem, & omnem in-
firmitatem. 2 [b] Duodecim autem Apo-
ſtolorum nomina ſunt hæc: Primus, Si-
mon qui dicitur Petrus, & Andreas fra-
ter eius, 3 Iacobus Zebedæi, & Iohannes
frater eius, Philippus & [c] Bartholomæus,
*" 6.* Thomas, & Matthæus publicanus, "&
** Lebbæus qui cognominatus eſt 3 MS. R. G. S.* Iacobus Alphæi, & *Thaddæus, 4 Simon
Cananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tra-
didit eum. 5 Hos duodecim miſit Ieſus:
præcipiens eis, dicens, [d] In viam gentium
ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ
ne intraueritis: 6 ſed potius ite ad oues
*Act. 13. g. 46.* quæ perierunt domus Iſraël. 7 Euntes au-
tem prędicate, dicentes, [e] Quia appropin-
quauit regnum cælorum. 8 [f] Infirmos cu-
rate, "mortuos ſuſcitate', leproſos mun-
date, dæmones eiicite: [g] gratis accepiſtis,
B gratis date. 9 Nolite [h] poſſidere aurum,
*Marc. 6. b. 8. Luc. 9. a. 3. & 10. a. 4. 1 Tim. 5. c. 18* neque argẽtum, neque pecuniam in zo-

CAP. X. a Operarios à ſe delectos mittit Chriſtus, quibus ſigilla auctoritatis diuinæ tradit, miraculorũ & beneficiorum facultatem conuenientem cũ legatione ipſa quæ de humanæ naturæ reſtitutione & perfectione erat.

b Multę cauſæ ſunt quamobrem recenſeantur, vt diuinæ electionis ratio cognoſcatur, abiecta mundi eligentis, ad confundendum fortia mundi. vt exempla ſinceritatis futuris proponantur miniſtris. vt horum vnica cõcorsque doctrina exemplar ſit veræ Apoſtolicæ doctrinæ, & examen doctrinæ pſeudoapoſtolicæ. vt teſtimonium horum firmum conſtet, qui ab initio prædicationis Chriſti vſque ad eius aſcenſionem, & totius illius negotij abſolutionem teſtes permanſerunt operum & dictorum illius, vno excepto Iuda, qui tradidit eum, qui & periit propria culpa & voluntate, non ex vocantis abdicatione aut neglectione, quandoquidem hos duodecim miſit Ieſus, &c.

c Nathanael proprio nomine, cognomento Bartholomæus.

d Chriſtus propheta & magni nuntij legatus promiſſus fuerat Iſraëlitis, quibus ipſe miniſter doctrinę & legationis eſſe debuit ex promiſſione diuina. antequam exodus illa compleretur in Ieruſalem, ideo cùm ſocios huius legationis aſſumat duodecim, hos iubet ad eoſdem Iſraëlitas tantùm legationem modò deferre; poſtea demũ perferendam ad omnes gentes. Non tamen vetat ne obiter vbicunque data fuerit occaſio annuntiandi, annuntiẽt gratiæ tempus, ſed ne in viam gentiũ, aut in ciuitates Samaritanorum ex profeſſo intrent, ne vlla ſit Iſraëlitis querendi anſa, quòd ſibi non fuerit abundè conſultum. Ideo, inquit, ite magis ad oues, &c. Si qui ex aliis ad eos venirent, non erant reiiciendi, dummodo fide & obediẽtia Iſraëlem imitarentur: atque ita ſæpe euenit in illo prædicationis Chriſti tempore, vt in exemplis Chananææ, leproſi Samaritani, feminæ Samaritanæ, Centurionis Gentilis, & aliorum.

e Euangelij ſumma: alludit ad figuram antiquam, cùm libertas per Moſem & Aaron annuntiata fuit iis qui ſeruitutem in Ægypto ſeruiebant.

f Promiſſa particularia erga eos qui crediderint, ad confirmationem legationis, & ſpecimen beneficij ſpiritualis, ac liberationis in legatione contentæ.

g Vt liberatio ipſa maxima ex diuiti a benignitate proficiſcitur, ſic etiam beneficia alia quæ liberationis ſigna ſunt.

h Miniſtrorum ſtudium non debet ad priuatum commodum temporale referri, ſed ad publicam vtilitatem: qui tamen non fraudabuntur victu neceſſario, modò contenti eſſe velint, eo quod diuinæ prouidentiæ placuerit. Eſt etiam hoc illis præceptum ad exemplum populo exhibendũ contemptionis rerum humanarum, ad auctoritatem miniſterij, & ad alia multa.

nis veſtris: 10 non peram in via, neque
duas tunicas, neque calceamenta, neque
virgam. dignus enim eſt operarius cibo
ſuo. 11 In[a] quamcũque autem ciuitatem *Marc.6.b.10*
aut caſtellũ intraueritis, interrogate quis *Luc.9.a.4. & 10.a.5.*
in ea dignus ſit[b]: & ibi manete donec ex-
eatis. 12 Intrantes autem in domum, ſa-
lutate eam, ⸢dicentes, [c]Pax huic domui⸣. ⸢1 MS.Hier. GG S.
13 Et ſi quidem fuerit domus illa digna,
"veniet" pax veſtra ſuper eam. ſi autem * veniat MS. *Hil.G.*
non fuerit digna, pax veſtra "reuertetur" * reuertatur MS.*Hil.G.*
ad vos. 14 [d]Et quicunque non receperit *Marc.6.b.11. Luc 9.a.5.*
vos, neque audierit ſermones veſtros: ex-
euntes foras de domo vel ciuitate*, [e]ex- * illa 1 MS.G.S.
cutite puluerem de pedibus veſtris. *Act.13.g.51 & 18.a.6.*
15 [f]Amen dico vobis, tolerabilius erit ter-
ræ Sodomorum & Gomorrhæorum in
die iudicij, quàm illi ciuitati. 16 [g]Ecce ego *Luc.10.a.3.*
mitto vos ſicut oues in medio luporum.
[h]Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, &
ſimplices ſicut columbæ. 17 [i]Cauete au- C
tem ab hominibus. Tradent enim vos in
conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabũt
vos. 18 & ad præſides & ad reges duce-
mini propter me, in[k] teſtimonium illis &
gentibus. 19 [l]Cùm autem tradent vos, *Mar.13.b.11 Luc.12.b.11.*
nolite

a Non deſunt pij vbique qui Dei famulis conſulant: quibus tamen nullo modo graues aut moleſtos eſſe decet Dei miniſtros.

b Non ſine præmio ſuſcipiũtur Dei miniſtri, cum quibus pax hoſpes excipitur.

c Omnis felicitatis & proſperitatis à Deo precationem hæc Hebraica ſalutatio ſignificat.

d Satis eſt hominibus fuiſſe propoſitam vltrò ſalutis conditionem; ſatis ſuperque eſt miſiſſe legatos vel nullo vel exiguo ſumptu eorum ad quos legarentur.

e Signũ & actionis genus longa oratione ſignificantius & efficacius, quo teſtamur nullo vel leuiſſimo commodo, immo vel communiſſima re aliqua velle nos cum ipſis communicare, à quibus non libenter ſuſcipimur. eſt etiam teſtimonio & monumẽto hæc actio nos eò veniſſe & officium feciſſe, quod tamen non fuerit exceptum. vt aduẽtus reginæ Sabba erit in ſignũ & redargutionem Iudæorum: ſic ille Apoſtolorum aduẽtus illis actionibus & obteſtationibus adornatus, erit in ſignum & teſtimonium aduerſus eos à quibus fuerint repulſi.

f Sodomorum & Gomorrheorũ populi habuerunt quidem illi reprehenſorem Lot, qui reuocaret eos à ſcelere; ſed non tanta auctoritate, quanta fuit Apoſtolorũ, ex miraculis & miſſione aperta Chriſti: deinde ex promiſſione regni quam repudiarunt, grauiſſimum ſcelus fuit. ideò tolerabilius erit Sodomorum, &c.

g Oues nocere non poſſunt lupis, lædi à lupis & diſcerpi poſſunt, ac deuorari, eosque carnibus alere ſuis. Vnde Apoſtoli quid agere apud homines; quid ab ipſis expectare debeant, monentur.

h Vt intelligatis vos odio eſſe hominibus, atque illorũ inſidiis peti, vt ſerpẽtes, qui ſibi homines infenſos norũt. expectãdũ eſt ergo ab hominibus incommodum, ſed non illis reddẽdum. immò magna patientia ſuſtinendum columbarum more, quæ neque timent neque lædunt quemquam, propter ſimplicitatem.

i *Cauete ab hominibus*] filiis Adæ patrẽ referẽtibus, carnalibus, nimirum, atque huius mundi amatoribus, quibus moleſta eſt doctrina Chriſti, propter abnegationem propriam, & crucem quam præcipit. Sunt autem huiuſmodi homines acuti in ſuo genere atque callidi, qui non niſi legitimè, atque iuris, & pietatis prætextu religioniſque aſſerendæ nomine, vos vexabunt in ſynagogis ante reges & præſides. hoc de perſecutione à Iudæis aduerſus Apoſtolos inſtituta dicitur.

k *In teſtimonium.*] dum illi moliuntur vobis parare perniciem, & euangelium excludere; tamen teſtimonia publica parant aduerſum ſe magnis auctoribus regibus, & conciliis, & ſynagogis, in diem iudicij. in teſtimonium illis videlicet hominibus, & gentibus etiam illis apud quas hæc fient. nam veſtra illa vexatio celebris erit & nota gentibus illis. l *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini.*] de miniſtris agitur, poſt acceptum Spiritum ſanctum miniſterij, à quo docentur omnem veritatem. Itaque iam tum illis hanc ſecuritatem prædicebat Chriſtus, oſtendens illorum eſſe pati, & perſeuerare in tentationibus adiuuante Deo, agere verò & vincere in diſputationibus, Dei eſſe, in illis loquentis. miniſterij enim virtus ab auctore eſt.

nolite cogitare quomodo aut quid lo-
quamini: dabitur enim vobis in illa hora
quid loquamini. 20 non enim vos eſtis
qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri
qui loquitur in vobis. 21 Tradet autem
*Luc.21,d.16.* frater fratrem in mortẽ, & pater filium:
& inſurgent filij in parẽtes, & morte eos
* hominibus o. afficient, 22 & eritis [a] odio omnibus *pro-
pter nomen meum. qui autem perſeue-
rauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
23 [b] Cùm autem perſequentur vos in ci-
uitate iſta: fugite in aliam. amẽ dico vo-
bis, non conſummabitis ciuitates Iſraël,
*Luc.6.f.40. Ioan.13.b.16. & 15.c.20.* [c] donec veniat filius hominis. 24 [d] Non eſt
diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus
ſuper dominum ſuum. 25 ſufficit diſci-
pulo vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo,
ſicut dominus eius. Si patremfamiliâs
Beelzebub vocauerunt: quantò magis
domeſticos eius? 26 Ne ergo timueritis
*Mar.4.c.22. Luc.8.c.17. & 12.a.2.* eos. [e] Nihil enim eſt opertum, quod non
reuelabitur: & occultum, [f] quod nõ ſcie-
tur. 27 Quod dico vobis in tenebris, di-
* *auram* o. cite in lumine: & quod in *aure' auditis,
prædicate ſuper tecta. 28 [g] Et nolite time-
re eos qui occidunt corpus, animam au-

 tem

a *Odio omnibus hominibus*] carnalibus huius mundi, quibus nomen meum graue eſt, propter doctrinam ab ipſorum ſtudiis longè alienam, & abhorrentem, damnantemque mores & cupiditates eorum.

b *Cum autem perſequentur vos*] Adhuc de miniſterio inter Iſraelitas exercendo ſermonem producit Chriſtus, quod miniſterium vſque ad publicam reiectioné Iudæorũ, quæ facta eſt poſt aduentũ Spiritus ſancti, atteſtãtus virtuté Chriſti & auctoritatẽ, frequẽtatũ eſt. deinde enim nó multó poſt venit filius hominis à Iudęis reprobatus, vltorque impulit Romanos ad vaſtationem Iudææ, ſignis multis in cælo præcedentibus, quæ illum vltorem præſenté declarabãt, ſicut ille dixerat.

c Itaque non modò de ſecundo aduentu iudicij, ſed etiam de aduentu de quo Chriſtus dixerat, Videbitis filiũ hominis veniẽté in nubibus cæli cum poteſtate magna & maieſtate. de quo Petrus, Dextera Dei exaltatus Chriſtus eſt.. & paulo pòſt, Vt fugiatis iram quæ ſuperuentura eſt.

d Exhortatio ad eandem rationem & imitationem miniſterij perferendi, quandoquidem magiſter multis huiuſmodi periculis ad mortem vſq, exercitatus, tandem euaſit in illum magnum triumphum & maieſtatem exaltationis à Deo [illegible] cuius exemplum qui ſequentur vſque in finem, futuræ gloriæ in ipſis reuelandæ compotes euadent. ergo ne timueritis eos. Hactenus de iis quæ miniſtros ſpectant rationibus.

e Iam de miniſterij ipſius ratione.

f *Nihil opertum. quod dico vobis in teneb.*] Summa integritate, fide & libertate per Apoſtolos exponi debere mandata Chriſti pertinentia etiam ad arcanum myſterium regni Dei, ſed eius rei tempus oportunum fore, tempus illud lucis poſt mortem, reſurrectionem, & aſcenſionem ſuam. quando Spiritu ſancto in homines miſſo clarificatus eſt Chriſtus, priuatam illam interpretatio[illegible] myſteriorum diſcipulis, tum etiam ipſis vix intelligentibus factam, in tectis, & in ſecreto, & occultam, & in tenebris factam dicit Chriſtus. Neque enim tum alij poterãt audire, atque nec ipſi Apoſtoli: quibus dicebat, Plura habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò. Eſt igitur Chriſti ſalutis communis omnibus hominibus promiſſio, quicunque oculos ad lucem aperire voluerint, manifeſtatam per euangelium Dei.

g *Et nolite timere eos.*] Quanquam nunquam debent timeri homines ab iis qui veritatem annuntiant, tamen hoc propriè refertur ad illud tempus poſt Chriſti glorificationem. in quo virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium illius virtutis & dignitatis; gaudentéſque ibant à conſpectu concilij, &c. Tunc iam illi erant chariores Deo, quia cum Chriſto permanſerant in tentationibus vſque in ſinem, & Spiritum ſanctum Chriſti habebant. Tunc ipſi pluribus periculis tentati neminem timebant: oportet, inquiebant, obedire Deo magis quàm hominibus. Obſeruauimus enim Apoſtolos ante Chriſti mortem neque myſteria prædicaſſe, ſed tantùm aduentum regni & pœnitentiam: neque vlla difficultate periculorum, [illegible] neque indigentia vlla fuiſſe affectos, nulla perſecutione vexatos. omni[illegible] [illegible]m Phariſæorum & Scribarum inuidia aduerſus Ieſum ipſum expediebatur.

tem non poſſunt occidere: ſed potius ti-
mete eum qui poteſt & animam & cor-
pus perdere in gehennam. 29 Nónne duo D
paſſeres aſſe vęneunt: & vnus ex illis non
cadet ſuper terram ſine patre veſtro?
30 Veſtri autem & capilli capitis omnes
numerati ſunt. 31 Nolite ergo timere:
multis paſſeribus meliores eſtis vos.
32 [a] Omnis ergo qui confitebitur me co- *Mar. 8. d. 38. Luc. 9. c. 26. & 12. b. 8. 2. Ti. 2. b. 12.*
ram hominibus, confitebor & ego eum
[cor]am patre meo qui in cælis eſt: 33 qui
autem negauerit me coram hominibus,
negabo & ego eum coram patre meo qui
in cælis eſt. 34 [b] Nolite arbitrari quia pa- *Luc. 12. f. 51.*
cem venerim mittere in terram. non ve-
ni pacem mittere, ſed gladium. 35 Veni
enim ſeparare hominem aduerſus patrē *Mich. 7. b. 6.*
ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam,
& nurum aduerſus ſocrum ſuam: 36 &
inimici hominis, domeſtici eius. 37 Qui
amat patrem aut matrē plus quàm me, *Luc. 14. f. 26.*
non eſt me dignus. & qui amat filiū aut
filiam ſuper me, non eſt me dignus.
38 [c] Et qui non accipit crucem ſuam, & *Mar. 8. d. 34. Inf. 16. d. 24. Luc. 9. c. 24. 14. f. 26. & 17. g. 33. Ioan. 12. d. 25.*
ſequitur me: non eſt me dignus. 39 Qui
inuenit animam ſuam, perdet illam: &
qui perdiderit animā ſuam propter me, *Luc. 10. c. 16. Ioan. 13. c. 20.*
inueniet eam. 40 [d] Qui recipit vos, me
recipit: & qui me recipit, recipit eum
qui me miſit. 41 Qui recipit prophetam
in nomine prophetę, mercedem prophe-
tæ [e] accipiet. & qui recipit iuſtum in no-
mine

a *Omnis ergo qui confitebitur me.*] Omnes debēt fateri Ieſum eſſe Chriſtum: qui huius confeſſionis expers eſt, non agnoſcetur à Chriſto. ſed alia ratio eſt in imperfectis, vt in Petro ante mortem Chriſti; alia in perfectis, vt in Petro poſt agnitum Chriſtum, teſtimonioque in ſe habito Spiritu ſancto accepto. Cognoſcat lector magnā ſapientiam in hac Chriſti propoſitione, ne erret, & incidat in laqueū diaboli, atque in deſperationem, vt quibuſdam accidit, nimirum non intelligentibus hunc locum.

b *Nolite arbitrari.*] Notitia illa diuina de Chriſto Ieſu, cuius mentio hîc fit, ſeparat hominem ab omni re quæ cum ipſius doctrina pugnat, quāquam aliâs chariſſima illa res fuerit.

c *Et qui non accipit crucem*] Summa doctrin[æ] & imitationis Chriſti eſt, illius iuſſa omnibus rebus mundi iucūdis præponere, omnibuſque moleſtiis & difficultatibus, periculis & incommodis mutare.

d *Qui recipit vos, me recipit.*] Hortatur Apoſtolos & miniſtros ſuos promiſſione oportunæ commoditatis & conſolationis etiam in hac vita, quando res ipſa exigat. Quanquam enim aliâs omnia illis relicta fuerint humana commoda, atque ipſi à ſuis deſerti aut proditi, ab aliis vexati, erunt tamē pij aliqui à quibus recipiantur, ſiue in vna ciuitate ſiue in alia. non enim deſunt qui quærant, amentque Deum & Chriſtum eius. illis ergo erit cura recipiendi legatos Chriſti & fouendi, quod vt certius conſtet Apoſtolis, promiſſione erga ſuſceptores ipſos confirmatur. Ad hanc ſententiam illud ſpectat quod Petro reſpondit aliâs Ieſus, Nemo eſt qui reliquerit, &c. qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc fratres & ſorores, &c.

e *Qui recipit prophetam*] Ergo mercedem habent incomparabilem & ampliſſimam beneficia & opera iuxta Dei & Chriſti eius voluntatem, atque in illius gratiam & cultum facta: conſtat, inquam, bonorum operum merces, ex voluntate & affirmatione promittentis benigniſſimę.

mine iuſti, mercedem iuſti accipiet. 42 Et
Mar.9.f.41. quicunque [f] potum dederit vni ex mini-
mis iſtis calicem aquæ [g] frigidæ, tantùm
in nomine diſcipuli: amen dico vobis,
non perdet mercedem ſuam.

## CAPVT XI.

A 1 ET factum eſt, [a] cùm conſummaſſet
Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis
ſuis, tranſiit inde, vt doceret & prædica-
Luc.7.c.18. ret in ciuitatibus eorum. 2 [b] Iohannes au-
tem cùm audiſſet in vinculis opera Chri-
ſti: mittens duos de diſcipulis ſuis, 3 ait
illi, [c] Tu es qui venturus es, an alium ex-
pectamus? 4 Et reſpondens Ieſus ait illis,
[d] Euntes renuntiate Iohanni quæ audiſtis
Iſa.35.a.5. & vidiſtis. 5 Cæci vident, claudi ambu-
& 61.a.1. lant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt,
* & 11.G. mortui reſurgũt, * [e] pauperes euangelizã-
tur: 6 & [f] beatus eſt qui non fuerit ſcan-
Luc.7.d.24. dalizatus in me. 7 Illis autem abeũtibus,
cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohanne,
Quid exiſtis in deſertum videre? [g] arun-
dinem vento agitatam? 8 Sed quid exiſtis
videre? hominem mollibus veſtitum?
Ecce qui [h] mollibus veſtiuntur, in domi-
bus regum ſunt. 9 Sed quid exiſtis vi-
dere?

f *Quicunque potum dederit*] Vide quã exiguum & facile beneficiũ ferè nullius æſtimationis apud homines, tamẽ habet conſtitutam mercedem à Deo, eamque non exiguã. quæ enim Deus promittit, parua eſſe non poſſunt: maiora ſunt quàm æſtimari poſſint ab iis qui recepturi ſint.

g *Frigidæ*] ſatis indicat ſtudium & diligentiam in beneficio exhibendo, quamuis exiguo. æſtimat autem Deus opera magis ex ſtudio, quàm ex rei magnitudine.

CAP. XI.

a *Cum conſummaſſet.*] Satis apertè docet Euangeliſta illum ſermonem totũ qui præceſſit, ad miniſtrorum officium eſſe referendum.

b *Iohannes autẽ.*] Iohãnes oſtẽdit miniſteriũ ſuũ quo perfunctus iam erat, cedere Chriſto ſucceſſori à ſe iam declarato, eidemque ſe maiori parans duos è diſcipulis ſuis teſtes futuros adornat, qui ipſi confiteantur eundẽ eſſe illum quem Baptiſta declarauerat. Opera audierat Iohannes, qualia ille nulla fecerat; atque operum ſignum eſſe debebat certiſſimum promiſſi redemptoris. Non ſine ſignificatione dicitur Iohannes audiſſe opera Chriſti.

c *Tu es qui venturus es.*] Chriſti promiſſi vera præſentia non tam debuit probari affirmatione oris proprij, quã operibus & ſignis cum vaticiniorum ratione omnino quadrantibus; ita vt non ipſe ſeſe, verùm Deus pater Meſſiã ſuũ declararet. Hoc erat conſtitutum cõſilium, vt non antè ſe aperiret filius Dei, quàm à Deo patre eſſet indicatus. hoc Iohannes docuerat ſuos diſcipulos. atque hac ratione iubet eos nunc periculum facere, rogantes verbo; vt cùm ille non reſpondeat verbo, ſed opere agnoſcatur eſſe Chriſtus. hoc non ſibi Iohãnes rogabat: ſciebat enim illum eſſe Chriſtum, quem indicauerat digito præſentem: ſed ad diſcipulorum ſuorũ informationẽ hãc interrogationem inſtituit, quos teſtes adhibere parabat muneris ſui iam cõſummati, rectè oſtenſo eo quem ipſe prædicauerat: atque ita etiam ſuæ legationis fidem firmaret, vtpote qui non antea coniectus eſſet in vincula quàm in promptu eſſet, vt manifeſtaretur ille quem poſt ſe venturum dicerat.

d *Euntes*] Chriſtus non reſpondet profeſſione ſui nominis ex oratione propria, ſed ex narratione à Deo per Prophetas expoſita. ipſe autem opera Chriſti edit illis præſentibus, vt Lucas narrat. Loca autem ex quibus Ieſus reſponſum diſcipulis ad Iohannem mandauit, ſunt apud Iſaiam cap. 35. & 61.

e *Pauperes euangel.*] Docentur & accipiunt Euangelium; ſicut ſcriptum fuerat. Euangelizare pauperibus miſit me.

f *Qui non fuerit ſcand.*] vel contentioſo ſtudio alterius nominis, vel humilitate perſonæ quam externus gero, vel ſeueritate doctrinæ, vel regni quod præ ſe fero interpretatione aliena à conſilio Dei & veritate ipſa. hæc ſunt quatuor genera rerum, quibus mundus in Chriſto ſcandalizatus eſt.

g *Arundinem vento, &c.*] Hominem aliquem inanis conſilij, qui id vitæ genus popularis gloriæ cauſa ſuſceperit. ſolent enim vulgus huiuſmodi perſonas libenter ſpectare.

h *Hominem mollibus veſt.*] aliud genus hominum vulgo æſtimatum, qui ſtultus, honores Sæpè dat indignis, & famæ ſeruit ineptus. atqui nihil tale in Iohanne erat, aut oſtendebatur, aut celebrabatur.

dere?[a] prophetam? Etiam [b] dico vobis, & B
plus quàm prophetã. 10 Hic eſt enim de
quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto ange- *Mala. 3.a.1.* *Marc. 1.a.2.*
lium meum ante faciem tuam, qui præ- *Luc. 7.d.27.*
parabit viam tuam ante te. 11 Amen di-
co vobis, non ſurrexit inter natos mulie-
rum [c] maior Iohanne Baptiſta: qui autem
minor eſt in regno cælorum, maior eſt
illo. 12 [d] A diebus autem Iohannis Bapti- *Luc. 17. d. 16*
ſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim
patitur, & violenti rapiunt illud.
13 Omnes enim prophetæ & lex, vſque
ad Iohannem prophetauerunt: 14 & ſi
vultis recipere, ipſe eſt [e] Elias qui ventu- *Mala. 4.b.5.*
rus eſt. 15 Qui habet aures audiendi, au-
diat. 16 Cui autem ſimilem æſtimabo *Luc 7.e.31.*
generationẽ iſtam? Similis eſt pueris ſe-
dentibus in foro: qui clamantes coequa-
libus, 17 dicunt, Cecinimus vobis*, & ** tibia, G.*
non ſaltaſtis: lamẽtauimus, & non plan-
xiſtis. 18 Vênit enim Iohannes neque
manducans neque bibens: & dicunt, C
Dæmonium habet. 19 Vênit filius ho-
minis manducans & bibens, & dicunt,
Ecce

a *Prophetam.*] Vera cauſa & appellatio quamobrem Iohannes vt miraculum quoddam viſeretur populo, qui per quadringentos ferè annos propheta caruerat.

b *Etiam dico.*] plus vos in hoc viro ſpectaſtis, quàm in vllo alio ex prophetis ſpectauit antiquitas. Omnes enim prophetæ præcinerũt Chriſtum venturum: hic populo Chriſtum præſentem annuntiauit, indice oſtendit, regnum Dei appropinquaſſe affirmauit, regni ineundi viam munire cœpit pœnitentiæ denũtiatione. Hic enim eſt dictus nuntius ab aliis prophetis.

c *Maior Iohanne Bapt.*] Hunc locum exponit D. Lucas apertè. Maior, inquit, propheta non ſurrexit. Fuit enim Iohannes omnium prophetarum maximus, qui præſentem eſſe aſſeruit, quem alij ſperandum confirmabant. atque ita verè Iohannes omnium Eccleſiæ ac regni cælorum, quod eſt Eccleſia, miniſtrorũ miniſter miniſterio prophetandi de Chriſto maximus cenſendus eſt. attamen alter illo maior eſt natura, virtute & efficacitate: qui à vobis minor illo cenſetur in regno cælorum, hoc eſt in Eccleſia eſſe. Hoc ait Chriſtus de ſeipſo, cum ſumma modeſtia confirmans teſtimonium Iohannis, qui dixerat, *Venit fortior me poſt me, cuius ego non ſum dignus*, &c. tamen ad illud vſque tempus quo Chriſtus hæc dicebat, minor habebatur apud turbas Ieſus Iohanne in Eccleſia. Omnes enim Iohannem vt prophetam habebant, præterea Sacerdotis filium vnum ex Eccleſiæ miniſtris, quem quidam putabant Chriſtũ, quidam Eliam, alij magnum prophetam illum promiſſum, certè non carentem diuina auctoritate: nunquam enim neque populus neque Phariſæi, Iohãnis auctoritatem diuinam in dubium vocarũt. Chriſti auctoritati Phariſæi & Scribæ detrahebant, propter familiaris conditionis humilitatem: adeò vt poſt magna diuinitatis & auctoritatis illius argumenta ſpectata, interrogatus fuerit Ieſus à Iudæis, In qua poteſtate hæc facis, & quis tibi dedit poteſtatem vt iſta facias? Ita vulgus, vt ſolet, minora maioribus præferebat, non ſolùm initio legationis à Chriſto obitæ, ſed in medio etiam tempore teſtibus etiam Apoſtolis, qui ex iudicio populi referebant illum haberi alterum Iohannem Baptiſtam. Hæc oportuit indicari ad explicationem huius loci, in quo Ieſus ſe inſinuat eſſe Chriſtum, de quo Iohannes teſtimonium dederat. Maior & minor Latinè & Græcè μείζων & μικρότερος, niſi adſit expreſſum nomen pluralis numeri, ſemper de duobus dicitur: atque vt illa prior collatio *inter natos mulierum*, &c. expreſsè plurium fuit: ſic hæc poſterior ſignificanter duorum eſt ex verborum vſu, atque ex ſententia ipſa.

d *A diebus Iohannis.*] Antea regnum cælorum erat in præparatione, promiſſione, & figurarum inuolucris. vſque ad Iohannis legationem, in qua lex & prophetæ quæ de Chriſto promittebant, concluſerunt: à diebus huius, hoc eſt, illo iam perfuncto legatione ſua, regnum cælorum præſens eſt, & expugnari incipit: neque tamen traditur, niſi iis qui vicerint, & cuſtodierint quæ præcepta illis ſunt lege militiæ diuinæ. Alluſio eſt ad figuram terræ promiſſæ Ioſue duce obtentæ. illud enim huius figura erat.

e *Ipſe eſt Elias.*] Itaque omnia ſigna promiſſi olim regni, nunciam præſentis à Deo olim propoſita, perſonæ omnes, & miniſtri tum antecedentes regni aduentum, tum coniunctæ ipſi regno conſtant manifeſtè. Igitur oportet ſapienter quærere quiſnam ſit Meſſias verus: inuenietur eſſe Ieſus. ille itaque excipiendus eſt iis qui diuinum conſilium ſequi ſtuduerint. *Oſtenſus eſt autem Ieſus à Iohanne, temporum & ſignorum omnium argumentis comprobatus: ipſe idem venit manſuetus, mitis, beneficus, familiaremque ſe præbuit omnibus, & tamen à generatione iſta non fuit receptus.

Ecce homo vorax & potator vini, publi-
canorum & peccatorum amicus. Et [a] iu-
ſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis. 20 [b] Tunc
cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus
factæ ſunt plurimæ virtutes eius, quia
non egiſſent pœnitentiam. 21 Væ tibi
Luc. 10. b. 13. Corozáin, væ tibi Beth-ſaida: quia [c] ſi
in Tyro & Sidône factæ eſſent virtutes
quæ factę ſunt in vobis, olim in cilicio
& cinere pœnitentiã egiſſent. 22 Verun-
tamen dico vobis, Tyro & Sidóni remiſ-
ſius erit in die iudicij, quàm vobis. 23 Et
tu Capharnaum, nunquid vſque in cælũ
exaltaberis? vſque in infernum deſcen-
des. quia ſi in Sodomis factę fuiſſent vir-
tutes quę factæ ſunt in te, fortè manſiſ-
D ſent vſque in hanc diem. 24 Veruntamen
dico vobis, quia terræ Sodomorum re-
miſſius erit in die iudicij, quàm tibi.
Luc. 10. d. 21 25 In illo tempore [d] reſpondens Ieſus, di-
xit, Confiteor tibi pater Domine cęli &
terræ, [e] quia abſcondiſti hęc à ſapientibus
& prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.
26 Ita pater; [f] quoniã ſic fuit placitum ante
te. 27 [g] Omnia mihi tradita ſunt à patre
Ioan. 7. d. 28. & 8. b. 19. & 10. c. 15. meo. Et [h] nemo nouit filium, niſi pater:
neque patrem quis nouit, niſi filius, &



a *Iuſtificata eſt ſapientia.*] Illud hæc oratio ſignificat, cauſam ſapientiæ Iudæorum eſſe iam omnino iudicatam & declaratam à filiis illius generationis quã Chriſtus indicabat. ſicut enim pattes eorũ noluerũt credere prophetis, ſic nec filij voluerunt credere Iohanni prophetę & pluſquam prophetæ; neque Ieſu Chriſto ipſi filio Dei ſeſe illis vltrò manifeſtanti, illoſque inuitanti. hoc eſt quod aliàs dixit, Vos implete menſuram patrum veſtrorũ.

b *Tunc cœpit exprobrare.*] Poterant illę ciuitates dicere, ſe credere illius virtutem admirandam & diuinam tantis & tam frequentibus exemplis confirmatam; ſed vel illa fides nulla fuit: vel ſi aliqua fuit, non ſatis fuit, quia non egerunt pœnitentiam. hæc enim conditio neceſſaria eſt peccatoribus egentibus pœnitentia, aliàs in regnum cælorum non ingreſſuris.

c *Quia ſi in Tyro & Sidone*] Deus omnes homines, antequam ipſorum culpis obligatos damnet, opportunis & ſufficientibus rationibus aduocat ad pœnitentiam; ſed quoſdam ſuperabũdantibus etiã ſingularis beneficij cauſa; qui ſi recuſent, grauius etiam punientur.

d *Reſpondens*] Deo, cuius arcana ſecũ cogitabat, reſpondit Ieſus: Laudandus es mihi Deus qui in cælis cæleſtem ſapientiam confirmas, & terrenam in terris cognoſcis ac deſpicis.

e *Quia abſcondiſti*] hæc myſteria regni Dei ſapientibus & prudentibus terræ, quorum ſapientia iudicata eſt à filiis ſuis, abſcondiſti, & reuelaſti ea paruulis, qui ſe ab huius ſeculi ſapientia alienos eſſe cupiunt.

f *Quoniam ſic fuit placitum ante te*] qui non reſpicis niſi ſuper humilẽ & contritum corde, & trementem ſermones tuos.

g *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo*] Omnia diuinæ virtutis promiſſa quæ ad vitam & pietatem pertinent, filio pater tradidit, donanda iis qui ſe ſuſcipercẽ. ſic Petrus hunc locum exponit.

h *Et nemo nouit filium*] Quamuis cognitus ſit filius Dei multis, non ſolùm dæmonibus, ſed hominibus, propter miraculorum, & temporum & aliorum ſignorum rationem, tamen illo arcano cognoſcendi modo quo declaratus eſt filius Dei in virtute ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, nemo nouit eum propriè, niſi pater, cum quo ipſe regnat & viuit quatenus Deus eſt, & quatenus homo poſt adeptum triumphum etiam regnat. & eodem notitiæ & cognitionis genere nemo nouit patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare, ſeſe ipſum ei arcano modo inſinuans & donans. tunc enim qui videt filium, videt & patrem. ſed quibus volet reuelare filius? nempe omnibus qui vocationem ab ipſo ſubiunctam ſequi voluerint. Eſt autem vocatio vniuerſalis & communis, à qua nulli laborantes excipiuntur, niſi qui vocati ipſi recuſarint. Habet autem vocatio ſic.

de [illegible] veteris hominis est in-
tellige [illegible] in Mat. 14 et
Zachar. 2.

**Venite ad me omnes qui veſtrarũ** culparum pondere preſſi laboratis, iugumque veteris hominis defeſſi ſentitis, ego vos reficiam veteri homine extincto, & nouo reſuſcitato; qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate; cuius exemplum in me videtis. cùm ita à me recreati fueritis, inuenietis requiem animabus veſtris. eſt enim iugum meum ſuaue homine interiori per Spiritum ſanctum renouato; & onus doctrinæ meæ leue, id efficiente charitate Spiritus ſancti regnantis & manentis in iis quos ego ita reficio, quos iam non terret lex, ſed inuitat volentes ad ſui exercitationem ſuauiſſimam. eſt enim lex ſpiritus vitæ in ipſis, qua liberantur à lege peccati & mortis.

CAP. XII.

a *In illo tempore*] cùm de myſteriis maximis Ieſus egiſſet, iugumque ſuũ leuiſſimum prædicaſſet, antiquoque iugo grauiſſimo prætuliſſet.

b *Sabbatho*] non violabatur ſabbathũ olim deambulatione ter mille cubitorum, vt in Commentariis docebitur.

c *Vellere ſpicas*] refertur hoc opus ad vnum ex decem & ſeptem generibus, quo in traditionibus definiebant illi ſabbathi violationem.

d *Non legiſtis.*] redarguit Chriſtus traditionis partem ſibi obiectam, vt pugnantem cum probato ſcripturarũ exemplo, atque cum naturæ lege & charitatis norma.

* *Aut non legiſtis in lege.*] Iam grauius argumentum molitur ex conſuetudine & lege, atque etiam ex ipſorum definitione in traditionibus. eſt enim recepta ſentẽtia in lib. traditionum tractatu de Paſchate, c. 5. in Comment. In templo non eſſe Sabbathum, propterea quòd ſacris rebus opera detur, ad cultum diuinum, & publicam vtilitatem. Subindicat autem Chriſtus ſe maiorem ac digniorem eſſe templo materiali. ideoq; ſuos miniſtros, dum eidem officio faciendo ſecum operam dant, Dei mandatum faceſſentes non violare ſabbathum, imò ſanctificare potius. Oſtẽdit etiam ſe digniori muneri vacare, quàm ſacerdotes in templo; nempe miſericordiæ Dei prædicandę ex Euangelij legatione. quæ tes, Prophetæ teſtimonio, ſacrificiis apud Deum præponitur.

cui voluerit filius reuelare. 28 Venite ad
me omnes qui laboratis, & onerati eſtis:
& ego reficiam vos. 29 Tollite iugum Iere. 6. d. 16.
meũ ſuper vos, & diſcite à me quia mitis
ſum & humilis corde: & inuenietis re-
quiem animabus veſtris. 30 Iugum enim 1. Ioh. 5. a. 3.
meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

## CAPVT XII.

IN a illo tempore abiit Ieſus per ſata, Marc. 2. d. 23. Luc. 6. a. 1.
b ſabbatho: diſcipuli autem eius eſurien-
tes cœperunt c vellere ſpicas, & mandu- A
care. 2 Phariſæi autem videntes, dixerũt
ei, Ecce, diſcipuli tui faciunt quod non
licet * eis facere ſabbathis. 3 At ille dixit * 4 M S S. C. 5.
eis, d Non legiſtis quid fecerit Dauid quã- 1. Reg. 21. a. 4.
do eſuriit, & qui cum eo erant? 4 Quo-
modo intrauit in domum Dei, & panes
propoſitionis comêdit, quos non licebat
ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi
ſolis ſacerdotibus? 5 e Aut non legiſtis in Leuit. 24. b. 8.
lege, quia ſabbathis ſacerdotes in tẽplo Num. 28. b. 9.
ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt?
6 Dico autem vobis, quia templo maior
eſt hîc. 7 Si autem ſciretis quid eſt, Mi- Oſee 6. c. 6.
ſericordiam volo, & non ſacrificiũ: nun-
quam cõdemnaſſetis innocentes. 8 Do-
minus enim eſt filius hominis etiã ſab-
bathi. 9 Et cùm inde tranſiſſet, venit in
ſynagogam eorum. 10 Et ecce homo * * erat 5. M S S. G. 5.
manum habens aridam, & interrogabãt
eum, dicentes, Si licet ſabbathis cu-
rare? vt accuſarent eum. 11 Ipſe autem
dixit

Marc. 3. a. 1. dixit illis, [a] Quis erit ex vobis homo qui
Luc. 6. b. 6. habeat ouem vnam: & ſi ceciderit hæc
Deut. 22. a. 4. ſabbathis in foueam, nõnne tenebit &
leuabit eam? 12 Quanto magis melior
eſt homo oue? [b] Itaq; licet ſabbathis be-
nefacere. 13 [c] Tunc ait homini, Extende
manum tuam. Et extendit: & reſtituta
eſt ſanitati ſicut altera. 14 Exeuntes au-
tem Phariſæi, conſilium faciebant ad-
uerſus eum, quomodo perderent eum.
15 [d] Ieſus autem ſciens, receſſit inde: & ſe-
B cuti ſunt eum multi, & curauit eos om-
nes: 16 & præcepit eis ne manifeſtũ eum
facerent. 17 Vt adimpleretur quod dictũ
Iſa. 42. a. 1. eſt per Iſaiam prophetã, dicentem, 18 Ecce
puer meus quem elegi, dilectus meus in
quo bene cõplacuit animæ meæ. Ponam
ſpiritum meum ſuper eum, & iudicium
gentibus nuntiabit. 19 Non contendet,
neque clamabit, neque audiet aliquis in
plateis vocem eius. 20 Arundinẽ quaſſa-
tam non confringet, & linum fumigans
nõ extinguet; [e] donec eiiciat ad victoriam
iudicium: 21 & in nomine eius Gentes
Sup. 9. d. 32. ſperabunt. 22 Tunc oblatus eſt ei dæ-
Luc. 11. b. 14. monium



a *Quis erit ex vobis.*] Ex ipſorum met recepta ſententia redarguitur traditio Phariſæorum & Scribarum. ipſi enim apertè docent in lib. traditionum, non violari ſabbathũ in caſu animæ. Animam appellant pecus aut armentum, &c. Arguit Chriſtus illos argumento ex contentione ducto. nam ipſi cùm damnum non eſſe curandum in ſabbatho dicerẽt, animæ caſum in mali definitione ponebant. & tamen re vera pecudis periculum ad damni magis quàm ad mali rationem pertinet. admiſſam itaque ab illis exceptionem probans ad mali veram rationẽ refert.

b *Itaque licet ſabba. benefac.*] Diſtinguunt Scribæ inter Seruitium & Beneficium. omne ſeruitium ſabbatho excludunt, beneficium admittunt ſed in beneficiorum generibus ſtatuendis non ſatis perſpicaces ſunt: nam curationem ad ſeruitia referunt, cùm verè beneficium ſit curatio, atque in animę à periculis eruendæ rationibus enumeretur. Optimè omnium hominum philoſophatur Ieſus, vt naturę rerum ſcientiſſimus, quas certis ſuiſque diſtinguit nominibus.

c *Tunc ait homini.*] Redargutos rationibus Scribas & Phariſæos tanquam indiſertos, nunc re ipſa magis redarguit & perturbat ſpectaculo exhibito, in quo illorum non ſolùm inſcitia, ſed inuidia patefacta eſt; & ſua ipſius virtus illuſtrior & teſtatior euaſit. namq; ipſe argumentatus fuerat illa ratione videlicet, poſſe beneficium conferri in proximum ſabbatho in caſu animæ, hoc eſt, curatione & liberatione à morbo vel periculo quocunque modo ſit, ſiue medicamentis adhibitis, ſiue admota manu tantùm, ſiue aliquo alio externo opere exhibito. idque opus non debere appellari Seruitium. Hoc ſatis apertè probato genere, ille aliam rationem init, quam nulla vnquam Scribarum ſubtilitas, aut Phariſæorũ ſuperſtitio cogitauit in ſabbathi violationibus ponere. Ea fuit allocutio tantũ, eaque breuiſſima. nemo enim loqui prohibetur ſabbatho: alioqui neque ipſi potuiſſent illum interrogare ſine violatione. Igitur cùm ſolo verbo ſanauerit hominem, oſtendit illos ſtultiſſimos, & ſe ſapientiſſimum & efficaciſſimum, qui cùm poſſet citra religionis detrimentum, illum, facto luto, aut alio modo, aut manu tacta & contrectata curare, ſolo etiam verbo curabat, & ipſa manus reſtituebatur iuſſu eius, illo nihil externus agente. Illi non poterant accuſare eum vt volebant, reſtabat itaque vt accuſarent manum quòd reſtituta eſſet illo iubente ac volente; ſi tamen id ſeruitio aut vitio dari poterat manui, quod ſi feciſſent, planè ſeſe communi ſenſu carere oſtenderent, aut ſuam maximam proderent malitiam, quam tamen diſſimulare nequiuère: nam qui debebant conuicti laudare Deum, & veritati cedere, exeuntes de illius nece deliberabant.

d *Ieſus autem ſciens.*] Cùm re ipſa ſatis veritatem oſtendiſſet Ieſus, ſecedit, nulla contentione ſuſcepta aduerſus malitiam Phariſæorum; & ſuum propoſitum vrget benefaciendi, & rebus ipſis confirmandi cauſam rationemque ſuam. hoc enim ſignificauerat diuinum vaticinium. docet declinare pericula, ſine detrimento tamen doctrinæ & officij.

e *Donec eiiciat.*] Chriſtus eiecit iudicium ad victoriam, cùm poſt oſtenſa in vita miracula, & beneficia innumera, tandem poſt reſurrectionem cauſam ſuam confirmauit Spiritu ſancto in diſcipulos miſſo: qui cùm à Iudæis non eſſet receptus, ad gentes ſe conuertit, quibus ſpem fecerat Deus in Iſaiæ, & aliorum Prophetarum vaticiniis.

monium habens,[a] cæcus & mutus: & cu-
rauit eum, ita vt loqueretur & videret.
23 Et ſtupebant omnes turbæ, & dicebãt,
[b]Nunquid hic eſt filius Dauid? 24 Phari-
ſæi autem audientes, dixerunt, Hic non Sap 9.d.14. Marc.3.c.22.
eiicit dæmones, niſi in Beel-zebub prin-
cipe dæmoniorum. 25 Ieſus autem [c]ſciens
cogitationes eorum, dixit eis, [d]Omne re-
gnum diuiſum contra ſe, deſolabitur: & Luc.11.c.17.
omnis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe,
non ſtabit. 26 Et ſi ſatanas ſatanam eii-
cit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo er-
go ſtabit regnum eius? 27 Et ſi ego in
Beel-zebub eiicio dæmones: filij [e]veſtri
in quo eiiciunt? Ideò ipſi iudices veſtri
erunt. 28 Si [f]autem ego in ſpiritu Dei
eiicio dęmones: igitur peruenit in vos re-
gnum Dei. 29 Aut [g]quomodo poteſt
quiſquam intrare in domum fortis, & C
vaſa eius diripere: niſi prius alligauerit
fortem?

a *Cæcus & mutus.*] Optimis quibuſque donis & vitę muneribus vel prorſus ſpoliat, vel minuens fraudat dæmon eos quos occupat. Chriſtus vincit dæmonia, dona hominibus reſtituit cumulata.

b *Filius Dauid.*] Ille qui in Pſalmis & ſacris hiſtoriis premiſſus eſt expectandus Meſſias. Dauid filius ille à Deo mittendus erat: probatur iam miſſus ex beneficiis in homines collatis admirandis.

c *Sciens cogitationes eorum.*] qui contra propriam conſcientiam ſtudebant diuinam virtutem Chriſto detrahere, perſuadentes populo poſſe dæmonia eiici auctoritate à Beel-zebub accepta; atque ita Euangelio Chriſti fidem eleuare conabantur. Chriſtus enim regnum cælorum appropinquare, iam iamque patefaciendum eſſe annuntiabat, non regnum dæmoniorum vel inferni, quod neceſſe erat vinci & expoliari, ſi regnum cælorum inſtrueb atur & ditabatur hominibus in ciues adſcribendis. Obſeruanda eſt vis & grauitas argumentationis Chriſti, à natura rerum, & à ſacrarum ſcripturarum lectione inſtitutæ, quam aliàs fuſiùs explicabimus ipſo docente.

d *Omne regnum.*] Hæc argumentationis ſumma eſt: qui regnum firmare parat ac ſtudet, illius diuiſionem & expoliationem cum primis cauet. contrà verò qui regnum diuidit aut ſpoliat, is minuit atque diruit ipſum; tantum abeſt vt amplificet. Idem eſt exemplum in republica vel familia conſtituenda & amplificanda, quod non fit diuiſione & expoliatione, ſed concordia, coactis copiis & conſiliis, atque expoliatis aliis hoſtium regnis additis & cumulatis opibus. Igitur ſi ſatanas curat ſuum regnum tueri & amplificari, vt certè curat & ſtudet, ſtultiſſimam rationem init, qui velit perdere quos poſſederat, & ſpoliari præda quam fecerat. igitur ipſe vltrò ſeſe reſque ſuas perdit. quod ſi ipſe perdat, conſequens eſt vt regnum Dei augeatur: nam quod à ſatana decedit, Deo cedit. atque ita veſtra aſſeueratione probatur regnum Dei amplificari quod ego aſſero, quanquam vos aliud perſuadere velletis. atque hoc argumentum ex ratione manifeſta deſumptum probat, Satanam, qui ſibi contrarius nunquam eſt, non libenter, ſed coactũ & inuitum cedere rebus & perſonis à ſe occupatis: aliàs non diceretur verè Satanas: qua ratione ita appellatur, nimirum quòd Deo Deíque gloriæ, & hominum vtilitati aduerſarius ſit.

e *Filij veſtri in quo.*] Alterum argumentum ab experimento & auctoritate: neque enim eiectio ſui ipſius dicitur, ſed alterius. Alterum ergo oportet eſſe eum cuius virtute & nomine eiiciatur dæmonium ab ipſo dæmonio, eundemque illi aduerſum. vnum vni contrarium ſecundùm naturam maximè in ſimplicibus. Scimus autem dæmonio nullum eſſe magis contrarium aut potentem, quam Deum: atque ideo Exorciſtæ Dei auctoritate vtebantur ac nomine: nullam enim aliam virtutem, quàm diuinam, inuocabant illi. huius aſſertionis confirmationem ex eorum met reſponſo peti Chriſtus vult. Conſequitur ergo dæmonium non poſſe eiici, niſi diuina virtute.

f *Si autem ego in ſpiritu Dei.*] Alterum caput argumentationis eſt (vſus eſt enim Ieſus dilemmate vtrinque firmiſſimo.) Quòd ſi mea auctoritas eſt diuina, atque ſpiritus Dei efficientia eiicio dæmonia: Igitur regni Dei quod ego annuntio, aduentus certiſſimus eſt. voſque habetis legatum, ducem, & miniſtrum regni Dei, me, non minoribus, ſed maioribus, confirmatum ſignis, quàm in patribus veſtris Moſes fuit agnitus, captiuitatis & tyrannidis Ægyptiacæ vindex, ac regni & populi terreni miniſter. (Tota hæc Chriſti oratio illam Exodi hiſtoriam indicat.)

g *Aut quomodo poteſt.*] Tertium argumentum à comparatis: quo probatur Chriſtus eſſe fortior principe dæmoniorum. docuerat enim illam veram & manifeſtam eſſe ſpoliationem principis dæmoniorum. qui ſi princeps eſt, ſuum principatum tueatur oportet: id ſi facere non poteſt, victus & ligatus arguitur, atque inermis iam. Nam dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet: quòd ſi diripitur, ſignum eſt eum non poſſe ſua cuſtodire, & fortiori ceſſiſſe. adeò nullam virtutem præſtare poteſt Beelzebub mihi vt ſe expoliem, vt ne reſiſtere mihi poſſit ne ſe expoliem.

fortem? & tunc, domum illius diripiet.
30 [a]Qui non eſt mecum, contra me eſt: &
qui non congregat mecum, ſpargit.
Marc.3.d.28. 31 Ideo dico vobis: omne peccatum &
Luc.12.b.10. [b]blaſphemia remittetur hominibus, [c]ſpi-
1.Ioan.5.d.16. ritus autem *blaſphemia non remittetur. (* blaſphe-miæ ſ.)
32 Et quicunque dixerit verbum contra
filium hominis, remittetur ei: qui autem
dixerit contra Spiritum ſanctum: non
remittetur ei neque in hoc ſeculo, neque
in futuro. 33 [d]Aut facite arborem bo-
nam, & fructum eius bonum: aut facite
arborem malam, & fructum eius malũ:
ſiquidem ex fructu arbor agnoſcitur.
34 Progenies viperarum, quomodo po-
teſtis bona loqui, cùm ſitis mali? Ex
Luc.6.g.45. abundantia enim cordis os loquitur.
35 Bonus homo de bono theſauro profert
bona: & malus homo de malo theſauro
profert mala. 36 Dico autem vobis, quo-
niam omne [e]verbũ otioſum quod locuti



a *Qui nõ eſt mecum.*] Ratione etiam aperta oſtẽdit ſe non conuenire cum Beelzebub, ſed pugnare palã, ex vulgata & certiſſima ſententia, quæ Hebraicè prouerbij modo ferebatur, *Qui non eſt mecum, contra me eſt: qui non colligit mec. ſparg.* conſtat me non eſſe cum Beelzebub, qui quod ille acquiſierit, auferam; & quod ille collegerit, ſpargam & diſſipem, in illius iacturam & detrimentum. Atque adeò conſtat meum opus diuina virtute conſtare, ſpirituique diuino adſcribẽdum eſſe.

b *Blaſphemia.*] Blaſphemia, propriè, vt aliàs docemus, detractio eſt propriæ auctoritatis & dignitatis, aut debiti honoris. quicunque Chriſto nondum ex diuina virtute cognito, ſed homini tantùm exiſtimato, auctoritatem aliquam detraxerit tanquam homini, non eſt excluſus à remiſſione: laborat enim ignorantia erga attributa debita Chriſti humanitati: poteſt doceri, inſtrui, & tandem remiſſionis compos fieri.

c *Spiritus autem blaſphemia.*] Detractio in Spiritus ſancti virtutem, cùm ſit manifeſta malitia, damnationem ſecum habet adiunctam neceſſariò. Eſt autem blaſphemia in Spiritum ſanctum, tribuere dæmoniis virtutẽ, quæ proprio iure ac certiſſimo Spiritui ſancto aſcribi debet. Datum omne bonum & donum optimum de ſurſum eſt. liberatio hominis à dæmonum ſeruitute & poteſtate, beneficium eſt in ſummorum bonorum genere ac definitione ponendum. huius beneficij auctorem facere dæmonem, & non Spiritum ſanctum, blaſphemia eſt, irremiſſibiliſque contumelia in Spiritum ſanctum.

d *Aut facite arborem.*] Aliud argumentum à naturæ obſeruatione ductum, quo Phariſæi blaſphemi arguuntur & conuincuntur. Aut, inquit, opus iſtum bonum eſt, aut malum: ſi bonum, ex bono initio: ſi malum, ex malo oriatur neceſſe eſt. Igitur eiectionem dæmonij ab hominibus ſi bonam appellatis rem, neceſſe eſt bono, & nõ malo auctore profectã dici. nam ſi ex malo auctore proficiſcitur, malus malè agit, & nõ bene. atque ita non laudatur opus mali, ſed notatur vt vitioſum. quod ſi fructus ipſe bonus eſt, & arbor ex qua oritur bona eſt. non poteſt igitur hoc opus admirandum, vtiliſſimum, & optimũ, malo auctori attribui. quòd ſi mihi non attribuatis, at ſpiritui Dei nõ attribui non debet. Deinde ſi Spiritus Dei per me hoc efficit in tã eximio opere in quo nihil omnino mali eſt, quid mihi vel boni detrahere poteſtis, vel mali adſcribere? Nulla hîc apparet malitia in opere aut auctore operis: nihil profectò improbari poteſt in omni ratione hac, niſi veſtra iſta oratio blaſphema, quæ de tam præſtanti & laudabili re, tam malitioſè ac peruersè pronuntiata eſt. ea autem cùm ſit peſſima oratio, eodem naturæ argumento à peſſimis auctoribus profecta eſſe conuincitur. nam ex bono theſauro bona proferuntur.

e *Verbum otioſum.*] Verbum otioſum hoc loco definimus, quamcunque orationem contra veritatem rei, aut contra dicentis conſcientiam, atque adeò præter vſum, magiſque ad temerarium aut inventatum abuſum prolatam. itaque fictum, ſimulatum, atque fraudulentum ſermonem, verbum otioſum dicimus. Hiſpanè dicitur, *Hablar de gracias*: cùm quis ea loquitur quæ non decet, aut non oportet loqui. Alligat Chriſtus hac ſentẽtia aduerſarios ſuos, ita vt nullo pacto effugere ſinat. poterant intra ſe cogitare ac dicere (illum autem cogitationes eorum nullæ latebant) Nos quanquam ita loquamur, tamen certò ſcimus Spiritu ſancto eiici dęmonia: & non negamus hanc laudem illius eſſe, imò agnoſcimus certiſſimè cordáque habemus integra, & theſaurum cogitationum ac notitię probandæ, neque verò quod ſentimus loquimur, ſed quo exiſtimamus commodum eſſe propoſito noſtro. Atqui ſi nihil aliud præterea mali eſt, illud tamen magnum eſt vitium, quod loquamini quod non ſentitis: id ſi nihil præterea mali pareret, tamen denotatum eſt & culpa adeò grauis, vt inter cætera omnia delictorum nomina ſit exigendũ, nedum ſi illud peſſimũ accedat crimen, quod quæ mala vos nõ ſentitis & definitis

fuerint homines, reddent rationem de eo
in die iudicij. 37 Ex verbis enim tuis iu-
ſtificaberis, & ex verbis tuis condemna-
beris. 38 [a] Tunc reſponderunt ei quidam
de Scribis & Phariſæis, dicentes, Magi-
ſter, volumus à te ſignum videre. 39 Qui
reſpondens ait illis, Generatio mala & *Inf. 16. a. 4.*
adultera ſignum quærit: & [b] ſignum non *Luc. 11. d. 29* *1. Cor. 1. c. 23.*
dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. D
40 Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tri- *Iona 2. a. 2.*
bus diebus & tribus noctibus: ſic erit fi-
lius hominis in corde terrę tribus diebus
& tribus noctibus. 41 [c] Viri Niniuitæ *Iona 3. b. 5.*
ſurgent in iudicio cum generatione iſta,
& condemnabunt eam: quia pœnitentiã
egerunt in prædicatione Ionæ, & [d] ecce
plus quàm Ionas hîc. 42 [e] Regina auſtri
ſurget

apud vos, eadẽ alijs veſtra auctoritate ſignificatis & oſtenditis mala eſſe. atque ita gloriam Dei & hominum vtilitatem impeditis iſto verbo otioſo. Non enim intelligit alter quid tu cogites, vel animo agites tuo, ſed audit quid dicas: ſi mala loqueris, te mala ſentire exiſtimat: ſi bona verè, perinde etiam te putat ſentire. Quanquam verò Deo omnis & oratio & cogitatio nota ſit; tamen quoniam oratio data eſt homini, vt alij alijs ſua cogitata ſignificent, in die iudicij, cùm publicè & certis apertiſque rationibus Deus mundum iudicabit, non ſolùm ratio habenda eſt cogitationum ſed verborum. reddenda enim eſt ratio a ſingulis quid quiſque loquutus fuerit. ſi dicat ſe bene ſenſiſſe, tamen verba ipſa vitium ſuum prodent. aderunt teſtes qui affirment ſe mala audiuiſſe; atque ita ex verbis tuis condemnaberis; non quòd malè ſenſeris, ſed quòd contra conſcientiam fueris locutus cum veritatis detrimento, & auditorum incommodo. ſi verò tum rectè ſenſeris, rectè etiam fueris loquutus eadẽ verba, & auditores ipſi teſtabuntur publicè tuam rectitudinem & iuſtitiam. Alludit Ieſus hoc loco ad publica iudicia, quæ non de cogitationibus hominum, ſed de verbis & factis haberi edique ſolẽt. eſtque prouerbium olim vulgare deſumptum ex lib. Salomonis. Itaque non agit de omni materia iudicij diuini, ſed de verborum tantùm dictorumque iudicio.

a *Tum reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, &c.*] Intelligebant Chriſtum non editurum ſignum illorum arbitratu; idque ſtudioſius petebant, eum enim oſtentationis cauſa non ſperabant editurum. ſi non ederet, perſuaderent populo, illum non eſſe efficacem, neque tantæ auctoritatis prophetam, quantæ exiſtimabatur. non eſſe illi cum Deo commune conſilium & negotium, ſed cum Beelzebub, quia non poſſet ſignum è cælo edere, ſed ex inferis potius dæmoniorum conſuetudine inita. Signum enim de cælo quærebant, vt Lucas explicat. idque non vt docerentur veritatem, quam ex ſcripturis & alijs miraculis cognoſcere poterant manifeſtè: ſed mala mente & malo animo. tentantes enim, ait Euangeliſta. Hæc petitio eodem tempore ab alijs inita eſt, quo ab alijs dicebatur Chriſtus dæmonia eijcere auctore Beelzebub. ſed cùm illi iam redarguti eſſent, alij hoc ſecundũ propoſitum vrgebant ſimulata oratione, Magiſter, &c. appellantes magiſtrum, quaſi talem ipſi crederent, ſed vellent ſibi maiori ſigno confirmari illum eſſe prophetam à Deo miſſum, ad regnum cælorum annuntiandum & procurandum. quemadmodum fuit Moſes probatus magiſter & legiſlator ſignis cæleſtibus, igne, fumo, voce, & alijs. Agunt itaque de priuato ſigno, quod nulli prophetarum præterea contigerat. b *Et ſignum non dabitur.*] Deus non debet hominum volũtati obſequi, præcipuè deprauatorum; ſed homines oportet cognoſcere & ſequi id quod à Deo inſtitutum eſt. Satis multa argumenta indicata fuerant à Prophetis venturi Chriſti ſeruatoris & Euangeliſtæ omnium hominum, vt iam Ieſus Iohannis diſcipulis reſpondens ſignificabat. quibus argumentis abundè ſatisfecerat ipſe ſæpiſſimè. quibus autem hæc argumenta non admitterentur aut reijcerentur propter malitiam cordis eorum. vnum reſtabat illud omnium grauiſſimum, quod poſt mortem & reſurrectionem ſuam Chriſtus expoſiturus erat Spiritu ſancto in homines immiſſo, cuius virtute & efficientia agnoſceretur Ieſus verus eſſe Chriſtus, qui ſuſceptam humanam naturam redimens & liberans, ex vetere in nouum hominem transformaret. hoc erat illud vnum certiſsimum & maximum ſignum quo Chriſtus cognoſcendus erat filius Dei, & hominum ſeruator ac ſanctificator. c *Viri Niniuitæ*] ſurgent ad collationem cauſarum vtriuſque partis, atque ipſa comparatione condemnabunt, illique ſuperiores euadent Iudæis huius ætatis ſextæ: maximè verò is qui Chriſtũ, cùm à mortuis reſurrexiſſe cognouiſſẽt, manifeſta virtute Spiritus ſancti in Apoſtolis & diſcipulis alijs ſpectata, non receperunt, prædicentibus Apoſtolis, & exhortantibus, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum. & paulo poſt, Saluamini, inquit, a generatione iſta praua.

d *Ecce plus quàm Ionas.*] Maius miraculum, grauius exemplum maiori auctoritate confirmatum, prę̃ſtantiſſima virtute demonſtratum obſeruatur in Chriſto ante ſignum illud. ſed præcipuè poſt ſignum datum illud.

e *Regina Auſtri*] comparatione ſui damnabit hanc generationem. illa venit, admirata Salomonis ſapientiam, conſiliaque excepit illius. neque tamen Salomon miraculis clarus, neque ſapientia alijs impertienda admirandus erat.

ſurget in iudicio cum generatione iſta,
3.Re.10.a.1. 2.Par.9.a.1. Luc.11.c.24. & cõdemnabit eam: quia venit à finibus
terræ audire ſapientiam Salomonis, &
[f] ecce plus quàm Salomon hîc. 43 Cùm
[g] autem immũdus ſpiritus exierit ab ho-
mine, ambulat per loca arida, quærens
requiem, & non inuenit. 44 Tunc dicit,
Reuertar in domum meam vnde exiui.
Et veniens inuenit eam vacantem, ſcopis
mundatam, & ornatam. 45 Tunc vadit,
& aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum
nequiores ſe, & intrantes habitant ibi:
2.Pet.2.d.20 & fiunt nouiſſima hominis illius peiora
prioribus. Sic erit & generationi huic
Marc.3.d.31. Luc.8.e.20. peſſimæ. 46 Adhuc eo loquente ad tur-
bas, ecce mater eius & fratres ſtabant fo-
ris, quærẽtes loqui ei. 47 Dixit autem ei
quidam, Ecce mater tua & fratres tui fo-
ris ſtant quærẽtes "te". 48 At ipſe reſpon-
dens dicenti ſibi, ait, [h] Quę eſt mater mea,
& qui ſunt fratres mei? 49 Et extendens
manum in diſcipulos ſuos, dixit, Ecce
mater mea & fratres mei. 50 Quicun-
que

" loqui tecũ 2 MS.
" te alloqui a.c.r.

f *Ecce plusquam Salomon.*] Chriſtus non ſolùm ſapiens, ſed ipſa Dei ſapiẽtia & virtus manifeſtè probatus, maximè autem poſt illud ſignum datũ, in quo explicabatur virtus mortis & reſurrectionis illius, & communicabatur illius ſapientia credentibus & obedientibus illi, ipſe vltrò venit, rogauit, ... & hortatus eſt generationem illam, vt ſe ſuſciperet. repulſus tamen eſt ab ea, quæ ſuæ nefariæ obſtinationis mercedem accepit digniſſimam, nimirum abalienationem & reiectionem à Dei gratia & tutela, atque obdurationẽ in peccato incredulitatéque ſua.

g *Cùm immundus ſpiritus.*] Huius rei exemplum in Iudæis ſtatutum, ad cęterorum hominum res traduci poterit pro cauſæ & temporum ratione. Iudæi vſque ad Chriſti clarificationẽ publicam, laborabant ſpiritu immundo ignorantiæ craſſæ quidem & notandæ, vtpote quos tanta miracula, beneficia, tanta diuinæ & apertæ doctrinæ abundantia, non docerent, Ieſum eſſe recipiẽdum Chriſtum, quod tamen ſatis apertè docebat, & alliciebat ſimplices & ſanæ mentis homines, illam ignorationem quã quam affectatam, ignorationem tamen appellant diuinæ literæ. ad quod genus ignorationis illud referendum eſt Apoſtoli dictum, Si Dominum gloriæ cognouiſſent, nunquã crucifixiſſent. Hic ſpiritus ignorationis expulſus eſt omnino poſt Spiritus ſancti aduentum in diſcipulos viſibili omnibus eorum mutationis & ſanctificationis exemplo atque ſpectaculo. tunc glorificatus, clarificatus, manifeſtéque probatus eſt Ieſus eſſe Chriſtus glorię Dominus. Iam igitur hinc Iudæi nulla ratione ex ſacris libris rectè petita, negare poterant Ieſum eſſe Chriſtum & filium Dei: ſed tamen illi voluntariam pertinaciam vltrò retinuerũt, atque offenderunt in lapidem offenſionis, importuniſſiméque reſtiterunt
Spiritui ſancto. Quamobrem cùm ille immundus ſpiritus quæſiſſet requiem, nec inueniret ſimiles illis homines
quos occuparet, rediit in eandem domum, quam inuenit adeò iam vacuam diuina gratia & tutela illa priore
atque cura qua adhuc cùm in inſcitia illa eſſent, tamen retinebantur, & ad meliorem mentem quotidie reuoca-
bantur; adeò, inquam, vacuam inuenit, vt omnino ſcopis verram exiſtimare poſſet ne quid habere quod
vel ingreſſum impediret, vel locum occuparet. Tunc aſſumpſit ſpiritus plures alios erroris, indurationis,
excæcationis, contumaciæ, mendacij, blaſphemiæ; & ingreſſus in eos, habitauit, & habitat. itaque illorum
animos occupauit, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti. hic ſtatus eſt Iudaici populi ob prio-
rem & poſteriorem repulſam Chriſto ab ipſis allatam vtinam & nullus prætereà hominum in hunc miſerrimum
locum deuenerit. h *Quæ eſt mater mea?*] Non abnegat Ieſus matrem & conſanguineos ſecundùm carnem,
ſed vrget propoſitum, antiquum que obtinet, præferendi negotia reſque diuinas humanis. erat enim ille in do-
ctrinæ exercitatione: curabat ſibi fratres & neceſſarios, atque maximam hominum copiam ad regnum cælorum
parare & inſtruere, vt patri ſuo Deo faceret filios, ſibi fratres cohæredes. In tanto negotio non erat reſpiciendum
ad humana ſtudia & conſilia atque acta, quorum cauſa à conſanguineis vocabatur: illi enim ſtudebant eum ab
officio retrahere, dicentes, In furorem verſus eſt. atque maioris auctoritatis cauſa matrem eius adduxerant, cu-
ius nomine vocatus ſi exiret, ab illis teneretur. neque enim illi matri indicauerant ſuum conſilium, quod tamen
Ieſu ipſi manifeſtum erat, qui in illorum correctionem, atque in exemplum noſtrum, diuina omnia humanis
anteponenda eſſe reſpondit. Lege Marci Euangelium.

que enim fecerit voluntatem patris mei
qui in cælis eſt: ipſe meus *frater & ſoror, * & 9 MS. eq.
& mater eſt.

## CAPVT XIII.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſede- Marc.4.a.1. Luc.8.a.4.
bat ſecus mare. 2 Et congregatæ ſunt ad A
eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam
aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat
in littore, 3 [a]& locutus eſt eis multa in pa-
rabolis, dicens, Ecce, exiit qui ſeminat,
ſeminare*. 4 Et dum ſeminat, quædam * ſemen ſuũ o.
ceciderunt ſecus viam, & venerunt vo-
lucres cæli, & comederunt ea. 5 Alia au-
tem ceciderunt in petroſa, vbi non habe-
bant terram multam: & continuò exorta
ſunt, quia non habebant altitudinem
terræ. 6 Sole autem orto æſtuauerunt:
[b]& quia non habebant radicem, aruerũt.
7 Alia autem ceciderũt in ſpinas: & cre-
uerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea. 8 Alia
autem ceciderunt in terram bonam: &
dabant fructum, aliud "cẽteſimum, aliud " centum, aliud ſexaginta, aliud, triginta 3 MS. e.
ſexageſimum, aliud triceſimum". 9 [c]Qui
habet aures audiendi, audiat. 10 Et acce-
dentes diſcipuli, dixerunt ei, Quare in
parabolis loqueris eis? 11 Qui reſpon-
dẽs, ait illis, [d]Quia vobis datum eſt noſſe B
"myſteria" regni cælorum: illis autẽ non " myſterium o.
eſt

CAP. XIII.

a *Et locutus eſt eis.*] Nullam prætermittit occaſionem Chriſtus docendi homines, quę ad ipſorum ſalutem faciunt: & quia nemini velit otioſum ſuum ſtudium, hoc eſt, ſine fructu euadere, præmonet, deſcribens omnia impedimẽta, quorũ cauſa humani animi carere poſſunt tãta vtilitate.

b *Quia non habebãt radicem.*] Radix qua tenaciſſimè hæret verbum, ita vt exuri & ſiccari non facilè poſſit (imò non poſſit, niſi vltrò accedat voluntas hominis, & negligat verbum.) radix, inquam, eſt myſterij incarnationis & reſurrectionis Chriſti notitia: quam qui non purè tenet, pietatem aliquomodo profiteri & oſtendere poteſt, tamen quæ ſine fundamento firmo ſit, ſtatimque impetu perſecutionum & moleſtiarum humanarum areſcat, infirmiſſimaque reddatur, neque ad fructus ferendos perduret. Sunt autẽ incarnatio verbi ac reſurrectio Chriſti, duo extrema myſteria, quibus tãquam principio ac fine cætera omnia quæ Chriſtus & geſſit & paſſus eſt, clauduntur, de quibus aliàs plura ipſe dabit diſſerere.

c *Qui habet aures audiendi.*] Qui eo animo ac ſtudio venit, vt audiat & ſentiat ad ſuam vtilitatem, is habet aures audiendi: qui verò non audiendi nec ſentiendi atq; cognoſcendi ſtudio, ſed calumniandi, vel reprehendendi, aut etiam irridendi cupiditate ducitur, ille non habet aures audiẽdi, ſed calumniandi, reprehendendi, vel irridendi, peruerſum aurium officiũ. namque auris, & oculi, & cæteri ſenſus, non propriè ſuo munere fungũtur, cùm ea ſentiunt quæ non oportet, aut eo modo qui non decet. vt oculus non effectus eſt ad nictãdum vel pauendum, ſed ad videndum. qui oculos claudit, non vtitur oculorum officio. ita qui videt quæ videri non debẽt, aut modo quo non decet, ille non vtitur, ſed abutitur oculis. Probata videndi & audiendi ratio eſt ea, quam ob rem à Deo conſtituti ſunt hi ſenſus, ſicut ſcriptum eſt, Oculus videns, & auris audiens, vtrumque fecit Dominus. Itaque ſimpliciſſimus vſus ſenſuum & ſine vllo vitio, exigitur à Chriſto, ad percipiendum fructum ex doctrina.

d *Quia vobis datum eſt.*] Notatio eorum qui habent aures audiendi, illa eſt, Si quis auditam parabolam cupiat ſibi exponi, idque auido ſtudio diſcendi, non autem errandi. ſi quis propoſitam parabolam negligat cognoſcere, aut curioſè tantùm cognoſcere cupiat, aut irrideat, aut contemnat, is non habet aures audiendi; atque ita indignus eſt cui credantur diuina myſteria ſimpliciter. Ea enim credi & aperiri Deus voluit diſcipulis, hoc eſt, iis qui diſcendi & obſequendi animo Chriſtum ſequuntur; & ea ſimplicitate præditi ſunt, quam Chriſtus in ſuperioribus capitibus exigebat, qualis paruulorum eſt ſimplicitas.

eſt datum. 12 [a] Qui enim habet, dabitur
Inf. 25. c. 29. ei, & abundabit: qui autem non habet,
& quod habet auferetur ab eo. 13 Ideò in
parabolis loquor eis: quia videntes non
vident, & audientes non audiunt, neque
[a] vt adimpleatur o. [b] dicentis, MS. Hier. 5. intelligunt. 14 [a] & adimpletur' in eis pro-
phetia Iſaiæ [b] dicens', Auditu audietis, &
Iſa. 6. c. 9. Mar. 4. b. 12. non intelligetis: & videntes videbitis, &
Luc. 8. b. 10. Ioh. 12. f. 40. non videbitis. 15 Incraſſatum eſt enim
Act. 28. f. 26. Rom. 11. b. 8. cor populi huius, & auribus grauiter au-
Luc. 10. d. 23. dierũt, & oculos ſuos clauſerunt: nequã
do videant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligant, & conuertantur, & ſa-
nem eos. 16 [b] Veſtri autem [c] beati oculi,
quia vident, & aures veſtræ quia audiũt.
17 Amen quippe dico vobis, quia multi
prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ
videtis, & non viderunt: & audire quæ
auditis, & non audierunt. 18 Vos ergo
Marc. 4. b. 14. Luc. 8. b. 11. audite parabolam ſeminantis. 19 Omnis
qui audit verbum regni & non intelligit,
C venit malus, & rapit quod ſeminatum
eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam
ſeminatus eſt. 20 Qui autem ſuper pe-
troſa ſeminatus eſt, hic eſt, qui verbum
F audit,

a *Qui enim habet, dabitur ei.*] Qui habet integram & rectè compoſitam ſenſuum ſuorum facultatem atque animi intentionem, vtiturque rectè naturali rationis lumine, atque datis à Deo communiter bonis, dabitur ei cognitio myſteriorum quæ naturæ communi facultate inueniri per ſe non poſſunt, niſi eorum auctor ipſe Deus doceat & exponat. cuius generis ſunt arcana de humanæ ſalutis ratione & explicatione, de regni cæleſtis poſſeſſione, & quæ ad hæc pertinent cætera. Qui verò iis donis & facultatibus naturalibus à Deo conceſſis & conſeruatis atque amplificatis abutitur, non habet id quod habere debuit, hoc eſt, rectum vſum ſuarum facultatum: ideoque dignus eſt etiam qui priuetur illo vſu atque facultatibus ipſis, ita vt cùm audire ſe aliquid exiſtimauit, nihil tamen audierit; cùm videre, nihil viderit. namque audire, & non intelligere quæ audias, perinde tibi fuerit, ac ſi ſurdus eſſes: audis ſonum verborum, ſed ſignificationem non magis intelligis quàm iumentum. ergo ſenſus naturalis humanus, quẽ habebas, quóque vti poteras, ſi noluiſſes abuti, verſus eſt tibi in bruti ſenſum. atque ex corde & ſenſu communi humano, ex ratione animique ſpirituali facultate deuentum eſt ad incraſſationem cordis, hebetationem ſenſuum, atque omnino ad vitæ animæque vſum longe minorem, quàm natura humana ſortita ſit. Hic eſt ſtatus Iudæorum atque eorum qui alienati ſunt à cognitione veritatis ſua ipſorum culpa: quibus cùm vita ſuperſit, tamen ita ſupereſt, vt inſanis & cerebro carentibus, hoc eſt, à vera & vtili ſibi rerum cognitione abalienatis. ſed in inſanis quidquid poſt morbum contractum accidit, culpa vacat. in iis qui alienati ſunt à veritate, culpa præſens eſt ſemper, quòd non niſi volentes in ea cæcitate ſunt, quam vltrò fouent, conſuetudinéque ſua augent, & quotidie cumulant magis. vident enim, & nolunt videre; ex quo fit vt non videant. audiũt, & claudunt aures, atque grauiter audiunt: perinde eſt ac ſi non audiant. ita affectant ſuam illam ſurditatem & cæcitatem, vt aliter ſecum agi nolint; neque melius intelligere quàm intelligunt, cupiant: nollent enim ita audire, vt conuerterentur ab errore in quo ſunt; atque ita conuerſis donaretur ſanitas à Deo, qui nemini purè conuerſo negat curationem. Igitur ſtudioſè volunt non doceri: ideò quamuis audiunt, non docentur. audiunt enim in parabolis, quas non cupiunt ſibi exponi, nec exponit Chriſtus inuitis.

b *Veſtri autem.*] Diſcipulorum oculi & aures vident, & audiunt ſana mente, & diſcendi cognoſcendíque veritatem auida, intenti ſenſus ſentiunt ſimpliciter, atque ſentire cupiunt. id autem quod cupiunt accipiunt, hoc eſt, apertam expoſitionem omnium parabolarum magna cum vtilitate animorum ſuorum. Apud Marcum legimus, Et ſine parabolis nihil loquebatur eis; ſeorſum autem diſcipulis ſuis diſſerebat omnia.

c *Beati oculi.*] Beatos appellat diſcipulorum ſenſus qui eo tempore fuerint, quo diuina myſteria non ſolùm reuelarentur, ſed traderentur etiam hominibus huius aureæ ætatis noui Teſtamenti, qui videre & audire voluerint. in ea re infeliciſſimi Iudæi ſunt, Iudæorumque imitatores, qui oblatæ diſciplinæ oportunitatem negligunt & deſpiciunt. quod tempus multi prophetæ & iuſti cupierunt ſuis ætatibus illuceſcere, vt quæ illis in figura aut parabolis & ſimilitudinibus tradebantur prædicenda & exſpectanda, ab ipſo ſanctorum myſteriorum pontifice narrata & expedita explicataque perciperent. Heb. cap. 1. & 2.

audit, & continuò cum gaudio accipit
illud: 21 Non habet autem in ſe radicem,
ſed eſt temporalis. facta autem tribula-
tione & perſecutione propter verbum,
continuò ſcandalizatur. 22 Qui autem
ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt, qui ver-
bum audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius &
fallacia diuitiarum ſuffocat verbum, &
ſine fructu efficitur. 23 Qui verò in ter-
ram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui
audit verbum, & intelligit, & fructum
affert, & facit aliud quidem "cēteſimum, [a] vt ſuprà verſ. 8.
aliud autem ſexageſimum, aliud verò
triceſimum. 24 Aliā parabolam propo- Marc.4.d.26
ſuit illis, dicens, [a]Simile factum eſt regnū
cælorum homini qui ſeminauit bonum
ſemen in agro ſuo. 25 Cùm autem dor-
mirent homines, vênit inimicus eius, & Sap.2.d.24.
ſuperſeminauit zizania in medio tritici, D
& abiit. 26 Cùm autem creuiſſet herba,
& fructum feciſſet: tunc apparuerunt &
zizania. 27 Accedentes autem ſerui pa-
trisfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne
bonum ſemē ſeminaſti in agro tuo? Vn-
de ergo habet zizania? 28 Et ait illis, [b]Ini-
micus homo hoc fecit. Serui autem dixe-
runt ei, [c]Vis * imus, & colligimus ea? * igitur R.G.
29 Et ait, Non: ne fortè colligentes ziza-
nia, eradicetis ſimul cum eis & triticum.
30 [d] Sinite vtraque creſcere vſque ad meſ-
ſem,

a *Simile factum eſt regn.*] Erit, inquit Chriſtus, tempus, vt in Eccleſia militante, in qua bonum ſemē puræ doctrinæ ſeminatū fuerat, emergat magna multitudo errorum, & vanitatum atq; vitiorum, quæ omnia penè obruāt bonam & ſanam doctrinam. id autem accidet culpa hominū, qui cùm perpetuò vigilare deberent vt vnuſquiſque agri partem ad ſe ſpectantem, hoc eſt, animum ſuum cuſtodiret, tamen dormire cœperūt, negligentes paulatim ſuum vnuſquiſq; officium. ea occaſio viſa eſt opportuna aduerſario Dei & hominum hoſti vigili, ad contaminandam religionē, doctrinam & pietatem polluendam, animosque hominum implendos vanitate, errore & vitio, ſeminibus malæ doctrinæ iactis; quæ etiam nata virebant & creſcebant, atque contēdebant ſpecie cum bono ſemine, ſed in tempore fructus deprehenſum eſt malum. namque vanitas vanos fructus profert & vitioſos. bonum ſemē vbi natum creuit, in bonum fructum perducitur.

b *Inimicus homo.*] Omne malum ſemen ab inimico homine in Eccleſiā militantem eſt inductum, hoc eſt, à ſatana, eiusque miniſtris: omniſque malus fructus ad inimicum refertur auctorem. eſt autem malus fructus opus ab ipſis agentibus vitio corrupus erroreque deprauatis profectum. bonus fructus opera Deo grata & probata, ab auctoribus operum Deo charis.

c *Vis imus & colligimus.*] Zelo quodā permoti aliqui ex miniſtris cupiunt zizania colligere, ſed ille zelus non vacat ira & animi perturbatione (oportuerat enim rogare dominum, quid nunc agendum, vt huic malo remedium afferatur) illi autem remediū vnum tantùm colligendi eſſe autumant, eamque curam ſibi committi poſtulant. fieri autem non poſſet quin ab iratis & non vſquequaq; ſapientibus multa pars tritici inter zizania comprehenderetur euellēda, atque ſimul bonus cum malo diſſiparetur. hoc eſt, cum malæ doctrinæ præceptis & inſtitutis atque actionibus, bonæ etiam doctrinæ non exigua pars conuelleretur, cum moribus & actionibus honeſtis; atque periclitarentur verè pij, aliaque complura conſequerentur mala.

d *Sinite vtraque creſcere.*] Multa tolerat Deus mala, quæ non tamen inulta relinquet: ſed interdum tolerat, dum permixta aliis bonis non poſſunt per homines reſecari aut euelli, niſi cum bonorum detrimento. tamen mala manifeſta, in quibus auferendis nullum periculum eſt bonorum generi, tolli debent per pios & Dei cultores Chriſtianæ reip. miniſtros, ſine animi perturbatione.

ſem, & in tempore meſſis dicam [a]meſſo-
ribus, Colligite primùm zizania, & alli-
gate ea in faſciculos ad comburendum,
triticum autem congregate in horreum
*Marc.4.d.30 Luc.13.d.18.* meum. 31 Aliam parabolam propoſuit
eis, dicens, [b]Simile eſt regnum cælorum
grano ſinâpis: quod accipiens homo ſe-
minauit in agro ſuo: 32 quod minimum
quidem eſt omnibus ſeminibus: cùm
autem creuerit, maius eſt omnibus ole-
ribus, & fit arbor, ita vt volucres cæli ve-
niant, & habitent in ramis eius. 33 Aliam
*Luc.13.e.21.* parabolam locutus eſt eis. [c]Simile eſt re-
gnum cælorum fermento, quod acceptũ
E mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus,
donec fermentatum eſt totum. 34 Hæc
*Marc.4.d.33.* omnia locutus eſt Ieſus [d]in parabolis ad
turbas: & ſine parabolis non loquebatur
eis: 35 vt impleretur quod dictum erat per
prophetam, dicentem, Aperiam in para-
*Pſal.77.a.2.* bolis os meũ, eructabo abſcondita à con-
ſtitutione mundi. 36 Tunc dimiſſis tur-
bis venit in domũ: & acceſſerunt ad eum
[g] Differe ns Hieron. [h] Enarra ns. diſcipuli eius, dicentes, [g]Ediſſere[h] nobis
parabolam zizaniorum agri. 37 Qui re-
ſpondens ait illis, Qui ſeminat [e]bonum
ſemen,



a *Meſſoribus.*] Angeli ſunt meſſores Dei, ad id etiam miniſterium deſtinati in extremum iudicium.

b *Simile eſt regnum cælorum grano ſin.*] Regnum cælorum Eccleſiam Spiritus ſancti diuina virtute informatam & auctam intelligo. quæ virtus de plenitudine gratiæ & virtutis Chriſti communicata eſt. hoc eſt, ex vno grano in ſpeciem minimo & humilimo; quod niſi ſeminatum in terra mortuũ eſſet, ipſum ſolum maneret. ſed ſeminatum eſt, & mortuum & ſepultum: ac tum quidem minus & infirmius putabatur in ſpeciem granum illud, quàm cùm eſſet ſuper terram viuẽs: ſed poſtquam reſurgens editum eſt denuò ad vitam, creuit in cælum vſque penetrans, & conſtitit in arborem magnã, cæteris omnibus anteà Eccleſiis ante legem & poſt legem quæcunque fuerint, longè maiorem. ita vt ex gentibus magnæ turmæ aduolantes ad partes huius Eccleſiæ, atque adeò ad mẽbra Chriſti commigrauerint, eiuſque Eccleſiæ communione vſæ fuerint. Atque adeò in hac parabola indicatur humile Euangelij in ſpeciemque exiguum initium, quod priùs inter Iudæos ſeminatum eſt, ibique cœpit creſcere, poſteà verò cõmunicata Spiritus ſancti virtute iis quibus ſuſceptũ eſt ex gente illa creuit, in variaſque orbis partes dilatatis ramis aditum locumque prębuit gentibus multis olim ſine Deo, ſine lege, ſine promiſſione manifeſta ſibi vagantibus, ad communicationem accipiẽdã regni ipſius.

c *Simile eſt regnum cælorum fermento.*] Corpus illud Chriſti myſticũ, in quo Deus ſedem domiciliumque perpetuum habens inhabitat, cõſtat ex hominibus qui diuinæ Chriſti virtutis participes reuera fuerint, eiuſdemque viua membra effecti fratres veri, filij Dei verè, hæredes verè regni Dei ob communicationem illius virtutis hoc myſterium peractum eſt, communicante Chriſto verè ſuam carnem & ſanguinem innocentẽ ſuis, atque ipſorum etiam debita, nec non & ſuam ipſorum vicem eodem ſuſcipiente, cõſtitutoque vno ex omnibus corpore myſtico, ad mortem & ſepulturam oblato. Fuerunt autem tria farinæ ſata quibus hoc ſacrum fermentum abſconſum eſt, donec fermentaretur totum: fuerunt, inquam, præteritarum ætatum homines, quotquot in ſpe redemptionis præceſſerant, præſentis ætatis & poſteriorum temporum etiam quotquot crediderint diuinis promiſſis, & præceptis obtemperauerint. Habet myſterium nomen trium ſatorum: ex tribus enim ſatis Ephi conſtat, ſed de his alias plura Chriſtus docebit.

d *In parabolis.*] quibus pij & veræ diſciplinæ cupidi excitarentur ad inquiſitionem veritatis, quam inuentam amplecterẽtur. cæteri verò quibus euangelicæ doctrinæ aperta ſimplicitas negligenda erat, corticem tantùm durum tractare poſſent, ſine latentis ſimplicitatis profanatione, atque ita abſcondita à conſtitutione mundi myſteria regni cælorum in parabolis repetita & propoſita, aliis ad lucem communicarentur præſentem: aliis verò qui in tenebris manere mallent, perinde abſcondita eſſent atque anteà fuerant.

e *Bonum ſemen.*] Seminatum eſt bonum ſemen à filio hominis, qui Spiritu ſancto plenos homines mundo exhibuit lucentes in medio prauæ & peruerſæ nationis, ſicut luminaria in mundo. frequentiſſima erat olim Eccleſia huiuſmodi hominibus renatis, atque in nouitate vitæ ambulantibus, magno apud

ſemē, eſt filius hominis. 38 Ager autem,
eſt mūdus. Bonū verò ſemē, hi ſunt filij
regni. Zizania autem, filij ſunt *nequam. * τοῦ πονηρ.
39 Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt Apoc.14.c.15
diabolus. Meſſis verò, conſummatio ſe-
culi eſt. Meſſores autem, angeli ſunt.
40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni
comburuntur: ſic erit in conſummatio-
ne ſeculi. 41 mittet filius hominis ange-
los ſuos, & colligent de regno eius [a] om-
nia ſcandala, & eos qui faciunt iniquita-
tem: 42 [b] & mittēt eos in caminum ignis.
Ibi erit fletus & ſtridor dentium. 43 Tunc
iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris Sap.3.b.7. Dan.12.a.3.
eorum. [c] Qui habet aures audiendi, au-
diat. 44 [d] Simile eſt regnum cælorū the-
ſauro abſcondito in agro: quem qui in-
uenit homo, abſcondit, & præ gaudio
illius vadit, & vēdit vniuerſa quæ habet, F
& emit agrum illum. 45 [e] Iterum ſimile
eſt regnum cælorū homini negotiatori,
quærenti bonas margaritas. 46 Inuenta
autem vna pretioſa margarita, abiit, &
vēdidit omnia quæ habuit, & emit eam.
47 Iterum

omnes gētes miraculo. conſtabat autē Eccleſia huiuſmodi perfectiſſimis hominibus, & aliis nondū perfectis, tamen ad perfectionem à Chriſto obtinendam fide & pœnitentia contendentibus. hi omnes filij regni erant, alteri poſſeſſione ſpiritus ſancti donati, alij poſſeſſionis fide & ſpe, vtrūque ex Chriſti opera & efficacia erat. poſteà venit diabolus, & totū agrum malis hominibus, hoc eſt, ſceleſtis, & ſuo ſpiritu plenis diſſeminauit. vtriq; ſunt in eccleſia Chriſtiana, ſed altera pars filij regni, altera filij nequam dicuntur. Itaque non ſolùm de hęreticis hic ſermo habetur, ſed de omnibus vitiorum quocunque genere corruptis, qui inter filios regni minimè numerantur. horum inter alteros commixtio & confuſio toleratur à Domino miſericorde, atque eoſdem vel pœnitentię, aut probationis filiorum cauſa expectante. Sed in conſummatione ſeculi ſeparabuntur alteri ab alteris.

a *Scandala, & eos qui, &c.*] Zizaniorum ſignificatum in duo capita partitus eſt magiſter ipſe: ſcandala, & facientes iniquitatem. ſunt autem ſcādala, auctores errorum, hęreſeωn, atq; ſuperſtitionum, fautores vitiorum, ambitionis, pomparum, & cęterarum omnium opinionum & ſententiarū, quæ ſanæ doctrinæ ſimplicitatique Chriſtianæ ac veritati aduerſantur, quocunque modo inſtitui, doceri & defendi ſoleant. huius generis ſcandala multa in mundo fore prævidit ac prædixit Chriſtus. Scandala enim Latinè offenſiones dicuntur. Alterum caput zizaniorum, ſunt ij qui faciunt iniquitatem, ſiue eam doceant, ſiue minus. iniquitatem autem hoc loco definimus, quidquid à diuinæ legis obſeruatione deficit, ex verbo Græco ἀνομία.

b *Mittent eos in camin.*] Zizaniorum exitum adnotare permagni retulerit. quę quanquā dū in agro creſcunt proſperè agere videantur, & bonam frugem penè obruere atque adeò peſſundare, tamē ad fletum & ſtridorē dentium deſtinantur, cùm contrà bono ſemini & germini oppreſſo in mundo hoc, atque in ſpeciem minoris elegantiæ quam zizania, tamen promiſſa ſit certa ſpes fulgendi tanquam ſol, in regno patris eorum à quo adoptati ſunt in filios regni.

c *Qui habet aures.*] Plurimum confert purgatis auribus audire veritatem, & diſtinguere inter rationes boni ſeminis & zizaniorum. vide quàm cupiat Chriſtus nullum eſſe qui ſuæ ſaluti non conſulat.

d *Simile est regnum cælorum theſauro.*] Docet hæc ſimilitudo rationem ab eo ineundam qui habet aures audiendi. non enim ideò docetur vt audiat tantùm, & audita cum gaudio ſuſcipiat, nihilque præterea curet, ſed vt ſimulatq; cognouerit dignitatē regni cælorum per Euangelium propoſitam, cuius magnitudinem neque auris audiuit, neque oculus vidit, neque vlla comparatio æquare potuit, quicquid anteà in minoribus rebus ſtudij atque operæ ponebat, id totum omnibus viribus ad hanc dignitatem admirabilem quærendam conuertat, ſiue illi huius theſauri cauſa res fortunæque omnes, ſiue honor, ſiue vita, ſiue omnia denique humana exponenda ſint. Atque adeò omnem aliam ſapientiam, ſcientiam, & facultatem huic vni ſtudio cedere atque poſthaberi oportet. idque ſummo cum gaudio magnaque animi alacritate, cui nihil vnquam præſtantius contingere poteſt quàm Spiritus ſancti diuitiæ & opes quas regni cælorum ciues adipiſcuntur.

e *Iterum ſimile.*] Hæc ſimilitudo ad candem ſententiam cum ſuperiori refertur. addit autem iudicium deligendi inter doctrinas ad vitam beatam inſtitutas. nulla enim proprior & certior ſcopum tangit, quàm Euangelica, vtpote quæ regnum cælorum & verè indicet, & credita atque legitimè inita exercitaque tradat.

47 Iterum ſimile eſt regnum cælorum [f] ſa-
genæ miſſæ in mare, & ex omni genere
a ſ Ms. 2. c. 6. piſcium congreganti. 48 quam, cùm
impleta eſſet, educentes, & ſecus litus ſe-
dentes, elegerunt bonos in vaſa, malos
autem foras miſerunt. 49 Sic erit in con-
ſummatione ſeculi. exibunt angeli, &
ſeparabunt [g] malos de medio iuſtorum,
50 & mittent eos in caminum ignis. ibi
G erit fletus & ſtridor dentium. 51 [h] Intel-
* Domine. Ms 2. 6. 5. lexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam *.
52 Ait illis, [i] Ideo, omnis ſcriba doctus in
regno cælorum, ſimilis eſt homini patri-
familiàs, qui profert de theſauro ſuo no-
ua & vetera. 53 Et factum eſt: cùm con-
ſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſiit
Marc. 6. c. 1. inde. 54 Et veniens in patriam ſuam,
Luc. 4. c. 16. [k] docebat eos in ſynagogis eorum, ita vt
mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſa-
Ioh. 6. e. 42. pientia hæc, & virtutes? 55 Nónne hic
eſt fabri filius? Nónne mater eius dicitur
[l] Maria, & fratres eius, Iacôbus & [m] Io-
m Ioſe, c. 1. ſeph, & Simon & Iudas: 56 & ſorores
eius, nónne omnes apud nos ſunt? Vnde
ergo huic omnia iſta? 57 Et ſcandaliza-
bantur in eo. Ieſus autem dixit eis, Non
Mar. 6. a. 4. Luc. 4. d. 24. Ioh. 4. f. 44. eſt propheta ſine honore, niſi in patria
F 3 ſua,

f *Sagena.*] Eccleſia militans regnum cælorum hoc loco dicitur, quæ filios regni veros & filios etiam nequã continet. omnes illa ad bonã frugẽ parare cupit, atq; vtiles eſſe optat. ſunt tamen filij nequam inutiles, imò nocẽtes potius; interim verò omnes continet & tolerat, tum ſquamoſos, tũ aſpero corio tectos, & ſerpentini generis, dũ in his mũdi aquis verſetur ſagena.

g *Separabunt malos.*] Ex vna Eccleſia ſeparatis malis à iuſtorum grege, fiẽt duo collegia diſtinctiſſima; alterum filiorum regni in poſſeſſione regni collocatorum ſine vlla rerum exceptione moleſtarum; alterum filiorum nequam in caminum ignis deſtinandorum, ſine vllo bonorum ſenſu aut vſu.

h *Intellexiſtis hæc omnia?*] Similitudines & explicationes? Rationem doctrinæ inſtituẽdæ docere parabat hac interrogatione vſus Chriſtus. cuius ſumma eſt, vt ex antiquorum librorũ, hoc eſt, veteris teſtamenti diligenti & ſtudioſa lectione exempla, ſimilitudines, orationes, ac ſententiæ proferantur ad noui teſtamenti myſteria indicanda atque exponenda, vt Chriſtus ipſe hoc in ſermone fecit: qui ſementis, ſeminum, margaritarum, theſauri, agri, piſcium, atque aliorum generum rationes in Leuitico cęteriſque antiquis libris indicatas, aperta ſignificatione, quãuis breuiſſima, expoſuit.

i *Omnis Scriba doctus in regno cælorum.*] Plurimum intereſt inter Scribam doctum in regnum cælorum, hoc eſt, qui pietatis tantùm cognoſcendæ & exercendæ atque docendæ cauſa diſciplinam inierit, aſſecutuſque fuerit bonam, & inter Scribas doctos in alios fines popularis gloriæ, aut vtilitatis & commoditatis humanarum rerum, aut etiam curioſitatis vel contentionis. Alter ille prior de doctrinæ theſauro, quem ſibi ex aſſidua lectione, meditatione, contemplatione atque exercitatione comparauit, omnem ſuam eruditionem profert, antiquas figuras, ſimilitudines ac ſententias cum nouorum myſteriorum argumentis coniungens, eandemque doctrinæ rationem nulla ex parte ſecum pugnãtem inſtituit.

k *Docebat eos in ſynagogis eorum.*] In more poſitum erat & receptum, vt in ſynagogas cõuenientibus aliquæ ſacrorum librorum partes per ſingulos feſtos dies exponerentur à doctis, aut legerentur tantùm: id pro arbitrio eius fiebat cui liber tradebatur, aut etiam pro ingenio. indocti legebant tantùm partes ſibi decretas, docti exponebant etiam. Magno itaque miraculo erat Galilæis Ieſum fabrum in fabrili domo & arte educatum, docere & explicare ſapientiſſimè, coniunctis veteribus rebus cum nouis myſteriis diſſerere de regno Dei, ſuamque doctrinam dicendi auctoritate ac ſermonis dignitate, & miraculorum exhibitione ornare & confirmare: Sed cùm multi qui ob alios fines ſapientiam profitebantur, nec tantis exemplis oſtendere poterant, huic admirabili Ieſu facultati & auctoritati inuiderent, offendebant in illius humilitatem ab humana ambitione & re & ſpecie longè alienam: tanta autem obcæcati erant malitia & inuidia, vt quæ videbant, omninoque ſentiebant, atque adeò cognoſcebãt, tamen non crederent.

l *Mater eius dicitur Maria.*] Extremæ ignobilitatis gradus mundanis hominibus eſſe videtur, cùm quis nomen tantùm tuetur ſuum, neque vllo dignitatis agnomine fulget.

ſua, & in domo ſua. 58 Et non fecit ibi
virtutes multas propter incredulitatem
illorum.

## CAP. XIIII.

IN[a] illo tempore audiuit Herodes tetrar- Marc.6.b.14. Luc.9.a.7.
cha famam Ieſu: 2 & ait[b] pueris ſuis, Hic A
eſt Iohannes Baptiſta: ipſe ſurrexit à mor-
tuis, & ideò virtutes operantur in eo.
3 [c] Herodes enim tenuit Iohãnem, & alli- Marc.6.c.17 Luc.3.d.19.
gauit eum: & poſuit in carcerem propter
Herodiadem vxorem * fratris ſui. 4 [d] Dice- * Philippi à M.S.R. Hier. G.S.
bat enim illi Iohãnes, Non licet tibi ha-
bere eam. 5 [e] Et volens illum occidere,
timuit populum: quia ſicut prophetam Inf.21.c.26.
eum habebant. 6 Die autem natalis He-
rodis ſaltauit filia Herodiadis in medio:
& placuit Herodi. 7 Vnde cum iuramen-
to pollicitus eſt ei dare quodcunque po-
ſtulaſſet ab eo. 8 At illa præmonita à
matre ſua, Da mihi, inquit, hîc in diſco
caput Iohãnis Baptiſtæ. 9 [f] Et contriſta-
tus eſt rex: propter [g] iuramentum autem,
& eos

CAP. XIIII.

a *In illo temp.*] Cùm Ieſus adhuc in Galilæa ageret, celebriſque eſſet illius nomen propter doctrinã & miracula.

b *Pueris ſuis.*] Familiaribus miniſtris, Hebræorum & Græcorum phraſis eſt. id autem cum illis agebat Herodes perturbatus & conſilij capiendi cauſa, cũ vel verè Iohannem, vt multi dicebant, eundem eſſe exiſtimare atq; Ieſum, vel eodem Spiritu nouum prophetam Ieſu eſſe ſuſpicaretur, atque vulgari loquendi more diceret Iohannem ſurrexiſſe à mortuis. dici enim ſolet hoc de viro aliquo, cuius ſtudia, opera & virtus alium iam vita functum referunt. Hoc autem Euangeliſta narrat, vt intelligamus Euangelij initia per Ieſum annuntiari non fuiſſe obſcura, ſed regibus & tetrarchis, atque adeò omni populo nota, ita vt de re ipſa non dubitaretur. ſed de certa perſona quam Ieſus ſuſtineret, variæ eſſent hominũ, vt fieri ſolet, ſententiæ: & quanquam non omnes conuenirent, certè tamen omnes maximum virum maximaque facultate ac diuino ſpiritu præditum agnoſcebant. Lucas Herodis animum & orationem diſertis verbis refert: Hæſitabat, inquit, eo quòd talia audiret de Ieſu, &c. & dixit, Iohannẽ ego decollaui, quis eſt iſte de quo talia audio?

c *Herodes enim.*] propter Herodiadem, illius, inquit, inceſtę mulieris tum cauſa, tum impulſu.

d *Dicebat enim Iohannes.*] Non ſemel illum monitum eſſe vt ab inceſtu illo deſiſteret, verbum imperfecti temporis indicat. non tamen publicè in publica concione dictum, ſed familiariter; palam tamen & apertè ac liberè, pronomen *tibi* à duobus Euangeliſtis expreſſum demonſtrat. & illud etiam Lucę teſtimonium, Herodes autem tetrarcha cùm corriperetur ab illo. Exẽplum prudentis & fidelis miniſtri in Iohanne ſtatuitur.

e *Et volens eum occidere.*] Quàm primum in carcerem coniectum volebat occidere, incitatus ab infeſta & importuna illa inceſta fœmina: ſed huic voluntati obſtitit timor populi, cuius gratia multa principes aut agunt, aut omittunt contra animi ſententiam. Interim tamen dum Iohannes in carcere teneretur, audiens Herodes iterum atque iterum vehementer mouebatur, vt ipſe etiam iuſtum & ſanctum virum agnoſceret: & eo audito multa faciebat, & libenter eum audiebat. interea tamen in vinculis cuſtodiebat, vt hoc modo vxoris iram paulatim leniret, aut ſaltem facinus impediret: nãque illa quocunque modo volebat eum occidere, & ideò inſidiabatur ei, vt Marcus narrat: regis verò cùm videret animum æquiorem erga Iohannem, diſſimulabat, vt vel dimiſſum ex carcere inſidiis occideret, vel iiſdem inſidiis occaſionem captaret eum in carcere occidendi. & cùm dies oportunus accidiſſet, commenta eſt illud nefarium facinus.

f *Et contriſtatus eſt rex.*] Verè contriſtatus eſt, non ſimulatè tantùm; namque iam timebat & reuerebatur Iohannem, ſciens illum eſſe iuſtum & ſanctum, quanquam principio ex tyrannica ira illum coniecisset in carcerem, magno cum ſcelere, tum quòd conſilium ceperat illum cuſtodiendi, quoniam ex humano iudicio, & non ex æquitate profectum eſt, idem ipſi fuit occaſio augendi ſceleris. Nihil enim ab homine cogitatur adeò conſtanti ratione, quod non euerti poſſit alterius hominis cogitatione doloſa: quamobrem nuſquam ab æquitate & veritate vel tantillum eſt diſcedendum.

g *Iuramentum, & eos qui pariter.*] Regij dicti ac promiſſi conſtantiam iniquiſſimo argumẽto probauit Herodes. Nulla re magis ſuam dignitatem ſtabiliri principes putãt, quàm dictorum conuentorumque conſtantia & veritate. ea autem ſententia omnino tyrannica eſt, niſi modus & diſtinctio adhibeatur. eſt autem modus, vt nihil iniquum & iniuſtum à regibus vel agatur vel proferatur. quidquid autem æquè iuſteque agitur vel dicitur, id iis ſanctum, certum firmumque ſit. ſed plerumque in alteram partem improbiſſimam peccatur, propter corruptas principum mentes, & conſeruandæ potentiæ opinionem; atque adeò propter eos qui principibus aſſiſtunt.

& eos qui pariter recumbebant, iuſſit
dari. [10] Miſitq́;, & decollauit Iohãnem
B in carcere. [11] Et allatum eſt caput eius
in diſco: & datum eſt puellæ, & attulit
matri ſuæ. [12] Et accedentes diſcipuli
eius, tulerunt corpus*, & ſepelierũt illud:
[a] & venientes nuntiauerũt Ieſu. [13] Quod
cùm audiſſet Ieſus, ſeceſſit inde in naui-
cula, in locum deſertum ſeorſum: & cùm
audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pede-
ſtres de ciuitatibus. [14] [b] Et exiens vidit
turbam multam, & miſertus eſt eis, &
curauit languidos eorum. [15] Veſpere
autem facto acceſſerunt ad eum diſcipu-
li eius, dicentes, Deſertus eſt locus, &
hora iam præteriit: dimitte turbas, vt
euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.
[16] Ieſus autem dixit eis, [c] Non habent ne-
ceſſe ire: date illis vos manducare.
[17] Reſponderunt ei, [d] Non habemus hîc
niſi quinque panes & duos piſces. [18] Qui
ait eis, [e] Afferte mihi illos huc. [19] Et cùm
iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœ-
num, acceptis quinque panibus & duo-
bus piſcibus, [f] aſpiciens in cælum bene-
dixit, & fregit, & [g] dedit diſcipulis panes,
diſcipuli autem turbis. [20] Et manduca-
uerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et [h] tule-
C runt reliquias, duodecim cophinos fra-
gmentorum plenos. [21] Manducantium
autem fuit numerus, quinque millia vi-
rorum, exceptis mulieribus & paruulis.
[22] Et ſtatim

* eius, MS. Hier. c.q.5.

Luc. 9. a. 10. Marc. 6. d. 31. Iohan. 6. a. 2.

Marc. 6. e. 37. Luc. 9. b. 13. Iohan. 6. b. 9.

a *Venientes nuntiauerunt Ieſu.*] Diſcipuli Chriſti ex legatione redeuntes, nuntiauerunt Ieſu quæ egerant & docuerãt, omnia retulerunt, etiam nuntium de morte Iohannis, narrauerunt famam de ipſo ſparſam & propagatam per omnem regionem atque adeò ad Herodis vſque hæſitationem amplificatũ nomen eius. hic iam adeſſe tempus Ieſus cognouit, quo ipſe ſolus totius legationis & doctrinæ Euangelicæ munus ſuſtineret atque exerceret, Iohanne præcurſore & teſte, iam officio ac vita defuncto. id etiam numerus populi concurrentis in horas creſcens poſtulabat: quamobrem cum diſcipulis tantiſper quieſcendi cauſa dum illi ſumpto cibo à laboribus recrearẽtur præterito, nauigium conſcendens ſeceſſit in locum deſertum. Hanc expoſitionem Marcus nos docuit.

b *Et exiens vidit turbam.*] Hæc eſt diuini ſpiritus charitas & Chriſti, vt eorum qui ſe quærunt, curam ſuiipſius anteponat etiam neceſſariæ quieti ac recreationi. ſeceſſerat cum diſcipulis Ieſus in locum ſolitariũ, quibus quinque panes & duo piſces ad ſuũ ipſorum paſtum erãt: verùm vt vidit turbas Ieſus quę ſeſe ſtudioſè ſecutæ erãt pedeſtres, cùm nondum ipſe cibum ſumpſiſſet, neque ſui, tamen in illis docendis, eorumq́ue ægrotis & languidis ſanandis occupatus eſt vſque ad pomeridianum tempus ad veſperam fere: deinde verò eorundem ſpirituali cibo reficiẽdorum curam ſuſcepit admirandam.

c *Non habent neceſſe.*] Exercet Ieſus diſcipulos in fide.

d *Non habemus.*] Infirmitudo carnis in periculis faciendis fidei circa ea quę prouidentiam ſpectant.

e *Afferte mihi.*] aliud dictatum ad fidei exercitationem.

f *Aſpiciens in cælum.*] Non ex abundantia eſt ſufficientia, ſed ex Dei & Chriſti eius benedictione cumulatiſſima ſufficientia proficiſcitur.

g *Dedit diſcipulis.*] Vt his teſtibus primum Dei prouidentia probaretur, deinde horum miniſterio cęteris omnibus atque adeò vniuerſo orbi.

h *Et tulerunt reliquias.*] Exitus beneficentiæ ac benignitatis proſperrimus eſt.

22 [a] Et ſtatim [u] iuſſit Ieſus diſcipulos aſcē- *Marc.6.e.45.* [u] compulit MS.R.*Har.* 6.5.
dere in nauiculam, & præcedere eum
trans fretum, donec dimitteret turbas.
23 Et dimiſſa turba, aſcendit in montem *Ioh.6.b.17.*
ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus *Luc.6.b.12.*
erat ibi. 24 nauicula autem in medio
mari iactabatur fluctibus. erat enim cō-
trarius ventus. 25 Quarta autem vigilia
noctis, vênit ad eos ambulans ſuper ma-
re. 26 Et videntes eum ſuper mare ambu-
lantem, turbati ſunt, dicentes, Quia
phantaſma eſt. Et præ timore clamaue-
runt. 27 Statimque Ieſus locutus eſt eis,
dicens, Habete fiduciam: ego ſum, noli-
te timere. 28 Reſpondens autem Petrus
dixit, [b] Domine ſi tu es, iube me ad te ve-
nire ſuper aquas. 29 At ipſe ait, [c] Veni.
Et [d] deſcendens Petrus de nauicula, am- D
bulabat ſuper aquā vt veniret ad Ieſum.
30 [e] Videns verò vētum validum, timuit:
& cùm [f] cœpiſſet mergi, clamauit dicens,
Domine, ſaluum me fac. 31 Et continuò
Ieſus extēdens manū, apprehendit eum:
& ait illi, Modicæ fidei, quare dubitaſti?
32 Et cùm [u] aſcendiſſent in nauiculam, [u] aſcendiſſet o.
ceſſauit ventus. 33 Qui autem in naui-
cula erant, venerunt, & adorauerunt eū,
dicentes, Verè filius Dei es. 34 Et cùm
transfretaſſent, venerunt in Terram-Ge- *Marc.6.g.53.*
neſar. 35 Et cùm cognouiſſent eum viri
loci illius, miſerunt in vniuerſam regio-
nem illam, & obtulerunt ei omnes malè
habentes:

a *Et ſtatim compulit Ieſus diſcip.*] Intellexerat maximè permotas fuiſſe turbas illo miraculo, quia vulgus hominum temporali vtilitate citiùs allicitur, quàm ſpiritualibus beneficiis. Voluit ergo illam vulgi cogitationem deriuare, quam iam ceperant de ſe in regem tollendo & ſalutando, ideò diſcipulos primùm abeſſe iuſſit, quos tunc facile fuiſſet ad eandem cum populo ſententiam perduci, vt ipſe ſolus citius & expeditius turbas dimitteret, atque ab illis diſcedens & interea latens, dum ille impetus reſideret, neque per diſcipulos indicari poſſet: Interim autem ille ſolus oraret, quæ ad ſpirituale regnum cælorum in hominum animis confirmandum pertinerent à patre ſuo petens.

b *Domine ſi tu es.*] Operæpretium fuerit hoc loco obſeruare qua cauſa, qua ratione, & quatenus miracula petere fas ſit.

c *Veni.*] Nullum eſt periculum vbi verbum Dei & præceptum conſtat ac ducit.

d *Deſcendens Petrus.*] Obſeruanda eſt viuæ ac fortis fidei vis, quæ homines Chriſto ipſi in rebus agendis difficultatibus ſuperandis ſimiles efficit.

e *Videns verò ventum validum.*] Fides Petri quæ periculo facto maris ſub pedibus conſtrati confirmari magis debuit ex carnis imbecillitate, accedente tentatione venti, imminui deficereque cœpit.

f *Et cùm cœpiſſet mergi.*] Deficiente fide, periculum creſcit.

habentes: 36 [g] Et rogabant eum vt vel
fimbriã veſtimẽti eius tangerent. [h] Et qui-
cunque tetigerunt, ſalui facti ſunt.

## CAP. XV.

*Marc.7.a.1.* A — TVnc [a] acceſſerunt ad eum ab Ieroſoly-
mis Scribæ & Phariſæi, dicentes,
*traditiones usq. Hier.* 2 [b] Quare diſcipuli tui tranſgrediũtur traditionem ſeniorum? [c] non enim lauant
manus ſuas cùm panem manducant.
3 Ipſe autem reſpondens ait illis, [d] Quare
& vos tranſgredimini mandatum Dei
propter traditionẽ veſtram? Nam Deus
*Exod.20.c.12.* dixit, 4 [e] Honora patrem & matrem. &,
*Deut.5.b.16. & 17.b.16.* Qui maledixerit patri, vel matri, morte
*Eph.6.a.1. Leu.20.b.9.* moriatur. 5 [f] Vos autem dicitis, Qui-
*Pro.20.c.20. Exo.21.c.16.* G cunque

g *Et rogabant eum.*] Fides cum oratione coniuncta, beneficia à Deo mirificè impetrat.

h *Et quicunque tetigerunt.*] Ex iis quos fides agebat: namque non ex natura aut virtute veſtium, ſed ex virtute Chriſti, quam fides viua conciliabat, illis ſanitas afferebatur. Multi enim alij tangebant eius veſtimenta, & corpus, ſed non omnes ſanabantur. vt turba illa comprimens, vt Iudas oſculatus eum, vt milites & alij qui manus iniecerunt in Ieſum.

CAP. XV.

a *Tunc acceſſerunt.*] Iudæorum magiſtratuum cura à ſtudio diuinæ legis, & veræ virtutis ac pietatis procurandæ, ad ritus tantùm quoſdam minoris notæ, atque etiam ad traditiones diuinis præceptis contrarias tuendum traducta erat.

b *Quare diſcipuli tui.*] Niſi ipſi omnino rem nullius ferè momenti indicauiſſent, ſuſpicio eſſe poterat magnã aliquam magnæque dignitatis traditionem à diſcipulis violatam eſſe, quos tantus ſenatus in crimen vocaret magnum neglectarum traditionum, quæ à ſenioribus acceptæ erant. ſed propoſitionẽ grauẽ leuiſſima aſſumptio eleuauit, vt ferè iſtis ingeniis fit.

c *Non enim lauant.*] Paulo ante Chriſti ętatem Herodum temporibus fuère quidam Scribæ, à quibus concinnatæ ſunt traditiones Hebraicè משנה dictæ, hoc eſt, Repetitiones: hoc conſilio, vt ex earum obſeruatione lex religioſiùs cuſtodiretur, maximè in iis quæ ceremonialem rationem ſpectabant generibus. Illæ traditiones in libri formam poſteà ſunt conſcriptæ. erãt autem ferè omnes, reſponſa & ſententiæ Scribarum acuta & ingenioſa ſacrorum in eo genere pręceptorum interpretatione conſtantes; ſed tamen humana, hoc eſt, in plerîſque vana & ſuperſtitionibus plena, tametſi religionis præferentibus ſpeciem. Hunc librum nos Veneriis repertum diligẽter legimus magna cum vtilitate, non propter doctrinam ipſam, ſed propter multorum locorum in noui Teſtamenti libris indicatorum explicationem: ex quibus vnus hic eſt, quem breuiter exponemus, plura aliâs de hoc atque aliis dicturi, Deo vota noſtra ſecundante.

Primum crimen diſcipulis illatum eſt, illos non ambulare iuxta traditionem ſeniorum, quod apertè pugnabat cum receptiſſima ab illis ſententia, Vſum & conſuetudinem plurimum valere, maximè verò ex ſapientum probatione. Hæc ſententia eſt in tractatu de decima ſecunda c.2. paragraph.1. & confirmatur in tractatu de Sabbatho.c.10. paragraph 7. his verbis grauiſſimis: Quidquid ſapientes prohibuerunt in conſpectu oculorum, etiam in cubiculorum penetralibus vetitum eſt. idque Commentatores aſſerunt.

d *Quare & vos.*] Sapientia Dei ſapientiam mundi redarguit acerrimè. Scribæ accuſauerant diſcipulos violatæ auctoritatis ſeniorum in lotione manuum: Chriſtus accuſat Scribas violati præcepti Dei traditione decreta à maioribus, & ab ipſis etiam amplificata. itaque & eos & traditionem ipſorum condemnat.

e *Honora patrem & matrem.*] Magna ad hanc rem ſignificatio eſt in Hebraico verbo, quo præceptum hoc pronunciatur, כבד KABAD: ſignificat enim non ſolùm honore, ſed cibo, nutrimento, gloria, obſeruatione, atque omni denique pietatis officio colere. huic ferè Latinum verbum reſpondet *amplificare*, & huic additum, ſi ita loqui liceat, *dignificare*. ſignificat ergo *Honora patrem & matrem*, idem quod, Cura vt omni cultura atque obſeruatione, omni etiam amplificatione patrem tuum proſequaris. Itaque quod ad parentum amplitudinem & curationem facere poſſit, nihil excipitur in hoc præcepto.

f *Vos autem dicitis.*] Inter alia argumenta libri Traditionum eſt argumentum de voto multis partibus & quæſtionibus diſputatum integro volumine. In votorum autem generibus duo ſunt præcipua; quorum alterum ad huius loci explicationem facit: alterum eſt votum continentiæ priuatæ, cùm quis ſibi ipſi voto concepto interdicit cibo, vel potu, vel alio voluptatis, aut delitiarum, aut iucundæ, aut vtilis rei genere. Alterum genus vouendi eſt, vt quis iureiurando ac vouendo neget ſe alium iuuaturum, vt amicum, vel patrem, vel vxorem, vel virum. Appellatur autem hoc votum נדר הנאה NEDERHANAAH. Latinè ad verbum, Votũ vtilitatis vel commoditatis. cuius multæ ſunt ſpecies pro circunſtantiis verborum, pro materia quæ præſtanda abiuratur. Abiurat enim vir vxori debitum, vxor viro. abiurat quis ſocio cibum, vel cõmercium aut ſocietatem. ſi quis abiuret cibum ſe exhibiturum alicui, is poteſt ſalem & aquam dare, quæ cibi nomine non continentur. & multa alia de hac omni ratione ſunt, quæ modò prætermittimus. Eſt autem anguſtiſſimũ in hoc genere votũ, ſi quis dicat ſe alij הנאה, id eſt, cõmoditatem omnem abnegaturum. nam qui negat cibum, alia poteſt præſtare. qui commoditatem negat, nihil omnino commodi illi afferri poteſt ex traditionis interpretatione.

Eſtque hæc diſtinctio expreſſis verbis in tractatu de מגילה ſiue de Volumine cap. 1. paragraph. 1. De toto autem votorum genere in ipſo tractatu de Votis agitur. Itaque qui abiurat his verbis, *prodeſſe, placere, iuuare,* &c nihil permittitur præſtare illi aduerſum quem abiurauit. Iam verò vt de aliis votis nunc ſuperſedeamus, breuiter indicanda eſt forma concipiendi voti. huiuſmodi ea eſt, vel ſimplex, id eſt, ſine iuramento, in hunc modum: קונאמי אם, hoc eſt, Voueo ſiue conſecro ego ſi, &c. Nam huic orationi & coniunctioni conditionali *ſi*, addebatur verbum, pro arbitrio vouentis. Atque hoc erat votum ſimplex, tamen firmum. Erat autem aliud firmiſſimum, & omnino inſolubile, cui præter concepta verba adiungebatur iuramentum. Hæc itaque de votorum traditione & conſuetudine breuiter indicauimus. In iuramentorum etiam diſtinctione traditiones certæ erant vitio non carentes, vt quod iuramentum factum per ſacrificium aut munus grauius eſſet eo quod per altare aut templum iuraretur: de qua ratione Chriſtus aliâs diſſeruit. Eſt autem huius argumenti integra diſputatio in eodem libro Traditionum tractatu de Iuramento. Igitur his præcognitis, facilè locus hic exponetur, ſi Græca ſimul cum Latina conferatur lectio. nãque Græcè ſic ad verbũ legimus, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ſic Latinè ad verbum lego & diſpungo, MVNVS, QVOD SI EX ME IVVERIS. Manifeſtè oſtenditur votum הנאה conceptum & pronuntiatum aduerſum parentes adiuncto iuramento per MVNVS, iuxta traditionem grauiſſimo, quod eiuſmodi eſſe ſolet: קרבן שאתה נהנה לי, quod ita exponunt Interpretes מה שאתה נהנה ממני אסור עליך, i. ad verbũ, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ἀπηγορευμένον σοι: Quodcunque ex me iuueris; ſiue vt habet vetus Interpres, Quodcunque ex me tibi * proderit, interdictum tibi eſt. Latinè verò iam aperta eſt oratio, ſi poſt vocem MVNVS; diſpungamus. Significat enim ille Hebraiſmus cõciſus idem ac ſi dicatur, Sanctum munus iuro, me eſſe damnatum, ſi quicquam proficiſcatur ex me quod tibi proſit. Hæc eſt traditio quam Chriſtus allegabat diſertis, vt diximus, verbis, ac ſatis diffusè, in illo libro deſcripta atque repetita. * *vel* profuerit,

cunque dixerit patri vel matri, Munus
quodcunque eſt ex me, tibi proderit: MS. 2.
6 [a] & non honorificabit patrem ſuum aut
matrem ſuam: & irritum feciſtis manda-
tum Dei propter traditionem veſtram.
7 Hypocritæ, [b] Bene prophetauit de vobis
Iſaias, dicens, 8 [c] Populus hic labiis me *Iſa. 29. d. 13.*
honorat: cor autem eorũ longè eſt à me. *Marc. 7. a. 6.*
9 Sine cauſa autem colunt me, docentes
doctrinas, & mandata hominum. MS. G. S.
10 [d] Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis, B
Audite & intelligite. 11 [e] Non quod in-
trat in os, coinquinat hominẽ: ſed quod
procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ.
12 Tunc accedentes diſcipuli eius, dixe-
runt ei, Scis quia [f] Phariſæi, audito verbo
hoc,

a *Et non honorificabit patrem.*] Oratio eſt Scribarum, atque ſententia ex traditionis commendatione producta. hac ſignificatione, Quicunque dixerit patri aut matri munus, &c. ille non honorificabit amplius patrem. nam coniunctio *&*, Hebraico more affirmat, & exponit, atq; colligit hoc loco vt etiam eadem coniunctio ſtatim à Chriſto pronuntiata affirmat tanquã illatiua, *& irritum feciſtis*, atque *ita irritum feciſtis.*

b *Bene prophetauit.*] Iſaiæ vaticinia à ſua ætate vſque ad noui Teſtamenti tẽpora pertinuerunt, vt in illius Commentariis oſtendimus.

c *Fruſtra colunt me.*] Aperta eſt Dei ſententia, & Chriſti eius interpretatio; nec alio indiget expoſitore.

d *Et conuocatis turbis.*] Magno ſtudio Chriſtus dedocet turbas, quæ facilè perſuaderi ſolent magnam aliquam pietatem ineſſe in eiuſmodi rebus obſeruandis, tum propter Scribarũ auctoritatem, tum etiam propter præſtandi facilitatem, cum facilius multo & dici & agi huiuſmodi res poſſint, quàm cætera pietatis opera ſolidiſſima, quæ virtutis atque officij definitionibus continentur, pœnitentiæque exactę atq; integræ fructus digni ſunt.

e *Non quod intrat per os.*] Diſtinguit magiſter inter hominem interiorem & exteriorem, & veram rationem coinquinationis indicat. Eſt enim ſpiritus inquinatio quam Deus improbat, mater omnis pollutionis & fœditatis, hominem Deo inuiſum reddentis.

f *Phariſæi audito hoc.*] Scribæ profitebantur diſputationem huiuſmodi rerum, & aliarum, atque etiam obſeruationem, ſed non tam exactam obſeruationem atque Phariſæorum. Nam Phariſæi quamquam non perinde docti atque Scribæ eſſent, tamen ſeſe ſanctiores Scribis putabãt, quòd non ſolùm ea obſeruarẽt quæ communi Scribarum ſententia digna obſeruatu indicabantur, ſed ea etiam quæ in opinione tantùm quorundam erant, atque minutiſſima quæque à populo non obſeruata. id autem perfectionis cuiuſdam magnæ laudi ſibi arrogabant. Nam triplex ſtatus hominum erat, Doctorum, Phariſæorum, & Populi terræ. Appellabãt autem Populum terrę eundem quem Latini *vulgus* dicunt. in doctrinæ rationibus Doctores præibant: hos non doctrina, ſed religione anteire Phariſæi contendebant. quòd ſi non obtinere poſſent hanc præſtantiam, tamen populo terræ admirabiles, & maxima reuerentia dignos ſe præbebant, conſentientibus etiam Scribis, quorum illa eſt de hac re ſententia, Populi terræ ſedes, ſcabellum eſt pedum Phariſæorum. legitur hæc ſententia in lib. Traditionum, tractatu 1. De benedictionibus. Diſtinctio illorum trium ſtatuum frequens eſt in illis libris, maximè verò in tractatu De decimis,

& De decima ſecũda. Erat itaque diſtinctio inter obſeruationes Populi terræ, & obſeruationes Phariſæorũ Terræ populus tenetur obſeruare præcepta expreſſa in Bibliis, aut deducta ex Bibliorum manifeſta interpretatione: Phariſæi obſeruabant non ſolùm hæc, vt ipſi iactabant, ſed quæ vel ipſi addiderant, vel ab aliis addita etiam leuiſſima acceperant; vt ieiunare bis in Sabbatho, decimas dare omnium prouentuum. &c. lauare manus centies in die, & ſimilia multa. hanc adeò exactam & minutam obſeruationem ipſi ſanctitudinis magnæ nomine iactabant, ita vt hac re qua ſuperiores Populo terræ videri ſtudebant, admirabiles etiam & ſuſpiciendi eſſe contenderent. Cùm ergo Ieſus turbas ad ſe conuocatas, hoc eſt populum terræ, veram harum rerum doceret rationem, viſus eſt Apoſtolis magna offenſione Phariſæos affeciſſe, quorum vanam ſanctimoniam eam eſſe affirmaret, quæ in iis adiaphoris rebus obſeruandis collocaretur. ita vt hoc modo totus ille Phariſæorum aduerſus turbas faſtus & triumphus de populo terræ euaneſceret.

hoc, ſcandalizati ſunt? 13 At ille reſpon-
Joh. 15.a.2. dens ait, [a] Omnis plantatio quam non
plantauit pater meus cæleſtis, eradica-
Luc. 6.f.39. * & o. bitur. 14 [b] Sinite illos: cæci ſunt, * duces
cæcorum. cæcus autem ſi cæco duca-
tum præſtet, ambo in foueam cadunt.
Mar. 7.c.17. 15 Reſpondens autem Petrus, dixit ei,
Ediſſere nobis parabolam iſtam. 16 At
ille dixit, [c] Adhuc & vos ſine intellectu
eſtis? 17 [d] Non intelligitis quia omne
G. 2 quod

a *Omnis plantatio* ] Phariſaiſmus non fuit à Deo, ideoq; nec debuit à Chriſto tolerari, neque illius ratio potuit probari, quæ cum Dei veritate non conſtabat, atque adeò tandem periturus erat omnino. Nihil enim ineptũ in vinea Dñi natum creſcere & amplificari diu poteſt, vbi procurator vineę atque adeò ipſe filius domini vineæ præſens acceſſerit. Non ſolùm autem non mouebatur Chriſtus illa offenſione Phariſæorum per diſcipulos indicata, ſed eos omnino ſuæ ipſius doctrinę veritate atque virtute extirpandos fore denuntiabat. Illi autem inter cætera ſui ipſorum elogia ſe duces exemplaque populi prædicabant, pręter Dei voluntatem & inſtitutionem. populus terræ miſerè deceptus illos admirabatur, ſuſpiciebat, imitari conabatur, ſequi feliciſſimum exiſtimabat. horum ſimplicitas miſerabilis & conſilio digna, quamobrem à Chriſto erudienda ſuſcipitur, vt cæca: nam cæcum ducere, vnum ex pietatis officiis eſt: item tollere offendiculum cæco prætereunti. Non fert ergo Chriſtus hos qui ſponte cæcitatem affectauerint illis miſeris turbis, quę ab aliis duci conſueuerunt, ſeſe ductores præbere. namque iſti cadere volunt ſponte propter ſuam gloriam & ambitionem. illi non libenter caderent, neque deiici vellent, ſi meliorum ductorum copiam nanciſcerentur. Iſtos ergo ſini iubet Chriſtus, qui miſeri libenter eſſe volunt: illos qui non libenter id eſſent, ſi intelligerent, veritatem inſtruendos inſtituendoſque ſuſcipit & curat.

b *Sinite illos.* ] Ne, inquit, de illorum offenſione laboretis aut ſoliciti ſitis, ſed ſinite offendere & impingere in meam doctrinam, vt agnoſcant ſe eſſe cæcos, aut ſaltem agnoſcantur cæci ab aliis, quos ipſi indignè in periculum trahunt ducentes. ſinite offendant & cadant, quamtumlibet, ſi cæci eſſe pergunt, nè tamen ambo cadant, & ducens cæcus, & ductus cæcus, qui exiſtimat ſe à vidente & oculatiſſimo duci.

c *Adhuc vos ſine intellectu* ] Sine intellectu eſt, qui non nouit naturam hominis duplicem, interiorem & exteriorẽ: & qui non cognouit etiam rerum cauſas, efficientiam & vſum; maximè verò earum quæ cum ipſa natura coniunctæ ſunt, aut ab ea diſiunctæ ad vſum aliquem aſciſcuntur: cuiuſmodi ſunt cibus, potus, lectus, lotiones, &c. De iis non ſemel neque breuiter diſſeruerat Chriſtus, neque obſcuris verbis, vt in cap. 5. 6. & 7. huius Euangelij indicatur. ideóque arguuntur diſcipuli ignorantiæ cuiuſdam ſupinæ.

d *Non intelligitis.* ] Secundùm naturam rerum Chriſtus docet quid cenſendum ſit de vitiorum & virtutum ratione. priùs ipſam naturam indicabimus. Agitur de puritate ciborum aut impuritate, illis accedente ex manibus illotis. Cor nutritur ciborum ſucco in ſanguinem exc… ?o, vt cætera membra; ſed perpetuò cor vſurpat & exugit optimam totius materiæ partem, & maximè ſpiritualem, ſibique conuenientem; cùm cordis virtus ſpiritualis magis ſit, quàm cæterorum membrorum, quæ vel vitalia vel animalia dicuntur. Igitur ſi quid cibis immunditiæ ex illotis manibus acceſſerit, id non poteſt ad cor peruenire, ſed ſimul cum aliis excrementis per naturam, à meliori ſucco ſeparatis, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, vt fieri ſolet in cæteris eſcis purgandis. Ita interpretamur illam vniuerſalem ſententiam, *Omne quod in os intrat.* Omne ſcilicet immundum quod in os intrat, ineptum ad nutritionem: nam hoc genus eſt quod in ventrem inferiorem vadit, & in ſeceſſum exit, purgans omnes eſcas, vt apud Marcum eſt. Ita ſi cor valeat, nihil offenditur aut inquinatur impuritate ciborum ex manibus contracta, quæ leuiſſima eſt omnium impuritatum: imò cor ipſum ſi valeat, rectè ſuppeditat ſpiritus varios & præſtantes, quibus bonus à malo ſeparatur ſucco, excrementa ab alimẽtis; ſanguis inculpatus efficitur, quo membra omnia fouentur & nutriuntur. Quòd ſi contingat cor ipſum laborare impuritate propria, aut concepto veneno, aut alio morbo, tum ipſum corruptum, corruptos ſpiritus emittit, quibus omnia alia membra inficit, atque adeò totum corpus ad lethum vſque corrumpit. Has huius loci ſecundùm naturam rationes indicabat Chriſtus, quarum explicatio facilem reddit doctrinæ, quam ipſe intendebat, expoſitionem.

quod in os intrat, in ventrem vadit, & in
ſeceſſum emittitur? 18 [a] Quæ autẽ pro-
cedunt de ore, de corde exeunt, & ea co-
inquinant hominem: 19 de corde enim
exeunt cogitationes malæ, homicidia, Gen.6.a.5. & 8.d.21.
adulteria, fornicationes, furta, falſa te-
ſtimonia, blaſphemiæ. 20 hæc ſunt quæ
coinquinãt hominem. Non lotis autem
manibus mãducare, non coinquinat ho-
minem. 21 Et egreſſus inde Ieſus, ſeceſ-
ſit in partes Tyri & Sidônis. 22 Et ecce
mulier Chananæa à finibus illis egreſſa, Mar.7.c.25
clamauit, dicens ei, Miſerere mei Do-
mine fili Dauid: filia mea malè à dæmo- C
nio vexatur. 23 Qui non reſpondit ei
verbum. Et accedentes diſcipuli eius, ro-
gabant eum dicentes, Dimitte eam: quia
clamat poſt nos. 24 Ipſe autem reſpon-
dens, ait, [b] Non ſum miſſus niſi ad oues Sup.10.a.6. Luc.19.b.10. Ioh.10.a.3.
quæ perierunt domus Iſrael. 25 At illa
venit, & adorauit eum, dicens, Domine,
adiuua me. 26 Qui reſpondens, ait, Non
eſt bonum ſumere panem filiorum, &
mittere canibus. 27 At illa dixit, Etiam
Domine: nam & catelli edunt de micis
quæ cadunt de menſa dominorum ſuo-
rum. 28 Tunc reſpondens Ieſus, ait illi,
O mulier, magna eſt fides tua: fiat tibi
ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa
hora. 29 [c] Et cùm tranſiſſet inde Ieſus,
venit ſecus Mare-Galilææ: & aſcendens
in montem, ſedebat ibi. 30 Et acceſſerũt Iſa.35.a.5. Luc.7.d.22.
ad eum

a *Quæ autem procedunt de ore.*] Culpa in homine ipſo naſcitur, non aliunde adfertur: quãquam culpę occaſio, cauſa vel opportunitas afferatur exterius, tamen culpa ipſa in cordis officina conflatur. cùm enim cor corruptum ſit, hoc eſt volũtas & appetitio in corde reſidẽs homine exteriore viuẽte, ex ea corruptione emanant omnia vitia animi, atque interioris hominis ægritudines & mors. indéque proficiſcuntur quicunque ſermones impuri aut aliàs mali, ex quo genere illa criminatio fuerat, quã Scribæ & Phariſæi aduerſus diſcipulos, atque adeò aduerſus Chriſtum intenderant, vt illũ tanquam irreligioſum apud populum traducerent. Atque ad hoc genus retulit Chriſtus ſermonem ſuum cùm diceret, *Quod procedit ex ore, coinquinat hominem*. Ex quo genere cætera omnia alia peccatorum genera etiam oſtendit diſcipulis Chriſtus quibus diſſerebat omnia, vt Marcus ait. Obſeruanda eſt ſimilitudo ex natura ſumpta, quam idem magiſter indicabat.

b *Non ſum miſſus.*] Chriſtus conſtitutus eſt totius humani generis redemptor, tam Iſraelitarum, quàm Gentiũ; ſed Apoſtolus Iſraelitarum tantùm: ideóque à Paulo dictus Miniſter circunciſionis, ad implendas promiſſiones patrum. Miracula & beneficia ab eo edita, eum Apoſtolum à Deo miſſum declarabant & conteſtabantur. De hac ergo miſſione agit hoc in loco, Ego non confirmo meam doctrinam huiuſmodi miraculis, niſi apud eos quibus promiſſus datuſque ſum Apoſtolus & legatus. his gentibus nõ ſum miſſus, οὐκ ἀπεστάλην. Hoc agebat Ieſus vt omnino ſeſe probaret Iudæis eum qui fuerat promiſſus. Interim verò fidem mulieris exercebat, cuius virtute & experimento illa digniſſima iudicaretur beneficio poſtulato, etiam ipſis Iudæis arbitris. Omnis hæc narratio alias nobis exponetur plenius.

c *Et cum tranſiſſet inde.*] Edito obiter miraculo liberationis filiæ Chananęę, quod priuilegij cuiuſdam fuit ob ſingularem mulieris fidem, relinquit regionem illam in quam, in próptu erat, vt confluerent multi ex gentibus vicinis tanti benefici; fama peruulgata, vt ſuis quiſque languoribus medendum curaret. At verò vbi in Galilæam & regiones ouium Iſraelitidum rediit, apud quas Apoſtolum agebat, nulla omnino propoſita difficultate aut diſputatione, curabat omnes ad ſe fide duce venientes: ita vt illi agnoſcerent hunc eſſe illum promiſſum Iſraelitis, & magnificarent Deum Iſrael, dicentes, Quòd propheta ille ſurrexit inter nos.

ad eum turbæ multæ, habentes ſecum
mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios
multoś: & proiecerunt eos ad pedes eius,
D & curauit eos: 31 ita vt turbæ mirarétur
videntes mutos loquentes, *claudos am- * debiles ſanos A.G.
bulantes, cæcos videntes: & magnifica-
bant Deum Iſrael. 32 Ieſus autem con-
uocatis diſcipulis ſuis, dixit, Miſereor *Mar.8.a.1.*
turbæ: quia triduo iam perſeuerant me-
cum, & non habent quod manducent:
& dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiát
in via. 33 Et dicunt ei diſcipuli, Vnde
ergo nobis in deſerto panes "tantos", vt ¶ tanti, 1 MS.G.
ſaturemus turbam tantam? 34 Et ait illis
Ieſus, Quot habetis panes? At illi dixe-
runt, Septem, & paucos piſciculos.
35 Et præcepit turbæ vt diſcumberent ſu-
per terram. 36 Et accipiens ſeptem pa-
nes, & piſces, "&" gratias agens fregit, & ¶ 6 MS.G.
dedit diſcipulis ſuis, & diſcipuli dederunt
populo. 37 Et comederût omnes, & ſa-
turati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmé-
tis tulerunt, ſeptem ſportas plenas.
38 Erant autem qui manducauerût, qua-
tuor millia hominum, extra paruulos &
mulieres. 39 Et dimiſſa turba, aſcendit
in nauiculam: & venit in fines Magedan.

## CAP. XVI.

*Mar.8.b.12. Luc.12.g.54.*
ET acceſſerût ad eum [a]Phariſæi & Sad-
A ducæi [b] tentantes: & rogauerunt eum
vt ſignum de cælo oſtenderet eis. 2 At ille
reſpondens, ait illis, [c] Facto veſpere di-

CAP. XVI.

a *Phariſæi & Sadducæi.*] Altera pars ſuperſtitione nimia laborans, altera nulla penè religione calens, vtraque Chriſto inimica, qui virtutem, pietatem & religionem certis à Deo definitis terminis obſeruandam curabat.

b *Tentantes.*] Tentare dicuntur, qui petût quod præſtari nô oportet, quodque ipſi reuera non optant. Tentationum duplex ſcopus pro tentantiû perſonis, de quibus aliâs. Tentabant itaq; Phariſæi, petentes quæ ſuperuacanea exiſtimabant, cùm tantùm iam ſigna ediddiſſet Chriſtus. tentabant Saducæi, exigentes quæ fieri poſſe non credebât, vt qui omnia ferè ad naturam & fatû referrent, vt aliquando oſtendemus, cùm de his factionibus diſſeremus. vtrorumque tentationem verſutâ vno argumento Chriſtus Dei ſapientia eludit ac depellit.

c *Facto veſpere.*] Cælorum facies quæ qualia tempeſtatum genera ſignificêt, nullo Dei verbo docti ſunt homines, quod apertè contineatur in ſacris libris; ſed homines ipſi ſenſu & obſeruatione euentorum, notas quaſdam animaduerterunt, quibus paulò pòſt futuram tempeſtatem preſcirent. id, vt diximus, neque cælum voce ſua, neque aliquem è cęlo profectû indicaſſe conſtat; & tamen ei rationi & humanæ obſeruationi non modò à Phariſæis, qui prouidentiæ diuinę plurimum tribuunt, ſed à Saducæis etiam fides adhibetur, qui nihil prouidentiæ ſupremæ, ſed caſui, omnia humana adſcribunt. At verò ſigna temporum, quibus expectandus & ſuſcipiendus erat Meſſias ille adeò apud Iſraelitas celebratus, plurima in ſacris libris, per angelos è cælo delatos, per prophetas à ſpiritu diuino admonitos adnotata erât. Eadem ſigna omnis rerum natura iam explicuerat, nox, lux, ſtellæ, cantus angelorû, voces è cælo, Spiritus ſanctus, teſtimonium Iohannis, ſanationes, voces dæmoniorum, miracula prouidentiæ manifeſtæ, ciborum multiplicatio maxima bis edita: Hęc omnia & Phariſæis ſatis eſſe potuere ac debuere, vt nihil amplius requirerent, & Saducæis oculos aperire, vt ſignum de cælo dari poſſe crederent, & multa iam data agnoſcerent, atque cum promiſſis & prædictionibus conuenire intelligerêt: ſiquidê illi fidem habebant faciei cæli ab hominibus obſeruatę, ſine vlla vulgata inter homines Dei verbo indicatione. Eſt ergo reprehenſionis ſentêtiæ ſumma hæc: Creditis ſignis cæli à vobis obſeruatis & adnotatis, & prędicitis futuras tempeſtates ex ea obſeruatione, & tamen tempora iam præſentia, quorum ſigna ſimul cum temporibus ipſis extant, atque ipſa cum ſignis ſuis prædicta ſunt aperteque conſtant: hæc, inquam, tempora cum ſignis neque obſeruare, neque iudicare poteſtis,

citis, Serenum erit, rubicũdum eſt enim
cælum. 3 Et manè, Hodie tempeſtas,
rutilat enim triſte cælum. * Faciem ergo *Hypocritę MS.G.S.*
cæli diiudicare noſtis: ſigna autem tem-
porum non poteſtis*? 4 a Generatio ma- ** ſcire. MS. Hier.cq.s.*
la & adultera ſignum quærit: & ſignum *Sup.12.c.39.*
non dabitur ei, b niſi ſignum Ionæ - pro- *Ion.2.a.1.* - MS q.
phetæ'. Et relictis illis, abiit. 5 Et cùm
veniſſent diſcipuli eius trãs fretum, obli-
ti ſunt panes accipere. 6 Qui dixit illis,
Intuemini & cauete à fermento Phari- *Marc 8.b.14. Luc.12.a.1.*
ſæorum & Sadducæorum. 7 At illi co-
gitabant inter ſe, dicentes, Quia panes
non accepimus. 8 Sciens autem Ieſus,
dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ B
fidei, quia panes non habetis? 9 Nõdum
intelligitis, neque c recordamini quinque
panum, "in' quinque "millia' hominum, *Sup.14.c.17. Ioh.6.b.9.*
& quot cophinos ſumpſiſtis? 10 Neque " & 3 MS.R. ' millium MS.R.
ſeptem panum, "in' quatuor "millia' ho- *Sup.15.d.34.* " & 2 MS.R. ' millium MS.R.
minum, & quot ſportas ſumpſiſtis?
11 Quare non intelligitis quia non de pa-
ne dixi vobis, Cauete à fermento Phari-
ſæorum & Sadducæorum? 12 Tunc in-
tellexerunt quia non dixerit cauendum à
fermento panum, d ſed à doctrina Phari-
ſæorum & Sadducæorum. 13 e Venit
autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi: *Marc.8.c.27.*
& interrogabat diſcipulos ſuos, dicens,
Quem

a *Generatio mala & adultera.*] Illã ætatem ſuam hominum alienatorũ mente, atque à Deo partim ad ſuperſtitionem, partim ad impietatem traductorum, naturaleſque res diuinis præferentium, ea poſtulantium quæ nefas eſſet poſtulare; contrà verò ea quæ obſeruari oporteret negligẽtium, malam & adulteram cum omnibus ipſorum ſequacibus, & generationẽ malam & adulteram appellat Ieſus.

b *Niſi ſignum Ionæ.*] Viuum & manifeſtum ſignum virtutis & veritatis Chriſti cæterorum omnium præſtantiſſimum habuerunt Iudæi in Chriſti morte ac reſurrectione, & mortis ac reſurrectionis efficientia, per Spiritum ſanctum manifeſtè oſtenſa: id ſignum vltimum, vbi vna etiam cum aliis repulerunt, repulſi etiam ipſi & reprobati ſunt: de quo iam aliàs egimus, & ſæpè aliàs ipſo Ieſu docente agemus.

c *Neque recordamini quinq.*] Hîc Chriſtus apertè exponit vtilitatem quam capere debemus & poſſumus ex memoria illorum miraculorum ſaturitatis tot millium hominum: nempe vt intelligamus iis qui verè & ſimpliciter in ipſius diſciplina verſantur, nũquam defutura ea quæ ad vitam neceſſaria ſint, quanquam non ſemper eorum adſit copia.

d *Sed à doctrina Phariſæorum & Sadduc.*] Ipſe Chriſtus · inflationem ſiue ſymbolum explicuit. Vult enim azymis ſinceritatis ſuos epulari, atque veſci doctrina ſimplici Dei, vt Paulus docet, non autem fermento malitiæ. Duplex eſt corruptio maſſæ: aut enim inſipida & putida redditur malè tẽperato fermento; aut acida nimium & acerba. hoc ſæpè in panibus ex fermento corruptis deprehenſum eſt. Alterum vitiũ Phariſęorum fermentum ſimplici doctrinæ afferebat, alterum verò Sadducæorum. Porrò illud commune omni fermento eſt, vt maſſam inflet, & tumidiorem auctioremque reddat. quare & hoc nomine etiam optimè quadrat fermẽti ſymbolum cum iſtarum factionum doctrina. Lege librum noſtrum de Arcano ſermone.

e *Venit autem Ieſus in caſtella Cæſareæ.*] Cùm iam illius fama per omnem regionem celebrata eſſet, tam in ipſis Galilæis, quã in Iudæa, & virtus multis miraculis atq; exemplis perſpecta; tamen periculum facit iudicij & cognitionis ingenij humani, quatenus pertingere poſſit. hoc eſt, qua auctoritate & virtute eum valere homines exiſtimarent, tot miraculis, tanta doctrina, & cæteris ipſius rebus animaduerſis. Namque hactenus ipſe non dixerat palàm ſe eſſe filium Dei; dæmones id clamantes & affirmantes compeſcuerat ſemper: opera, doctrinamque ſuam hominibus propoſuerat æſtimanda. Experiamur ergo quantum poteſt aſſequi humanum ingenium, etiam eorum qui bene de Chriſto loquebantur. audiamus Apoſtolos referentes.

*Luc.9.b.10.* Quem * dicunt homines eſſe filium ho-
* me 3 MS. R.G.S. *at Hier. ſe non legiſſe apertè loquitur.* minis? 14 At illi dixerũt, [f]Alij Iohannẽ
Baptiſtam, alij autem Eliam, alij verò
C Ieremiã, aut vnum ex prophetis. 15 Dicit
illis Ieſus, Vos autem quem me eſſe di-
citis? 16 Reſpondens Simon Petrus dixit,
*Ioh.6.g.69.* [g]Tu es Chriſtus filius Dei viui. 17 Reſpõ-
dens autem Ieſus, dixit ei, Beatus es Si-
*Ioh.1.f.42.* mon Bar-Iona: quia caro & ſanguis non
reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cæ-
lis eſt. 18 Et ego dico tibi, quia [h]tu es Pe-
trus: & ſuper hanc petram ædificabo ec-
cleſiam meam, & portæ inferi non præ-
*Inf.18.c.18.* ualebunt aduerſus eam. 19 Et tibi dabo
*Ioh.20.c.23. & 21.c.15.* claues regni cælorum. Et quodcunque li-
⌐ 9 MS. *Hier.* G.S. gaueris ſuper terram, erit ligatum ⌐&’ in
cælis: & quodcunque ſolueris ſuper ter-
ram, erit ſolutum ⌐&’ in cælis. 20 Tunc
præcepit diſcipulis ſuis [i]vt nemini dice-
⌐ 6 MS. *eq.1.* rent quia ipſe eſſet ⌐ Ieſus’ Chriſtus.
21 Exinde cœpit Ieſus oſtẽdere diſcipulis
ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymã,
& multa pati à ſenioribus, & Scribis, &
principibus ſacerdotũ, & occidi, & tertia
die

f *Alij Iohannem Bapt.*] Hoc eſt, quantum homines ex miraculorum obſeruatione aſſequi potuerunt, & ex doctrina atque virtute integritatéque vitæ, vt quanquam ſanctiſſimum diuina auctoritate ac virtute præditum, hominem tamen tantum aut non vltra humanam naturam aliquid præſtantius habentem exiſtimarent, maximis prophetis parem, vel ad ſummum ex prophetis vnum, eundemque maximum eſſe crederent. Sed de eius dignitate illa maxima qua verè filius Dei erat, & Deus hominum ſalutis auctor & pontifex, ac de huius dignitatis ratione & modo nihil cognouerant homines eo tempore, ſed neque ipſi diſcipuli, niſi vnus Petrus, ſingulari reuelatione ex Deo patre accepta.

g *Tu es Chriſtus filius Dei viui.*] Nihil ferè commune habet hoc teſtimoniũ cum illis quæ Apoſtoli ex hominum opinione retulerant. illic omnia humana quamuis ſanctiſſima ac virtute diuina prædita, hic omnia diuina profunda, admiranda, fidei, ſpei, & conſolationis plena indicantur. Continet enim hoc elogium definitionem breuem, integram tamen hominum redemptionis, ſalutis, ſanctificationis ac deificationis. Quod myſterium nemo homo cognoſcere potuit, antequam expedit[illegible] ac perfectũ morte, reſurrectioneq; Chriſti, & Spiritu ſancto in homines miſſo, qui doceret eos omnem veritatem. Si quis verò cognouit anteà vt hic Simon cognouit, certè id non carnis & ſanguinis vi, hoc eſt, neque ſuo ingenio, neque aliorum hominum demonſtratione, ſed interna illuminatione ac reuelatione, qua Pater hunc Apoſtolũ præ cęteris tũc donare voluit. Neque enim totius teſtimonij à Simone prolati ſententiam omnem atq; ſignificationem cæteri Apoſtoli etiam à Petro audientes intellexerũt apertè, vt Petrus à Patre doctus intellexerat. id quod aliàs plenius docebimus, cùm hoc myſterium explicabitur fuſiùs. quamobrem Simõ Bar-Iona meritò à Chriſto prædicatur beatus.

h *Tu es Petrus.*] Simon non anteà dictus eſt Petrus, quàm hoc teſtimonium protulit à patre Deo reuelatum. Et firmitudo Eccleſiæ Chriſti non ædificatur ſuper teſtimonium de ipſo, quatenus propheta eſt, quamuis maximus propheta habeatur, ſed quatenus Chriſtus filius Dei viui eſt. Id teſtimonium quoniam Simõ verè à Deo doctus primus protulit; Petrus eſt appellatus primus omniũ qui Ieſum eſſe Chriſtũ Filiũ Dei verè agnouerunt & teſtati ſunt. Atque primus habuit promiſſionem virtutis & efficientiæ huius teſtimonij, non ſolùm in ſe, ſed etiam erga alios. Nam cùm Petrus reuera & experimento ipſo habuit teſtimonium Dei in ſe, claues regni cælorum accepit à Chriſto iam ex hoc loco & tempore promiſſas.

i *Vt nemini dicerent.*] Hoc teſtimonium quòd Ieſus eſſet ille Chriſtus, illa maxima tum dignitate tum efficacitate & virtute præditus, priuatum eſſe volebat Deus vſque in diem manifeſtationis publicæ poſt reſurrectionem Chriſti. Voluit tamen hoc teſtimonio certiores fieri Apoſtolos ad eorum inſtructionem, vt etiam illum grauiſſimè vſq; ad mortem ac crucem oppreſſum, manerent tamen & obſeruarent, teſtes futuri illius obedientiæ erga patrem tanta etiam dignitate pollentis, teſtes & admiratores poſteà diuini conſilij, aliarũque multarum rerum quæ nunc non referuntur à nobis. Ideò etiam voluit Chriſtus hîc ſignificare & prædicere Apoſtolis ea quæ laturus ſuperaturusque erat, vt illo Chriſti munere fungeretur.

die reſurgere. 22 [k] Et aſſumens eum Pe-
trus, cœpit increpare illũ, dicens, Abſit
à te Domine, non erit tibi hoc. 23 Qui
conuerſus, dixit Petro, [l] Vade poſt me ſa- *Marc.8.d.33.*
tana, ſcandalum es mihi: quia non ſapis D
ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.
24 Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si quis
vult poſt me venire, abneget ſemetipſũ, *Sup.10.d.38. Luc.9.c.23.*
& tollat crucem ſuam, & ſequatur me: *& 14.c.27. 17.g.33.*
25 Qui enim voluerit animam ſuam ſal- *Ioh.12.d.25.*
uam facere, perdet eam. qui autem per-
diderit animam ſuam propter me, inue-
niet eam. 26 Quid enim prodeſt homi-
ni, ſi mundum vniuerſum lucretur, ani-
mæ verò ſuę detrimentum patiatur? Aut
quam dabit homo commutationem pro *Pſal.48.a.8.*
anima ſua? 27 Filius enim hominis ven- *Pſal.61.b.13.*
turus eſt in gloria patris ſui cum angelis
ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundùm *Act.17.g.31 Rom.2.a.6.*
opera eius. 28 Amen dico vobis, ſunt *Marc.9.a.1. Luc.9.c.27.*
quidam de hic ſtantibus qui non guſta-
bunt mortem, donec videant filium ho-
minis venientem in regno ſuo.

## CAPVT XVII.

ET [a] poſt dies ſex "aſſumit' Ieſus Petrũ, "aſſumpſit MS.S.
& Iacobum & Iohannem fratrẽ eius, *Marc.9.a.2. Luc.9.d.28.*
& ducit illos in montem excelſum ſeor- A
ſum: 2 [b] & transfiguratus eſt ante eos.

Et

k *Et aſſumens eum Petrus.*] Hic manifeſtum eſt diſcrimen ingenij, iudicij & conſilij humani, dum humanis tantũ modis definitur ab eodẽ à Deo illuſtrato & amplificato. Petrus qui teſtatus fuerat illum eſſe Chriſtum, tamen dehortabatur à præſtando Chriſti officio & munere, quòd grauiſſima ſit carnis incõmoditas iis qui adhuc carnis infirmitudine laborant, nondum Spiritus ſancti viribus corroborati. alia exempla ſui edidit Petrus poſt acceptum Spiritum. Quamobrem ne quis carnis & vitæ incommodorum metu abſtractus pietatis veræ negotiũ deſerat, ſuo exemplo docet Chriſtus omnes atque hortatur ad tolerãda huiuſmodi incommoda ſpe promiſſæ ſalutis & gloriæ, & comparatione rerũ vtriuſque vitæ propoſita. ſe enim tantùm exiſtentem principem Dei filium, tamen ſubiturum crucem & ignominiam, non ſua, ſed aliorum hominum cauſa. vnde euenturum eſſet, vt & ipſe negotium ſuum perficeret, & à patre ornaretur illa poteſtate, auctoritate & gloria iudicis ſupremi omnium hominum, qui redderet vnicuiq; iuxta opera ſua: ita vt poſſet ampliſſimo præmio afficere eos qui ſe ſecuti imitarentur, tolerantia omnium incommodorum quæ mundus & hoſtis communis parare pientiſſimis ſolent. Et quo magis crederét conſtitutam ſibi, atque adeò ſui imitatoribus gloriam à patre diuinam, prorſus pollicetur non multo poſt tempore futurum, vt quidam ex ipſis viuentes & ſentientes, in terraque agentes ſpecimen regni illius & virtutem atque efficientiam maximam à ſe cognitam acceptamque teſtentur, ita vt illam magnam quam Chriſtus ſubiturus erat moleſtiã, mortem etiam & ignominiam, non diuturna incommoda, ſecutura eſſet perpetua gloria & maieſtas ipſis etiam teſtatiſſima, qui illius humiliationis ſpectatores fuiſſent. cùm cõtrà eos qui pietatem proderent, vel negligerent metu incõmodorum, aut ſtudio commodorum huius vitæ, conſecuturum eſſet animi detrimentum & exitium, nullo humanarum rerum vſu comparandum.

l *Vade poſt me.*] Ne te mihi in obedientia patris currenti opponas.

CAP. XVII.

a *Et poſt dies ſex.*] Recẽti adhuc memoria teſtimonij ſingularis à Petro editi illuſtratus per patrem, præſenti etiam ſignificatione moleſtiarum, & mortis atque ignominiæ à ſe perferendarum, rurſus etiam gloriæ atque maieſtatis paulo pòſt ineũdæ voluit Chriſtus. earundem rerum omnium confirmationem tribus teſtibus conſtare, annuente patre ſummo hanc gratiam humanitati filij, eo etiam tempore quo à multis in terra habebatur & dicebatur ſeductor, peccator, & dæmoniorum ſocius: ab aliis verò apud quos bene audiebat, non maior quàm propheta quidam eſſe exiſtimabatur.

b *Transfiguratus eſt.*] Humilitatis & infirmitatis ſpeciem in maieſtatis magnæ ſpecimen mutauit interna ipſius gloria & virtute cum æterno habitu communicata.

Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſti-
menta autem eius facta ſunt alba ſicut
Lue. 0.5. "nix". 3 Et ecce apparuerunt illis [c] Moy-
ſes & Elias cum eo loquentes. 4 Reſpon-
dens autem Petrus, dixit ad Ieſum, Do-
mine, [d] bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, fa-
ciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum,
& Moyſi vnum, & Eliæ vnum. 5 Adhuc
eo loquente, ecce [e] nubes lucida obum-
brauit eos. Et ecce vox de nube, dicens,
2 Pet. 1. d. 17 Sup. 3. d. 17. [f] Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui: ipſum audite. 6 Et
audientes diſcipuli, ceciderunt in fa-
ciem ſuam, & timuerunt valde. 7 Et ac-
ceſſit Ieſus, & tetigit eos: dixitque eis,
Surgite, & nolite timere. 8 Leuantes
autem oculos ſuos, [g] neminem viderunt,
B niſi ſolũ Ieſum. 9 Et deſcendẽtibus illis
de monte, præcepit eis Ieſus, dicens, Ne-
mini dixeritis viſionẽ, [h] donec filius ho-
minis à mortuis reſurgat. 10 Et interro-
gauerunt eum diſcipuli, dicentes, [i] Quid
Marc. 9. b. 11. Mal. 4. a. 5. ergo Scribæ dicunt quòd Eliam oporteat
primùm venire? 11 At ille reſpondens,
* primum 1 MS, a. G. 5. Sup. 11. b. 14. ait eis, Elias quidem venturus eſt*, & re-
Inf. 14. a. 9. ſtituet omnia. 12 dico autem vobis, quia
Elias iam vênit, & non cognouerunt eũ,
ſed fecerunt in eo quæcunque voluerũt.
Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis.
13 Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de
Marc. 9. c. 14. Luc. 9. c. 37. Iohanne Baptiſta dixiſſet eis. 14 Et cum
veniſſet ad turbã, acceſſit ad eum homo

c *Moyſes & Elias.*] Vterque propheta maximus & celeberrimus; alter legiſlator, alter legum vindex, & aſſertor, pœnitentiæ præco. Vterque rationes ſuas cum Chriſto communicabat, tanquam illius miniſter & teſtis, ita vt præſentibus Apoſtolis ſignificaretur apertè illos Chriſti cauſa fuiſſe legatos, ipſorumque miniſterij finem Chriſtũ eſſe. namque ille vt diuini negotij põtifex ſummus ab vtroque obſeruabatur, idque Apoſtoli cognouerunt. namque Petrus ipſum Chriſtum tanquam præcipuum & ſummum interpellauit.

d *Bonum eſt nos hîc eſſe.*] Animaduertendum eſt quantum ſit gloriæ diuinę vel ſpecimen & argumentum ipſum, quod ſatis eſſe videbatur Petro, vt in eo Chriſtus & magni illi prophetæ conquieſcerent.

e *Nubes lucida.*] Hoc in libro de Arcano ſermone expoſuimus.

f *Hic eſt filius meus dilectus.*] Declaratur Ieſus Dei filius propitiator & pontifex pro nobis, magiſter & propheta, in quem omnes alij prophetæ Dei intendunt. id teſtantur vox de cælo, & duo prophetæ. Itaque habuit Chriſtus tres teſtes è ſupernis, vt ita dicamus; & tres ex hominibus adhuc ante glorificationem ſuam.

g *Neminem viderunt niſi ſolum Ieſum.*] Vox indicauerat diſcipulis vnum quẽdam filium Dei ipſis, atque adeò cæteris omnibus audiendum. nulla verò vt relinqueretur ambigendi occaſio, vnus tantùm ille manſit qui verè filius Dei erat, & indicabatur.

h *Donec filius hominis à mortuis reſur.*] Namque, vt diximus, hoc fuit ſingulare beneficium humanitati Chriſti à Patre collatum, vt humilitatis ſuæ tẽpore haberet teſtimonium in terra diuinæ dignitatis qua valebat. Poſt reſurrectionem verò ſuam omnino clarificatus eſt Chriſtus. tunc verò publico teſtimonio iam edito, & hoc etiam edi poterat.

i Scribæ ex vaticiniorum interpretatione affirmabant Eliam venturum ante Chriſtum. Nunc vident Apoſtoli Eliam publicè non veniſſe, priuatè autem veniſſe poſt Chriſtũ in illũ montem. Sed certum eſſe vaticinium Ieſus declarat: veram autem Eliæ illius notationem indicat, hoc eſt Iohannis, qui venerat in ſpiritu ac virtute Eliæ.

genibus prouolutus ante eum, 15 dicens,
Domine miſerere filio meo, quia[a] lunati-
cus eſt, & malè patitur:[b] nam ſæpe cadit
in ignem, & crebrò in aquam. 16 & ob-
tuli eum diſcipulis tuis,[c] & non potuerũt C
curare eum. 17 Reſpondens *Ieſus, ait, * autem MS. R. Hier. G.
O generatio incredula & peruerſa, quo-
uſque ero vobiſcum? vſquequo patiar
vos? Afferte huc illum ad me. 18 Et in-
crepauit illum Ieſus, & exiit ab eo dæ-
moniũ: & curatus eſt puer ex illa hora.
19 Tunc acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum
ſecretò, & dixerunt, Quare nos non po-
tuimus eiicere illum? 20 Dixit illis Ieſus,
Propter incredulitatem veſtram. Amen Luc. 17. b. 6.
quippe dico vobis,[d] ſi habueritis fidem
ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic,
Tranſi hinc illuc: & tranſibit, & nihil
impoſſibile erit vobis. 21 [e] Hoc autem
genus non eiicitur niſi per orationem &
ieiunium. 22 [f] Conuerſantibus autem Marc. 9. e. 31. Luc. 9. f. 44. & 24. a. 7. Inf. 20. c. 18.
eis in Galilæa, dixit illis Ieſus, Filius ho-
minis tradẽdus eſt in manus hominum: D
23 Et occident eum, & tertia die reſurget.
Et contriſtati ſunt vehemẽter. 24 Et cùm
veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui
didrachma accipiebant, ad Petrum, &
dixerunt *ei, Magiſter veſter non ſoluit * MS. G.
didrachma? 25 Ait, Etiam. Et cùm in-
traſſet in domum, præuênit eum Ieſus,
dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges
terræ à quibus accipiunt tributũ vel cen-
ſum?

a *Lunaticus eſt.*] σεληνιάζεται, lunationibus afficitur, certis lunæ temporibus perturbatur. namque immundi ſpiritus morbos efficiunt aliquando naturæ vitio perſimiles, aut naturam vitiatam ipſi etiam deteriorem reddunt.

b *Nam ſæpe in ignem cadit.*] Spirituum immundorum proprium eſt conari vt perdantur homines; idque ſæpiſſimè agunt, niſi proſpiciens Deus illorum impediat conatus, & frangat conſiliũ

c Defectu fidei humanæ fit, vt vera & magna beneficia in homines non conferantur: ipſi tamen diuinam voluntatem, aut etiam diſcipulorũ Dei imbecillitatem in cauſa eſſe exiſtimãt. adeò quod noſtræ culpæ eſt, Deo adſcribimus. Incredulitas partim diſcipulorum, partim etiam parentũ, pueri ſanitatem impedierat: quòd illi maiorem vim illã eſſe putarent, quàm vt à ſe accepta per Ieſum virtute vincere poſſẽt, vtpote quæ tot iam annis radices in iuuene egiſſet. pater etiam cùm videret filium ab illis non curari, minorem virtutem Ieſu atque diſcipulorum eſſe crederet, quàm vt tam forti ſpiritui par eſſet.

d *Si habueritis fidem.*] De fide viua agit Ieſus, quam ij habent efficaciſſimam qui Dei ſpiritu aguntur.

e *Hoc autem genus non eiicitur.*] Diſcretio ſpirituum propria eſt Ieſu Chriſti, & eorum qui illius ſpiritu aguntur. Sunt autem quædã ab ipſo Ieſu Chriſto traditæ notæ, quibus diſcerni poſſint ſpirituum genera: inter quæ illi immundi ſpiritus lunatici ſunt, qui nõ eiiciuntur niſi in oratione & ieiunio. id verò fides illa docet, quã Ieſus hoc loco commendabat.

f *Conuerſantibus illis in Galilæa.*] hoc eſt, liberè agentibus, & magno omnium ordinum & hominũ plauſu exceptis, ob ſpectatam miraculorum & beneficiorum magnitudinem, atque adeò ipſis hominibus miratibus Chriſtum, diuinamque virtutem illi tribuẽtibus, eamque magnam; rurſus oportunum viſum eſt Ieſu, vt diſcipulos admoneret conditionis ſuæ humanæ, quã vltrò ſubierat ipſe ſalutis publicæ cauſa, & ingenij etiam hominum, qui quos aliquando admirantur, rurſus cùm preſſos viderint, improbant & auerſantur, ne hoc vulgi ingenium ſequerentur diſcipuli, ſed præſentis ac teſtatiſſimæ huius in magiſtro magnitudinis recordatione fidem poſteà ſuã retinerent in eiuſdem humiliatione; atque ſpem certam ſibi conſtituerent reſurrectionis eius illis prænuntiatæ in hac famæ & virtutis ſpectatæ integritate.

ſum? à filiis ſuis, an ab alienis? 26 Et ille
dixit, Ab alienis. Dixit illi Ieſus, [g] Ergo
liberi ſunt filij. 27 Vt autem non ſcan-
dalizemus eos, vade ad mare, & mitte
hamum: & eum piſcē qui primus aſcen-
derit, tolle: & aperto ore eius, inuenies
[h] ſtatērē: illum ſumēs, da eis pro me & te.

## Cap. XVIII.

Marc. 9. e. 34. IN [a] illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ie-
Luc. 9. f. 46. ſum, dicentes, Quis, putas, maior eſt
Inf. 19. b. 14. 1. Cor. 14. d. 20. in regno cælorum? 2 [b] Et aduocans Ieſus
A paruulum, ſtatuit eum in medio eorum,
3 & dixit, Amen dico vobis, niſi conuer-
ſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli,
non intrabitis in regnum cælorum.
4 Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut
paruulus iſte, hic eſt maior in regno cæ-
lorum. 5 [c] Et qui ſuſceperit vnum par-
uulum talē in nomine meo, me ſuſcipit.
Marc. 9. f. 42. 6 [d] Qui autem ſcādalizauerit vnum de pu-
ſillis iſtis qui in me credunt, [e] expedit ei vt
ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius,
& demergatur in profundum maris.
Luc. 17. a. 1. 7 Væ mundo à ſcādalis. Neceſſe eſt enim
vt veniant ſcandala: veruntamen vę ho-
mini illi per quem ſcandalum venit.
Sup. 5. e. 30. Marc. 9. g. 43 8 [f] Si autem manus tua, vel pes tuus ſcā-
dalizat te: abſcinde "eum", & proiice abs
te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debi-
lem vel claudum, quàm duas manus vel
duos pedes habentem mitti in ignem æ-
ternum. 9 Et ſi oculus tuus ſcandalizat

* ea, R. G.

g *Ergo liberi ſunt filij.*] Quanquam liberi verè ſunt filij Dei ab omni vectigali, tamē Chriſti exēplo exoluere debent quidquid ex terrenis rebus publicè ab ipſis exigatur: ne occaſione libertatis offenſionem pariant infirmis, qui terrena impenſè amant. namque iſta ſeruitute externa non perit interna libertas, imò probatur illa magna ſimplicitas & charitas, quæ non quærit quæ ſua ſunt in his rerum generibus vilium & terrenarum, quin potius ſuo incommodo alienis conſulit commodis. Itaque exhibere oportet vnicuique ſuum ius, cui honorem, honorem, cui tributum, tributum, &c. idque abundantius etiam vt Chriſtus, cùm ipſe tantum rogaretur de ſolutione, voluit pro ſe ac Petro ſolui.

h *Staterem.*] Eiuſdem ponderis cum ſiclo eſt ſtater, quatuor drachmatum videlicet.

CAP. XVIII.

a *In illa hora.*] Dum Ieſus ageret de modeſtia, deque ſummę placiditatis & pacis ſtudio, diſcipuli de ambitioſo primatu cogitabant; cùm iam viderēt inſtare tempus regni cælorum conſtituendi, tam frequenter à Ieſu inculcatum, cuius tamen rationem ſpiritualem illi non ſatis intelligebant.

b *Et aduocans Ieſus paruulum.*] Simplicitatem, puritatem, modeſtiam, humilitatem ſpiritus ab omni ambitione & contentione alienam, virtutem eſſe ſine qua nullus admittitur ad regnum, & qua qui maximè valet, præcipuus in regno eſt

c *Et qui ſuſceperit vnum.*] Namq; humilium & modeſtiſſimorum conſuetudinem mundus auerſatur, vtpote ignobilem, ſi ea cum mundi ambitione & gloria conferatur.

d *Qui autem ſcandalizauerit.*] Quocūque modo impediatur hęc humilitatis & modeſtiæ ratio, ſiue vi, ſiue diſſuaſione, ſiue alienæ doctrinæ aſſeueratione, ſiue repulſa & contemptione ſimplicitatis & ſimplicium, ſcandalizantur ſimplices, & retardantur multi, qui aliàs rectè currerent, atque contento ſimplicitatis Chriſtianæ curſu aſſequerentur regni cæleſtis dignitatē. Igitur diligenter cauēdum eſt, ne quis ſuo vel iudicio, vel cōſilio, vel ſtudio, vel errore, vel more, offenſionem paret ſimplicibus.

e *Expedit ei.*] Grauiſſimo ſupplicio dignus eſt, qui non modo ipſe non inſiſtit regni via, ſed aliis quominus inſiſtant impedimento etiam eſt.

f *Si autem manus tua.*] Non caret culpa qui offenſiones ab alio paratas non contemnit & vitat, imò declinat omnino etiam iactura facta cuiuſcunque neceſſitudinis & commoditatis.

te, erue eum, & proiice abs te: bonum B
tibi eſt vnum oculum habẽtem in vitam
intrare, quàm duos oculos habentẽ mit-
ti in gehennam ignis. 10 Videte ne cõn-
temnatis vnum ex his puſillis: [a]dico enim
vobis quia angeli eorum, in cælis ſemper *Pſal. 33. a. 8.*
vident faciem patris mei qui in cęlis eſt.
11 [b]Venit enim filius hominis ſaluare *Luc. 19. b. 10*
quod perierat. 12 Quid vobis videtur? *Luc. 15. a. 4.*
ſi fuerint alicui centum oues, & erraue-
rit vna ex eis: nonne relinquit nonaginta
nouem in montibus, & vadit quærere
eam quæ errauit? 13 & ſi contigerit vt
inueniat eam: amẽ dico vobis, quia gau-
det ſuper eam magis, quàm ſuper nona-
ginta nouem quæ non errauerũt. 14 Sic
non eſt voluntas ante patrem veſtrum,
qui in cælis eſt, vt pereat vnus de puſillis
iſtis. 15 [c]Si autem peccauerit in te frater *Leu. 17. a. 3.*
tuus, vade, & corripe eũ inter te & ipſum *Leu. 19. d. 17. Eccl. 19. [illegible] Iacob. 5. d. 1[illegible]*
ſolum. ſi te audierit, lucratus eris fratrẽ
tuum. 16 ſi autem te non audierit, adhi-
be tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore
duorum vel trium teſtiũ ſtet omne ver- *Deut. 19. [illegible] 2. Cor. 1[illegible] Hebr. 1[illegible]*
bum. 17 Quòd ſi non audierit eos, [d]dic
eccleſiæ:

a *Dico enim vobis quòd angeli.* ] Quanquàm hic videntur puſilli huiuſmodi nullo in gradu aut pretio eſſe, ſi cum mundi ambitione conferantur; tamen magno in honore ac pretio ſunt in regno Dei, qui humiles exaltat, ſuperbos deprimit: adeò vt horum angeli perpetuò adſtent coram Deo, qui poſſunt eorum cauſas agere apud ipſum Deum; atque ab eodẽ accipiunt mandata & iuſſa, ad horum tutelã & cuſtodiam, atque adeò ad horum vltionem pertinentia.

b *Venit enim filius hominis.* ] Nullum omnino perdi hominem vult Deus: ergo qui perit, aut qui in cauſa eſt vt alius pereat, Dei voluntati aduerſatur vehementer. Non carebit igitur accuſatoribus angelis eorum, quibus ſcandala obiecta fuerint. adeò autem verũ ac certum eſt Deum nolle, vt aliquis eorum qui credunt, & regni viam ambulant, pereat; vt filium ſuum miſerit ad reuocandos etiam & ſaluandos eos qui perierant, & in errorem atque periculum inciderant.

c *Si autem peccauerit in te.* ] Cùm filius hominis eos quæſiturus, atque ab errore reuocaturus venerit qui in Deum peccantes perierant. quo animo, quo ſtudio eſſe te oportet, vt fratrẽ tuum in te peccantẽ, leniter ac ſuauiter, ſumma cum æquitate atque charitate Deo ac tibi reconcilies, & pereuntem retineas, atque adeò lucreris. Peccat autẽ alius in alium, vel cùm eum priuatè lædit, vel errore aliquo offendit. Errorem appellamus ignorantiam, vel fragilitatem atq; infirmitatem humanã, quod ex verbo ἁμαρτήσῃ exponimus. huiuſmodi peccata charitate, lenitate, & æquitate corrigenda ſunt. Atq; hęc ratio non eſt intermittenda quoad manifeſta ſit obſtinatio, proteruia, & inobedientia. ſumma igitur modeſtia & prudentia agendum eſt, ne ad illum locum res deducatur. Hoc enim primum & antiquiſſimum conſilium & propoſitum eſſe debet, vt frater reſtituatur.

d *Dic Eccleſiæ* ] Eccleſiaſtico ac legitimo magiſtratui, cuius ſumma auctoritas eſſe debet in Chriſtianæ religionis diſciplina, maxima etiam dignitas ad componenda fratrum diſſidia, offenſiones amouendas, inimicitias diluendas, gratiamque reconciliandam, ac denique ad omne pacis & charitatis mutuæ commoditatem curãdam. cuius diſciplinã qui ſuſcipere ac ſubire noluerit, vitandus eſt, atque à conſuetudine piorum tãquam ethnici olim & publicani, hoc eſt, vt manifeſtus & mali exempli peccator, quales publicani habebantur; vel omnino à veræ religionis communione alienus, quales ethnici Iudæis erant. Ethnici, inquam, qui errorem ſuum tueri & defendere, atque Iſraelitarum veritati anteponere ſtudebant namque Ethnicorum non vna ratio olim fuit. Itaque hoc modo minuentur offenſiones illæ. nam ſi permanſerit ille in ſuo propoſito, eum vitabis tanquam ethnicũ & publicanum. nec tam frequens dabitur occaſio te lædendi: quòd ſi læſus adhuc ab illo fueris, non tantum aut miraberis aut offenderis, quippe cùm nec nouum nec mirũ videri debeat. Si quis te lædat qui à tua religione omnino ſit alienus, tu tamen eum non lædes viciſſim, ſed lenitate & patientia vinces. Neque enim tu debes illi eſſe tanquam ethnicus & publicanus, vt par pari rependas; ſed ille tibi vt vitetur, & ſi fieri poſſit, bono potius exemplo ad ſanam mentem pertrahatur, quàm vltione procurata magis etiam abalienetur. Hæc verba, *ſit tibi*, &c. non vetant iudicialẽ magiſtratus vindictã, ſed priuatas vltiones ſingulorũ, quæ omnino prohibentur Chriſti doctrina.

C ecclesiæ: ſi autem eccleſiam non audie-
rit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.
Ioh.8.c.17. 2.Theſ.3.d.14 1.Cor.5.c.9. Ioh.10.d.23. 18 Amen dico vobis, [a]quæcunque alliga-
ueritis ſuper terram, erunt ligata & in cę-
lo: & quæcũque ſolueritis ſuper terram,
erunt ſoluta & in cælo. 19 Iterum dico
vobis, quia [b] ſi duo ex vobis conſenſerint
ſuper terram, de omni re quamcunque
petierint, fiet illis à patre meo qui in cęlis
eſt. 20 Vbi enim ſunt duo vel tres congre-
gati in nomine meo', ibi*ſum in medio
eorum. 21 Tunc accedẽs Petrus ad eum,
dixit, Domine, quoties peccabit in me
frater meus, & dimittam ei? [c]vſq; ſepties?
Luc.17.a.4. * Dicit 3 MS. Hier.G. 22 "Dixit' illi Ieſus, Non dico tibi vſque
ſepties: ſed vſque ſeptuagies ſepties.
23 [d]Ideo aſſimilatum eſt regnum cęlorum
homini regi, qui voluit rationem ponere
cum ſeruis ſuis. 24 Et cùm cœpiſſet ra-
tionem ponere, oblatus eſt ei vnus qui
debebat ei decem millia talenta. 25 Cùm
autem non haberet vnde redderet, iuſſit
eum dominus eius vænundari, & vxo-
rem eius & filios, & omnia quæ habe-
bat, & reddi. 26 [e] Procidens autem ſer-
D uus ille, orabat eum, dicens, Patientiam
habe in me, & omnia reddam tibi.
27 Miſertus autem dominus ſerui illius,
dimiſit eũ, & debitũ dimiſit ei. 28 Egreſ-
ſus autem ſeruus ille, inuênit vnum de
conſeruis ſuis qui debebat ei centum de-



a *Quæcunque alligaueritis.*] Eccleſia militans poteſtatem habet à Chriſto cõfirmatam ligandi atque ſoluendi ſuper terram. ea autem quæ ligantur & ſoluuntur iuxta Euangelij rationem, rata ſunt in Eccleſia triumphante. Debetur igitur Eccleſiæ in terris reuerentia & obedientia à ſingulis Chriſtianis, niſi velint ſicut ethnici & publicani haberi. nam quos vt ethnicos ligauerit atq; tradiderit ſatanæ Eccleſia iuxta ſacræ diſciplinæ præſcriptum & inſtitutum, manifeſtum eſt non pertinere ad regnum, ſed ad tenebras exteriores, donec ab Eccleſia ſoluantur. Atq; de hac ligatione & ſolutione plura aliâs & exactiùs.

b *Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terrã.*] Conſenſus legitimorum miniſtrorum Dei, & eorum qui in Chriſti Eccleſia ſunt, plurimum valet ad impetrandũ: ſed materia conſenſus, & ratio cõſentiendi non debet eſſe aliena à Dei voluntate. Hoc enim ad diſcipulos dicebatur Chriſti veros, atque etiam ad diſcipulorum collegium, quod perpetuum eſt in terra, & erit vſque in cõſummationem ſeculi, aliis aliorũ vice ſuccedentibus. Igitur res omnis conſtituẽda eſt iuxta Chriſti diſciplinam: id quod mox Chriſtus declarat, dicẽs, *Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Sed in hoc poteſt eſſe error, quòd non fiat cõgregatio in nomine Chriſti. Congregari in nomine Chriſti, eſt in eius ſpiritu & virtute conuenire, de quo grandis nobis eſt ſermo, & interpretabilis ad dicendum, vt Paulus ait.

c *Vſque ſepties.*] Septenarium numerum pro pluribus antiqui vſurparunt: vt, Septies in die cadit iuſtus. Sed ſeptuagiesſepties, pro numero maximo ac penè interminato, i. toties quoties.

d *Ideo aſſimilatum eſt regnum.*] Ratio quam oportet obſeruari iis qui regni cælorum ciuitate donari cupiunt, hoc modo habet, vt qui multa ſibi condonari velit, is multis etiam multa condonet errata; quæ nunquam tanta erunt, vt ipſorum aduerſus Deum debitis æquari poſſint.

Apertè docet hic locus ſuperiora exponenda eſſe præcipuè de priuatis offenſionibus.

e *Procidens autem ſeruus ille orabat.*] Non habebat vnde redderet, & tamen pollicebatur ſe omnia redditurum. Nimirum cognoſcebat domini clementiam & benignitatem; qui ſi placatus eſſet miſericordia motus, omnia condonaturus eſſet, atque illam domini patientiam, hoc eſt, magnanimitatem inſtar maximæ ſolutionis ſibi eſſe ducebat.

narios: [f] & tenens ſuffocabat eum, dicés,
Redde quod debes. 29 Et procidens con-
ſeruus eius, rogabat eum, dicens, Patien-
tiam habe in me, & omnia reddam tibi.
30 Ille auté noluit: ſed abiit, & miſit eum
in carcerem, donec redderet debitum.
31 [g] Videntes autem cóſerui eius quæ fie-
bant, contriſtati ſunt valdè: & venerunt,
& narrauerunt domino ſuo omnia quæ
facta fuerant. 32 Tunc vocauit illum *Luc. 2. c. 15.*
dominus ſuus: & ait illi, Serue nequam,
omne debitum dimiſi tibi, [h] quoniam
rogaſti me: 33 nónne ergo oportuit & te
miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui mi-
ſertus ſum? 34 Et iratus dominus eius,
[i] tradidit eum tortoribus, quoaduſq; red-
deret vniuerſum debitum. 35 [k] Sic & pa- *Sup. 6. b. 12.* *Marc. 11. c. 25.*
ter meus cæleſtis faciet vobis, ſi non re-
miſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cor-
dibus veſtris.

## CAP. XIX.

ET factum eſt, [a] cùm conſummaſſet Ie- A
ſus ſermones iſtos, migrauit à Gali-
læa, & venit in fines Iudææ trans Iorda- *Marc. 10. a. 1.*
nem, 2 & ſecutæ ſunt eum turbæ multę:
& curauit eos ibi. 3 [b] Et acceſſerunt ad *Marc. 10. a. 2.*
eum

f *Tenens ſuffocabat eum.*] Conſerui crudelitas, qui tam lenem regem expertus fuerat, etiam dum debitum poſtularetur! Facilè internoſcitur ex hac ſimilitudine quo ſtudio & ingenio Deꝰ aduerſus homines, quo etiam malo animo homo aduerſus hominé agat. Deus hoc quærit vt ſoluat homo, vel, quod certiſſimum eſt, ſe ſoluendo non eſſe profeſſus, clementiam & miſericordiã imploret. homo mala mente, malo animo oportunitatem ſibi gaudet dari ſæuiendi in hominem occaſione debiti exigendi, ac priu, ipſe ſuam crudelitatem priuatè exercet: deinde cùm non amplius ſibi licere videt ſæuire priuatè, iudiciorum auctoritate non tam vtitur, quàm abutitur. perſuadet iudici ſe ius ſuum perſequi: ſed non ſine iniquo & ad iniuriam inclinato animo id facit. quotusquiſque ab huiuſmodi perturbationibus alienus reum agit conſeruum ſuum!

g *Videntes autem conſerui.*] Malo exemplo cæteri offenduntur etiam conſerui. igitur quod iniquum videtur & iudicatur conſeruis, natura ipſa & cómuni ſenſu indignitatem rei indicante, quanto grauius offendet Deum in cælis exiſtentem, ab omni iniquitate, infirmitate, ignorãtia & errore quàm longiſſimè remotum.

h *Quoniam rogaſti me.*] Pro magnitudine debitorum nihil habuerat quo ſolueret; orationem tantùm interpoſuit ſummo cum ſtudio: eam rex admittens, placatum benignumque ſe exhibuit.

i *Tradidit eũ tortorib.*] perpetuò torquédum & cruciandum. nam ſi non habebat vnde redderet, & torquendus erat quouſque redderet vniuerſum, quando reddere poterat?

k *Sic & pater veſter.*] Confer perſonas & res, vt maiorem obligationem in comparatis, quàm in comparatione ipſa & ſimilitudine videas. In ſimilitudine dominus eſt rex, homo: ſerui minores rege, ſed homines etiam conſerui naturâ & conſuetudine minus neceſſarij & officioſi inter ſe, & tamen in his perſonis clementia exigitur & celebratur. quanto igitur maior, vbi rex eſt pater cæleſtis; debitores homines, & homo homini, quod regni cælorum rationem ſpectat, non conſeruus, ſed frater. illic fortaſſe ſatis erit re ipſa debitum remittere. hîc non ſatis eſt re ipſa, niſi de corde etiam. nam impurum cor & doloſum improbatur maximè in regni cælorum iudiciis.

CAP. XIX.

a *Cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos.*] Cùm omnes has doctrinæ ſuæ rationes tum ad fidem, tum ad pœnitentiã & pietatis exercitationem pertinentes, ſatis dilucidè & copioſè expoſuiſſet, ita vt Euangelium in Galilæa etiam prædicatum explicatumque iam relinqueret, munus Euangeliſtæ Ieſu abſoluitur, atque munus Chriſti Ieſu perſoluturus in Iudæam, vbi hoc munus poſterius expediendum erat, ſe conferre cœpit, vbique autem nunquam ceſſans, aut beneficio ac doctrinæ parcens.

b *Et acceſſerunt Phariſæi tentantes eum.*] Phariſæi cùm iam Ieſum Herodianis, & principibus, item pontificibus, atque omnibus ferè ordinibus & factionibus inuiſum eſſe curauiſſent, nunc etiam eundem Scribarum omnium odio exponere ſtudent, propoſita quæſtione quæ inter Scribarũ familias

contentionem cum primis aiebat grauiſſimam de cauſis repudij. Fuit enim duriſſimum illis temporibus argumentum hoc, ſicut & ipſa Chriſti de hac re ſententia à multis annis in Chriſtiana Eccleſia difficillimos habere viſa eſt explicatus, quoad nuper in Concilio Tridentino expoſita, ac tota etiam cõtrouerſia deſcripta, decreto ſublata fuit. Diximus autem nos in illo patrum conſeſſu, quæ ad hanc rationem explicandam diuino Spiritu ſuggerente, cognoueramus. Nam ſemper id profiteor & confirmo me, cùm certi quippiam de hac re dicere poſſe penè deſperaſſem, tamen Dei impulſu quemadmodum certa cognoſcerem & dicerem, fuiſſe monitum. Hoc autem loco non totam rem explicabimus, ſed indicabimus tantùm, maiori aliâs commentatione Deo votis aſpirante explicaturi.

Duæ fuêre celeberrimæ Scribarum familiæ Hieroſolymis & in omni Iudæa. alterius ſectatores dicebantur Domus Samai, alterius verò Domus Hilel. Hi varijs in argumentis atque doctrinæ rationibus explicandis, varias ſententias defendebant. in his vna quæſtio erat de diuortiorum cauſis. Domus Samai vnam tantùm cauſam eſſe aſſeuerabat, quamobrem diuortium toleraretur, eamque eſſe adulterij ſuſpicionem. probant illi ex illis verbis, Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatẽ. Domus enim Samai ſolam fœditatem aiebat eſſe poſſe repudiandæ vxoris occaſionem, & fœditatem tantùm impudicitia definiebat. Domus verò Hilel omnem cauſam vel minimam quamque offenſionem ad repudij ius admittebat, illis verbis tantùm vſurpatis, Et non inuenerit gratiam ante oculos eius. Erat tertia quædam opinio quę ſuffragabatur domui Samai, cauſæ genere, ſed in ſpecies multas genus illud fœditatem dilatabat. Tentant igitur Phariſæi Ieſum, rogantes, *An quacunque ex cauſa liceat dimittere*, vt in quamlibet partem pronuntiantem, in inuidiam apud cæteros adducerent.

cum Phariſæi tentantes eum, & dicẽtes,
Si licet homini dimittere vxorem ſuam,
quacunque ex cauſa? 4 Qui reſpondẽs,
Gen. 1. d. 27. * hominem Mt. q. R. ait eis, [c] Non legiſtis, quia qui fecit * ab
initio, maſculum & fœminam fecit eos:
Gen. 2. d. 21. Eph. 5. g. 31. 1 Cor. 6. d. 16 & dixit, 5 Propter hoc, dimittet homo
patrem & matrem, & adhærebit vxori
ſuæ: & erunt duo in carne vna? 6 itaque
iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod
ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.
Deut. 24. a. 1. 7 Dicunt illi, [d] Quid ergo Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere?
8 Ait illis, Quoniam Moyſes ad duritiam
cordis veſtri permiſit vobis dimittere
Sup. 5. e. 32. Marc. 10. b. 11 Luc. 16. d. 18. 1 Cor. 7. b. 11 vxores veſtras: [e] ab initio autem non fuit
ſic. 9 [f] Dico autem vobis, quia quicũque
dimiſerit

c *Non legiſtis.*] Perpetua Ieſu ratio fuit, ad eludendam aduerſariorum fraudẽ, retundendamque malitiam, ex ſacris libris ſententiam proferre apertiſſimã, & quam citra impietatis aut erroris notam nullus vel impugnare vel inuertere poſſit. itaque pro nulla partiũ pronuntiauit hoc loco, ſed Dei conſilium certiſſimũ in coniugij cauſa indicauit. Dei enim cõſilium & decretum fuit, vt coniugiũ modò legitimè fuerit initum, non dirimatur, ſicut vna res non poteſt diuidi citra vnitatis detrimentum. Atque hæc germana & Deo probatiſſima coniugiorum ratio eſt, eademque ex Dei inſtitutione perpetua, malitia autem hominum eſt effectum, vt vel ad permiſſiones vel cõſuetudines ab illa perfectione nimium degenerantes deuenireṫ. ſed nulla præſcriptio eſt aduerſum diuina ſtatuta ac decreta.

d *Quid ergo Moyſes mandauit.*] Cùm viderent ſe ad altiorem rationem quàm cogitarant reuocatos, nec poſſe de repudio affirmare, ſine violatione diuini inſtituti: nam antiquiores leges in naturæ initio perfectionem ac ſanctitatem p[illegible] ſeruant: atque adeò notatos ſe agnoſcerent, quòd quæſtionem in longum protuliſſent, quã omnino abolitam eſſe oporteret: atque dum illum capere cuperent, ſe captos ſentirent; crimen effugere ſtudent Moſis ſcripto de ea re citato, quo [illegible] mandati ſui [illegible] verbis definiebant, nimirum non rectè expenſa orationis ac rerum ratione. Cæterum enim eſt Moſem mandaſſe dare libellum [illegible], tamen illud nec certum nec verum eſt, repudium eſſe decretum à Moſe, vt aliàs [illegible] exponemus, [illegible] Chriſtus de libello non reſpondet modò, id enim [illegible] erat rectè rem exiſtimantibus, ſed agit de conſuetudine repudiandæ vxoris, quam ante datam legem viguiſſe cõſtat ob duritiam humani cordis, eam non [illegible] non tam [illegible] permiſit Moſes, & addita etiam lege libelli dandi [illegible] nam ſi rectè res ipſa expenditur, [illegible] repudij magis impedit repudium, quàm adiuuet aut confirmet. Sed hæc res longior eſt, quàm vt hic [illegible] poſſit. e [illegible] naturæ rectè inſtitutæ [illegible] Chriſtus inſtaurare vel potius amplificare parabat; initio nulla fuit cordis duritiés, nulla voluntas vxoris [illegible], nullaque ratio quamobrem de repudio [illegible] quicquam decerneretur. f *Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem.*] Non de vero Moſaici ſcripti ſententia Ieſus agit, & cùm vxoris dimiſſionem contra Dei conſilium eſſe docuerit, ne [illegible] eſſe in lege a Moſe ſcriptum, quàm permiſſionem oſtenderit, reſtringit eam permiſſionem ad vnam tantùm fornicationis cauſam, etiam anguſtius quàm Domus Samai: ita vt adhuc hac ratione diuinum antiquum decretum potius confirmetur, quàm imminuatur. vnam enim tantam turpitudinis ſpeciem eſſe ait, cuius cauſa permiſſum fuerit à Moſe diuortium.

dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornica- B
tionem, & aliam duxerit, mœchatur: &
qui dimiſſam duxerit, mœchatur. 10 Di-
cunt ei diſcipuli eius, Si ita eſt cauſa ho-
minis cum vxore, non expedit nubere.
11 Qui dixit illis, Non omnes capiunt
verbum iſtud, ſed quibus datum eſt.
12 Sunt enim eunuchi qui de matris vte-
ro ſic nati ſunt: & ſunt eunuchi qui facti
ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi qui
ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cę-
lorum. Qui poteſt capere capiat. 13 Tunc
oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis im- *Mar.10.b.13* *Luc.18.c.15.*
poneret & oraret. Diſcipuli autem incre-
pabant eos. 14 Ieſus verò ait eis, [a] Sinite *Sup.18.a.3.*
paruulos, & nolite eos prohibere ad me
venire: talium eſt enim regnum cælorũ.
15 [b] Et cùm impoſuiſſet eis manus, abiit
inde. 16 Et ecce vnus accedens, ait illi, *Marc.10.b.17* *Luc.18.d.18.*
Magiſter bone, quid boni faciam, vt ha-
beam vitam æternam? 17 Qui dixit ei,
Quid me interrogas de bono? Vnus eſt
bonus, Deus. [c] Si autem vis ad vitam in-
gredi, ſerua mandata. 18 Dicit illi, Quę?
Ieſus autem dixit, Non homicidium fa- *Exod.20.*
cies, Non adulterabis, Non facies furtũ,
Non falſum teſtimonium dices, 19 Ho-
nora patrem tuum & matrem tuam, Di-
liges proximum tuum ſicut teipſum.
20 Dicit illi adoleſcens, [d] Omnia hæc cu-
ſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc
mihi deeſt? 21 Ait illi Ieſus, Si vis per-
fectus

a *Sinite paruulos.*] Omnis animi præparationis ad regnum cælorum diuina liberalitate obtinẽdum, exemplum eſt puerilis ſimplicitas: hac qui carent, à regno excluduntur. Paruuli ipſi apprimè apti ſunt regno cælorum, antequã natiua nequitia vires exerat ſuas. nullus enim qui culpa careat, excludetur à regno, quod Dei benignitate conceditur.

b *Et cùm impoſuiſſet manus*] acceptanti beneq́ue precati habitu & ſtudio. lege lib. noſtrum De actione.

c *Si vis ad vitam ingredi.*] Mãdatorum obſeruatio cum fide ſuſcepta, via eſt ad introitum vitæ quem Deus aperit. vitam autem eam intelligimus, de qua ſcriptum eſt, *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum.* Itaque homo fide imbutus, mandata ſeruat: vtraque hac parte inſtructus admittitur ad vitã à Deo. vbi in vitã eſt receptus, vitę opera facit admiranda & Deo gratiſſima, magnęq́ue mercedis digna, ex virtute Spiritus ſancti in ipſo manentis. qua de re plura aliâs dicemus, eodem Spiritu præeunte.

d *Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea.*] Rarum iuuentutis exemplũ: & tamen nec hac obſeruatione Euangelica perfectio obtinetur, niſi renuntietur mũdi rebus, quæ cura ſui retardare poſſunt vitæ accipiendæ facultatem. Satis itaque inſtructus videbatur hic adoleſcens, ſi ad veteris teſtamenti rationem eius examinetur cauſa: ſed quoniam ille Euangelij promiſſa audiens aſſequi cupiebat, edoctus eſt rationem expeditiſſimam, quam euangelium vitæ quàm citiſſimè obtinendę cauſa indicat. eam rationem magno animo & conſtanti fide ſubire oportet.

* omnia ueq.

fectus eſſe, vade, vende* quæ habes, & da
pauperibus, & habebis theſaurum in cę-
lo:[a] & veni, ſequere me. 22 Cùm audiſ-
ſet autem adoleſcēs verbum, abiit triſtis:
erat enim habens multas poſſeſſiones.
23 Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amē
dico vobis, quia diues difficilè intrabit
in regnum cælorum. 24 Et iterum dico
vobis, [b]facilius eſt camelum per foramen
acus trāſire, quàm diuitem intrare in re-
gnum cælorum. 25 Auditis autem his,
diſcipuli mirabātur valdè, dicētes, Quis
ergo poterit ſaluus eſſe? 26 Aſpiciens au-
D tem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc
impoſſibile eſt: [c]apud Deum autem om-
Mar. 10. d. 28 nia poſſibilia ſunt. 27 Tunc reſpondēs
Luc. 18. e. 28. Petrus, dixit ei, [d]Ecce nos reliquimus
omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit
nobis? 28 Ieſus autem dixit illis, Amen
dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me,
[e]in regeneratione cùm ſederit filius ho-
minis

a *Veni ſequere me.*] Si ſequeretur, non ſolùm eſſet diſcipulus communis, ſed conſummatus, atque adeò expeditiſſimus ad ſequendum vitæ ducem & auctorem.

b *Facilius eſt camelum per foramen.*] Habent linguæ omnes ſuas prouerbiales orationes ad impoſſibilitatē vel ſummam difficultatem ſignificandam. vt, Antè leues ergo paſcentur in æthere cerui. Hæc oratio, *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire*, vſitatiſſima erat apud Iudæos illo tempore, eademque à commētatoribus librorū Miſnaioth frequentiſſimè vſurpatur. Vox autem *camelus*, camelum animal ſignificat: & *acus*, acum qua cōſuimus. Facilius eſt, inquit, hominibus camelum inferre per foramen acus, quàm hominē, qui ſibi in diuitiarum copia & vſu, honorem, opportunitatem, commoditateſque vitæ conſtituit, atque ſine his non bene poſſe viuere ex[illegible]mat, intrare in regnum cælorum, vbi videt eos qui intrant, aut eiuſmodi carere diuitiis, aut non vt ſuis, ſed vt communibus vti. Hac enim conditione ſu[illegible]t illi, qui etiā in terris agentes in regnum cælorum recepti ſunt. Itaque hoc etiam nocent diuitiæ, quòd decipiunt poſſidentem, aliterque illi de ſe deque regno cælorū ſuadent, quàm veritas poſtulet.

c *Apud Deū autem omni[a] poſſibilia ſunt.*] Deus enim & docere & monere, & multis modis atque exemplis inſtruere hominem poteſt, & allicere atque aduocare ad veram æſtimationem, cùm diuitiarum mundi, tum verò conditionis illius, quam filij regni ferunt.

d *Ecce nos reliquimus omnia.*] Reipſa reliquerunt quidquid habuerant, affectu reliquerunt cogitationem & ſpē omnem terrenarum diuitiarum, quæ nemini vel egentiſſimo exigua eſſe ſolet.

e *In regeneratione.*] Apoſtoli fide & ſpe, vt multi ex nobis, ferebantur ad pollicitationes regni per Euangelium factas: ſed tamen earum pollicitationum dona nondum obtinebant aut poſſidebant, ideò non ſatis cognoſcere poterant eorum donorum magnitudinem. Cognouerunt autem in regeneratione, cùm regenerati re & effectu à Chriſto ſpiritu promiſſionis ſancto experti ſunt, quæ ſit longitudo, latitudo & profunditas donorum Dei & conſolationis, qu[a] conſolatur ſuos in omni tempore & euentu, ita vt nihil illis deſit eorum quæ ad vitam & pietatem pertinent. Conſtet etiam animus ad ferendam omnem temporis oportunitatem vel importunitatem ſapientiſſimus & fortiſſimus: adſit quoque diuina prouidentia, quæ etiam in rebus ad corporalem vitam verè neceſſariis & oportunis proſpiciendis & ſuppeditandis nunquam deſit, idque centies, imò millies millies, ſi opus fuerit, [illegible] ſupernacaneis [illegible] rebu[s], quæ potiu[s] impedimenta quàm commoda dici debent. Hæc autem commoditates tanquam additamenta erunt iis qui Chriſtum ſequuntur: magna tamen erunt & oportuniſſima, ſed illud ſummum erit, quòd vitam æternam poſſidebunt, hæreditate à Deo accepta per Chriſtum caput Eccleſiæ legitimum hæredem, cuius facti erunt membra vera Spiritu ſancto in illos immiſſo, qui eſt pignus hæreditatis eorum. Illud præterea [illegible] noui Teſtamenti hominibus, qui Chriſtum ſecuti aſſecuti[que] fuerint ex Dei dono & miſericordia, quòd [illegible] primi omnium teſtes huius beneficij à Deo anteà promiſſi, & iam hominibus præſtiti. Sed hæc ratio in proximo capite exactius exponitur, & nobis erit aliàs fuſius explicanda, Deo id proſpiciente.

Caute lege, quod hic de seculari quadam conditione et [illegible] vitæ ante mortem Christi [illegible] novi testamenti [illegible]



minis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & Luc. 22.c.30.
vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes
duodecim tribus Iſrael. 29 Et omnis
qui reliquerit domum, vel fratres, aut
ſorores, aut patrem, aut matrē, aut vxo-
rem, aut filios, aut agros propter nomen
meum: centuplum accipiet, & vitam æ-
ternam poſſidebit. 30 f Multi autē erunt Inf. 20.b.16. Mar. 10. ... 
primi, nouiſſimi: & nouiſſimi primi. Luc. 13.f.30.

## CAP. XX.

Simile a eſt* regnum cælorū homini pa- * enim in M.S.C.S.
trifamiliâs, b qui exiit primo manè cō- A
ducere operarios in vineā ſuam. 2 Con-
uentione autem facta cum operariis ex
denario diurno, miſit eos in vineam ſuā.
3 Et egreſſus c circa horam tertiam, vidit
alios ſtantes in foro otioſos, 4 & dixit il-
lis, Ite & vos in vineam*: & quod iuſtū * meam ... Hier. eq.
fuerit, dabo vobis. 5 Illi autem abierūt.
Iterum autem exiit circa ſextam & no-
nam horam: & fecit ſimiliter. 6 Circa
vndecimam verò exiit, & inuēnit alios
ſtantes, & dicit illis, Quid hìc ſtatis tota
die otioſi? 7 Dicunt ei, Quia nemo nos
conduxit.

f *Multi erunt primi.*] Hunc locum ſi ad Græci & Latini exemplaris normā rectè diſpunxerimus, iam facilè ex ſuperiori annotatione explicabimus. Eſt autem hæc loci huius ſententia, cùm de vita æterna ab iis qui mundo & mūdi commoditatibus propter Chriſtum renunciant, obtinenda, mentio facta fuerit, animantur noui Teſtamenti homines, vt Chriſtum eò alacriùs quærant & ſequantur, quòd ipſis etiā in hac vita, paratum ſit illud maximum Dei donum æternæ vitæ, non ſolùm fide & ſpe, vt antiqui olim ſancti habuerunt, re autem ipſa poſt hāc mortalem corporis vitam, Chriſti morte & reſurrectione cōparatū adepti ſunt. Quidā etiam ex Chriſtianis noſtrorum temporum non alio modo quàm ab antiquis illis hoc donū obtineri poſſe putant, hoc eſt, in hac vita per fidem tantùm, poſt mortem verò re ipſa & poſſeſſione: ſed hi magnificentius ſentirent de Teſtamenti noui hominibus, ſi ſcirent virtutem Dei & donum eius, & ſcripturas quas iactāt ſibi notiſſimas. Hìc autem hæc ratio omnis à Chriſto exponitur apertiſſimè, dicente, *Quòd multi erunt primi* & quanquam fuerint primi & multi, tamen erunt nouiſſimi in recipiendo vitæ æternæ præmio namque illos tempore præibunt nouiſſimi, id eſt, noui Teſtamenti credentes & obedientes.

CAP. XX.

a *Simile eſt regnum.*] Quod ad hanc rationem præmij & mercedis ſpectat, cùm agitur de ſpiritu illo ſanctificationis, quem qui obtinent à Deo, ciues ſanctorum dicuntur & domeſtici Dei, atque regni cælorum filij, non ſolùm fide & ſpe, ſed rei veritate ac poſſeſſione viuque ipſo. Collatis noui cum veteris teſtamenti cultoribus fidelibus, ita res habet. Similitudinis arcana explicatio illa eſt.

b Deus conſtituto iam mundo, ac promiſſione ſalutis facta, eccleſiam ſuā conſtruxit, quam vineę nomine & ſimilitudine ſacræ ſignificant literæ: ad eam excolendam operarios vocauit quotquot inuenit, qui ſuæ vocationi credere & parere voluerunt. à tempore igitur Adæ vſque ad Noe ætatem fuēre operarij, quibus fidei & pietatis exercitę præmium diuina liberalitate benigniſſimè eſt conſtitutum. Exijt autem Adam vt operaretur terram de qua aſſumptus eſt, huc pertinet illud myſterium à Moſe ſatis adnotatum. Exierunt etiam omnes qui ab Adam vſque ad Noe pietatem coluerunt.

c *Circa horam tertiam.*] A ſalute ex diluuio reſtituta vſque ad Abrahamum hora tertia huius diei mundi enumeratur. hoc tempore gentilitas viguit, nondum erat lex, ſtabant homines in mundo ... ſed cùm cognouiſſent Deum, qui illos ad virtutis cultum vocaret, humanam imperfectionem Dei auxilio & gratia indigere, ipſi etiam ſine lege, partim inſpirationibus arcanis, partim vocatione Dei adducti, colebant eiuſ vineam. In ſuēre Noë atque illum imitati filij omnes pij, quicunque vſque ad Abrahā fuerunt. Horam ſextam ab Abrahā vſque ad Moſen interpretamur. Horā verò nonā & decimā à Moſe vſque ad Euangelij lucē, quæ vndecima hora eſt, hoc eſt, ſeculorū omnium antecedentium finis. vt D. Paulus docet. Hoc tempore illi etiam vocati ſunt, qui per totam diem otioſi fuerant in mundo, id eſt, gentes, qui ſine promiſſione, ſine lege, ſine Deo viuebant, alienati à vero pietatis cultu, cuiuſmodi multæ nationes à diluuij temporibus in errore & tenebris perſeuerauerant. Multæ etiam oues ex domo Iſrael perierant: hos vocauit Dominus per Euangelium: & omnes qui hoc tempore crediderunt, & obedierūt, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gentibus, ad eandem referuntur horam vndecimam, id eſt, ad ſæculorum finem.

*meam MS. eq. *Addunt hic quoque G. et S. Et, quod iuſtum fuerit, accipietis.*

conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineā*.
8 d Cùm ſerò autem factum eſſet, dicit
dominus vineæ e procuratori ſuo, Voca
B operarios, & redde illis mercedem, inci-
piens à nouiſſimis vſque ad primos.
9 Cùm veniſſent ergo qui circa vndeci-
mam horam venerant, acceperunt ſin-
gulos denarios. 10 f Venientes autem &
primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent ac-
cepturi: acceperunt autem & ipſi ſingu-
los denarios. 11 Et accipientes murmu-
rabant aduerſus patremfamiliâs, 12 di-
centes, Hi nouiſſimi vna hora fecerunt:
& pares illos nobis feciſti qui portauim9
pondus diei & æſtus. 13 At ille reſpon-
dens, vni eorum dixit, Amice, non facio
tibi iniuriam: nónne ex denario conue-
niſti mecum? 14 Tolle quod tuum eſt,
& vade: volo autem & huic nouiſſimo
dare ſicut & tibi. 15 Aut non licet mihi
quod volo, facere? an oculus tuus ne-
quam eſt quia ego bonus ſum? 16 Sic
erunt nouiſſimi, primi: & primi, no-
uiſſimi. g Multi enim ſunt vocati: pauci

*Sup. 19. d. 30. Mar. 10. e. 38 Luc. 13. f. 31.*

d *Cùm ſerò autem factum.*] Finitis iam ſæculis omnibus, quibus negotium vineæ conſtituendæ & omnino perficiendæ abſolutum erat. namque temporum integra ratio non antè perfecta atque conſummata fuit, quàm Chriſtus ſacrificium ſui Deo obtuliſſet. tunc ſæculorum expectatio omnis, & vaticiniorum oracula conſummata ſunt.

e *Procuratori ſuo.*] Filius Dei Chriſtus Dei patris procurator eſt, per quem maxima & pretioſiſſima nobis promiſſa donata ſunt, ait D. Petrus, In quo omnia, & per quem omnia. Hic vitæ æternæ denarium, hoc eſt, ſui & patris cognitionem inenarrabilem, etiā in carne exiſtentibus noui Teſtamenti hominibus, non paucis qui in vinea operam ſuam poſuerunt, per Spiritum ſanctum, quem in illos effudit, mercedem à patre conſtitutam reddidit, vt Apoſtolis & aliis ſanctis ante dormitionem.

f *Venientes autem & primi.*] Quod de querela & murmuratione hic depingit Magiſter, ad ſimilitudinē ipſam referendum eſt, non ad ſignificationem ſimilitudinis. in ſimilitudine enim, vt vinea, vt paterfamiliâs, vt horæ, &c. ex communi vſu & conſuetudine ſumuntur: ita etiam operarij, qui quòd homines erant è medio vulgo, inuidere poterant iis qui meliore cōditione fuiſſent affecti, vt ferè ſemper accidit. In re autem per ſimilitudinem ſignificata, referenda eſt oratio ad Chriſti propoſitum: id autem fuerat oſtendere ſingularem Dei gratiam, benignitatem & miſericordiam erga noui Teſtamenti homines, qui cùm poſtremi veniſſent, primi omnium denariū acceperint, & teſtimonium reddiderint diuinæ veritatis erga eos qui ſibi credere obedireque voluerint; quam gratiam & ſi non inuidere ſancti veteris Teſtamenti noſtri temporis ſanctis poſſint, eo quòd ſancti ſint, & à vitio in altero ſæculo alieni, tamen admirari potiorem conditionem horum ſanctorū poſſunt, atq; agnoſcere diuinam erga eos liberalitatem, & ſingularem electionem in hac parte, & arguere ac reprehendere deſidiam, ingratitudinem & malitiam eorum qui in hanc auream ætatem inciderint, ſi tantum Dei beneficium cognoſcentes, tamen vocantis voluntatem ſequi atque poſtulatam operam in vinea ponere neglexerint. Itaque ex hoc loco probatur Dei miſericordia in vocandis omnibus, eiuſdem fides & veritas in mercede omnibus reddenda, ſingularis gratia & electio in noui Teſtamenti hominibus hoc beneficio primùm afficiendis. Non enim facit iniuriam primis, cùm illis reddat quod promiſit; facit autem benignitatem, vt ita loquamur, ſingularem, quòd aliis tantundem reddat, idque iuſtum ipſis reddere ipſe conſtituerit, etiamſi illis non expoſuerit adeò clarè atque aliis primis. facit etiam liberalitatem ſingularem, quòd his primùm reddat, hoc eſt, ab his incipiat. aliquos enim oportuit eſſe primos. quòd nouiſſimos primos eſſe voluerit in accipienda mercede, electionis liberæ fuit, & cuiuſdam ſingularis gratiæ, vt diximus, atque bonitatis diuinæ, qui cùm erga illos vocandos miſericordem, præmio afficiendos, iuſtum ſe præbuerit; erga hos etiam vocandos miſericordem præmio afficiendos, iuſtum quoque ex propoſito conſilioque ſuo, aliis verò anteponendos miſericordiſſimum atque benigniſſimum ſeſe oſtenderit. hoc eſt quod paterfamiliâs dicebat, *Quia ego bonus ſum?*

g *Multi enim ſunt vocati.*] Ab initio mundi ad finem vſque multi vocati ſunt ad vineam, propoſita vitæ æternæ mercede ex miſericordia vocantis, & amore erga genus humanum. ſed ex omnibus qui vocati ſunt (ſunt autem multi vocati qui vocanti paruerunt, & in promiſſionis ſpe & fide erga vocantis benignitatem iniunctam ſibi operam ſubierunt) ex iis, inquam, multis

**pauci nimirum ex ea portione quæ ad vndecimam horam vocata eſt, electi ſunt, vt viuum & verum teſtimonium darent in terris miſericordiæ illius maximæ atque veritatis cōſtantiſſimæ Dei, de qua ſcriptum eſt, Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſeruus meus quem elegi, vt ſciatis & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipſe ſum [qui promiſeram] ecce adſum. Itaque hæc electio ad ſingularem gratiam hominibus noui Teſtamenti factam refertur. Vocatio ad omnes vocatos & vocationi audientes, quibus ſatisfactum etiam eſt abundè.**

verò electi. 17 [a] Et aſcendens Ieſus Iero- Inf. 22. b. 14. Mar. 10. e. 32
ſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipu- Luc. 18. f. 31
los ſecretò, & ait illis, 18 Ecce aſcēdimus C
Ieroſolymam, & filius hominis tradetur
principibus ſacerdotum & Scribis, &
condemnabunt eum morte, 19 & tradēt
eum Gentibus ad illudendum & flagel-
landum, & crucifigendum, & tertia die
reſurget. 20 [b] Tunc acceſſit ad eum ma- Mar. 10. f. 35
ter filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, ad-
orans & petens aliquid ab eo. 21 Qui
dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeant
hi duo filij mei, vnus [c] ad dexteram tuam,
& vnus ad ſiniſtram in regno tuo.
22 Reſpondens autem Ieſus, dixit, Neſci-
tis quid petatis. [d] Poteſtis bibere calicem
quem ego bibiturus ſum? Dicūt ei, Poſ-
ſumus.

**a** *Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam.*] Confirmat diſcipulorum animos ad ſpem regni obtinendi poſt ſuum illud certamen iam ſæpius prædictum, & ad expectationem reſurrectionis ſuæ breui ſucceſſuræ poſt mortem; ſimul & fidē ipſorum vtpote tūc infirmorum munit aduerſus tentationem & ſcandalū, prædictione repetita totius certaminis per ſingulas partes ſibi cogniti ipſiſq; expoſiti.

**b** *Tunc acceſſit ad eum.*] Duo illi diſcipuli matrem ſubmiſerunt, quæ materno affectu & neceſſitudinis cum Ieſu auctoritate ambitioſè peteret id quod nec ipſa nec illi ſciebant: nimirum auctoritatem ac dignitatem ipſi Ieſu proximam in regno, quod quanquam ſæpè Ieſus cælorum appellaſſet, tamen illi priuatum aliquod regnum terrenum ſomniabant ambitioſo gentium ac mūdi more maieſtate illuſtre ideò dicebat mater, *In regno tuo.* & illi apud Marcum dicebant [illegible] *in tua.*

**c** *Ad dexteram, &c.*] Lege noſtrum librum De actione, quem inſcripſimus Ieremiam.

**d** *Poteſtis bibere calicem.*] Perperam inſtitutam petitionem redarguens corrigit Ieſus, oſtenditque, ſiue de rebus cæleſtibus agatur, vt agi oportuerat ab illis fratribus, ſiue de [illegible]is, non ſapienter agere eos qui publica munia & miniſteria ambiunt, perinde ac ſi ipſi ſciant quantum præſtare efficereque poſſint. ſatis enim eſt vt ſe quiſq; virum bonum & integrum ſanctumque eſſe velit & curet, atque hanc cogitationem, curam, hocque ſtudium, hanc adeò contentionem exigi à ſingulis hominibus, quantum ad propriam vniuſcuiuſque virtutem ac ſanctitudinem obtinendam facit. Cætera verò quæ ad miniſteriorum & miniſtrorum electionem ſpectant, Deo permittenda ſunt, & ſuperiorum iudicio atque electioni, quibus cura eſt diſpicere quinam cui muneri idonei eſſe videantur. Hoc commune documentum in genere indicauit Ieſus, ſignificans duobus fratribus non rectè conceptum fuiſſe votum rei ad ſuam curam non pertinentis, nulla mentione facta eius rei, quam maximè ipſis curari expediebat. Namque illud illis imprimis optandum fuerat, vt Ieſu ipſi, quem regem futurum ſperabant, quam ſimillimi efficerentur: quòd ſi tales euaderent, inde eueniret vt Deo eſſent gratiſſimi: ex illa autem Dei gratia quid ſibi maximè conueniret, quid muneris, oneris, dignitatis, auctoritatis eſſet ſubeundum, proſpectum iri ſperare poterant. Hoc igitur illos monet Ieſus, vt imprimis illud petant, atque ad id ſeſe parent & animent, vt poſſint bibere calicem quem bibiturus ſit ipſe, id eſt, vt ſocij fiant paſſionum, certaminis & mortis ſuæ: ex qua ſocietate paſſionum conſequutura etiam erat ſocietas reſurrectionis. Hoc alias ſignificauerat Ieſus, cùm de cruce vnicuique tollenda verba fecerat, illi verò non ſatis hæc myſteria capiebant, quanquam ſtuditer admodum ſe id capere & cupere iactarent, *Poſſumus*, inquiunt: id eſt, parati ſumus ad eam rem, & prompto animo id cupimus. Nec tamen ſatis quæ dicerent & affirmarent intelligebant, ſed de ea re quam ipſe Ieſus illis omnibus ve diſcipulis obedientibus ſibi comparare adornabat, illis pollicetur. *Calicem* (inquit) *meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam vel ſiniſtram non eſt meum dare* [illegible], cognationis aut neceſſitudinis gratia. Certa ratio decreta eſt à Patre meo eorum quibus miniſteria parantur credenda ipſe enim eligit ad hæc miniſteria quos vult pro conſilij ſui ratione. Itaque à ſua ſalute & redemptione nemo per Chriſtum excluditur, niſi is qui ſua culpa ſeſe excluſerit. Communis enim eſt vocatio hominum ad ſalutem, ſi illi vocanti Deo credere obedireque voluerint. Electio verò ad miniſteria non eſt promiſcua omnibus; nec ſingulorum voluntatem, ſed Dei conſilium ſequitur. Ita Ieſus dicebat Apoſtolis alio in loco, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, vt eatis & fructum afferatis.*

ſumus. 23 Ait illis, Calicem quidem
meum bibetis: ſedere autem ad dexterã
ᵃvel Msq. meam ᵃ& ſiniſtram, non eſt meum dare
vobis: ſed quibus paratum eſt à patre
Marc.10.f.41 Luc.22.c.25. meo. 24 Et audientes decem, indignati
ſunt de duobus fratribus. 25 ᵉIeſus au-
tem vocauit eos ad ſe: & ait, ᶠScitis quia
D principes gentium dominantur eorum:
& qui maiores ſunt, poteſtatem exercent
in eos. 26 ᵍNon ita erit inter vos. ſed
quicunque voluerit inter vos maior fieri,
ſit veſter miniſter: 27 & qui voluerit in-
ter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.
Phil.2.a.7. 28 Sicut filius hominis non venit mini-
ſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam
ſuam redemptionem pro multis. 29 Et
Marc.10.g.46 Luc.18.f.35. egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt
eum turba multa: 30 & ecce duo cęci ſe-
dentes ſecus viam, audierunt quia Ieſus
tranſiret: & clamauerunt, dicentes, Do-
mine, miſerere noſtri, fili Dauid. 31 Tur-
ba autem increpabat eos vt tacerẽt. At
illi magis clamabant, dicentes, Domine,
miſerere noſtri, fili Dauid. 32 Et ſtetit
Ieſus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis
vt faciam vobis? 33 Dicunt illi, Domi-
ne, vt aperiantur oculi noſtri. 34 Mi-
ſertus autem eorum Ieſus, tetigit oculos
eorum. Et confeſtim viderunt, & ſecuti
ſunt eum.

CAP. XXI.

Marc.11.a.1. Luc.19.d.20. ET cùm appropinquaſſent Ieroſoly-
mis, & veniſſent Beth-phage ad Mõ-

e *Ieſus autem vocauit eos.*] Decem Apoſtolos ægrè ferentes duorum fratrum ambitioſam petitionem, vocauit Ieſus ad ſe, vt propoſita ſui miniſterij & reipublicæ adminiſtrationis ratione, ab omni ambitione aliena, mitigaret ac reconciliaret.

f *Scitis quia principes.*] Vos ideò ægrè fertis iſtorum petitionem, quia vobis finxiſtis monarchiam aliquam à me inſtituendam, ſimilem gentium regnis & tyrannidi. qui enim gentibus præſunt, non proponunt ſibi eorum quibus præſunt vtilitatem & commoditatem, vt totius miniſterij ſui ſcopum, ſed ſeipſos proponunt ſuamque ambitionem, cui ſeruire alios cogunt, tum legibus, tum vi. Atque ita principes viri dominantur in gentes ipſas, quarum principes ſunt conſtituti. inter principes verò ipſos qui magni ſunt, auctoritate vtuntur etiam in alios principes qui nõ ita edito gradu ſunt, adeò vt principatus & magnitudo, dignitas & amplitudo ex dominandi & imperandi auctoritate definita ab illis non aliam menſuram, quàm imperandi facultatem habeat: & cùm hoc ſciatis, exiſtimatis vos ad hanc normam fore iudices, quòd me promittente acceperitis vos ſeſſuros ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. itaque iam vobis fingitis Iſraelis tribus veſtro imperio fore ſubiiciendas, ad ambitioſæ maieſtatis & auctoritatis exercendæ materiam. atque ideo cùm videritis hos duos de dextero ac ſiniſtro loco agentes, iniquo animo fertis, quòd iam illi vobis præferri cupiunt, atque ex conſequenti imperare. Sed cũ intellexeritis meam inſtituendæ reip. rationem, tantum abeſt vt illis inuideatis expetitum locum, vt miſereri etiam poſſitis, vtpote minimè ſcientibus quid petierint.

g *Non ita erit inter vos.*] Præſtantiæ ratio non ad commoditatem perſonæ ipſius, ſed ad laborem potius, diligentiam, curam & ſedulitatem referenda eſt, ita vt quicunque voluerit inter vos maior fieri, eſſe debeat, & ſit veſter miniſter: & qui primus omnium id petat, quamuis non intelligat, vt ſit ſeruus veſter. Non ergo debetis illis iraſci quòd petierint, id quod ſi conſiderent, illis eſſet magni laboris & negotij, vobis verò honoris & commodi cauſa. Eius autem rei exemplū ſtatuo in me, qui huius regni ſummus princeps à vobis credor, & tamen perpetuus & laborioſiſſimus omniū miniſter ſum, atque adeò veſtra cauſa meipſam vitæ ad mortem omnibus laboribus impendo. Igitur qui proximus mihi eſſe velit, ad mei imitationẽ ſeſe comparare, atque quàm proximè accedere velle præſtetur.

CAP. XXI.

a *Dicite quia Dominus his opus habet.*] Diuina auctoritas hac ratione aſſeritur Chriſto regi. oſtenditur autem cuiuſmodi regni rex ille ſit, videlicet non terreni: rerum enim terrenarum nihil ille poſſidebat, auctoritatem autem exercebat pullo ad breuem vſum poſtulato, idq́ue commodato: ex quo tamen nihil incommodi aliis afferretur; nam pullus nulli adhuc vſui fuerat, vt carere etiam illa hora poſſeſſor poſſet.

b *Ecce rex tuus.*] Tantum illa vectio Chriſti ad hoc ſeruiebat, vt cõſpicuus cunctisq́ue cognoſcendus ille ingrederetur, ſeq́ue eſſe eum oſtenderet, quem & qualem oracula prædixerant, obſeruandumq́ue ſignificauerant.

c *Pullu filium ſubiugalis.*] Hebraiſmus eſt, quo ſignificatur pullus nondũ ſeparatus à matre ad vſum aliquem, nec domitus vt ſeſſorem antea paſſus. ita vt qui primus in illo inſidens venerit, is ſit quem oracula indicauerant, nec alius pro eo ſupponi accipiq́ue poſſit. Quanquam enim aſina cum pullo adducta ſit, tamen Ieſus pullo ſoli inſedit, vt alij Euãgeliſtæ narrant. & pullus indomitus compoſito greſſu viam confecit, vt hac etiam parte miraculũ eſſet, quod veritatem vaticinio conſonam indicaret.

d *Strauerunt veſtimenta ſua.*] Lege librum noſtrum De actione ſiue Ieremiam inſcriptum.

e *Hoſiaghnah.*] Spiritu ſancto impulſi hominum animi, carmen occinebant editum regni Dauidis gratia, in plauſum & bonam precationem perpetuitatis & fauſtitatis regno & regi cupitę.

f *Commota eſt vniuerſa ciuitas.*] Hoc fuerat conſilium Dei, vt Ieſus propheta cognitus à multis, auditus à plurimis, nunc regio plauſu ſalutatus regni Dauidici Rex in nomine Domini ingreſſus publicè agnoſceretur, de quo vt hoc iam implebatur, cætera etiam quę ſcripta erant, expectari, obſeruari, impletaq́ue agnoſci oportebat.

g *In templum Dei.*] Quia in nomine Domini veniebat Ieſus Propheta & Rex agnitus & exceptus, miniſterium ſuum exercere cœpit, auctoritate regia eiiciens eos, qui ex templo Dei ſpelũcam latronum fecerant: & prophetico etiam more atque officio voluntatem Dei declarat, additq́ue facti ſui rationem ex diuinis ſcriptis.

h *Vendentes & ementes.*] Mos fuerat vt venientes in templum aliquid afferrẽt ſacrificij cauſa: is mos partim Leuiticæ legis inſtituto, partim vſu & conſuetudine obtinuerat, vt frequẽtior eſſet quàm olim fuerat. ſed quia multi peregrè venientes non poterant commodè pecora, columbas, & farra, aliamq́ue ſacrificiorum materiam ſecum afferre, Scribarum diſciplina & interpretatione conſtitutum erat, vt ſi quis in ſuo loco venderet ouem, bouem, triticum, &c. quod ex lege vel ex voto offerre debebat, poſſet Hieroſolymis ex eadem pecunia, aut aliquanto maiori

tem olineti, tunc Ieſus miſit duos diſci-
pulos, 2 dicẽs eis, Ite in caſtellum quod
contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinã
alligatam & pullum cum ea: ſoluite, &
adducite mihi: 3 & ſi quis vobis aliquid
dixerit, [a] dicite, quia Dominus his opus
habet: & confeſtim dimittet eos. 4 Hoc
autem factum eſt vt adimpleretur quod
dictum eſt per prophetam, dicentem,
5 Dicite filiæ Sion, [b] Ecce rex tuus venit *Iſa.62.a.11.*
tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam *Zach.9.b.9.* *Ioh.12.b.15.*
& [c] pullum filium ſubiugalis. 6 Euntes
autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit
illis Ieſus. 7 Et adduxerunt aſinam &
pullum: & impoſuerunt ſuper "eos" ve- " eum MS.
ſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fe- *ſed contra* ... s.
cerunt. 8 Plurima autem turba [d] ſtraue-
runt veſtimenta ſua in via: alij autem cę-
debant ramos de arboribus, & ſternebãt
in via: 9 turbæ autem quæ præcedebant
& quæ ſequebantur, clamabant, dicẽtes,
[e] Hoſanna filio Dauid: benedictus qui *Pſ.117.d.25.*
venit in nomine Domini: hoſanna, in al- *Marc.11.a.* *Luc.19.f.38.*
tiſſimis. 10 Et cùm intraſſet Ieroſolymã,
[f] commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens,
Quis eſt hic? 11 Populi autem dicebant,
Hic eſt Ieſus propheta, à Nazareth Gali-
læ. 12 Et intrauit Ieſus [g] in templum Dei, *Mar.11.b.* *Ioh.2.* ...
& eiiciebat omnes [h] vendentes & emẽtes
in tem-

argento ſimilem materiã emere & offerre, idque exiſtimaretur perinde valere ac ſi ex proprio agro aut fundo allatum eſſet. Id decretum & oblationum adauxit numerum, & huiuſmodi rerum venditoribus, ad auaritiam & lucrum commoditates attulit maximas. Non enim ſatis oportuna ad mercatum viſa ſunt fora publica, plateæ & compita ac macella, cæteraque vrbis loca; ſed in ipſa templi atria negotiatio eſt inducta vſque ad manifeſtam profanationem. Quod autem de menſis numulariorum hic indicatur, ſic habet: Quædam ex his quæ offerebantur minoris conſtabant, quædam pluris: deinde quædam in certa monetæ ſpecie offerebantur, partim ex inſtitutione antiqua, partim ex traditione. Vt ergo nulla eſſet quæ oblationum frequentiam impedire poſſit difficultas, Scribarum interpretatione ſancitum eſt, vt vnuſquiſque ex ſuo loco deferret nummos vel argenteos, vel aureos, vel cuſos vel non cuſos, pro ſingulorum commoditate. eſſent autem Hieroſolymis menſæ & menſarij, à quibus permutatione accipi poſſet nummorum genus, quo ex lege vel traditione vti oporteret. Hæc omnia ſunt expreſſe tradita in lib. Miſnaioth, vt aliàs ſigillatim exponemus.

in templo, & menſas numulariorum, &
cathedras vēdentium columbas euertit:
Deu.14.d.25 Luc.19.g.45. Iſa.56.a.7. Ier.7.b.11. Mar.11.c.18 Luc.19.g.47 13 & dicit eis, Scriptum eſt, Domus mea,
domus orationis vocabitur: vos autem
feciſtis illam ſpeluncam latronum. 14 Et
acceſſerũt ad eum cæci, & claudi in tem-
plo: & ſanauit eos. 15 [a] Videntes autem
principes ſacerdotum & Scribæ mirabi-
B lia quæ fecit, & pueros clamãtes in tem-
plo, & dicentes, Hoſanna filio Dauid: in-
dignati ſunt, 16 & dixerũt ei, Audis quid
iſti dicunt? Ieſus autem dixit eis, [b] Vtique.
Pſal.8.a.3. núquam legiſtis, Quia ex ore infantium
& lactentium perfeciſti laudem? 17 Et
relictis illis, abiit foras extra Ciuitatem
in [c] Bethaniã: [d] ibique manſit. 18 [e] Manè
autem reuertens in Ciuitatem, eſuriit.
Mar.11.b.13 19 [f] Et videns fici arborem vnam ſecus
viam, venit ad eam: & nihil inuênit in ea
niſi

a *Videntes autem princ. ſacerd.*] Mirabilia à Ieſu facta fuerunt, tum quòd tanta auctoritate & efficientia negotiatores omnes templo eiecerit, tum etiam quòd aliorum operum exempla in tēplo ediderit, quæ propriè ad tēpli ſanctitatem pertinebant, cuiuſmodi erant curationes & ſanationes, quæ cùm diuina virtute profectæ eſſent, idque in templo, fidem faciebant, illam expulſionem negotiatorum, & illam ſanctificationem & exercitationem pietatis, gratam eſſe Deo. His accedebant voces puerorũ, qui diuino impulſu excitati, acclamabant illam ſacram precationem, idque in templo, vbi pueri nõ ſolent clamare, niſi excitati; ita vt illa acclamatio plauſus quidam eſſet regis regnum ineuntis, & probatio atque celebratio rerum geſtarum, hoc eſt, mali expulſi, & boni aſſerti. eſt enim hoc regis officium.

b *Vtique, nunquam legiſtis.*] Manifeſtè docet Ieſus pueros illos, vt ſimpliciſſimos, & ab omni prauo affectu alienos, impulſos eſſe diuinitus ad acclamandum ſibi, teſtandumque ſe eſſe regem filium Dauid, qui veniſſet in nomine Domini. ſolenne enim eſſe Deo huiuſmodi teſtibus ſuam laudem manifeſtare & probare, inimicis ſuis & improbis hominibus vel inuitis, idque diuino etiam ſcripturæ ſacræ teſtimonio oſtendit.

c *Bethania.*] Caſtellum erat ad radices montis oliuarum ad Orientē Hieroſolymorum, paucis domibus frequens, in quibus domus etiam Simonis leproſi erat, ad quem aliquando diuertit Ieſus: illinc arbitramur fuiſſe deductum pullum aſinæ.

d *Ibique manſit.*] Illa nocte diuerſatus eſt, vt occaſionem auferret ſuis aduerſariis cogitandi & ſuſpicandi ſe tanto plauſu exceptum à ciuibus velle moliri aliquid noctu, aut agere cum illis occultè de occupanda vrbe, aut regno terreno ineundo, cuiuſmodi vana multa in mentem veniebāt illis hominibus. quidquid enim ille faciebat, palam & in media luce faciebat, oſtendens omni exemplo ſuum regnum non eſſe ex hoc mundo.

e *Manè autem.*] Summo diluculo redit Ieſus in vrbem, magna cura præſtandi muneris ſibi à Deo commiſſi: adeò vt pridie non cœnauerit, perpetua, vt ſolebat, oratione & precatione occupatus. Oportet enim tam frugalem diu ieiunum permanſiſſe, qui ſic tempeſtiuè eſuriret.

f *Videns fici arborē.*] Typum eſſe voluit Ieſus illam ficũ Iudaici populi, quem tandiu Deus expectarat, colendum, fouendumque curauerat, & tamen quo tempore gratum fructum petere ab illo oportuit, ipſe idem veniens non inuenit: neque aliud quàm folia, nudam & ieiunam religionis ſpeciem omni pietatis veræ virtute carentem. Non enim hoc loco res ipſa in ſe, ſed in ſignificatione eſt conſideranda. Nihil enim culpæ aut vitij in illa ficu naturali erat: non enim erat tempus ficuum, vt Marcus ait. Martius enim menſis erat.

niſi folia tantùm: & ait illi, [a] Nunquam
ex te fructus naſcatur in ſempiternum.
Et areſacta eſt continuò ficulnea. 20 [b] Et
videntes diſcipuli, mirati ſunt, dicentes, *Mar. 11. c. 20*
Quomodo continuò aruit? 21 Reſpon-
dens autem Ieſus, ait eis, Amen dico vo-
bis, [c] ſi habueritis fidem, & non hæſita-
ueritis, non ſolùm de ficulnea facietis,
ſed & ſi monti huic dixeritis, "Tolle' & " *Tollere* G. S. " *iactare* ε.
"iacta te' in mare: fiet. 22 [d] Et omnia *Sup. 7. a. 7.* *Mar. 11. c. 24* *Ioh. 15. b. 7*
quęcunque petieritis in oratione creden- *1 Ioh. 3. d. 22.*
tes, accipietis. 23 Et cùm veniſſet in tē-
plum, acceſſerunt ad eum docentē prin-
cipes ſacerdotum & ſeniores populi, di-
cētes, [e] In qua poteſtate hæc facis? Et quis *Mar. 11. d. 28* *Luc. 20. a. 1.*
tibi dedit hanc poteſtatem? 24 Reſpon- C
dens Ieſus dixit eis, [f] Interrogabo vos &
ego vnum ſermonem: quem ſi dixeritis
mihi, & ego vobis dicam in qua poteſta-
te hæc facio. 25 Baptiſmus Iohānis, vn-
de erat? è cælo, an ex hominibus? At illi
cogitabant inter ſe, dicentes, 26 Si dixe-
rimus, è cælo, dicet nobis, [g] Quare ergo
non credidiſtis illi? Si autem dixerimus,
ex hominibus: timemus turbam. omnes *Sup. 14. a. 5.*
enim "habent' Iohannem ſicut prophe- " *habebant* MSQ. *H.* *Mar. 6. c. 20.*
tam. 27 Et reſpondentes Ieſu, dixerunt,
Neſcimus. Ait illis & ipſe, Nec ego dico
vobis

a *Nunquam ex te fructus naſc. in ſemp.*] Diuini iudicij ſententia ſynagoga illa deuota à Ieſu fuit, atque perpetuę ſterilitatis damnata, vt nihil operis iam poſthac ex illa in illo ſtatu extare poſſet, quod Deo gratū acceptumq́ue foret, ad ſalutiſque vſum conferret. Fuit autem hæc imago rei non multos poſt dies efficiendæ. Non enim ex illo die reprobata ſtatim fuit ſynagoga, quāquam iam ægrotabat morti proxima: reprobata autem & areſacta fuit omnino paulò poſtquā Spiritus ſanctus à Chriſto publicè miſſus eſt in diſcipulos. ſed hoc exemplo re ipſa oſtenſo, & aliis pluribus orationibus, ſermonibus & actionibus calamitatem Iudęis impendentem denuntiabat Ieſus, idq́ue ſummo ſtudio eos ad ſanam mentem reuocandi.

b *Et videntes diſcipuli.*] Altera die viderunt diſcipuli ficum areſactam, & mirati ſunt tam celerem à radicibus imis areſactionem.

c *Si habueritis fidem.*] Fides Dei eſt quam commendat hoc loco Chriſtus, vt Marcus definit. Eſt autem fides Dei ea quæ per Spiritum ſanctum augetur iis qui Chriſti membra facti ſunt Dei done. hac qui habent in nomine Chriſti orare & petere poſſunt, quia Chriſtum in ſe habent.

d *Et omnia quæ petieritis.*] Credentes hac fide amplificata, agnoſcunt quid & quando petendum ſit. quam ob rē ſemper impetrant.

e *In qua poteſtate.*] Coniunctam doctrinam cum munere, vetandi, prohibendi, interdicendi, nimiam licentiam interpretatur illud concilium quod ſibi arrogabat auctoritatē omnem in rebus ad religionem pertinentibus. tentátque ſeditionis Ieſum notare huiuſmodi argumēto: Omnis auctoritas miniſterij vel à Deo eſt, vel ab ordinariis & legitimè præpoſitis hominibus: oportet igitur vt tu indices ex vtranam parte auctoritatem iſtam obtinueris: illorum illa erat calliditas. Si dixerit, à Deo, ſemper obiectum eſt illum non dediſſe ſignum de cælo. ab hominibus non dicet, quia nobis, qui præpoſiti ſumus, inuitis & nolentibus hæc facit.

f *Interrogabo ego & vos.*] Ieſu ſapientia callidos in calliditate ſua capit. Nulla commodior ratio eſt ad eludendos calumniatores & ſophiſtas, eorumq́ue redarguendā fraudem, quàm vt argumentationi argumentatio opponatur eiuſdem omnino formæ, ſed argumenti irrefragabilis & materiæ plauſibilis.

f *Quare ergo non credidiſtis illi?*] Quod ſi illi crederetis, non opus eſſet rogare in qua poteſtate hæc facio: nam ille teſtimonium perhibuit de me. Iohannes profitebatur doctrinam pœnitentiæ, denuntiabat remiſſionem peccatorum per Chriſtum, baptizabat in profeſſionem & teſtimonium proximi, inſtantiſque baptiſmi Spiritus ſancti: hæc noua erant illa ætate: & nullum ſignum fecit Iohannes, & tamen creditum eſt illi, & nemo illum prohibuit ex iſto concilio.

vobis in qua poteſtate hęc facio. 28 Quid
autem vobis videtur? [a] Homo quidã ha-
bebat duos filios: & accedens ad primũ,
dixit, Fili, vade hodie operare in vinea
mea. 29 Ille autem reſpondens, ait, No-
lo. Poſteà autẽ pœnitentia motus, abiit.
30 Accedens autem ad alterum, dixit ſi-
militer. At ille reſpondens, ait, "Eo' do- [b] Ego.
mine. & non iuit. 31 quis ex duobus fe-
cit voluntatẽ patris? Dicunt ei, Primus.
Dicit illis Ieſus, Amen dico vobis, quia
publicani & meretrices præcedunt vos
in regnum Dei. 32 [b] Venit enim ad vos
Iohannes in via iuſtitiæ: & non credidi-
ſtis ei. publicani autem & meretrices cre-
diderunt ei: [c] vos autem videntes nec pœ-
nitentiam habuiſtis poſteà, vt crederetis
Marc.12.a.1. ei. 33 Aliam parabolam audite: [d] Homo
Luc.20.b.9. erat paterfamiliâs qui plantauit vineam,
Isa.5.a.1.b.5 Iere.2.d.21. & ſepem circũdedit ei, & fodit in ea tor-
D cular, & ędificauit turrim, & locauit eam
agricolis: & peregrè profectus eſt. 34 Cùm
autem tempus fructuum appropinquaſ-
ſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt ac-
ciperent fructus eius. 35 Et agricolę ap-
prehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt,
alium occiderunt, alium verò lapidaue-
runt. 36 Iterum miſit alios ſeruos plures
prioribus: & fecerunt illis ſimiliter.
37 Nouiſſimè autem miſit ad eos filium
ſuum, dicens, Verebuntur filium meum.
38 Agricolæ autem [e] videntes filium, di-

a *Homo quidam.*] Quanquam ſingulariter hoc exemplum videatur ipſorum principum & ſeniorum ac pontificum cauſa eſſe productum, tamen totum Iudaicum populum comprehendit, cuius vicem illi gerebant. nam cõcilium totius olim ſynagogæ perſonã ſuſtinebat. Prior filius eſt populus gentilis, qui leges naturæ accepit à tẽpore Noë, quas tamen neglexit. poſterior filius eſt populus Iudaicus ſiue Iſraeliticus, quemadmodum Eſau & Iacob omnium hominum figura fuerũt in duo ſtudia diuiſorum, vt in oraculo Rebeccæ matri eſt ſignificatum. Filij Iſrael pacto ſancito receperunt in ſe legis & voluntatis diuinæ obſeruãtiam, eam tamen neglexerunt. Gentes quibus nouum pactum non fuit, nec lex nec promiſſio, tamen audito euãgelio ſalutis, & propoſita fide & pœnitentia, obſecuti ſunt vocationi.

b *Venit ad vos Iohannes in via iuſtitiæ.*] Via iuſtitiæ eſt prędicatio fidei & pœnitentiæ, quam qui iniit, iuſtitiam exercet, & ad iuſtificationem à Deo accipiendam ſeſe comparat.

c *Vos autem videntes.*] Cùm vidiſſetis publicanorum & meretricum exemplum, quibus vera fuit pœnitentia, & vitæ morumque correctio, atque iter inſtitutum ad viam iuſtitiæ.

d *Homo erat paterfamiliâs.*] Partium parabolæ ſignificatio breuiter indicata ſic habet, Deus inſtituit Iſraelitas, eorumque ſynagogam, ſanctamque ſibi eſſe voluit: addidit legem illis, addidit tutelam ſuam, ſacrificiorum & cultus commoditatem in templo materiem obedientiæ illis propoſuit, leges publicas & iudicia ciuilia, hoc eſt torcular. Commiſit curam colendæ vineæ regibus, ſacerdotibus, & magiſtratui ſenatuique omni, vnicuique ſuas partes commendans. Serui miſſi vt agerẽt de fructuum conferendorum ratione, fuerunt prophetæ & nuntij Dei. Nam multifariè multiſq; modis olim Deus in patribus locutus eſt per prophetas: locutus autẽ eſt nouiſſimè per filium, quem conſtituit hæredem ſeculorum.

e *Videntes filium.*] Verè viderunt filiũ, qui ſi non veniſſet & locutus eis non fuiſſet, & ſigna non feciſſet quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habẽt de peccato ſuo.

xerunt intra ſe, Hic eſt hæres, venite, oc- *Inf. 26. a. 3. & 27. a. 1. Ioh. 11. g. 53.*
cidamus eum, [f] & habebimus hæredita-
tem eius. 39 [g] Et apprehenſum eum eie-
cerunt extra vineam, [h] & occiderunt.
40 Cùm ergo venerit dominus vineæ,
quid faciet agricolis illis? 41 Aiunt illi,
Malos malè perdet: [k] & vineā ſuam lo-
cabit aliis agricolis, qui reddent ei fructū
temporibus ſuis. 42 Dicit illis Ieſus,
Nūquam legiſtis in ſcripturis, [l] Lapidem *Pſa. 117. c. 22. Act. 4. b. 11. Rom. 9. g. 33. 1. Pet. 2. a. 7. Luc. 20. b. 17. Mar. 12. a. 10.*
quem reprobauerunt ędificantes, hic eſt
factus in caput anguli? A Domino factū
eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris?
43 Ideò dico vobis, quia auferetur à vo-
bis regnum Dei, & dabitur genti facienti
fructus eius. 44 Et qui ceciderit ſuper *Zach. 12. a. 3. Dan. 2. c. 34.*
lapidem iſtum, confringetur: ſuper quē
verò ceciderit, conteret eum. 45 Et cùm
audiſſent principes ſacerdotum & Phari-
ſæi parabolas eius: cognouerunt quòd
de ipſis diceret. 46 Et quærentes eum te-
nere, timuerunt turbas: quoniam ſicut
prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

ET [a] reſpondens Ieſus, dixit iterum in *Luc. 14. d. 16. Apoc. 19. b. 7.*
parabolis eis, dicens, 2 [b] Simile factum A
eſt

f *Et habebimus hæreditatem eius.*] Exiſtimarunt illi miniſtri illam rationem continendæ ſuæ reipublicæ & religionis fore ſibi perpetuam occiſo Chriſto, qui alio modo, quàm ipſi, interpretabatur ac definiebat regnum Dei ea ratione quæ ipſis ad terrenas commoditates relata nimis humilis nimiſque inepta videbatur.

g *Et apprehenſum eum eiecerunt.*] Traditum gentibus eiecerunt extra vineā, atque à ſua communione abdicarunt.

h *Et occiderunt.*] Siquidem non Romanis legibus iata, ſed illorum improbitate, calumnia & importunitate atque populi dementatione extorta fuit ſententia, nec tam ſentētia quàm permiſſio ipſorum voluntati qui illum occidere iam diu cogitauerant, & omni ſtudio conatuque curauerant.

i *Malos malè perdet.*] Manifeſta ipſorum ſententia damnati ſunt malitiæ. Malitia autem excuſationē nō habet.

k *Et vineam ſuam locabit aliis.*] Non deſerit Deus Eccleſiam ſuam, quanquam aliis colendam tradat. itaque malorum miniſtrorum reprobationem cōſequitur bonorum delectus, & vineæ melior & gratior apud Deum cultura & vſus.

l *Lapidem quem reprobauerunt.*] Magnū myſterium cōtinet ille Pſalmus Chriſti eiuſque Euangelij, in quo regnum Dei, & domum Deo gratam & habitandam ædificatum iri prædicebatur: namque illud vnicum fundamentum eſt huius ædificij: quanquam autē hic lapis ab hominibus reprobatus fuerit, exiſtimatuſque ineptus ad ædificationem, tamen in eo conſtat & conſtructa creſcit omnis ædificatio in templum Dei, mirantibus eam rem hominibus, qui putant ſimplicitatē Chriſtianam & crucem Chriſti non conuenire cum rationibus regni, & oportere prudentiam adhibere & calliditatem ad gerendas res: tamen illorum ædificatio ruit cùm ſummo labore inſtituta iam fuerit. Chriſti autem regnum permanet æternum, atque templū illud ſimplicitate Chriſtiana fundatum & conſtructum, perſeuerat cōſtantiſſimum. execrantur autem illi qui reſiſtunt Chriſto & eius Euāgelio, ſiue non recipientes annuntiandum, ſiue annuntiatum & receptum contemnentes: hoc eſt quod ſignificatur illis orationibus, *Qui ceciderit ſuper lapidem, & Super quem ceciderit lapis.* Confringuntur alteri execratione paſſiua, alteri conteruntur reprobatione etiam paſſiua. vtrumque accidit iudicio Dei iuſtiſſimo & manifeſto: de quo aliàs plura & apertiùs diſſerenda ipſe nobis ſuggeret ſperamus.

CAP. XXII.

a *Et reſpondens Ieſus.*] Reſpondere pro exordiri ſæpè ponitur in ſacro ſermone ex Hebraico verbo ענה, quod cogitatam & opportunam orationem proferre ſignificat. b *Simile factum eſt.*] Hæc parabola manifeſtè docet regni cælorum rationem omnem, ea autem in ſumma ſic habet: Deus admirando ſuo conſilio propoſuit humanam naturam ad diuinæ dignitatis gradum euehere: id curandum inſtituit atque commendauit filio ſuo vnigenito, qui poſt certa ſibi & conſtituta tempora carnem humanam induens, Deus idem atque homo duas naturas in ſeipſo coniunctas habens, hominum genus arcano modo Deo conciliaret, ita vt cùm ipſe ſponſam duceret,

ſibique coniungeret Eccleſiam, eam ſuæ cum ipſa coniunctionis ratione & iure filiam patri ſuo efficeret ac confirmaret. hæ nuptiæ celebratæ ſunt in illa myſteriis pleniſſima hora qua ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum eſt inſtitutum, & per totum illud tempus paſſionis & mortis Chriſti vſque ad reſurrectionem, omnis nuptiarum ratio eſt abſoluta, nam antea erant deſponſationes, ex quo Verbum Dei naturam aſſumpſit humanam. erat enim ſponſus Chriſtus, qui habebat ſponſam Eccleſiam, vt Iohannes Baptiſta eſt teſtatus. Deſponſatio enim nuptias præcedit ex antiquo more, vt aliâs docebimus. at verò ex quo nuptiæ factæ ſunt, perpetuum eſt conuiuiũ paratum & inſtructum omnibus qui adire voluerint, modò legitimè & rectè ipſis adeatur. Hoc conuiuium frequenter annuntiatum ſignificatumque fuerat Iſraelitis, quibus promiſſiones certiſſimæ conſtabant apud Prophetas: & ab antiquis quidem fuit expectatum & percupitum: ab iis verò qui nuptiarum tempore fuere (paucis exceptis) fuit neglectum, quanquam vocans prædicatione Iohannis & Apoſtolorum. Poſtquam verò paratum fuit conuiuiũ poſt reſurrectionem & aſcenſionem Chriſti, cùm iam cæleſtes cibi propoſiti fuere Spiritu ſancto in homines immiſſo, atque [illegible] illi qui antea Apoſtoli, & alij, vt Paulus & Barnabas, Stephanus atque alij multi miſſi ſunt, qui inuitatos vocarent. At verò Iudæi terrenorum commodorum ſtudio & cura diſtracti, conuiuium neglexerunt: ſed quidam ex his nefaria dementia & ingratiſſima mente acti partim tenuerunt Apoſtolos & miniſtros vocationis, vt Petrum, partim contumeliis affecerunt, vt Paulum; quoſdam occiderunt, vt Stephanum, Iacobum, & alios.

eſt regnum cælorum homini regi, qui fe-
cit nuptias filio ſuo. 3 Et miſit ſeruos
ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & no-
lebant venire. 4 Iterum miſit alios ſer-
uos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce pran-
dium meũ paraui. tauri mei & altilia oc-
ciſa, & omnia parata: venite ad nuptias.
5 Illi autem neglexerunt: & abierunt,
alius in villam ſuam: alius verò ad nego-
tiationem ſuam: 6 reliqui verò tenue-
ſeruos eius, & contumeliis affectos, oc-
ciderunt. 7 [c] Rex autem cùm audiſſet,
iratus eſt: [d] & miſſis exercitibus ſuis, per-
didit homicidas illos, [e] & ciuitatem illo-
rum ſuccendit. 8 Tunc ait [f] ſeruis ſuis,
[g] Nuptiæ quidem paratæ ſunt: [h] ſed qui
inuitati erant, non fuerunt digni. 9 [i] Ite
ergo ad exitus viarum: & quoſcũque in-
ueneritis, vocate ad nuptias. 10 Et egreſ-
ſi ſerui eius in vias, congregauerunt om-
nes quos inuenerunt, [k] malos & bonos:
& imple-



c *Rex autem cùm audiſſet.*] Oſtendit iudicium diuinũ aduerſus Iudæos fuiſſe maturum ſummo conſilio decretum, non antequàm ipſorum ſcelus patratum & apertum diuulgatumque eſſet. Nemo enim æquus rex & clemens damnat quemquã aut perdẽdum decernit, antequam de ſcelere admiſſo conſtet. Ex hac ſimilitudine ſumma Dei æquitas oſtenditur. diſtincta perſonarum conditione, verborum ſignificatio facilè percipitur.

d *Miſſis exercitibus ſuis.*] Deus exercituum in ſacris libris dicitur, cùm de vltione agitur. Sunt autem tres communes Dei exercitus; fames, peſtis & gladius: omnes immiſſi ſunt in Iudæos.

e *Et ciuitatem illorum ſuccendit.*] Apertiſſima prædictio Ieroſolymitani excidij & incendij. lege Ioſephum & Egeſippum.

f *Seruis ſuis.*] Apoſtolis doctoribuſque a ſe conſtitutis Deus prouinciam tradit annuntiandi Euangelium Gẽtibus.

g *Nuptiæ quidem paratæ ſunt.*] Ex quo Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, nuptiæ ſunt celebratæ, & conuiuium nuptiale perpetuò paratum inſtructumque conſtat.

h *Sed qui inuitati erant.*] Diuinis oraculis & prædictionibus atque apertis promiſſionibus Iſraelitæ fuerant inuitati, quia in re gentibus antecibant. ſed cùm propoſitam iam cœnam nuptialem magno ſuo [illegible] negligentes repulerunt, illud audierũt ab Apoſtolis, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quia repulistis illud, & indignos vos facitis Euangelij gloriæ Chriſti, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis Dominus. hæc ſunt Apoſtoli verba.

i *Ite ergo ad exitus viarum.*] Gentium vocatio per Euangelium ſignificatur his verbis. nam [illegible] gentium ſectæ variæ & multiplices ſpecies ſtudiorum viæ dicuntur in ſacris ſermonibus. Sic Paulus Act. 14. Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. ratio huius orationis petita eſt ex [illegible] antiqua gentium.

k *Malos & bonos.*] nam inter multos malos quos gentiũ immenſitate erat iudicio, [illegible] & moribus corrupti, nonnulli etiã erant qui natura duce, & per gratiã generalé humanæ cõceſſã naturę honeſtè viuẽtes, boni dici poterãt,

hac bonitate quæ ſecundùm rationem eſt, quam virtutem appellant philoſophi. Impletæ autem ſunt nuptiæ & bonis huiuſmodi & malis, qui vocationi audientes mali eſſe deſinere cœperunt, ſeſéque parauerunt ad conuiuium. nam qui mali perſeuerarent, indigni erant conuiuio, & explodendi, vt ſtatim exponitur. Magnam autem frequentiam gentium ad euangelium venturam ſignificabat Chriſtus, cùm diceret, *Impletæ ſunt nuptiæ.* vocat autem nuptias ipſum locum conuiuij nuptialis, per metonymiam.

& impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium.
11 Intrauit autem rex vt videret diſcum-
bentes: & vidit ibi hominem [a] non veſti-
tum veſte nuptiali. 12 Et ait illi, Amice,
quomodo huc intraſti non habens veſtẽ
nuptialem? [b] At ille obmutuit. 13 Tunc B
dixit rex miniſtris, [c] Ligatis manibus & *Sup. 8. b. 12. & 13. f. 42. Inf. 25. d. 30.*
pedibus eius, mittite eũ in tenebras ex-
teriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.
14 [d] Multi enim ſunt vocati, pauci verò
electi. 15 [e] Tunc abeuntes Phariſæi, cõ- *Mar. 12. b. 13. Luc. 20. c. 20.*
ſilium inierunt vt caperent eum in ſer-
mone. 16 Et mittunt ei diſcipulos ſuos
cum Herodianis, dicentes, Magiſter, ſci-
mus quia verax es, & viam Dei in verita-
te doces, & non eſt tibi cura de aliquo.
non enim reſpicis perſonam hominum:
17 dic ergo nobis quid tibi videtur, licet
cenſum dare Cæſari, an non? 18 Cogni-
ta autem Ieſus nequitia eorum, ait, Quid
me

a *Non veſtitum veſte nuptiali.*] Non ſatis eſt vocanti credentem venire ad nuptias, niſi afferatur nuptialis veſtis, quæ deceat feſtum illum diem. Non enim vel ſe lætum conuiuam præbet vel conuiuij dominos exhilarat, qui veſte ſordida vel lugubri conuiuium adit. Eſt autem nuptialis veſtis pœnitentia vera ex animo inita, non ſolùm voluntate, ſed opera & ſtudio, deteſtatione vitæ malè antè actæ & bonorum operum exercitatione. Gaudium enim eſt in cælo pro vno peccatore pœnitẽtiam agente.

b *At ille obmutuit.*] Nonne dicere poterat, Vocatus ſum, credidi vocanti ſatis mihi eſt fides vt conuiuij particeps ſim? Atqui obmutuit, quia conditionẽ conuiuij, & legem conuiuatoris cognouerat, qui dixerat, Niſi pœnitentiã egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Idem cùm conuiuas vocaret, dicebat, Pœnitemini, & credite Euangelio. ille crediderat quidem ſuo modo illa fide ſine operibus, quæ mortua dicitur: ſed quia carebat veſte nuptiali, audiit ſententiam ſuo auſu dignam.

c *Ligatis manibus.*] Significat executionem ſententiæ ſine defenſione aut liberatione: neque enim vel ſe defendere vel effugere poteſt, cui manus & pedes ligata ſunt. Aliud etiam ſignificat, eos qui pœnitentiam neglexerint, tandem eò deduci propria ipſorũ culpa & Dei ſententia, vt nihil boni facere aut conari poſſint. Proſpiciant ſibi ij qui opera vel damnant, vel non neceſſaria ducunt, an ipſi ſint in hoc miſerrimo ſtatu, & in tenebris exterioribus, vbi lumen veritatis Dei videre nequeant.

d *Multi enim ſunt vocati.*] Hoc in loco agitur de his qui verè venerunt ad conuiuium, poſtquam iam nuptiæ eſſent paratæ: hoc eſt de hominibus noui Teſtamenti, qui quanquam fuerint vocati omnes, & venerint ad conuiuium, tamen non omnes electi ſunt ad recumbendum, ſed ij tantùm qui veſte nuptiali induti erant. Non enim habetur delectus ex vocatione ipſa; nam multi, imò omnes vocati ſunt; non ex aduentu vocatorum, nam multi venerunt; ſed delectus tandem fit ex nuptiali ornamento & cultu. Nemo enim recumbet in nuptiis his, qui poſtquam vocatus fuerit non fuerit ingreſſus per anguſtam portam; & tamen pauci ingrediuntur per eam. Igitur multi qui ſeſe electos eſſe exiſtimant, falluntur, ſi negligunt veſtem nuptialem, aut non putant neceſſariam, quandoquidem electio fit ex illa veſte. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, &c. & Deus ipſe eſt qui explorat cuiuſmodi veſtem vnuſquiſque afferat: *Intrauit (inquit) vt videret diſcumbentes.*

e *Tunc abeuntes.*] Cùm viderent ſe tot iam exemplis notatos indignosq́ue iudicatos regni Dei & diuinis promiſſionibus, neque propoſitis parabolis quid opponerent, quidve reſponderent habere poſſent, ſuaque reſponſa ipſis eſſe captioſa, ſtudent etiam rationem inuenire qua & ipſum in ſuis capiant reſponſis. id autem agunt inito, deliberato & compoſito conſilio, duabusque partibus aſcitis ſibi inuicem aduerſis, Phariſæorum, qui populo libertatem ſuadebant, & immunitatem à tributis omni ratione quærendam: Herodianorum, qui principum gratiam venali ſtudio à populo tributa pendi oportere contendebant, vt vtriuſuis partis rationem probaret Ieſus, in alterius inuidiam incideret: neque elabi poſſe ipſum putabant, qui ex propoſita quæſtione alteram partem affirmaret. Iudæis enim illa iactatio erat, Nos liberi ſumus, nemini ſeruiuimus vnquam, filij Abrahæ ſumus & Saræ, illi liberi fuerunt, nullam tributum dederunt regibus, imò donati ſunt à regibus multis muneribus, non ſolùm ſponte ſed coactis metu Dei. Herodiani religionem minimè curabant, rempublicam cõſtitui oportere & firmari putabant, eam ſine principib⁹ eſſe nõ poſſe: principes nec ſe alere nec ſubditos tueri poſſe ſine pecuniis, quę reip. nerui eſſe cẽſẽtur.

me tentatis hypocritæ? 19 [f] Oſtendite
mihi nũmiſma cenſus. At illi obtulerunt
ei denarium. 20 Et ait illis Ieſus, Cuius
eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? 21 Dicũt
ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite ergo
Ro.13.b.7. C quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt
Dei, Deo. 22 Et audientes mirati ſunt,
& relicto eo abierunt. 23 [g] In illo die ac-
ceſſerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt
non eſſe reſurrectionem: & interrogaue-
Mar.12.b.19 runt eum, 24 dicentes, Magiſter, Moyſes
Luc.20.d.28. Act.23.b.6. dixit, Si quis mortuus fuerit non habens
Deut.25.a.5. filium, vt ducat frater eius vxorem illius,
& ſuſcitet ſemen fratri ſuo. 25 Erant au-
tem apud nos ſeptem fratres: & primus
vxore ducta defunctus eſt: & non habẽs
ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo.
26 Similiter ſecundus & tertius vſque ad
ſeptimum. 27 Nouiſſimè autem omniũ
& mulier defuncta eſt. 28 In reſurrectio-
ne ergo cuius erit de ſeptem, vxor? om-
nes enim habuerunt eam. 29 Reſpondẽs
autem Ieſus, ait illis, [h] Erratis, neſcientes
ſcripturas, neque virtutem Dei. 30 In re-
ſurrectione enim neque nubent, neque
nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in
cælo.

f *Oſtendite mihi numiſma cenſus.*] Illi propoſuerant illi prœmium alicuius quæſtionis ad pietatem & religionem planè pertinentis, *Viam Dei in veritate doces*: & tamen quæſtio ipſa non pertinebat ex diuino inſtituto ad viã Dei: ideò vocat eos hypocritas. re ipſa autem oſtendit ipſos confundere rationes humanas cum diuinis, quando de cenſu ſoluendo tanquam de præcepti alicuius diuini violatione agunt, cùm tamẽ allatus numus Romę cuſus, imagine & inſcriptionẽ Cæſaris inſignitus, nihil planè diuinum, aut alias ad religionem pertinens habeat, atq; adeò illius ſolutio non offendat Deum, nec pietatem lædat, imò debeatur Cæſari, tanquam legis ipſius de tributis auctori, qui non petat violari religionem, ſed ex communi moneta reddi ſibi numiſma, quod in vſus prophanos etiam cuſum eſt & merè Romanum. damnũ autem aut detrimentum in eiuſmodi rebus acceptum non tangere animum propriè. ſi quid peteret Cæſar contra viam Dei, id eſſe negandum. illum petere quod principes omnes petunt, videlicet tributum ad reip. adminiſtrationem: reddi igitur deberi tributum, quod ex ipſa materia ac forma manifeſtè oſtendit, nihil pertinere ad religionem violandam. at verò pietatem, animorum integritatem, fidem & virtutẽ Deo reddi oportere. Vno reſponſo pupugit vtramque partem: Herodianos, qui ſemiimpij erant, & ferè ἄθεοι, neque cogitabant de pietate erga Deum; & Phariſæos, qui nimia ſuperſtitione tumebant, adeò vt principibus parere nollent, obtentu libertatis religioſæ: atque ita dum illi ipſum tentant inuiſum reddere alterutri parti, ipſe eos Deo & Cæſari aduerſarios eſſe oſtendit. O magnam ſimpliciſſimæ ſapientiæ virtutem, quæ aduerſarios in admirationem adductos pudefacit!

g *In illo die.*] Tertia ſecta apud Iudęos frequens tentat Ieſum eodem die, nẽpe Sadducæi, quibus etiã grauis erat Euangelij doctrina, eo quòd de reſurrectione apertè affirmaret, re illis omnino negata. De iis horumque auctore alias plura dicemus. Erant magnæ in populo auctoritatis, medij inter Phariſæos & Herodianos, quamobrem vulgo ſuſpiciendos ſe exhibebant, quòd duas factiones, alteram omnino corporalem, vt ipſorum verbo vtar, alteram ſpiritualem nimium temperarent.

g *Erratis.*] Ex duabus cauſis hominibus error creatur, ex ſcripturarum inſcitia, & ex naturæ virtutiſque Dei ignoratione. Reſurrectionis enim ſtatus ad ſimilitudinem diuinæ virtutis reuocandus eſt. Deus non eget vita re alia à ſe ad æternam ſuam beatitudinem & perfectionem. idem ſeipſum communicans & præbens in reſurrectione ſuis, omnem inopiam aut cauſam, quamobrem matrimonium eſt inſtitutum, aufert: æternos reddit eos perfectos, diuinos, nullius egentes exterarum rerum. Huius futuri ſtatus exemplum angeli ſunt, qui perpetuò durant, ſine vxoribus & ſobole, quanquam angelos etiam negarent Sadducæi: ſed cũ Deum infinitæ virtutis concedere cogerentur, aliàs enim non eſſet Deus, facile erat cætera omnia comprobare.

cælo. 31 [a] De reſurrectione autem mor-
tuorum non legiſtis quod dictum eſt à
Deo dicente vobis, 32 Ego ſum Deus A- *Exod. 3. b. 6.*
braham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob?
[b] Non eſt Deus mortuorum, ſed viuen-
tium. 33 Et audientes turbæ, miraban-
tur in doctrina eius. 34 Phariſæi autem *Mar. 12. d. 28*
audientes quòd ſilentium impoſuiſſet D
Sadducæis, conuenerunt in vnum: 35 &
interrogauit eũ vnus ex eis legis doctor,
[c] tentans eũ, 36 Magiſter, quod eſt man-
datum magnum in Lege? 37 Ait illi Ie-
ſus, [d] Diliges Dominum Deum tuum ex *D[illegible] 6. a. [illegible]* *Luc. 10. e. 27.*
toto corde tuo, & in tota anima tua, &
in tota mente tua. 38 Hoc eſt maximum
& primum mandatum. 39 Secundum
autem ſimile eſt huic, Diliges proximũ *Leu. 19. d. [illegible]* *Marc. 12. [illegible]*
tuum ſicut teipſum. 40 In his duobus
mãdatis vniuerſa lex pẽdet & prophetę.
41 [e] Cõgregatis autẽ Phariſæis, interroga-
uit

a *De reſurrectione.*] Huius loci ſententia explicatur commodè ex nominis diuini conſideratione, & ex rerum ipſarum natura. Nomen quo ſe Deus Moſi indicauit, eſt אהיה, à verbo ſubſtantiuo היה, in futuro pronuntiatum, quod perpetuitatem naturæque propriam atque immutabilem rationem indicat in lingua ſancta, vt iam ſæpè aliàs docuimus, cùm de futuri ſignificatione inter commentandum diſſeremus. Itaque nomen illud אהיה in illo tempore pronuntiatum, præter diuinæ miſericordiæ rationes quas cõtinet, ſignificat etiam præteritum, præſens, & futurum, atque adeò æternitatem in Deo. Cùm ergo Deus ſe Abraham, Iſaaci & Iacobi Deum profiteretur, ſi illi iam mortui extare amplius non poſſent, non conueniret nomen cum profeſſione, Ego fui, ſum, & ero miſericors Abraham, Iſaac & Iacob. nam ſi illi non futuri eſſent, non conueniret nomen in futuro pronuntiatum. conſequens eſt ergo illos non ſolùm fuiſſe, ſed eſſe præſentes Deo, cui omnia viuunt; & futuros etiam ipſi, vt ipſe ſit Deus eorum: id quod non contingeret, ſi impoſſibile eſſet eos reſurgere & viuere amplius. Igitur ita Deus fuit Abraham Deus, vt perpetuò futurus ſit illorum Deus: quod ſi nũc apud nos non extent illi ſancti Dei, viuunt tamen apud Deum in virtute, viuunt in conſilio Dei de eorum reſurrectione, & viuent apud Deum, & apud alios poſtquam reſurrexerint, ita vt eorum vita teſtetur aliis Deum eorum eſſe אהיה. Nec poterant Sadducæi (qui non tam animorum immortalitatem, quàm corporum reſurrectionem negabant) dicere Deũ ita ſeſe appellare, quòd Deus eſſet animarum Abraham, Iſaac & Iacob. namque Abraham, Iſaac & Iacob nomina ſunt non animarum, ſed ſuppoſitorum & perſonarum, vt loquimur. Perſona autem humana integram naturam præmonſtrat; aliàs pars non dicitur, ſed anima. b *Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium.*] Deus vita eſt, nihil cõmune habet cum morte, nec mors cum illo: quamobrem cum ſe Deum appellat aliquorum, rationem indicat vitæ, non mortis, eorum quorum Deus eſt. Latet myſterium magnum in illo nomine אהיה. c *Tentans eum.*] Qui aliis omnibus ex partibus prudentiæ, fortitudinis, lenitatis, ſeueritatis, æquitatis, atque modeſtiæ ſeſe integerrimũ periculo à pluribus diuerſarum partium facto probauerat, tentatus nunc in doctrina rogatus à Legis doctore de grauiſſima quæſtione: hoc eſt, de comparatione mandatorum Dei inter ſe, & de obligatione obſeruationis, & modo obſeruandi; vt ſi hac parte minus aptè minùſve doctè reſponderet, redargutus à cæteris doctrinæ palmam apud populum amiſiſſe videretur, quanquam aliis in rebus nunquam hactenus ceſſiſſet. ille autem non ſolùm de magno mandato optimè reſpondit, ſed vniuerſam ſcripturã in duo capita ſumma contulit, hoc eſt, in duo præcepta, materiæ, & formę, dignitate imparia, actione verò atque officio ſimilia. d *Diliges Dominum.*] Maximum mandatum ex parte ſubiecti & ex parte officij: eſtque adeò graue, vt præſtari non poſſit ab iis qui Spiritu ſancto Chriſti non ſunt informati: eſtque præcipuum illud mandatum, propter quod lex ſcripta notatur infirmitudinis, & caro humana accuſatur, & maledicto ſubiecta eſſe dicitur; nam illud, Non concupiſces, ob defectum obſeruationis huius maximi mandati, locum habet etiam inducendæ maledictionis in hominem. Qui enim dilexerit Dominum Deum ſuum ex toto corde, ex tota anima, ex omni mẽte, is à Deo alienum nihil concupiſcet; is ſecundum illud implebit, *Diliges proximum tuum ſicut teipſum*: hoc eſt, eris vno corde, vna anima, vna mente cum proximo tuo: quod alteri priori dilectioni nihil omnino repugnet. e *Congregatis autem Phariſæis.*] Cùm omni ex parte omnibus hominum aduerſariorum ſtudiis fortem, conſtantem, ſapientiſſimumque ſe probaſſet, etiam doctrina ſacrorum librorum in claram certamque ſummã redacta: Nunc iam ipſe eos adoritur, propoſita quæſtione argumenti grauiſſimi, hoc eſt de Meſſiæ natura, quam docti illi omnes nunquam intellexerant, neque

animaduerterant quidem. eam cùm illi explicare rectè non poſſent, ipſe explicat, producto è ſacris libris teſtimonio ab ipſo Dauid pronuntiato: qui cùm pater Chriſti eſſe diceretur, idque quàm veriſſimè, tamen ſe minorem Chriſto ipſo profeſſus eſt. Obiterque ſignificat non mirandum eſſe quòd Chriſtus habeat inimicos, quandoquidem id ipſum prædictum iam per vates fuerit. Deinde oſtendit quomodo interpretari oporteat bella à Chriſto gerenda, & victoriam obtinendam, nimirum diuina virtute, non humanis copiis, quippe cùm Deus ipſe auctorem ſe profiteatur illius ſubiectionis hoſtium erga Chriſtum.

Mar. 12. d. 35 Luc. 20. g. 41. uit eos Ieſus, 42 dicẽs, Quid vobis vide-
tur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicũt ei,
Dauid. 43 Ait illis, Quomodo ergo Da-
uid [f] in Spiritu vocat eum Dominum,
Pſal. 109. a. 1. dicẽs, 44 Dixit Dominus Domino meo,
ſede à dextris meis, donec ponam inimi-
cos tuos ſcabellum pedum tuorum?
45 Si ergo Dauid vocat eum Dominum:
quomodo filius eius eſt? 46 Et nemo po-
terat ei reſpondere verbum: neque auſus
fuit quiſquam ex illa die eum amplius
interrogare.

## CAP. XXIII.

A TVnc [a] Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad
diſcipulos ſuos, 2 dicens, [b] Super ca-
2 Eſd. 8. a. 4. Luc. 11. g. 46. thedram Moyſi ſederunt Scribæ & Pha-
riſæi. 3 Omnia ergo quæcũque dixerint
*ſeruare, C. 5. vobis*, ſeruate & facite: ſecundùm ope-
ra verò eorum nolite facere: dicunt enim
Act. 15. b. 10 Deut. 6. b. 8. Num. 15. d. 38 & non faciunt. 4 [c] Alligant enim one-
ra grauia & importabilia, & imponunt
[d] in humeros hominum: digito autẽ ſuo
nolunt

f *In Spiritu.*] dũ Spiritu ſancto actus illius hiſtoriam arcana aptiſſimaque ſerie præuiſam ſibi decantat.

CAP. XXIII.

a *Tunc Ieſus locutus, &c.*] Multum detractum erat de Scribarum & Phariſæorum dignitate in vulgi opinione ex ſuperioribus congreſſibus omnibus, in quibus Ieſu ſapientia præter omnem comparationem maior ac præſtantior ſeſe probauerat. ſed quoniã defectus in perſonis, non in profeſſione erat, prouidet Ieſus quemadmodum perſonarum ratione poſthabita, muneribus, miniſteriis & profeſſionibus ipſis ſua dignitas integra ſemper maneat, quandiu illa reipublicæ facies durat. Nihil enim magis à Ieſu eiuſque Euãgelij conſilio alienum eſt, quàm vt ob perſonarum vitia miniſteriorum dignitati auctoritatique detrahatur. Sublato enim publicarum rerum magiſtratu ſiue eccleſiaſtico ſiue ſeculari, vt vocatur, vt mores hominum ſunt, & ſatanæ malitia, neceſſe eſt humanam vitam omnem confundi & perturbari. Igitur interim dum Deus Spiritu ſancto in terras miſſo illam faciem rerũ quę tunc erat in meliorem mutaret, docet Ieſus turbas vel diſcipulos ſuos, quẽadmodum ſeſe gerere oporteat.

b *Super cathedram Moyſi.*] Periphraſis eſt ſignificans doctores munere fungentes ſuo. Verè enim Moſes doctor fuit, ſuique muneris ſucceſſores inſtituit, quos alijs nominibus per alia tempora vocatos tamen re ipſa [illegible] audire atque obſeruare oportere ait Chriſtus. Quidquid autem præce[illegible] rint ex præſcripto legis, hoc eſt ex cathedra Moſi, ſuſcipiendum [illegible] & faciendum ait Ieſus: quòd ſi [illegible]cium ſuum non præſtent, non ipſorum, ſed cathedræ ratione [illegible]dam. Iam ſi minus [illegible] dure interpretentur Moſis [illegible], ita vt imponant onera importabilia, quæ tamen ipſi non ſubeant, ferenda tamen eſſe populo & [illegible], quandoquidem illa non tam obeſſe poſſint pietati, quàm occupationi forta[illegible] ad maiora [illegible]. igitur cùm non obſint pietati, ferenda eſſe & facienda, maioribus tamen Moſis [illegible] ſemper [illegible] vt hæc fiant, illa non omittantur.

c *Alligant enim.*] His verbis ſignificat Ieſus multas [illegible] peccatorum & obligationum à Scribis inuentas, ita vt conſcientiæ onerarentur [illegible] rum perſuaſione, quàm ex re ipſa accidentibus.

d *In humeros hominum.*] Phariſæi & [illegible] vocabant homines cæteros omnes à ſe, quos longè minori ingenio, dignitate ac pietate [illegible] bat. Non ſum ſicut cæteri homines. Cùm autem ſe hominum magiſtros profiterentur, hoc eſt [illegible] præcepta etiam leuiſſima arctabant circunſtantiis quibuſdam, quibus violatis peccatum ſtatuebant [illegible] onera non ſubibant, quia dicebant ſe ſcire quid facto opus eſſet. Vno exemplo [illegible] ſinguli debebant ſingulis diebus recitare ſaltem ſemel Decalogum. quæſtio erat ex qua hora [illegible] ſatio. conſtituerunt Scribæ vt eſſet in prima vigilia, & non differretur vltra, quia noctu recitabatur. Conſultes-

Gamaliel reſpondit, perinde eſſe quacunque noctis hora recitaretur vſque ad auroræ exortum. diſputatur ergo cùm hoc ita ſeſe habeat, quare magiſtri obligarunt ad primam vigiliam tantùm ſub pœna peccati, cùm poſſit per totam noctem citra culpam recitari? Reſpondetur per vnum ex axiomatis Scribarum & Phariſæorum, Quia voluerunt continere homines à tranſgreſſione. legimus hoc in Miſnaioth tractatu De benedictionibus, cap. 1. Vides verba omnia magiſtralia ad quæ Chriſtus alludit, homines alligare, onus, &c. ſunt innumera huius generis exempla. Igitur doctrinam eorum ſuſcipiendam eſſe interim dum Deus meliorem & perfectiorem cõfirmat, Ieſus docet. vitam autem & mores eorum non debere obſeruari ad imitandum, qui ambitione, hypocriſi & auaritia corrupti ſunt. ideò diſtinguit quæ ſunt obſeruanda, quæ vitanda.

nolunt ea mouere. 5 Omnia verò opera
ſua faciunt, vt videantur ab hominibus.
dilatant enim phylacteria ſua, & magni- *Mar. 12. d. 38*
ficant fimbrias. 6 Amant autem primos *Luc. 11. f. 43 & 20. f. 46. Iacob. 3 a. 1.*
recubitus in cœnis, & primas cathedras
in ſynagogis, 7 & ſalutationes in foro, &
vocari ab hominibus, rabbi. 8 Vos au-
tem nolite vocari rabbi. vnus eſt enim
magiſter veſter, omnes autem vos, fra-
tres eſtis. 9 Et patrem nolite vocare vo- *Mal. 1. b. 6.*
bis ſuper terram: vnus eſt enim pater ve-
ſter qui in cælis eſt. 10 Nec vocemini
magiſtri: [a] quia magiſter veſter, vnus eſt, B
Chriſtus. 11 Qui maior eſt veſtrum, erit
miniſter veſter. 12 Qui autem ſe exalta- *Luc. 14. b. 11 & 18. c. 14.*
uerit, humiliabitur: & qui ſe humilia-
uerit, exaltabitur. 13 Væ autem vobis
Scribæ & Phariſæi hypocritæ: [b] quia clau-
ditis regnum cælorũ ante homines. vos
enim non intratis: nec introeuntes ſini-
tis intrare. 14 Væ vobis Scribæ & Pha- - 10 ss.
riſæi hypocritæ: quia comeditis domos *Mar. 12. d. 40 Luc. 20. g. 47.*
viduarum, orationes lõgas orantes. pro-
pter hoc amplius accipietis iudicium.
15 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocri-
tæ: quia circuitis mare & aridam, vt fa-
ciatis [c] vnum proſelytum: & cùm fuerit
factus, facitis eum filium gehẽnæ duplo
quàm

a *Quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.*] Diſcipulos ſuos hac oratione monebat Ieſus, vt cùm iam regnum cælorum inſtaret pro foribus, in quo magiſter a Deo declaratus Chriſtus eſſet, hoc eſt, ipſemet quibuſdam ipſorum diuina auctoritate probatur. & aliis omnibus breui comprobandus, nullum alium magiſtrum vel appellarẽt, cuius ſequerentur doctrinam, vel exẽplum ſibi proponerent ad imitãdum. nam doctrina Chriſti eiuſmodi patefaciẽda erat, quę nullis dubiis animos hominum turbaret, nullis difficultatibus vexaret. Vitæ autem exemplum illud, vt cùm ipſe maior omnibus magiſterque verè eſſet, tamen omnium eſſet miniſter. Igitur ſi magiſter ipſe miniſtrum ſe præbet, non debent ij qui miniſtri ſunt, magiſtros ſeſe exhibere, hoc eſt ambitioſos quoſdã præceptores. *Qui enim ſe exaltat*, &c.

b *Quia clauditis regnum cælorum.*] In ſacra ſcriptura multa myſteria ſunt ad regnum cælorum, quale iam ſignificabamus, pertinentia, in quibus agitur de Chriſto, de eius virtute & efficientia, de pœnitentia & fide, quæ conducunt ad regnum: hæc vt maxima tractari docerique oportuit. ſæpe Ieſus ad harum rerum diſputationem prouocabat Scribas & Phariſæos: illi neque his attendebant, neque alios ad hæc inſtruebant, aut inſtrui patiebantur. ſed toti in illis erant, vt nudarum ceremoniarum obſeruationẽ ſine explicatione ſignificationum ipſarum inculcarent: eoque vno ſtudio conſcientias ignorabant, neque permittebant, vt quiſquam de ſacris ſcripturis vel cogitaret, nedum diceret quicquã, niſi ſe conſultis, & ex ſuarum interpretationum præſcripto. ita illi claudebant regnum Dei ante homines. Neque enim hominibus, id eſt, cæteris à ſe, licebat de ſcripturis agere. Sic enim dicebant cæco illi reſtituto, In peccatis natus es totus, & vis docere nos? Neque ipſi intrabant, vt patet ex hoc etiam teſtimonio, quod nollent vt quiſquam de Chriſto vel quàm veriſſima illis aſſereret.

c *Vnum proſelytum.*] גיר Hebraicũ verbum eſt: ſignificat autem extrahere. ex eo verbo גרים dicebantur, qui ex Gentibus ad Iudaiſmum auocabãtur, quod viderentur extracti ex gehenna

ignis, hoc eſt, ex errore gentium qui via erat ad gehennam. Scribæ & Phariſæi magno ſtudio curabant aliquos ad ſuam religionem aduocare, quos tamen ab errore illo ſimplici & communi gentium omnium ſublatos, tot deinde præceptis, legibus, minis, ſuperſtitionibus impediebant, vt conſcientias habere cogerent, multo quàm anteà onuſtiores culpa & terroribus atque erroribus, vtpote inſuetos eiuſmodi iugum ferre, quod eo grauius illis imponebant, quòd dicerent minus eſſe fidendum iis qui non ſolebant portare, quàm aliis aſſuetis. nam vt obſeruare eſt in omnibus Miſnaioth libris, plura præcepta imponebantur proſelytis, quàm ipſis filiis Iſrael. Horum præceptorum violationes contra conſcientiam damnationi addicebant ipſos violatores & tranſgreſſores, quanquam conſcientia erronea eſſet interim dum error non deponebatur. ideò dicit, *Facitis eos filios gehennæ duplo quã vos.* non, inquit, duplo quàm anteà fuerint, ſed quàm vos.

quàm vos. 16 Væ vobis duces cæci, qui
dicitis, [a]Quicunque iurauerit per tem-
plum, nihil eſt: qui autẽ iurauerit in au-
ro templi, debet. 17 Stulti & cæci, quid
enim maius eſt, aurum, an tẽplum quod
ſanctificat aurum? 18 Et quicunque iu-
rauerit in altari, nihil eſt: quicunque au-
tem iurauerit [b]in dono quod eſt ſuper il-
* Stulti, & ... 6.5. lud, debet. 19 *Cæci, quid enim maius
eſt, donum, an altare quod ſanctificat
donum? 20 Qui ergo iurat in altari, iu-
C rat in eo & in omnibus quæ ſuper illud
ſunt: 21 & quicunque iurauerit in tem-
plo, iurat in illo & in eo qui habitat in
...7.5.c.34. ipſo: 22 & qui iurat in cęlo, iurat in thro-
no Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.
...c.11.f.42. 23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocri-
tæ: [c]quia decimatis mentam & anethum
& cyminum, & reliquiſtis quæ grauiora
ſunt legis, iudicium, & miſericordiam,
& fidem. [d]hæc oportuit facere, & illa non
omittere. 24 Duces cæci, [e]excolantes cu-
licem, camelum autem glutientes. 25 Væ
L vobis

a *Quicunque iurauerit per templum.*] In Miſnaioth tractatu De iuramentis, & tractatu De oblationibus & de ſanctificationibus, dicitur ſanctificatum & ſacrum Deo munus, magni iuramenti materiam eſſe. & in tractatu De votis c. 1. & 9. ibi Scribæ diſtinguunt poſſe iurari per Ieruſalem, per templum, & per munus. atque ex Scribarum ſententia quędam iuramenta grauia ſunt, quæ ex lege non erant inducta. Miſnaioth De ſeptimo anno c. 6. parag. κ. ad huiuſmodi ſententias Scribarum alludit Ieſus hoc loco, eosque ratione ex natura rerum adducta redarguit. namque illi acutiſſimi videbantur in ſuis argumentationibus, & vt homines atque ambitioſi frequenter hallucinabantur & cæcutiebant.

b *In dono quod eſt ſuper illud.*] Forma iuramenti huius erat K O R B A N, id eſt munus. hanc formam interpretatus eſt Matthæus ſuperius c. 15. Marcus autem Hebraicè expreſſit.

c *Quia decimatis mentam.*] Notat nimiam diligẽtiam in minutiſſimis mãdatis, & ad externam tantùm pertinentibus obſeruantiam, nimiam rurſus negligentiam in grauiſſimis præceptis obſeruandis, quæ de fide erga Deum, atque amore, de charitate erga fratres, & miſericordia agunt. exempla à Ieſu producta maximè iſtam rationem indicant & perſtringũt, quippe Scribæ & Phariſæi adeò anguſtè interpretabantur mandatum de decimis, vt mentam, anethum, & cyminum bis decimari oportere affirmauerint, quia ſcriptum eſt, Decimabis fructus terræ tuæ. ex hac lectione ſic argumentabantur: Fructus terræ, id eſt, quod terra tradit tibi vt fruaris: ſed anetho, menta, & cymino, his oleribus & ſimilibus bis fruimur, nempe dum virent fruimur & vtimur illis, & poſtquam aruerint etiam. Igitur decimanda ſunt hæc cùm virentia in vſus colliguntur, & cùm arida in vſus aſſeruantur. id quod de frumento & aliis non exigitur, quæ vno modo tantùm ad vſus veniunt. Locus eſt expreſsè diſputatus in tractatu De decimis c. 9. in lib. Miſnaioth, & tract. de Siclis cap. 9.

d *Hæc oportuit facere.*] Hæc grauiora, iudicium, miſericordiam & fidem, quæ qui exercent, verè pij boniq́ue ſunt, ac Deo placent. hæc ſi negligantur, quanquam cætera fiant, non reddunt hominem iuſtum & bonum. Illa autem non ſunt omittenda, ſed ex magno ſtudio obſeruandæ legis maioribus minora addenda, ex maiorum enim obſeruatione facilè conſequitur minorum obſeruatio, contrà verò non conſequitur.

e *Excolantes culicem.*] Culex & camelus minimæ & maximæ rei ſymbola ſunt etiam in lingua Miſnaioth, in qua etiam illud prouerbium ſæpè vſurpatur, *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire.*

vobis Scribæ & Phariſęi hypocritę:[a] quia Luc. 11, c. 39.
mundatis quod déforis eſt calicis & pa-
ropſidis: intus autem [n]pleni eſtis[γ] rapina [n] plena ſunt γ MS. G. S.
& immunditia. 26 Phariſęe cęce, mun-
da prius quod intùs eſt, calicis & paro-
pſidis, vt fiat* id quod déforis eſt, mundű. * & MS. R. G.
27 Væ vobis Scribæ & Phariſęi hypocri-
tæ:[b] quia ſimiles eſtis ſepulchris dealba-
tis, quæ áforis parent hominibus ſpecio-
ſa,[c] intùs verò plena ſunt oſſibus mor-
tuorum, & omni ſpurcitia. 28 ſic & vos
áforis quidem paretis hominibus iuſti:
intùs autem pleni eſtis hypocriſi & [d] ini-
quitate. 29 Væ vobis Scribæ & Phariſęi D
hypocritæ:[e] quia ędificatis ſepulchra pro-
phetarum, & ornatis monumenta iuſto-
rum, 30 & dicitis, Si fuiſſemus in diebus
patrum noſtrorum, non eſſemus ſocij
eorum in ſanguine prophetarum. 31 ita-
que teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quia
filij eſtis eorum qui prophetas occiderűt.
32 [f] Et vos implete menſuram patrum ve-
ſtrorum. 33 Serpentes genimina vipera- Sup. 3. b. 7.
rum,[g] quomodo fugietis à iudicio gehé-
næ? 34 Ideo[h] ecce ego mitto ad vos pro-
phetas, & ſapientes & ſcribas, & ex illis
occidetis

a *Quia mundatis quod deforis eſt calicis.*] Tranſlatione perpetua (quam Allegoriam Rhetores vocant) redarguit iſtorum hypocriſim, hoc eſt ſanctitudinis externam tantùm perſonam vacuam omni ſolidæ ſanctitudinis virtute. vt enim ex calice & paropſide interius corruptis & immundis, immunda & corrupta redduntur fercula & potus, ita vt noceant edentibus & bibentibus; ſic ex animo hominũ corrupto, corrumpitur quidquid capitur: neque ipſis qui corrupti ſunt vtile, neque Deo gratum eſt. Quamobrẽ qui cauere cupiunt ne quid corruptionis & impuritatis contrahat cibus aut potus ex vaſe, vas ipſum diligenter ablutum purgat interius & exterius: ſed diligentius intus, quàm extra; quia potius expeti debet virtus ipſa, quàm ſpecies. Ad hanc itaque ſimilitudinem iubet Ieſus animos priùs purgari à vitiis & peccatis, & ornari virtutibus: tunc cætera externa omnia & rectè fiunt, & decebunt, ac Deo placebunt.

b *Quia ſimiles eſtis ſepulchris.*] Quò ſublimius quis peccat, eò deteſtabilior erit. Peccat autem ſublimiter vel ſupernè, qui leges aliis innocentiæ & honeſtatis bonorumque morum proponit, ipſe verò introrſum turpis, ſpecioſus pelle decora eſt. ideò non ſolùm vaſis impuris, ſed fœtidiſſimis ſepulchris ſimiles eſſe dicit Scribas & Phariſæos hypocritas.

c *Intus pleni.*] Hypocriſis interna eſt vitium ſtudioſè admiſſum, quo quis non ſolùm hominibus, ſed Deo etiam fucum facere cogitat, aliquot inſtructo rationibus ad inueniendum colorem malis ſuis moribus.

d *Iniquitate.*] ἀνομίας. legis præuaricatione, alienatione à lege. Legis obſeruatores ſeſe venditant hypocritæ & tamẽ à legis obſeruatione longè diſtãt.

e *Quia ædificatis ſepulchra prophetarum.*] Hæc perpetua in mundo cæcitas homines tranſuerſos agit, vt antiquos atque defunctos vita bonos laudent, pręſentes & viuentes odio vel faſtidio proſequanter. Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat arteis infra ſe poſitas, extinctus amabitur idem. hoc autem accidit ex deprauata & corrupta diſciplina, quã à parentibus filij accipiunt. Facilè enim filij domeſtica exempla imitantur, quanquam alias damnent. vt hi qui cùm iniqua patrum in prophetas iudicia damnarent, tamen ipſi Chriſto, omnium prophetarum maximo, mortem ſtruebant; nec minore modo excipiebant excepturique erant Apoſtolos & Euangelij miniſtros alios poſtea ipſis mittendos.

f *Et vos implete.*] Non eſt mandatum, ſed prophetia & prædictio cum ironica permiſſione: eſtque vox imperatiui & ſignificatio futuri. Implere menſuram, eſt id parare & perficere, atque addere quod deerat, ad commouendam penitus diuinam indignationem, iudiciumque vltionis maturandum. Expectat enim Dominus homines, vt miſereatur eorum, ſi pœnitentiam opportunè egerint, aut vt animaduertat in eos multitudine criminum vindictam poſtulante: vt ex illo loco didicimus, Quia nondum impletæ ſunt iniquitates Amorrhæorum.

g *Quomodo fugietis à iudicio gehennæ.*] Cùm vos ipſi conſulto ſcelera admittatis, quæ in patribus veſtris damnaſtis.

h *Ecce ego mitto ad vos prophetas.*] Omnia hæc ita eueniſſe in Actis Apoſtolorum legimus.

occidetis & crucifigetis, & ex eis flagel-
labitis in ſynagogis veſtris, & perſeque-
mini de ciuitate in ciuitaté: [35] [i] vt veniat
ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effu-
ſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iu-
Gen.4.b.8. Heb.11.a.4. ſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij
Barachiæ, quem occidiſtis [k] inter tem-
2 Par.24.f.22 plum & altare. [36] Amen dico vobis, ve-
nient hæc omnia ſuper generationem
Luc.13.g.34. iſtam. [37] [l] Ieruſalem Ieruſalem, quæ oc-
cidis prophetas, & lapidas eos qui ad te
miſſi ſunt, quoties volui congregare fi-
4 Eſd.1.c.30. lios tuos quemadmodum gallina cōgre-
u noluiſtis gat pullos ſuos ſub alas, & [u] noluiſti?
9 Mal.6.f. [38] [m] Ecce relinquetur vobis domus veſtra
deſerta. [39] Dico enim vobis, [n] non me
videbitis ámodo, donec dicatis, Benedi-
ctus qui venit in nomine Domini.

## CAP. XXIIII.

Mar.13.a.1. Luc.21.b.5. A
ET egreſſus Ieſus de templo, ibat. Et
acceſſerunt diſcipuli eius [a] vt oſtende-
rent ei ædificationes tépli. [2] Ipſe autem
reſpondés dixit illis, Videtis hęc omnia?
Amen dico vobis, [b] non relinquetur hic
lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.
Luc.19.f.44 [3] Sedente autem eo ſuper Montem-oli-
ueti, acceſſerunt ad eum diſcipuli ſecre-
tò, dicentes, [c] Dic nobis, quando hæc
erunt?

i *Vt veniat.*] Vltio temporalis prophetarum & iuſtorum, qui propter veritatem pietatis aſſerendam occiſi fuerant, facta eſt in Iudæos Hieroſolymitano excidio.

k *Inter templũ & altare.*] In atrio ſacerdotũ erat altare holocauſti ante téplũ, hoc eſt, ante domũ ipſam; nam aliàs totum ædificium dicitur templum.

l *Ieruſalem, Ieruſalem.*] Magno cum animi dolore prædicit Ieſus Iudæorũ excidium; oſtenditque illud iuſtiſſimo atque euidentiſſimo Dei iudicio decretum eſſe aduerſus eos, qui non ſolùm ſceleribus multis à ſe perpetratis, ſed ſacrilega repulſa Euangelio facta, & miſericordię diuinę toties ſibi vltrò oblatæ deſpectione illam damnationem ſibi ipſis vltrò moliti ſunt.

m *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*] In libro Miſnaioth magno tractatu De benedictionibus, teſtatur Ioſeus vnus ex Scribis, auditam ſibi fuiſſe vocem è cælo, huius omnino ſententiæ in quadam ex ruinis veteris Ieruſalem precibus operam danti.

n *Non me videbitis.*] Affirmat ſe publicè & palàm illis probatum fuiſſe euágeliſtam ſecundum ſcripturas: iamque hoc nomine repulſo, oſtenſum oblatumque iri in ſpecie regis promiſſi etiá ſecundùm ſcripturas: nec aliud quippiam ſibi reſtare faciendum, quo ſe illis eum eſſe probet, qui expectabatur à patribus. Quòd ſi nec hoc nec illo modo excipiatur, iuſtiſſimum & certiſſimum fore Dei aduerſus eos iudicium excidij.

CAP. XXIIII.

a *Vt oſtenderent ei ædificationes templi.*] Illud templum fuerat ab Herode ſummo artificio maximiſque ſumptibus amplificatum lapidibus quadris, quorum reliquiæ hodie in nouo muro extant, vigenum quaternorum pedũ, & maioribus etiam.

b *Non relinquetur lapis ſuper lapidem.*] Ita illa dirutio non caſu, non militari & bellica temeritate, ſed manifeſto Dei conſilio decreta oſtédebatur, cùm nullus lapis omnino inmotus, atque è ſuo loco deiectus non fuerit, perpetuę vaſtationis ſignificatione atque argumento reprobationis certiſſimæ.

c *Dic nobis quando hæc erunt.*] Obſeruare operępretium eſt tria interrogationis capita hoc in loco ſatis diſtincta, quorum ſingulas rationes in reſponſione Ieſu quo que attendere conuenit, aliàs totum hoc argumentum impeditum videbitur, & explicatu difficile. Prima interrogatio eſt, *Quando hæc erunt?* nimirum quæ prædixerat Ieſus de reprobatione & abdicatione Iudæorum, atque Hieroſolymitano excidio. Secunda eſt, *Quod ſignum aduentus tui?* De aduentu Chriſti iam declarati filij Dei per ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum, qui aduentus inhabitationis dicitur, eſtque vnum teſtimonium præſentiæ & virtutis Chriſti in hominum animis inhabitantis. Et dicitur etiam aduentus particularis vel priuatus, in quo magnum myſterium eſt, nec breui oratione exponendum. Tertia interrogatio eſt, *Et conſummationis ſeculi?* quod ſignũ

erit conſummationis mundi: namque hic ſeculi nomen עלם ſiue עלמא pro mundo vſurpatur Hebraici atque Syriaci ſermonis conſuetudine. Hic appellatur ſecundus aduentus Chriſti publicus, cùm in fine ſeculi iudex venturus prædictus ſit à vatibus.

erunt? & quod ſignum aduentus tui, &
conſummationis ſeculi? 4 Et reſpondẽs Eph.5.b.6. Col.2.d.18.
Ieſus, dixit eis, [a] Videte nequis vos ſedu-
cat: 5 multi enim veniẽt in nomine meo,
dicentes, Ego ſum Chriſtus: & multos
ſeducent. 6 [b] Audituri "enim' eſtis præ- * autem MS.G.
lia & opiniones præliorũ. Videte ne tur-
bemini. oportet enim hęc fieri: ſed non-
dum eſt finis. 7 conſurget enim gens in
gentem, & regnum in regnum: & erunt
peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per
loca. 8 hæc autem omnia, initia ſunt do-
lorum. 9 [c] Tunc tradent vos in tribula- Ioh.15.c.20. & 16.a.2.
tionem, & occident vos: & eritis odio Sup.10.c.17. Luc.21.c.12.
omnibus gentibus propter nomen meũ.
10 [d] Et tunc ſcandalizabuntur multi: &
inuicem * tradent: & odio habebunt in- * ſe MS.
uicem. 11 Et multi pſeudoprophetę ſur-
gent: & ſeducẽt multos. 12 Et quoniam
abundabit iniquitas: refrigeſcet charitas
multorum. 13 qui autem perſeuerauerit
vſque in finem, hic ſaluus erit. 14 [e] Et B
prædicabitur hoc Euangelium regni in
vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus
gentibus.

a *Videte ne quis vos ſeducat.*] Ab eo capite primùm orationẽ inchoat, quòd maximè ad omnes ſingulosque pertinere nouerat, hoc eſt, ab aduentu ſuo in hominum animos: cuius aduentus virtus & efficientia manifeſtum argumentum & teſtimonium eſt veritatis Chriſti; adeò vt quicunque nomine Chriſti venerit, quamuis miraculis & prodigiis clarus, quamuis ſapientia præſtans, quamuis virtutis & pietatis profeſſione & exemplo illuſtris, tamẽ niſi eam virtutem & efficientiam, quã ſignificauimus, hominibus probet, Chriſtus nullo pacto dici appellariue poſſit. Atque in hac re myſterium eſt magnum, adeò vt eius ignoratio multis errorem creare poſſit grauiſſimum.

b *Audituri enim eſtis prælia.*] Hæc reſponſio ad primam interrogationem pertinet, de excidio Ieroſolymitano, & Iudaicarum rerum caſu, quem varij magnique tumultus præceſſuri erant; id quod in Ioſephi & aliorum hiſtoriis legimus eueniſſe: de fame, in Actis Apoſtolorum, & Pauli Epiſtolis videre eſt.

c *Tunc tradent vos in tribulationem.*] Deus miſericordiæ ſuæ admirabili benignitate & clementia vſus, antequam Iudæos reprobaret & diſperderet, Apoſtolorum ſuorum opera & diligentia reuocandos curauit, vt in proximo capite Chriſtus prædixerat. Apoſtoli nõ ſolùm Iudæis qui in Iudæa erant, ſed Iſraelitis omnibus etiam qui apud gẽtes alias commorabantur, vt Theſſalonicæ, Epheſi, Romæ, ſalutis nuntiũ optimum expoſuerunt; à quibus reiecti, repulſi, & in cæterarum gẽtium odium & inuidiam adducti ſunt, tanquàm rerum publicarum perturbatores, cùm tamen nihil aliud noui gentibus afferrent, quàm nomen Ieſu Chriſti, quod inuiſum factum fuerat Iudæis, obdurato per improbitatem & malitiam propriam corde.

d *Et tunc ſcandalizabuntur multi.*] Cùm iam nomen illud meum ſincerum & ſanctum fuerit exoſum, multi mei nominis inſectandi obtentu oſtendent in alios improbando quodam religionis ſtudio, vtpote non ſecundùm ſcientiam, & alij alios quaſi mearum partium ſuſpectos, tradent; rurſus illi qui meas partes videntur ſibi agere, alios odio habebunt, & tradent: atque hoc erit ex ignoratione meæ veræ virtutis, & efficiente diabolo, qui excitabit pſeudoprophetas, qui de Chriſto & æterna ſalute alia doceant, quàm quæ vera ſunt, & cognitu vtiliſſima. hæc res excitabit diſcordiam, ex diſcordia abũdabit iniquitas, quamobrem charitas multorum refrigeſcet. Sed in iis omnibus qui primam & veriſſimam Euangelij mei rationem tenuerit, in eaque perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, cognoſcetque aduentum meum tandem.

e *Et prædicabitur hoc Euangelium.*] Iam nunc de conſummatione ſeculi aliquid præfatus, indicat. Euangelium enim hoc ſuum in vniuerſo orbe prædicandum eſſe affirmat, in teſtimonium omnibus gentibus; ita vt omnes gentes ſibi prædicatum teſtentur, & non ſolùm prædicatum, ſed ſuis quæ à Deo decreta ſunt teſtimoniis comprobatum. ſunt autem teſtimonia, ſigna & prodigia, & Spiritus ſancti diſtributiones, & animaduerſiones in eos qui prædicatum repellent.

gentibus. [a] & tunc veniet conſummatio.
Mar.13.b.14 Luc.21.d.20 Dan.9.g.27. 15 [b] Cùm ergo videritis abominationem
deſolationis, quę dicta eſt à Daniele pro-
pheta, [c] ſtantem in loco ſancto (qui legit
intelligat) 16 [d] tunc qui in Iudæa ſunt, fu-
giant ad montes: 17 & qui in tecto, non
deſcendat tollere aliquid de domo ſua:
18 Et qui in agro, non reuertatur tollere
tunicam ſuam. 19 Væ autem prægnan-
tibus & nutrientibus in illis diebus.
20 [e] Orate autem, vt non fiat fuga veſtra
-in' hyeme vel ſabbatho. 21 erit enim
· 2 MS.C. Act.1.b.12.
tunc tribulatio magna, qualis non fuit
ab initio mundi vſque modò, neque fiet.
22 Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non
fieret ſalua omnis caro: [f] ſed propter ele-
ctos breuiabuntur dies illi. 23 Tunc ſi
Mar.13.c.21 Luc.17.d.23. · MS.C. quis vobis dixerit, Ecce hîc -eſt' Chriſtꝰ,
aut illic: nolite credere. 24 Surgent enim
pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & da-
bunt ſigna magna & prodigia, [g] ita vt in
errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam
electi. 25 Ecce prædixi vobis. 26 Si ergo
dixerint vobis, [h] Ecce in deſerto eſt: nolite
exire.



a *Et tunc veniet conſummatio.*] Cùm prædicatum fuerit Euangeliū, & confirmatum ſuis teſtimoniis apud omnes gentes, ita vt ex omnibus credentibus apud gentes omnes fiat Eccleſia vna, vno ſpiritu acta, ornata & amplificata; tunc non ſtatim erit, ſed veniet conſummatio.

b *Cùm ergo videritis.*] Quæ in ſumma propoſita hactenus ſunt, iam diſtributa fuſiùs explicantur. atque hoc loco certum ſignum Ieroſolymitani excidij indicatur. Quando, inquit, videritis milites alienigenas, quibus nefas erat in locum ſanctum ingredi, tamen ingreſſos, eoſque non orandi cauſa, ſed diruendi eò deductos, cognoſcite iam actum eſſe de Iudaicis rebus.

c *Stantem in loco ſancto.*] Chriſti tempore templi area omnis ſeptem partibus erat diuiſa. prima omnium dicebatur Mons domus: ſecunda, Atrium gentium: tertia, Atrium fœminarum: quarta, Atrium Iſraeli: quinta, Atrium ſacerdotum: ſexta, HECHAL: ſeptima, DEBIR. quanquam verò totus locus ſanctus haberetur, præter primā & ſecundam diuiſionem, tamen propriè ſanctum dicebatur HECHAL, hoc eſt ipſa templi ædes prior poſt porticū. & DEBIR ſancta ſanctorum appellabatur. Abominationem deſolationis interpretamur abominatos Iudæis gētiles, & deſolandi cauſa eò deductos.

d *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes.*] Iudææ nomen hoc loco pro ditione Ieroſolymitana, Bethlehem, & multa alia oppida continenti vſurpatur. Namque tempòre Chriſti omnis Iſraelitarum quondam regio in tres partes diuiſa erat, Iudæam, Samariam, & Galilæas. Fugiant ergo in Galilæas & montes Samariæ, idque magna feſtinatione, ſi velint ſe illa clade eſſe liberatos. Hoc autem eos monet Ieſus, qui ſuæ huic prædictioni crederent: namque etiam hos calamitas comprehenſura erat, ni ſibi eo modo proſpicerent, quo à Chriſto hîc conſulebatur. qui omnem hanc rem ad exemplum refert Loti quōdam à Sodomorum euerſione liberati: cui dictū eſt ab Angelis, Fuge in montem, & erue animam tuam, ne reſpexeris, &c. Non enim in maxima & calamitoſiſſima rerum trepidatione curari debet domeſtica ſupellex, quæ impedimento potius eſſe poteſt, quàm adiumento ad ſalutem. pauca enim ſecum abſtulit: tantū nimirum quantū duæ filiæ ferre potuêre: ad ſummum & ipſe, quanquam nihil exiſtimo illum abſtuliſſe, cui dictum eſt, Liberare in anima tua: Hebraica phraſi, vt expeditiſſimus effugeret hoc ſignificant hæ monitiones Chriſti, *Et qui in tecto, & qui in agro,* &c.

e *Orate.*] Hyems ob temporis importunitatem, ſabbathum ob religioſam conſuetudinem, fugam impedire & retardare poſſunt.

f *Sed propter electos.*] Ex illo enim populo illi electi ſunt, qui inuitati ad nuptias venerunt, fidem habentes inuitanti, & nuptialem veſtem induerunt. Hos ne cum reliqua gente perirent curauit Deus. Alludit hæc ſententia ad diluuium antiquum.

g *Ita vt in errorem inducantur.*] Etiam electi, ſi tantùm ad ſigna & prodigia reſpiciant, inducentur in errorem à pſeudoprophetis & pſeudochriſtis: ſed illi ad Euangelij veritatem & virtutem Chriſti veram animum aduertent.

h *Ecce in deſerto.*] Non ideò Chriſtus habetur quia deſertum petitur. non etiam ideo quia quis intra priuatos aut communes parietes continetur. Sunt hæc priuatæ rationes & cogitationes, in quas qui ſeſe infert, non debet ſibi continuò perſuadere Chriſtum ſibi iam ineſſe inhabitatorem. Vt Chriſtum enim habeamus, non eſt certus locus adeundus tanquam neceſſarius, ſiue in deſerto, ſiue in

penetralibus. ille enim ſe cupientes & expetentes vltrò quærit & adit atque inhabitat, ſicut ſcriptum eſt, Propè eſt verbum in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud. lege quæ ſcripſit D. Paulus in hanc ſententiam. Quòd ſi quis quærat an cognoſci poſſit aduentus Chriſti ab iis in quos aduenit (multi enim ſibi perſuadent eum adueniſſe ob ſolam fidem & imputationem, à quibus tamen longè ille abeſt) Reſpondet Chriſtus ipſe eſſe ſubitum & repentinum ipſius aduentum, adeò tamen clarum & manifeſtum vt fulgur, quod cùm repentè in Ortu emicet, apparet vſque in Occidentem, adeò homines ipſos illuſtrat, incendit, mutat & perficit, vt non ſolùm apud ipſos, ſed apud alios qui ad eam perfectionem nondum peruenerunt, hic Chriſti in illos aduentus probetur: ſicut ſcriptum eſt, Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos quòd iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

exire. ecce in penetralibus: nolite crede-
re. 27 Sicut enim fulgur exit ab Oriēte, & C
paret vſque in Occidentem: ita erit & ad-
uentus filij hominis. 28 a Vbicunque *Luc.17.e.37. Mar.13.c.24.*
fuerit corpus, illic congregabuntur & *Luc.21.c.25. Ezech.32.b.7*
aquilæ. 29 Statim autem b poſt tribula- *Iſa.13.d.10. Ioel.2.g.31.*
tionem dierum illorum ſol obſcurabi- *& 3.d.15.* - MS. G.
tur, & luna non dabit lumen ſuum, &
ſtellæ cadent de cælo, & virtutes cælorū
commouebuntur: 30 & tunc parebit ſi-
gnum filij hominis in cælo. & tunc plan-
gent* omnes tribus terræ: & videbunt fi- * ſe MS.
lium hominis c venientem in nubibus
cæli cum virtute multa & maieſtate.
31 Et mittet angelos ſuos cum tuba, & *Apoc.1.b.7. 1 Cor.15.g.52*
voce magna: & congregabūt electos eius
à quatuor ventis, à ſummis cęlorum vſ-
que ad terminos eorum. 32 d Ab arbore
autem fici diſcite parabolam: cùm iam
ramus

a *Vbicunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.*] Hac allegoria voluit deſcribere Chriſtus naturam, ingeniū, & ſtudium pſeudoprophetarum & pſeudochriſtorum, quos multos ſurrecturos prædixerat. eos autem cupiditati & ambitioni deſeruituros nunc ſignificat. vultures enim & aquilæ huiuſmodique rapax auium genus cùm viuentibus hominum corporibus paſci nequeant, timent enim & reformidant viuentes, mortua corpora quā longiſſimè olfaciunt & petunt. ex hac natura facile erit dignoſcere pſeudochriſtos, qui nimirum pietatem quæſtum eſſe putant, vt Apoſtoli expreſsè interpretantur, qui eiuſmodi pſeudoprophetas lupos rapaces etiam appellant. Quod Latinus interpres vertit corpus Hebraicè legit πτῶμα. cadauer dicitur propriè de cadauere corrupto, cuiuſmodi ſunt eorum corpora qui in crucibus & patibulis ſuſpendūtur, aut in bello cùm perierint, inſepulta relinquūtur. Nam σῶμα corpus viuum eſt aut mortuum, non tamen corruptum, quale fuit Chriſti etiam mortui, perpetuò appellatum σῶμα vſque ad reſurrectionē: id quod obſeruari oportuerit.

b *Poſt tribulationem illorum dierum.*] Erit magna tribulatio illorū dierum, quibus Iudæorum res proterendæ ſunt. ſtatim verò erit alia rerum omniū cæli & terræ perturbatio, quæ præcedet aduentum filij hominis cùm venerit iudicare, ſicut bella, & opiniones bellorum, & terræmotus, & fames, & peſtis præceſſerant Ieroſolymitanum excidium. Illa vox *ſtatim* indicauit rerum conſecutionem, non temporis horam certam, ſed quòd prima erit illa magna Iudæorum tribulatio, & poſt eam omnium tribuum terræ etiam planctus ex illis ſignis excitatus.

c *Venientem in nubibus cæli.*] Apertè & clarè videbunt in aëre venientem, vt viderunt diſcipuli eius aſcendentem in cælum apertè & clarè. Venturum autem dicit ſe cum virtute multa & maieſtate, cum efficacia & gloria, vtpote qui electos ſuos congregaturus ſit, ſibique perpetuò adiuncturus, improbos perpetua maledictione damnaturus, ex vtraque re gloriam ſuam confirmaturus.

d *Ab arbore fici.*] Ficus folia producit ineunte vere, caloremque arguit in aëre ſuper terram vagari; calor autem creſcens ſegetes maturat, & ad meſſem parat: meſſis æſtate fit, quamobrem æſtas τὸ θέρος dicitur. atque hīc ab Euangeliſta hoc nomen ſignificanter vſurpatur. vt ergo ficus germinans indicat calorem, cuius vi tandem meſſis erit, & fiet; ita cùm vos videritis hæc omnia fieri, quæ de excidio Ieroſolymitano vobis prædicta ſunt, ſcitote cætera etiam quæ in poſterum prædicuntur, futura fore certiſſimè: namque eadem efficacia filij hominis, qua Ieroſolymitanæ & Iudæorum res excindentur, cōſtituet etiam mundi finem & maturū reddet. Prius ergo poſterioris ſignum erit certiſſimum. Cælum enim & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Hæc eſt perpetua prædictionum confirmandarum ratio, vt ſi ex duabus aut pluribus rebus ad diuerſa tempora pertinentibus, priorum temporum prædictiones euentu ipſo conſtēt, & poſteriorum etiam expectari euentus debeat. qui enim priora prædicere & facere potuit ac voluit, idē & poſteriora prædicere poterit, & facere etiam poterit & volet. Atqui priorum à Chriſto tum prædictorum euentus non longè diſtabat: in eadem enim quæ tunc agebatur ætate edendus erat. hoc eſt quod ſubiungit:

ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſci-
tis quia propè eſt æſtas. 33 ita & vos,
cùm videritis hæc omnia, ſcitote quia
propè eſt in ianuis. 34 Amen dico vobis,
quia [e] non pręteribit generatio hęc, donec
*Mar.13.d.31* omnia hęc fiant. 35 Cælũ & terra tranſ-
ibunt, verba autem mea non pręteribũt.
36 [f] De die autem illa & hora nemo ſcit,
neque angeli cęlorum, niſi ſolus pater.
*Luc.17.f.27.* 37 [g] Sicut autem in diebus Noë: ita erit &
aduentus filij hominis. 38 ſicut enim erãt
*Gen.7.b.5. 1 Pet.3.d.20.* in diebus ante diluuium comedentes &
bibentes, nubentes & nuptui tradentes,
vſque ad eum diem quo intrauit Noë in
arcam, 39 & non cognouerunt donec
vênit diluuium, & tulit omnes: ita erit &
*Luc.17.g.37.* aduentus filij hominis. 40 [h] Tunc duo
erunt in agro: vnus aſſumetur, & vnus
relinquetur. 41 duæ molentes in mola:
vna aſſumetur, & vna relinquetur*.
42 Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora
Dominus

* duo in lecto: vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. al's. *Hil cq.*

*1 Theſ.5.d.17*

e *Non præteribit generatio hæc*] hominum qui nunc viuunt, donec omnia hæc quæ de Ieroſolymitano excidio fiant: de quibus me interrogabatis, *Dic nobis quando hæc fient?* Itaq; hoc eſt certiſſimũ & breui futurum ante huius ætatis finem. Erit igitur facile præſcribere tẽpus huius rei. namque ætas hæc non excedet annum octogeſimum.

f Sed de illo alio die & hora conſummationis ſeculi & iudicij vniuerſalis nemo ſcit, niſi ſolus pater, qui voluit hoc ſibi reſeruare arcanum, vt dare poſſit hominibus tempus ad pœnitentiam; adeò enim miſericors eſt vt hoc agat. deinde eſt alia ratio ad miſericordiam etiã referenda, quòd cum ille dies futurus ſit initium abſolutæ & extremæ miſeriæ & damnationis, tormentorumque grauiſſimorũ, quibus diabolus & angeli eius atque impij improbique homines cruciãdi ſunt in perpetuum, differetur à patre miſericordiæ, aut differri poterit ſapienter ab eo, etiamſi mundus & ſancti clament iudicium, vindicta, vltio: tamen hæc tempora & momenta pater poſuit in ſua poteſtate propter ſuam miſericordiam, qua differre ſolet in multa patientia vaſa iræ apta in interitum. in hanc ſententiam ille reſpondebat animabus interfectorum propter verbum ſuum, clamantibus, Vſquequo Domine (ſanctus & verus) non diiudicas & non vindicas ſanguinem noſtrum de iis qui habitant in terra? & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conſerui eorum & fratres eorum, qui interficiendi ſunt ſicut & illi. Interficiendi autem erant propter verbum Dei, quod teſtaturi & prædicaturi erãt in ſalutem hominũ.

g *Sicut autem in diebus Noe.*] Redit ad ſecundum argumentum de adu[entu] Chriſti in animos hominum, quo verè & magna cum efficientia venit. Hunc ait non eſſe cum obſeruatione, hoc eſt, vt certa hora, certo tempore, vel loco neceſſario perpetuoque veniat; ſed quando venturus ſit, in illius conſilio eſſe: hominum verò ipſum expectantium officium eſſe perpetuo ſtudio ſeſe ad eum excipiendum parare; neque vllam horam officij & pietatis omittere, ſicut Noë, dum cæteri homines voluptatibus, delitiis, & ambitioni operam darẽt, ille cum ſua familia arcam fabricabat, expectans in illa arca futuram ſibi à Deo ſalutẽ. Deus autem homines interea expectabat, & Noë concionibus, orationibus & actionibus ad pœnitentiam reuocandos curabat, vt eos ſeruaret, qui eius conſilio parentes ab illis vulgi ſtudiis abalienati iuſtitiam colerent. Tantum verò Noë inuentus fuerat iuſtus atque perfectus in generationibus ſuis, & cum Deo ambulauit: & poſtea etiam quo die diluuium inferendum fuit, ipſe tantùm Noë iudicio diuino iuſtus inuentus eſt; & ideo ipſe tantùm cum domo ſua in arcam ſeruandus iuſſus eſt intrare.

h *Tunc duo erunt in agro.*] Vt anno ſexcenteſimo vitæ Noë menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, quo die rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt; & facta eſt pluuia ſuper terram in articulo illius diei, ingreſſus eſt Noë, & Sem, & Cham & Iapheth filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eis in arcam, ipſi & omne animal ſecundum genus ſuum, vniuerſaque iumenta in genere ſuo, & omne quod mouebatur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſecundùm genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſque volucres ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam bina & bina, ex omni carne in qua erat ſpiritus vitæ, & quæ ingreſſa ſunt, maſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut præceperat Deus: & incluſit eum Dominus deforis, ita vt non poſſent ingredi plura quàm Deus eo deduxerat, cæteri homines animanteſque omnes manſerunt foris: ideoque ſalutis expertia fuerunt cætera omnia animantium genera. ſic in aduentu filij hominis erit: nemo enim aſſumetur, vt ingrediatur in arcam Chriſti, niſi illi tantùm qui parati illius aduentũ expectauerint. Nulla autem conditio hominum vel excluſa vel ſingulariter ad ſalutem excepta erit, ſed vt ex ſingulorum animantium generibus ea delecta ſunt quæ Deus probauerat, ſic in

conditionibus fiet. nam qui ſunt in agro colendo occupati, quod genus eſt omnibus artificiis, & vitæ communi tanquam primum, non ideò aſſumentur quòd in agro ſint, ſed illi tantùm ex illis aſſumentur, qui vel Noë imitati fuerint fide, obedientia & pietatis officiis atque miniſterij ſibi commiſſi functione recta, vel imitati fuerint animantes quæ Dei conſilium ſecutę ad Noë venerunt, eique ſeſe tractandas permiſerunt. Itaque omnis conditio cōmunis hominum ſignificatur vna ſpecie agricolarum. Neque ab hac ratione ſeruitus excludetur, namque ex duabus ancillis quæ erunt in eadem mola, altera aſſumetur ad arcam vitæ, & altera relinquetur cum reliquo vulgo: adeò vt neque coniuges aut ſocij, qui communi neceſſitudine coniuncti ſunt, ideò etiam ſimul ſint aſſumendi, ſed ille ſolùm qui paratus inuenietur. Neque enim vel Noë filij vel nurus ſoli erant, parentes, conſanguinei, ſocij, cognati, neceſſarijque alij illis erant: ſed quia cæteri erant comedentes & bibentes, ducentes vxores & nubentes, illi tantùm aſſumpti ſunt, qui Noë doctrinam eo vſque fuerant ſecuti. Fecit enim Noë omnia quæ præceperat illi Deus: & dixit Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam. te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac.

Dominus veſter venturus ſit. 43 [i]Illud
autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfa-
miliâs qua hora fur venturus eſt, vigila- *Mar.13.d.31. Luc.12.f.39.*
ret vtique, & nō ſineret perfodi domum D
ſuam. 44 Ideò & vos eſtote para[ti]: quia
*qua neſcitis hora filiꝰ hominis vēturus * qua hora non putatis, &c.
eſt. 45 [k]Quis, putas, eſt fidelis ſeruus &
prudens, quem conſtituit dominus ſuus
ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum
in tempore? 46 Beatus ille ſeruus, quem, *Luc.12.e.42. Apoc.16.c.15*
cùm venerit dominus eius, inuenerit ſic
facientem. 47 Amen dico vobis, quo-
niam ſuper omnia bona ſua conſtituet
eum. 48 Si autem dixerit malus ſeruus
ille in corde ſuo, Moram facit dominus
meus venire: 49 [l]& cœperit percutere cō-
ſeruos ſuos, manducet autem & bibat
cum ebrioſis: 50 veniet dominus ſerui
illius in die qua non ſperat, & hora qua
ignorat: 51 & diuidet eum, partemque
eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus *Sup.13.f.42. Inf.25.c.30.*
& ſtridor dentium.

i *Illud autem ſcitote.*] Magnum periculum eſt hominibus ne cùm veniat ad eos Chriſtus, offendat imparatos. expedit igitur vnicuique intento ſtudio omnique conatu & officio ſuas partes rectè ac legitimè agere: neque procraſtinare, aut expectare ſenectutem aut horam mortis, aut aliam oportunitatem; oportunitas relinquitur Deo eligenda: hominum non eſt huiuſmodi optare, ſed perpetuò vigilare, & in officio conſtare.

k *Quis, putas, eſt fidelis ſeruus.*] Vnicuique eorum qui veram religionem profitentur, impoſitum eſt ſuum miniſterium & officium à Deo pro perſonarum & ordinum ratione: nam ſi neminem alium quis habeat præter ſe quem colat, ſe tamen habet, & vitem in vinea Domini & cultorem. Igitur ſuas partes vnumquemque diligenter & ſtudioſè agere & tueri oportet, ſiue iuuenem, ſiue maturæ ætatis, ſiue ſenem, nulla hora non hærendum in ſolo vineæ, nulla hora non promouendum eſt. Durus eſt hic ſermo; atqui ſic res habet ipſa. Vt enim ſeruus præpoſitus familiæ nulla hora vacat quin proſpiciat familiæ, nam dum alij in opere ſunt, ſinguli in ſuo, ille cibum emit, vel parat, vel condit, vel menſam ſternit vel ſtruit, vel paſcit familiam, vel menſam tollit, & denuò cibos parat, componit quædam, ſeruat quædam, diſtribuit ſingulorum portiones, diuidit pro perſonarum & habitudinum ratione. itaque totus in hoc eſt, ne quid cui deſit. hic eſt fidelis & prudens ſeruus, cui ſimillimos eſſe oportet eos, qui Chriſtum credētes cupiunt, expectant ad ſe venturū. Neque quòd minus rara exempla huius aduentus publicè videantur, ideò exiſtimandus eſt Chriſtus aut negligere, aut ceſſare; aut non niſi ſerò venturus eſſe: nam veniet qua hora ignorat, & die qua quis non ſperat: & diuidet eum à familia ſua, & partem eius. hoc eſt, nomen illius in rationibus & nominibus fictorum Chriſtianorum ponet: cæteros quos paratos, in officioque ſeſe continentes inuenerit, aſſumet. Videtur mihi hoc loco Magiſter noſter noſtra tempora ſingulariter indicaſſe.

l *Et cœperit percutere.*] Omnium criminum duo capita ſumma obſeruantur, quæ hoc loco à Præceptore noſtro ſignificata ſunt: alterum eſt voluptatum ſtudium, quod ad propriam ſingulorum perſonam attinet: alterum iniuriæ faciendæ cupiditas & audacia. Facit autem vnuſquiſque iniuriam aliis, vt ſuis commoditatibus ad voluptatem propriam conſulat. vtrumque caput ſua vt habetur ſerie, duobus illis orationibus præceptor ſignificauit, Percutere conſeruos, & manducare & bibere cum ebrioſis.

CAP.

# CAP. XXV.

A TVnc[a] ſimile erit regnum cęlorum [b]de-
cem virginibus: quę accipientes lam-
- G. pades ſuas exierunt obuiam ſponſo & 
ſponſæ. 2 Quinque autem ex eis erant
¹ c & s. inuertunt. "fatuæ, & quinque prudentes. 3 ſed
quinque fatuę, [c]acceptis lampadibus, nõ
ſumpſerunt oleum ſecum: 4 prudentes
verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum
lampadibus. 5 Moram autem faciente
ſponſo, dormitauerunt omnes & dor-
mierunt. 6 Media autem nocte clamor
factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite ob-
uiam ei. 7 Tunc ſurrexerunt omnes vir-
gines illæ: & ornauerunt lampades ſuas.
8 Fatuę autem ſapientibus dixerũt, [d]Da-
te nobis de oleo veſtro: quia lampades
noſtrę extinguuntur. 9 Reſponderunt
prudentes, dicentes, [e]Ne fortè non ſuffi-
ciat nobis & vobis, [f]ite potius ad ven-
dentes: & emite vobis. 10 Dum autem
irent emere, vênit ſponſus: & quæ para-
tę erant, intrauerunt cum eo ad nuptias,
& clauſa eſt ianua. 11 [g]Nouiſſimè verò
veniunt & reliquæ virgines, dicẽtes, Do-
mine, Domine, aperi nobis. 12 At ille
reſpondens, ait, Amen dico vobis, neſcio
vos.

M

CAP. XXV.

a *Tunc ſimile erit.*] Particula illa *tunc* non tam tempus, quàm rerum ipſarũ ſeriem & conſecutionem ſignificat: eamque vim habet quam Latinorum *ita, atque ita, quamobrem.* ſic in Pſalm. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, &c. Regnum cælorum hoc in loco ea ratione qua premium eſt, conſiderandũ proponitur. Et ratio, inquit, donationis regni cælorum ad huiuſmodi exẽplum referri poteſt, quòd fuerint decem virgines.

b *Decem virginibus.*] Mos olim fuit in nuptiis ſpõſo iuuenes adhibere, qui *filij ſponſi* vocabantur: iſque mos non ſolùm inter Iudæos, ſed inter gentes fuit obſeruatus. Sponſæ autem adhibebantur virgines, quæ incenſis lampadibus illam comitabantur, cùm ad ſponſi domum deduceretur: ſicut ſcriptum eſt, Adducentur regi virgines poſt eam, proximæ eius adducentur tibi, cum lætitia & exultatione adducentur in templum regis. Erant autem decem, vt ex antiqua lectione obſeruauimus. lege ſtatium de nuptiis Stellæ & Violantillæ, & Miſnaioth de pacto.

c *Acceptis lampadibus.*] Lampades virginum ſingulorum profeſſionem fidei ſignificant, & nomen quo ſe vnuſquiſque tradit miniſtraturum ſpõſo. Oleũ hoc in loco alteram partem interpretamur, hoc eſt pœnitentiam, & opera neceſſaria, imò pluſquam neceſſaria ad occurrẽdum ſponſo: ſine quibus lãpas extinguntur, hoc eſt, fides mortua eſt.

d *Date nobis de oleo veſtro.*] A ſingulis qui velint ad nuptias admitti, exiget ſponſalium ratio propriæ curę oleum, hoc eſt, bona opera præſtita re ipſa, & non per fidẽ tantùm apprehenſa opera aliena (hic agitur de iis qui ætate & ratione valent præſtare quod Euangelium exigit.) Atque ita non latus eſt dicere Chriſtus operatus eſt pro me; ego non debeo opera bona facere: multi falluntur huiuſmodi opinione.

e *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis.*] Accidere poteſt, imò ita eſt, vt non ſufficiat etiam copia, quantumuis magna, operum ab iis præſtitorum, qui ſponſum expectant, vt comparentur cum eo dignitate beneficij, quod eſt admitti ad nuptias ſponſi. Quòd ſi ita eſt, vt eſt, non ſunt negligenda opera, imò eò diligentiùs illis ſtudendum, quòd nihil humanum illud diuinum beneficium æquare poteſt. nam illa omnino requiruntur & exiguntur. quòd ſi negligantur aut contemnantur, minus habebimus: ſed Chriſti doctrina eſt, quòd habenti dabitur, & ei qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.

f *Ite potius ad vendentes.*] Ex hoc loco manifeſtum fit aliquos eſſe, qui dicantur vendentes oleum: ſed virgines quæ legitimè & oportunè ſibi non proſpexerunt, ſtultè petiiſſe venditores olei aduentante ſponſo, & intempeſtiuè rediiſſe. Sed quid ſit ad vendentes ire, cognet vnuſquiſque emptum iri quod non habet.

g *Nouiſſime vero veniunt & reliquæ.*] Exiſtimantes ſe ad nuptias admittendas eſſe, lampades afferebant, quas nondum abiecerant, & oleum, ſed emptum tamen ſerò.

vos. 13 [a] Vigilate itaque, quia neſcitis *Mar.13.d.33. Sup.24.e.42. Luc.19.b.12.*
diem neque horam. 14 Sicut enim ho-
mo peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos B
ſuos, [b] & tradidit illis bona ſua. 15 Et vni
dedit quinque talenta, alij autem duo,
alij verò vnum, vnicuiq; ſecundùm pro-
priam virtutem: & profectus eſt ſtatim.
16 Abiit autem qui quinque talenta ac-
ceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus
eſt alia quinque. 17 Similiter & qui duo
acceperat, lucratus eſt alia duo. 18 Qui
autem vnum accepèrat, abiens fodit in
terram, & abſcondit pecuniam domini
ſui. 19 Poſt multum verò temporis ve-
nit dominus ſeruorum illorum, & po-
ſuit rationem cum eis. 20 Et accedens
qui quinque talenta acceperat, obtulit
alia quinque talenta, dicens, Domine,
quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia
quinque ſuperlucratus ſum. 21 Ait illi
dominus eius, Euge ſerue bone & fidelis,
quia ſuper pauca fuiſti fidelis, [c] ſuper mul
ta te conſtituam: [d] intra in gaudium do-
mini tui. 22 Acceſſit autem & qui duo
talenta acceperat, & ait, Domine, duo
talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lu- C
cratus ſum. 23 Ait illi dominus eius, Eu-
ge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pau-
ca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituã:
intra in gaudium domini tui. 24 Acce-
dens autem & qui vnum talentum acce-
perat, ait, Domine, ſcio quia homo du-
rus es,

a *Vigilate itaque.*] Itaque vigilantibus & non dormientibus, iura, vt in prouerbio eſt, ſubueniunt, hoc eſt, diuina promiſſa ad eos pertinent, qui in vigilia, ſtatione & obſeruatione proprij officij perſeuerant, non ad eos qui tantùm credunt & dormiunt, poſteaque dicunt, Domine, Domine, aperi nobis: id quod ſubiũcta parabola manifeſtè docetur.

b *Et tradidit illis bona ſua.*] Hoc veriſſimum eſt, virtutem omnem & facultatem tum animi, tum corporis ad aliquid agendum Dei donum eſſe. Quid enim habes quod non accepiſti? ſed vbi tradita ſunt & accepta, debet vnuſquiſque exiſtimare non fruſtra ſibi tradita aut accepta fuiſſe, ſed quanquã diſparia, tamen vt exerceantur eſſe accepta: neque rationem haberi debere à quoquam quãtum ſibi traditum ſit, ita vt qui minus acceperit, ideò negligat ſuas partes quas ipſe acceperit, ſed illas ſtrenuè exerceat, & ſatagat atque Domino ſatisfaciat. non tantùm verò ſatisfaciet magnitudine operis à ſe præſtiti & multitudine, quantum fidelitate & ſedulitate. Non enim laudantur ſinguli illo elogio, quia multa lucratus es, ſed, quia ſuper pauca fuiſti fidelis. Hoc igitur quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur: vt inquit D. Paulus. Non eſt autem fidelis qui nihil agit aliud, niſi vt pecuniam domini ſui in terram defodiat.

c *Super multa te conſtituam.*] Hoc loco ſignificat Præceptor, & indicat, quantũ præſtet ſtatus viri pij per Chriſti in ſe aduentum iam amplificati, ei in quo fuerit ante aduentum Chriſti, atque Spiritus ſancti. vterque ſtatus gratus Deo propter fidem & pietatem, ſed poſterior longè gratior priori. Opera item in vtroque ſtatu facta grata ſunt Deo. in priori grata ſunt, quanquam pauca & exigua, ſi cum magna alterius ſtatus perfectione conferantur. ſed tamen grata, ita vt audiat, *Euge ſerue bone & fidelis.* ea demum quibus neglectis non cõſtituetur ſeruus ſuper multa, nec intrabit in gaudium Domini ſui. Magna & multa ſunt ad quæ agẽda conſtituuntur ij qui Chriſtũ in ſuis animis habitantem acceperunt.

d *Intra in gaudium domini tui.* Gaudium Chriſti eſt ſanctificatio hominum in illa myſteriis plena nuptiarum ſolennitate. Delitiæ meæ eſſe cum filiis hominum, inquit Sapientia. Et Paulus, Hæc enim eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: vbi voluntas idem quod [illegible] ſignificat.

rus es, [e] metis vbi non ſeminaſti, & con-
C gregas vbi non ſparſiſti: 25 & timẽs abij,
& abſcondi talentum tuum in terra: ecce
habes quod tuum eſt. 26 Reſpondens
autem dominus eius, dixit ei, Serue ma-
le, & piger, ſciebas quia meto vbi non
ſemino, & congrego vbi non ſparſi:
27 oportuit ergo te committere pecuniã
meam numulariis, & veniens ego rece-
piſſem vtiq; quod meum eſt cum vſura.
28 Tollite itaque ab eo talentum, & date
ei qui habet decem talenta. 29 [f] Omni
Sup.13.b.12. Marc.4.c.25. Luc.8.c.18. & 19.d.26. enim habenti dabitur, & abundabit: [g] ei
autem qui non habet, & quod videtur
habere, auferetur ab eo. 30 Et inutilem
ſeruum eiicite in tenebras exteriores. Il-
Sup.8.b.12. & 22.b.13. lic erit fletus & ſtridor dẽtium. 31 [h] Cùm
autem venerit filius hominis in maieſta-
te ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſe-
debit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: 32 &
congregabuntur ante eum omnes gẽtes,
[i] & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor
ſegregat oues ab hœdis: 33 & ſtatuet o-
ues quidem à dextris ſuis, hœdos autem
à ſiniſtris. 34 Tunc dicet rex his qui à
D dextris eius erunt, Venite [k] benedicti pa-

e *Metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti.*] Indicabat hoc loco Ieſus argumenta eorum, qui ſola fide contenti, exiſtimãt ſibi imputari iuſtitiá: opera verò, quòd dicãt eſſe imperfecta, &, vt illorum verbo vtar, polluta, & tanquam pannus menſtruatæ inquinata, dicunt non modò neceſſaria non eſſe, ſed abominanda: quia Deus, inquit, maiorem perfectionem exigit, quàm quæ humanis operibus præſtari poſſit. hoc eſt, *Metit vbi non ſeminat, & congregat vbi non ſparſit.* Hoc non malè proponitur, ſed illud malè colligitur: ergo abiicienda ſunt opera tanquam mala, & non curanda vt neceſſaria; imò tanto maiori ſtudio & cõtentione curáda & præſtanda, quanto perfectiora exiguntur: & tanto etiá plura, vt ſi non poſſit homo humanis viribus cũ gratia humanæ naturæ conceſſa, ad illam operum magnitudinem & perfectionem peruenire, cõtẽdat tamen & conetur, atque id quod poteſt agat, vel nihil omittat eorum quæ debet & poteſt; ita vt cùm veniat Dominus, inueniat gratiam & dona à ſe credita, cum augmento perpetuo operum & actionum: vt pecunia nũmulariis data, ſingulis horis & horarum momentis aliquid lucri facit, ſic vt ſemper lucrum creſcat. ita quod ex hominis obedientia & recto vſu donorum à Deo acceptorum accedit, Vſura Domini dicitur.

f *Omni enim habẽti dabitur, & abundabit.*] Hæc certiſſima ſententia diuino conſilio decreta eſt, vt qui rectè vſus fuerit donis ſibi à Deo creditis, is amplioribus donis augeatur per Spiritum ſanctum Chriſti in eum venientis & manentis in eo; isque longè plura & præſtantiora ea faciat, quàm anteà: ita vt abundet gratia & ſpiritu, abundet operum & actionum dignitate, abundet gaudio, pace & conſolatione.

g *Ei autem qui non habet, & quod.*] Ei qui caret operibus, quæ curare ac præſtare debuit & potuit, per gratiam & animi virtutes à Deo conceſſas. videtur autem habere fidem, videtur habere cognitionem ſacrarum literarũ, & ſapientiæ atque ſcientiæ Dei: tamẽ auferetur ab eo id quod vel ſibi vel aliis videtur habere. Vtinam nulli eſſent quos hæc Chriſti parabola notaret! nulli huiuſmodi ſerui extarent inutiles, quibus illa horrenda obcæcationis ſententia immineret, *Eiicite eum in tenebras exteriores.*

h *Cùm autem venerit filius hominis in maieſtate ſua.*] Abſoluit tertium argumentum quod in quæſtionibus fuerat propoſitum, de conſummatione ſeculi, quæ ad iudicium extremum refertur: in quo qui publicè viſus eſt ab hominibus in humilitate veniens, filius hominis videbitur publicè in gloria iudicis, ſedens in throno iudicans omnes gentes.

i *Et ſeparabit eos ab inuicem.*] Ante illum diem fieri poteſt, atque ita accidit, vt hœdi & oues in agro huius mundi permixti ſint, id ferente Deo, & ad ouium probationem, & hœdorum multorum correctionem, qui ex ouium ſimplicitate inſtrui poſſint, vt vel omnino ſtupiditatem & petulantiam deponant, vel mitiores ſaltem fiant. Tunc verò omnino ſeparati erunt ſapientia & virtute, atque auctoritate filij hominis ſedentis in gloria ſua.

k *Benedicti patris mei.*] Qui benedixit vos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, vt exponit D. Petrus.

l *Poſſidete.*] Tantùm benedicti patris poſſidebunt regnum, quia illis tantùm eſt paratum à conſtitutione mũdi. Quid ſignificet *conſtitutio mundi*, iam alias expoſuimus. Itaque benedictis paratur regnum, ſed quinam erũt illi benedicti, nempe illi qui recto in Deum ſtudio animati, charitatis officia proximis præſtiterint. maximè autem hæc officia exercentur, aliorum inopiæ ſuccurrendo.

tris mei, [l] poſſidete paratum vobis regnũ
à conſtitutione mundi. 35 eſuriui enim, *Iſa. 58. b. 7. Exec. 18. b. 7.*
& dediſtis mihi manducare. ſitiui: & de-
diſtis mihi bibere. hoſpes eram: & colle-
giſtis me. 36 nudus: & operuiſtis me. in- *Eccl. 7. d. 39.*
firmus: & viſitaſtis me. in carcere eram:
& veniſtis ad me. 37 Tunc reſpondebũt
ei iuſti, dicentes, Domine, quando te vi-
dimus eſurientem, & pauimus: ſitiẽtem,
& dedimus tibi potum? 38 quando au-
tem te vidimus hoſpitem, & collegimus
te? aut nudum, & cooperuimus te?
39 aut quando te vidimus infirmũ, aut in
carcere: & venimus ad te? 40 Et reſpon-
dens rex, dicet illis, Amen dico vobis,
quãdiu feciſtis vni ex his fratribus meis
minimis, mihi feciſtis. 41 Tunc dicet &
his qui à ſiniſtris erunt, Diſcedite à me *Pſal. 6. b. 9. Sup. 7. c. 23. Luc. 13. f.*
maledicti in ignem æternum, [m] qui para-
tus eſt diabolo & angelis eius. 42 [n] eſuriui
enim: & non dediſtis mihi manducare.
ſitiui: & non dediſtis mihi potum.
43 hoſpes eram: & non collegiſtis me. nu-
dus: & non operuiſtis me. infirmus, &
in carcere: & non viſitaſtis me. 44 Tunc
reſpondebunt ei & ipſi, dicentes, Domi-
ne, quando te vidimus eſurientem, aut
ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut
infirmum, aut in carcere: & non mini-
ſtrauimus tibi? 45 Tunc reſpondebit il-
lis, dicens, Amen dico vobis, quandiu
non feciſtis vni de minoribus his, nec
mihi

m *Qui paratus eſt diabolo,*] Ignis æternus propriè ac præcipuè diabolo & angelis eius paratus fuit à principio, antequam homo originali caſu rueret. accidit autem poſteà, vt homines ſua culpa illi igni ſeſe addixerint, ex patre diabolo cùm extiterint, & filij gehẽnæ. Itaque omnes qui in maledictum inciderint, nec ſuam reſtitutionem à Deo legitimè & rectè quæſitam obtinuerint, ibunt in ignem æternum: non quia Deus eos ad ignem æternum ſubeundum produxerit, vel ignem æternum eorum cauſa parauerit definitè; ſed quia ipſi ſe à benedictione Patris ſubtrahentes, dignos illo igne reddiderunt.

n *Eſuriui, & non dediſtis mihi.*] Homines ſua culpa omnino, nullo alio neceſſario nomine damnãtur. Eſt autem duplex culpa commiſſionis in mandata Dei, quæ negatiua dicuntur, & obmiſſionis erga præcepta affirmatiua & charitatis officia. Multi autem fortaſſis erunt qui ſe cõmiſſione atque opere in legem peccaſſe negent, ſed quia non ſatis eſt vt malè non agatur, niſi & bene etiam agatur: Magiſter hanc partem operum vt neceſſariorum ad benedictionem illam à Deo obtinendam indicauit.

Ioh.5.d.25. Dan.12.a.2. mihi feciſtis. 46 Et ibunt hi in ſuppliciũ
æternum : iuſti autem, in vitam æternã.

## CAP. XXVI.

A ET factum eſt: [a] cùm conſummaſſet Ie-
ſus ſermones hos omnes, dixit diſci-
Mar.14.a.1. Luc.22.a.1. pulis ſuis, 2 Scitis quia poſt biduum Pa-
ſcha fiet, [b] & filius hominis tradetur vt
crucifigatur. 3 [c] Tunc congregati ſunt
principes ſacerdotum & ſeniores populi
in atrium principis ſacerdotum, qui di-
cebatur Caiphas: 4 & conſilium fecerũt
vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent.
5 Dicebant autem, Non in die feſto: ne
Ioan 6.5. Ioh.11.a.2. & 12.a.3. Mar.14.a.3. fortè tumultus fieret in populo. 6 [d] Cùm
autem Ieſus eſſet in Bethania in domo
Simônis leproſi, 7 acceſſit ad eum mu-
lier habens alabaſtrum vnguenti pretio-
ſi, & effudit ſuper caput ipſius recum-
bentis. 8 [e] Videntes autem diſcipuli, in-
M 3 dignati

CAP. XXVI.

a *Cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes*] in quibus vniuerſa euangelicæ doctrinæ ratio continetur. cuius doctrinæ tres partes ſunt, quas tenere debent quicunque ſaluti ſuæ ſeriò ſtudent. Prima agit de fide erga Deum, Deique promiſſa. ſecunda de pœnitẽtia, in qua continetur operũ ratio omnis. tertia de efficientia Chriſti in eos qui credunt & obediunt Euangelio. Omnes hos ſermones conſummauerat Ieſus, vt propheta & præceptor: ita vt nulla iam pars earum quæ ad hoc munus pertinerent, requireretur. quamobrem ad aliud munus Chriſti, hoc eſt, Sacerdotis ac Regis, ac denique ſeruatoris hominum exequẽdum ſeſe iam deinceps parabat. ideò enim venerat Ieroſolymam valdè celeri gradu, vt ſuperius legimus.

b *Et filius hominis tradetur vt crucifigatur.*] Illa coniunctio & expoſitionis vicem obtinet. Sciebãt enim diſcipuli Paſcha poſt biduum fore: ſed an eo tempore Ieſus eſſet tradendus & crucifigendus, non ita ſciebant. Exponit autem Ieſus ita eſſe, vt cùm poſt biduum Paſcha futurum ſit, tamen ipſe illo biduo tradendus eſſet & crucifigendus: vt id quod antiqua & ſolenni Paſchatis actione ſignificabatur, cum ipſa figura conueniret. Igitur oportebat ita breuiſſimo tempore tranſigi hanc rem, quod videri poterat impoſſibile diſcipulis, tam breui tempore extare traditorem, modum traditionis inueniri, capi illum, in iudicio ſiſti, cauſam agi, damnari, & crucifigi. hæc feſto non poterãt fieri, ante feſtum nimium anguſtum tempus videbatur. & tamen affirmat Ieſus ita fore, vt ante Paſcha hæc omnia fiant. Simul vt illos prædictione futurarum rerum paratiores reddat, atque etiam doceat ſcripturarum & prophetiarum rationem cum veritate ipſa conſtare: eiuſque mortem non caſu, non temeritate aut imprudentia, ſed diuino conſilio conſtitutam eſſe, ad ſalutem publicam hominum. Qua in re quanquam maxima culpa in Iudæorum improbitate eſſet, qui miniſtri fuerunt huius mortis ignominioſæ Chriſto afferendæ, tamen auctoritas prima atque inſtitutio ad Deum referenda fuit; qui proprium filium tradidit pro nobis vt crucifigeretur. Atque ita quod ſæpiſſimè curauerunt Iudæi, hoc eſt, vt Ieſum occiderent, efficere non potuerunt, quamuis longo tempore, & multis conſiliis initis, ac tentata ſæpè re; donec hora acceſſit eorum, & poteſtas tenebrarum; tunc enim adeò breuiter omnia expedita ſunt, vt agnoſci facilè poſſit diuinum conſilium, maximeque probari expoſitione ipſa rei geſtæ, quam Euangeliſtæ continuò ſubiungunt.

c *Tunc congregati ſunt.*] Eo tempore, eademque hora qua Chriſtus in monte Oliuarum prædicebat diſcipulis hoc, congregati ſunt vt eum dolo tenerent, & dolo detentum occiderent: namque hoc illi magis cuperent, quàm publicè occidere; quod tutius illis videbatur atque expeditius: ſed timuerunt tumultum populi, qui facilè oriri poſſet ex rumore inopinatæ capturæ aut occiſionis; maximè eo tempore, quo multi ex variis locis conueniebant Ieroſolymam, cupidi videndi Ieſum. atque ita differebant conſilium vltra feſtum, cùm intelligerent tam breui non poſſe rem illam adornari, citra periculum ſeditionis aut tumultus.

d *Cum autem Ieſus eſſet in Bethania.*] Significatur occaſio accepta à Iuda proditore, qui iam diu propoſuerat vlciſci detrimentum factum ſuis furtis, atque propoſitum animo occultauerat ſuo, quoad intellexit concilium initum eſſe aduerſus Ieſum: atque ita ipſe vltrò acceſſit principes, &c. Ex quo manifeſtè oſtenditur conſilium diuinum, quod antea impediebat Iudæ, ſacerdotum & aliorum conſilia & conatus, nunc locum dediſſe illis, vt efficerent quod cupiebant, cùm opportunum tempus fuit ad rem diuinis oraculis prædictam expediendam. anteà illi non potuère quicquam efficere, niſi tantùm vt ſcelus animo conciperent in ſuam damnationem: & quia non erat depoſitum, adhuc permittuntur à Deo illud explere ſimul, vt ex facto ipſo oſtendatur mundo damnationis illorum ratio iuſtiſſima, & ex illorum malitia Deus magnum orbi omni vſum proferat, pro ſua ſapientia & miſericordia, vt qui ex veneno medicinam facere novit ſalutarem.

e *Videntes autem diſcipuli.*] Diſcipuli omnes re non ſatis conſiderata, indignabantur, cognita magiſtri modeſtia, & moti Iudæ detractione, qui primus auctor fuit huius accuſationis, vt ferè fit, vt prima alicuius fraudulenti & improbi oratione ſimplices alii in eandem ſententiam ſubitò impellantur, à quo ſapientiori dicto reuocari poſſunt, ſed ille improbus auctor non reuocetur.

dignati ſunt, dicentes, Vt quid perditio
hæc? 9 potuit enim iſtud vænũdari mul-
to, & dari pauperibus. 10 Sciens autem
Ieſus, ait illis, a Quid moleſti eſtis huic
mulieri? opus enim bonum operata eſt
in me. 11 nam ſemper pauperes habe- *Deut. 15. b. 11*
tis vobiſcum: me autem non ſemper "ha- " habebitis. MS q.
betis. 12 b Mittens enim hæc vnguen-
tum hoc in corpus meum: ad ſepelien-
dum me, fecit. 13 Amen dico vobis, vbi-
cunque prædicatum fuerit hoc euange- B
lium in toto mundo, dicetur & quòd hęc
fecit, in memoriam "eius. 14 c Tunc ab- " αὐτῆς.
iit vnus de duodecim, qui "dicebatur Iu- *Mar. 14. b. 10* *Luc. 22. a. 3.* " dicitur 6 MS.
das Iſcariótes, ad principes ſacerdotum:
15 & ait illis, Quid vultis mihi dare, &
ego vobis eum tradam? At illi conſtitue-
runt ei triginta argenteos. 16 Et exinde
quærebat oportunitatẽ vt eum traderet.
17 Prima autem "die Azymorum acceſ- *Mar. 14. b. 12* *Luc. 22. a. 7.*
ſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes, Vbi- " 5 MS. G.
vis paremus tibi comedere Paſcha?
18 At Ieſus dixit, Ite in ciuitatẽ d ad quen-
dam: & dicite ei, Magiſter dicit, Tempus
meum prope eſt, apud te facio Paſcha
cum diſcipulis meis. 19 Et fecerũt diſci-
puli

a *Quid moleſti eſtis huic mulieri?*] Nam fremebant aduerſus eam, vt Marcus enarrat.

b *Mittẽs enim hæc vnguentũ.*] Cùm ſciatis me non ſolere vti huiuſmodi delitiis & pretioſis rebus, iraſcimini huic mulieri. Atqui oportuit ſuſpicari aliquam cauſam ſubeſſe, quãobrem ego, qui ab huiuſmodi vitæ delitiis alienus omnino ſum, paſſus fuerim effundi in meum corpus hoc vnguentum. Mihi enim & ſi viuenti hoc conferatur quod ad delitias pertinet, tamen mortuo debetur ad honorem & ſignificationem vt cæteris mortuis additur Iudæorum more. Nullæ enim delitiæ accedunt ex vnguentis mortuo corpori, ſed honor & ſignificatio. Igitur debueratis cogitare aliquid de morte mea ac ſepultura in hac effuſione agi; atque ideò me admiſiſſe huiuſmodi officium à muliere hac; cuius mentem Deus incitauit, vt quem poſt mortem mihi non poſſet honorem, viuenti in ſepulturæ ſignificationem deferret. Atqui nemo apud vos improbat morem vngendi mortuos, ad ſignificationem ſpei reſurrectionis: non debetis igitur & hoc factum improbare, cùm mihi mortuo neque minor honor debeatur, quàm cuipiam alij; neque vlli magis propria reſurrectionis ratio, ſignificatio, ſpeſque ſit, quàm mihi qui me reſurrecturum ſæpiùs iam prędixi. Imò vbicunque prædicabitur hoc euangelium mortis & ſepulturæ meæ, à me ſæpiùs prædictæ, & conſilio diuino decretæ, dicetur etiam & quòd hęc fecit, ſigno ipſo externo ſignificans, quod ego verbis & oratione ſæpè affirmatam futurum. atque hoc erit in memoriam eius, quam Deus ad hoc faciendum excitauit.

c *Tunc abiit.*] Eo ipſo tempore quo hęc in Bethania acta erãt, Iudas ad principes ſacerdotum conuenit, & de proditione, atque mercede proditionis tranſactum eſt; & ille ex eo quærebat opportunitatem. Fuit autem illi opportunitas, quo tempore minus ſperabãt ſacerdotes & alij, propter feſtum, & tumultus metum. At Deus eo tempore illis occaſionem permiſit, quo oportebat Chriſtum pati, hoc eſt, cùm Paſcha immolabatur, vt res figuram impleret ſuo tempore. Chriſtus qui omnia ſciebat, ſuæ obedientiæ negotium ipſis tum inimicorum, tum etiam ſuorum actionibus inſtruebat. nam dum diſcipuli agunt de Paſchate figuratiuo, ille ſuum Paſcha parabat & ſignificabat, vt hîc manifeſtè ait, *Tempus meum prope eſt*, &c.

d *Ad quendam.*] Non quòd Chriſtus dixerit, *Ad quendam*, ſed Euangeliſta vſurpauit hoc verbum, vt ſignificaret certum fuiſſe virum à Ieſu indicatum certis ſignis, quæ poſteà à diſcipulis re ipſa comperta ſunt ita habere. Alij Euangeliſtæ referunt integram Chriſti orationẽ cum ſignis: vt, Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: ſequimini illum, &c. Et tandem ſubiungitur, Euntes diſcipuli fecerunt ſicut dixerat illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Hæc omnia vno verbo ſuo, *ad quendam*, complexus eſt Matthæus. Pronomen enim *quidam*, certam aliquam vel perſonam vel rem ſignificat.

puli ſicut conſtituit illis Ieſus: & paraue-
Mar.14.b.17 runt Paſcha. 20 Veſpere autem facto,
[a]diſcumbebat cum duodecim diſcipulis
Luc.22.b.14. Ioh.13.c.21. ſuis. 21 [b] Et edentibus illis, dixit, Amen
dico vobis, quia vnus veſtrum me tradi-
turus eſt. 22 Et contriſtati valdè, cœpe-
runt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum,
Domine? 23 At ipſe reſpondens, ait,
[c]Qui intingit mecum manum in paro-
C pſide, hic me tradet. 24 Filius quidem
Pſal.40.b.10. hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo:
[d]væ autem homini illi, per quem filius
* traditur 2 Mac.6.5. hominis "tradetur": bonum erat ei, ſi na-
tus non fuiſſet homo ille. 25 Reſpondẽs
autẽ Iudas [e] qui tradidit eum, dixit, Nun-
quid ego ſum rabbi? Ait illi, Tu dixiſti.
1 Cor.11.e.24 26 [f] Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus
panem, & [g] benedixit, ac fregit: deditque
diſcipulis ſuis, & ait, [h]Accipite, & come-
dite: hoc eſt corpus meum. 27 Et acci-
piens calicem, gratias egit: & dedit illis,
dicens, Bibite ex hoc omnes. 28 [i] Hic
eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,
qui

a *Diſcumbebat Ieſus.*] Poſtquã Paſcha comediſſent. nam duplex illis cœna illo die fuit: prior erat legalis ſignificationis & ceremoniæ cauſa inſtituta, in qua non ſaturabantur. non enim poterat ſaturare agnus tredecim viros, ſed ſatis erat vt ſinguli aliquid de agno ederent. hęc celebrabatur à ſtantibus, more à lege præſcripto. Poſt hanc cœnam cœnabatur etiam adhibitis aliis epulis, vt quiſque pro facultate & ratione feſti poterat. Fuit autem hoc modo omnis illius temporis actio à Ieſu obita. imprimis factum eſt Paſcha, quod ſacrificij magis genus, quã cœnæ erat. Deinde diſcubitum fuit ad alteram cœnam, quæ antequam inciperetur, ſurrexit Ieſus, & lauit pedes diſcipulorum: deinde recubuit cum illis ad communem cœnam; & tunc ſignificauit illis proditionem ſibi paratam.

b *Et edentibus illis.*] Habet crimẽ maiorem grauitatem ex hora, actione anteacta & præſenti.

c *Qui intingit mecum manũ in paropſide.*] In priori cœna non erat vſus paropſidis, neque panis intingendi; ſed cum lactucis amaris pane azymo ſimpliciter & feſtinanter comedebatur agnus. Non apertè ſignificabat Iudam: nam alij etiam intingebant; ſed facinus exagitabat magis etiam indicando.

d *Væ autem homini.*] Comminationes ſunt, & admonitiones ad deterrendũ proditorem à ſcelere, vel ſaltem reuocandum ad pœnitentiam. Non ſunt confirmationes neceſſitatis, non enim Iudas neceſſariò illud acturus erat, ſed vltrò: neque ea cauſa prædicit Ieſus vt fiat, ſed vt caueat ille ſibi; cæterique intelligant rem non caſu accidiſſe, ſed deliberato conſilio, quod ipſe apertè noſſet, etiam ſi proditor ipſe diſſimularet: cæteri enim hactenus cõſcij ſibi non erãt eiuſmodi voluntatis: & ideo mirabantur an repentino aliquo motu futurum eſſet; ob eamque rem ſinguli de ſe rogabant.

e *Qui & tradidit eum.*] Qui conſcius erat ſibi conſilij initi, & pactæ mercedis promiſſo facto. *Tu dixiſti:* phraſis eſt antiqua loquendi, qua neque planè affirmatur, neque planè negatur; magis tamen vergitur ad affirmationem. Oratio eſt frequens in Miſnaioth, *Tu dixiſti*, pro, bene habet, ſatis eſt, nihil vltrà rogo: quando ita ais, non eſt quod vltra agamus. & eiuſmodi ſignificationes aliæ diſſimulatæ, quæ tantùm pungere eum poſſint, qui ſibi conſcius fuerit: ſed vſus eſt Ieſus eodem verbo in remotiore etiam ſignificatione: אמר enim ſignificat deliberare apud ſe, & conſtituere alicui malum & dolum. vt, Et dixit Cain fratri ſuo Abel.

f *Cœnantibus autem.*] In poſteriori cœna, in qua noui Teſtamenti ſacramentum inſtituebat, abſoluta iam figura Paſchatis figuratiui in priori cœna. g *Benedixit.*] Vt communicaret ſuam benedictionem iis, quibus ſuum corpus communicabat; atque ita promiſſum impleretur, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, Fractio communicationem indicat. h *Accipite.*] Verè communicauit illis corpus ſuum verum ſacramentali modo, non ſignificatione, ſed in veritate & ſpiritu: namque in huius ſacramenti ratione totum myſterium redemptionis & ſalutis humanæ latet. Hîc Chriſtus ſeſe dat ſuis, hîc ipſe ſuſcipit hominum genus in ſe, vt pro illo mortem oppetat, debitumque illud grauiſſimum diuinæ iuſtitiæ exoluat. Sed hæc apud Lucam fuſiùs: nam que ille Euangeliſta diſtinguit totam rationem, quam hic & Marcus breuiter referunt. i *Hic eſt ſanguis.*] Vt corpus, ita & ſanguinem ſuum verè & re ipſa illis communicauit, cuius virtus vtpote puriſſimi & ſanctiſſimi illorum ſanguinem impurum mundaret & ſanctificaret, ad myſterium quod aliquando plenius exponetur, Deo opportunitatem afferente.

qui [a] pro multis effundetur in remiſſioné
peccatorum. 29 Dico autem vobis, non
bibam ámodo [b] de hoc genimine vitis,
vſque in diem illum, [c] cùm illud bibam
vobiſcum nouum in regno patris mei.
30 [d] Et hymno dicto, exierunt in [e] montem
oliueti. 31 Tunc dicit illis Ieſus, [f] Omnes
vos ſcandalum patiemini in me, in iſta *Mar.14.c.27*
nocte. Scriptum eſt enim, Percutiam pa- *Ioh.16.d.32.*
ſtorem, & diſpergentur oues gregis. *Zach.13.b.7* *Matt.14.c.31* & *16.a.7*
32 Poſtquam autem reſurrexero, præce-
dam vos in Galilæam. 33 Reſpondens
autem Petrus, ait illi, [g] Etſi omnes ſcanda-
lizati fuerint in te, ego nunquam ſcanda-
lizabor. 34 Ait illi Ieſus, Amen dico ti-
bi, quia in hac nocte antequã gallus can-
tet, [h] ter me negabis. 35 Ait illi Petrus, *Ioh.13.d.38*
Etiam ſi oportuerit me mori tecum, non
te negabo. [i] Similiter & omnes diſcipuli
dixerunt.

a *Pro multis.*] Pro omnibus hominibus totius orbis, qui capaces huius beneficij fuerint. Effundetur autem pro eis, hoc eſt, vice ſanguinis illorum, qui effundi debebat pro ipſorum peccatis: ſed quoniam inefficax erat animaliũ hominum ſanguis ad auferẽdum peccatum, neceſſe fuit effundi hominis diuini ſanguinem, pretij infiniti, pro multis, ad multorum exhaurienda peccata.

b *De hoc genimine vitis.*] Alludit ad benedictionem vini, ſiue religioſam gratiarum actionem olim in communione conuiuiorum ſolennem ברוך אתה ה מלך העולם הנותן לנו את פרי הגפן Benedictus ſis tu Domine rex mundi, qui das nobis fructum vitis. Eſt etiam obſeruanda proprietas orationũ: nam in ſacramento corporis, hoc eſt, in pane, legimus, *benedixit*: in ſanguinis verò ſacramento, hoc eſt, in calicis vino, legimus, *gratias egit*. quippe illa oratio, Benedictus ſis tu Domine, &c. gratiarum actionis rationem obtinet. Eſt etiam magnum arcanum in vſurpatione horum verborum, *gratias egit*. *Genimina vitis*, quibus Chriſtus conſultò vſus eſt, qua de re aliàs dicetur. Porrò illa gratiarum actionis formula antiqua eſt, vt cõſtat ex [illegible] Iſraelitarum & ex Miſnaioth.

c *Cùm illud bibam vobiſcum nouum.*] Inſtauratum omnino; & non ſolùm inſtauratum, ſed integratum & renouatum, ac denique completũ, cùm obtulero regnum Patri, omnemque eccleſiam meam illi tradidero, quã hoc ſacratiſſimo myſterio coniunctam in me ſuſcipio ſeruandam; mihique corpus ex ipſa apto, cuius caput ego ſum. Hic non ſolùm de corpore Chriſti vero, ſed de corpore etiam myſtico ſermo fit: nam vtrumque continetur in integra huius ſacramenti ratione: ſed altero modo, alterum corpus verum vt exhibitum, corpus myſticum vt ſuſceptum. S. Lucas hunc locũ magis explicuit illis verbis, Donec impleatur in regno Dei: &, Donec veniat regnũ Dei.

d *Et hymno dicto.*] Actionem vel ritum communem & vulgatiſſimum omnibus, hoc dicendi modo indicat Euangeliſta: atque ita erat omnibus Iſraelitis poſt cibum mos gratias agendi Deo: qui mos ex præcepto ortũ habuit: Vt cùm comederis & ſaturatus fueris, benedicas Domino Deo tuo, &c. Deut. 8.

e *Montem oliueti.*] Totus ille tractus qui eſt vltra Ieruſalem poſt torrentem ad Ortum, dicitur Mons oliueti, tam mons ipſe, quàm horti qui infra montem erant ad torrentem.

f *Omnes vos.*] Offendiculum omnes inuenietis hac nocte, ita vt ab ea alacritate qua me fueratis ſecuti, ab ea conſtantia, ab eo denique propoſito & ſtudio turbemini, partim pauore ſuſcepto ex cognitione eorum quæ in me fient, partim metu ab illis qui mihi iniqui erunt, incuſſo; atque ita alij fugietis, alij latebitis, alij diſſimulabitis: omnes tãdem me deſeretis non progreſſi mecũ, ſed ipſis offendiculis detenti. hæc erit veſtra diſperſio. Verum enim illud eſt, & oblato periculo ſpectatum, quod Zacharias ſcripſit ex verbis Dei, *Percutiam paſtorem*, &c. Huius loci explicationem maiorem exhibebimus Deo viam monſtrante, cùm diſſeremus de ratione citandi ſcripturas.

g *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint.*] Bonorum virorum atque ſimplicium diſcipulorum Chriſti ſpiritus quidem promptus eſt, ſed caro infirma; adeò vt qui plus ſibi arrogat, grauius ſibi periculum moliri videatur, id agente atque ſtudente ſatana communi hoſte, qui Petrum magni, vt videbatur, ſpiritus & promptiſſimi virum expetebat, vt cribraret ſicut triticum.

h *Ter me negabis.*] Negare grauius eſt quàm ſcandalizari: ſcandalum metum & trepidationem arguit; negatio abalienationem accuſat.

i *Similiter & omnes.*] Petrus ſe vnum omnibus præſtare iactabat: omnes verò Petro cedere noluêre, nec tamen ſinguli reſponderunt ſeorſum, ſed omnes ſimul cum Petro contendentes, ita vt coniuncto etiam ſtudio fiderent omnes: & tamen omnes in offendiculum impacturos eſſe Chriſtus dixerat. Illis autem Chriſtus proſpicit & conſulit deductis in villam, ex qua poſſent cognoſcere quid ageretur, & ſibi fuga conſulere. Excepit tamen ſecum tres, quos teſtes voluit eſſe omnium actionum ſuarum & paſſionum, vtpote ab initio primum aſſumptos.

Mar.14.d.32 Luc.22.d.39 dixerunt. [36] Tunc venit Ieſus cum illis
D in villam quæ dicitur [a] Geth-ſemani: & dixit diſcipulis ſuis, Sedete hîc, donec vadam illuc, & orem. [37] Et aſſumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus eſſe. [38] Tunc ait illis, [b] Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: ſuſtinete hîc, & vigilate mecum.
[39] Et progreſſus puſillum, [c] prócidit in faciem ſuam, orans, & dicens, Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut
• MS. c. tu. [40] Et venit ad diſcipulos • ſuos, & inuenit eos dormiẽtes: & dicit Petro, [d] Sic? non potuiſtis vna hora vigilare mecum?
ª Sic, non MS. R. Heb. • 2.
[41] Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus eſt, caro autem infirma. [42] [e] Iterum ſecundò abiit, & orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat voluntas tua. [43] [f] Et venit iterum, & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. [44] Et relictis illis, iterum abiit: & orauit tertiò, eundẽ ſermonem dicens. [45] Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis, [g] Dormite iam, & requieſcite: ecce appropinquauit
N hora,

a *Geth-ſemani.*] Tempore Chriſti Ieroſolymorum ſuburbana elegantiſſimis hortis ornata erant, vt *paradiſus voluptatis* à Ioſepho auctore Hebraico appellata illa fuerint. Hortorũ autem nomina ex notatum numero erãt impoſita, alias ipſa murorum & portarum facies prima ſimilis erat, quæ elegantis operis eſſe ſolet ratio. Tridẽti huiuſmodi hortorum vias vidimus, ab vrbe ad Franciſcanorum cœnobiũ. *Geth-ſemani* idem Latinis quod *hortus olearum* vel *pinguis* ſignificat: erat locus ille Ieſu familiaris ad orandum.

b *Triſtis eſt anima mea.*] Duplici modo conſideratur anima: nam vel ad vitam hanc animalem, cuius tutrix, altrix, & propugnatrix illa eſt, refertur; atque adeo ad omnem exteriorem, vt ita dicamus, animæ partem, qua viuit corpus, mouetur & ſentit, affectibusque excitatur: hæc dicitur Hebraicè נפש NEPHES. altero modo conſideratur anima, qua ratione virtutibus prædita eſt ſpiritalibus magis, vt ſapiẽtia, fide, prudentia, voluntate & arbitrio: atque hac ratione NESAMAH dicitur; ac propriè magis RVAHH ſpiritum Latini dicunt. illa ad infirmitatem, hæc ad virtutem refertur. Chriſtus ea parte animæ, quę affectus continet, infirmitatem humanam, vt verus homo, retulit, peccato excepto. ea parte qua virtus conſiſtit, vltra omnem humanam aleam fortiſſimus fuit, vtpote omnium hominum perfectiſſimus, omnibusque aliis ſimul cõiũctis vltra omnem comparationem præſtãtior. Igitur priorem illam animæ portionem indicauit, dicens, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*: id eſt, parum abeſt à morte illa meæ animę infima pars, præ mœſtitudine & triſtitiæ labore.

c *Procidit in faciem.*] Ex cognitione grauiſſimi oneris peccatorum totius mundi, quæ luenda expiãdaque ſuſceperat, & iræ diuinæ, quam ſua morte placare debere intelligebat, & iuſtitiæ cui ſatisfieri oportebat.

d *Sic non potuiſtis.*] Qui iactabatis animum fortem ad ſubeunda pericula, & metum omnem contemnendum, ſcandalumque ſuperandum: & tamen ante ipſum periculum iam deficitis, vt neque meam triſtitiam vigilia & oratione comitari poſſitis: ſed iã vobis ipſis conſulatis oportet: nihil poſtulo à vobis iam quod ad me iuuandum à vobis proficiſci poſſit; tantùm vos moneo, vt veſtro periculo conſulatis, & vigilantes oretis pro vobis, & deprecemini illam tentationem & periculum fortitudinis veſtræ, quam ſcio vobis defecturam propter carnis imbecillitatem: nam *Spiritus quidem promptus eſt, caro verò infirma.*

e *Iterum ſecundò abiit.*] Secundò & tertiò deprecatur Chriſtus illum acerbiſſimum calicem, ea parte qua infirmus erat; ſed ea qua fortiſſimus, deprecationem illam corrigebat, dicens, *Fiat voluntas tua.*

f *Et venit iterum.*] Non obliuiſcitur ſuorum, quos charos habebat, etiam in mediis angiſtiis triſtitiæ, & præſentis iam diſcriminis mortis, atque adeò ipſa tam graui & ignominioſæ mortis cogitatione.

g *Dormite iam & requieſcite.*] Non eſt iuſſio, ſed increpatoria permiſſio, ora id videtur fieri, quod neque ex conſilio eius qui iubet, neque ex re eius qui iubetur, eſt. vt, Lætare iuuenis in adoleſcentia tua.

hora, & filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum. 46 [a] Surgite eamus: ec-
ce " appropinquauit qui me " tradet.
47 Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus
de duodecim venit, & cũ eo turba mul-
ta cum gladiis & fuſtibus, miſſi à princi-
pibus ſacerdotum & ſenioribus populi.
48 Qui autem tradidit eum, dedit illis
ſignum, dicens, Quemcũque oſculatus
fuero, ipſe eſt: tenete eum. 49 Et confe-
ſtim accedens ad Ieſum, dixit, Aue rabbi.
Et oſculatus eſt eum. 50 Dixitque illi
Ieſus, [b] Amice, ad quid veniſti? Tunc ac-
ceſſerunt, & manus iniecerunt in Ieſum:
& tenuerunt eum. 51 Et ecce vnus ex
his qui erant cum Ieſu, extendens ma-
num, exemit gladium ſuum: & percu-
tiens ſeruum principis ſacerdotum, am-
putauit auriculam eius. 52 Tunc ait illi
Ieſus, Cõuerte gladium tuum in locum
ſuum. [c] Omnes enim qui acceperint gla-
diũ, gladio peribunt. 53 An putas quia
non poſſum * rogare patrem meum: &
exhibebit mihi " modò plusquàm duo-
decim legiones angelorum? 54 Quo-
modo ergo implebuntur ſcripturæ, quia
ſic oportet fieri? 55 In illa hora dixit Ie-
ſus turbis, Tanquam ad latronem exiſtis
cum gladiis & fuſtibus comprehendere
me: quotidie apud vos ſedebam docens
in templo: & non me tenuiſtis. 56 Hoc
autem totũ factum eſt, vt adimplerentur
ſcripturæ

a *Surgite eamus*] obuiam ei qui me tradit, & iis quibus tradendus ſum.

b *Amice, ad quid veniſti?*] Paulò antè deceſſerat Iudas à cæteris Apoſtolis, atque à Ieſu colloquio. Non autem moris erat ſemper oſculari in omni congreſſu eos, quibus cum familiariter ageretur, ſed vel nouo aduentu ex via, vel poſt longiorem abſentiam, vel in magno aliquo & ſubito negotio. Nunc ſe præbuit Iudas vel vt alienum, vel vt qui alius iam eſſet, aliudque ageret, quàm hactenus egerat. Hactenus enim apoſtolum cum cæteris agebat; nunc iam ſeparatus ab aliis, ipſe dux eſt ſatellitum, miniſterque inimicorum Chriſti. ideoque à Chriſto illa oratione excipitur, qua poſſit ſuum ſtatum agnoſcere, ſi velit, tanquã alienus excipitur, atque vnus è numero aliorum qui Apoſtoli non eſſent, nouique negotij & ab Apoſtolatu alieni arguitur, cùm rogatur, *Ad quid veniſti?* Quid noui negotij tibi eſt hac hora iſta ſalutatione cum iſto comitatu? & tamen à clementiſſimo magiſtro blãdè, humanè & amanter excipitur illa voce *amice*.

c *Omnes enim qui acceperint gladium.*] Apoſtoli officium non eſt gladio dimicare pro Chriſto, ſed verbo & ſpiritu. Gladio tantùm vtitur legitimè magiſtratus in republica: cæteri qui ex odio aut dolo vel inſidiis gladium ad homicidium accipiunt, obnoxij ſunt illi ſententiæ, Qui effuderit ſanguinem hominis, effundetur ſanguis illius per hominem.

" appropinquabit o
" tradit 5 M.S.G.S.
*Mar.* 14. c. 43
*Luc.* 22. c. 47
*Ioh.* 18. a. 3.
E

*Gen.* 9. a. 6.
*Apoc.* 13. c. 10
* modò 1 M.S.C.
" 2 M.S.G.
*Iſa.* 53. b. 10

Sup.c.31. Mar.14.e.53 Luc.22.f.54 Ioh.18.d.24. ſcripturæ prophetarum. <sup>a</sup>Tunc diſcipuli
omnes, relicto eo fugerunt. 57 At illi
F tenentes Ieſum, duxerunt ad Caipham
principem ſacerdotum, [b] vbi Scribæ &
ſeniores conuenerant. 58 Petrus autem
ſequebatur eum à lõgè, vſque in atrium
principis ſacerdotum. Et ingreſſus intrò,
ſedebat cum miniſtris: [c] vt videret finem.
[a] Princeps M.sq. 59 " Principes' autem ſacerdotum & om-
Mar.14.f.55 ne concilium [d] quærebant falſum teſti-
moniũ contra Ieſum, vt eum morti tra-
derent: 60 & non inuenerunt, cùm multi
falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſimè autem
venerunt [e] duo falſi teſtes: 61 & dixerunt,
Ioh.2.d.19. Hic dixit, Poſſum deſtruere templũ Dei,
[b] per G.S. [c] ædificare 1 MS.G.S. & " poſt' triduum " reædificare' illud.
62 Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait il-
li, [f] Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduer-
ſum te teſtificantur? 63 [g] Ieſus autem ta-
cebat. Et princeps ſacerdotũ ait illi, Ad-
iuro te per Deum viuum, vt dicas nobis
[*] viui. MS. G.S. ſi tu es Chriſtus filius Dei*. 64 Dicit illi
Ieſus, [h] Tu dixiſti. veruntamen dico vo-
Sup.16.d.27. 1 Theſ.4.d.14 Rom.14.b.10. bis, [i] àmodo videbitis filium hominis ſe-

N 2 dentem

a *Tunc diſcipuli omnes.*] tam illi tres qui proximè aderant, quàm qui ad ipſum horti octaui introitũ relicti erant, omnes, percuſſo paſtore, diſpergi cœpere.

b *Vbi Scribæ & ſeniores conuenerant.*] Cùm iam certum illis eſſet Ieſum illa nocte tradendum eſſe à Iuda, miſſique fuiſſent ſatellites & miniſtri, conuentum eſt, vt communi conſilio, & velut concilij auctoritate damnaretur Ieſus, atque excommunicaretur, tradereturque gentibus.

c *Vt videret finem.*] Concilij ipſius concluſionem & exitum cupiebat videre Petrus: & ſi audiret illum damnari, conſuleret ſibi (nam in metu erat:) ſi verò abſolutum videret, ſe præſto adeſſe illi oſtenderet, atque animum ſuum, quem iactauerat, probaret: ſed non bene ceſſit illi hæc ſimulata animoſitas.

d *Quærebant falſum teſtimonium.*] Neceſſe erat ſiue in verum ſiue in falſum teſtimonium, vt minimum duos conuenire teſtes, in narratione tam rei, quàm circunſtantiarum, vt legitur in Miſnaioth tractatu De teſtibus per totum. *Cum multi falſi teſtes acceſſiſſent*: nõ tamen conueniebant, quia nullus habebat conteſtem.

e *Duo falſi teſtes.*] Falſus teſtis dicitur, qui teſtimonium vel fingit, vel aliter interpretatur quàm oporteat. Hi bene potuerunt teſtari ſe audiſſe dicentem de templo ſoluendo, & in triduo reædificando: ſed non ſolùm interpretati ſunt dictum aliam in partè, quàm Ieſus ſignificauerat, ſed etiam addiderunt, *Poſſum deſtruere templum Dei*, & manufactum, vt alij etiam Euangeliſtæ narrant.

f *Nihil reſpondes.*] Formula iudicij antiqui deſcripta in Miſnaioth tractatu De Sanhedrin, vt detur locus reo ſeſe defendendi aut reſpondendi.

g *Ieſus autem tacebat.*] vt qui ſe traditum videret à Patre ad mortem, pro hominibus, & criminibus falſis reſpõdere non deberet. namque illud teſtimonium etiam ſi ita eſſet, nullum arguebat crimen dignum excommunicatione & morte, niſi ex conſequentia quòd illa facultas deſtruendi & reædificandi templum poſſet referri vel ad magiam, vel ad virtutem diuinam hominibus communicatam; cuiuſmodi communicatam prophetis, ad ſimilia edenda miracula legimus; vel ad naturam planè diuinam, quam Chriſtum ſibi tribuere illi indignè ferebant. & grauiſſimi criminis nomine accuſabant: cupiebat Pontifex vt Ieſus reſponderet, vt ex reſpõſo ac teſtimonio ſimul conflari ab ipſis crimen poſſet Sed Ieſus ſuo ſilentio, & obedientiam Patri præſtabat, & patientiam animique conſtantiam calumniis opponebat: ſimulque indicabat illis quali iudicio vterentur, ad quod ipſi non eſſet reſpondendum, nimirum corruptiſſimo, & ad damnandam innocentiam potius, quàm ad veritatem cognoſcendam comparato: quod præterquam quod iam diu illi multis exemplis conati ipſum perdere oſtendiſſent, tamen ipſo præſenti facto demonſtrabant apertè, qui ipſum ante capiẽdũ, quàm cauſam cognoſcẽdam curaſſent. Non enim debet capi is, de quo nihil eſt per teſtes indicatum. illi poſt capturam quærebant teſtes ſtudioſè, & non inuenientes, inibant modum falſi conflandi teſtimonij. quid igitur reſpondendum eſſet in huiuſmodi iudicio?

h *Tu dixiſti.*] lege ſuperiorem expoſitionem, litera e.

i *Amodo videbitis filium hominis.*] Cùm tranſierit hæc hora tenebrarum, quæ nunc agitur, cumque abſoluta fuerit hæc expeditio in qua verſor, videbitis me ſedentem à dextris virtutis Dei. Et quomodo poterunt videre ſedẽtem à dextris, cùm Deus ſit inuiſibilis, & Ieſus etiam ſublatus in cælum, non amplius videri poſſit ab hominibus, niſi ſingulari reuelatione? myſterium eſt in oratione

hac magnum. Significabat enim Ieſus verè ſe Dei filium eſſe, vt rogabatur à Sacerdote: & quanquam tunc in illa humilitate eſſet, vt filius hominis tantùm eſſe putaretur ab ipſis, atque adeò hominis humillimus atq; abiectiſſimus filius, tamen duplex argumentum poſteà futurum, quo probaretur Dei filius: alterum quòd inuitare deberet omnes ad ſe ſuſcipiendum, nempe per ſancti Spiritus virtutem & efficaciã miſſam dono cœlitus credentibus & obedientibus ſibi: quo dono teſtatum eſſet mundo ipſum ſedere à dextris virtutis Dei. Notanter dicitur, *Dextris virtutis*, hoc eſt, ad æqualitatem efficacitatis & potentiæ ac facultatis mittendi donum Spiritus ſancti. Hoc idem eſt quod poſteà factum D. Petrus teſtabatur, Dextera Dei exaltatus Chriſtus, & promiſſione Spiritus ſancti à patre accepta, effudit hoc donum quod vos videtis. eadem verba retulit Petrus, quæ à Ieſu hoc loco prædicta fuerant. Alterum verò argumentum erat, vt qui hoc Chriſti teſtimonium reiicerent, alterum, vellent nollent, habituri eſſent extremi iudicij, in quo is qui tum humilis videbatur, paulo pòſt maximus & magnificentiſſimus videri poſſet, tandem potentiſſimus & ſeueriſſimus iudex videndus eſſet. & qui anteà miſericordiæ diuinæ liberaliſſimus Pontifex fuiſſet, iis qui ſeſe repudiaſſent, diuinæ iuſtitiæ quoque aſſertorem ſeſe confirmaret, cum magno ipſorum malo ſua culpa compulſo.

dẽtem à dextris virtutis Dei, & venientẽ Ms.6.ſ.
in nubibus cæli. 65 Tunc princeps ſa-
cerdotum [a] ſcidit veſtimenta ſua, dicens,
[b] Blaſphemauit: quid adhuc egemus te-
ſtibus? ecce, nũc audiſtis blaſphemiam:
66 quid vobis videtur? At illi reſponden-
tes dixerunt, Reus eſt mortis. 67 Tunc G
expuerunt in faciẽ eius: & colaphis eum Iſa.50.d.6.
ceciderunt: alij autem palmas in faciem Mar.14.g.65
eius dederunt, 68 dicentes, Prophetiza
nobis Chriſte: quis eſt qui te percuſſit?
69 Petrus verò ſedebat foris, in atrio: & Luc.22.f.55.
acceſſit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu Ioh.18.c.17.
[c] cum Ieſu Galilæo eras. 70 At ille nega-
uit coram omnibus, dicẽs, [d] Neſcio quid
dicis. 71 Exeunte autem illo ianuam,
vidit eum alia ancilla: & ait his qui erãt 3 Ms.
ibi, Et hic erat [e] cum Ieſu Nazareno.
72 Et iterũ negauit cum iuramẽto, Quia
non noui hominem. 73 Et poſt puſillum
acceſſerunt qui ſtabant: & dixerunt Pe-
tro, Verè & tu ex illis es: [f] nam & loquela
tua manifeſtum te facit. 74 [g] Tunc cœ-
pit deteſtari & iurare quia non nouiſſet
hominem. [h] Et continuò gallus cantauit.

a *Scidit veſtimenta ſua.*] Indignantis habitus in cognitione ſubita grauiſſimæ & indignæ rei, qualis blaſphemia habetur.

b *Blaſphemauit.*] Quid propriè ſit blaſphemia, aliâs docebimus. erat autem vnum ex grauiſſimis ſceleribus morte expiandis. Oportebat verò diligenter examinari atque perpendi an blaſphemaſſet Ieſus, an non: ſed corrupta odio Pontificis propoſitio, facilè omnes totius cõcilij corrupti calculos ſibi conciliauit.

c *Cum Ieſu Galilæo.*] Inter inimicos vilipendij & deſpectionis cauſa Ieſus Galilæus dicebatur, quòd ex illa regione non concederent quenquam extitiſſe prophetam: atque ita Galilæum dicentes, prophetam negabant eſſe.

d *Neſcio quid dicis.*] Omnino negauit omnia, & cognomen Galilæi etiam, cùm tamen ipſe etiam Galilæus eſſet, idque pronũtiationis modo proderet.

e *Cum Ieſu Nazareno.*] Vulgus non ſolùm damnatos, ſed damnatorum etiam amicos odit. *Et hic*, inquit. Nazareni nomen iam tum infame apud illos cœperat eſſe, propter Ieſum, quẽ nouæ ſectæ auctorem eſſe dictitabat: eratque perinde ac ſi hæreticum quis diceret. Hoc etiam cognomento ad hæc vſque tempora à Iudæis & Machometanis nos Chriſtiani appellamur. Itã cùm videret ſe hic infimulari hæreſeos, Petrus negationi iuramẽtum addidit, vt ſuſpicionem melius depelleret. Hic negat iam doctrina Chriſti ſe diſcipulum eſſe.

f *Nam & loquela.*] Galilæi, vt qui aliarum linguarum gentibus finitimi habitabant, durius aliquanto quàm Iudæi Mediterranei, communem linguam pronuntiabant.

g *Tunc cœpit deteſtari.*] Deuouere ſe, & dira ſibi imprecari, ſi illum non modò vt magiſtrum, ſed etiam vt hominem noſſet vnquam: hoc eſt, neſcire ſe quis homo ille eſſet, aut alio modo vllam notitiam illius haberet. Negationi additum eſt notum mendacium, & mendacio deuotio atque abiuratio.

h *Et continuò gallus cantauit.*] Natura ſuæ ingenio ſufficiens, & Petrum proditi officij admonens, cantauit.

75 Et recordat⁹ eſt Petrus verbi Ieſu quod
Quia MS. dixerat, * Prius quàm gallus cãtet, ter me
negabis.ⁱ Et egreſſus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

A Mane ᵃautem facto conſilium inierunt
omnes principes ſacerdotum & ſe-
niores populi aduerſus Ieſum, vt eũ mor-
Mar.15.b.16 Luc.22.g.61. Luc.23.a.1. Ioh.18.c.28. ti traderent. 2 Et vinctum adduxerunt
eum, & tradiderunt Pontio Pilato præ-
ſidi. 3 ᵇ Tunc videns Iudas qui eum tra-
didit quòd damnatus eſſet: pœnitentia
ductus, retulit triginta argenteos princi-
pibus ſacerdotũ & ſenioribus, 4 dicens,
Peccaui, ᶜ tradens ſanguinem iuſtum. At
illi dixerunt, ᵈ Quid ad nos? tu videris.
5 Et proiectis argẽteis in templo, receſſit:
Act.1.c.18. & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. 6 Prin-
cipes autem ſacerdotum acceptis argen-
teis, dixerunt, Non licet eos mittere in
corbanam: quia ᵉ pretium ſanguinis eſt.
7 Conſilio autem inito ᶠ emerunt ex illis
agrum figuli, in ſepulturam peregrino-
rum. 8 Propter hoc vocatus eſt ager ille,

i *Et egreſſus foras.*] Quanquã egreſſio timorẽ omnino arguebat, à quo nondum liber erat, tamen iam pœnitentiam indicabat eius, qui nollet manere in loco vbi tantum ſcelus tueri cogeretur. ſed hanc pœnitẽtiam veram, atque ex integro animo profectam fuiſſe, ille amarus fletus oſtendebat. Quid illa nocte iniuriarum, ignominiæ, probri, atque plagarũ pertulerit Ieſus, [illegible] indicatur ex hora & poteſtate tenebrarum, ex odio eorum à quibus damnatus, & inſolentia corũ inter quos erat, [illegible], miniſtrorum, & cæterorum.

CAP. XXVII.

a *Mane facto.*] Non diu dilata eſt traditio. nam poſt damnationem proxima eſt traditio rei damnati. Vſurpauerant autem Romani ſibi vitæ atque necis poteſtatem in illum populum, ab iis rebus quæ religionem ſpectabãt cognoſcendis tantùm abſtinentes.

b *Tunc videns Iudas.*] nam an eã exceptatus propria malitia & ſatana aſtu [illegible] autem nihil ſibi videbatur. Cum videret illum iam traditum, agnoſcit culpam; nec tamen legitimam & probandam pœnitentiam [illegible], quanquam multa quę ad pœnitentiam pertinent, fecit. [illegible] pœnitentia cùm traditur iam [illegible], [illegible]; quia ſtultè inita, & deſperationi adiuncta.

c *Tradens ſanguinem iuſtum.*] Tradiderat illum principibus ſacerdotũ, quaſi noſſet nocẽtẽ, & dignũ qui traderetur. itaque ſua [illegible] traditione ſignificabat illos meritò eſſe Ieſu [illegible]. Nũc verò cùm morte damnatum videret, damnat ipſe ſuum conſilium & factum, affirmans illum iuſtum eſſe, & iniuria ſumma ſibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] morte [illegible] hæc, [illegible] quod [illegible] ſuam [illegible] atque [illegible] ſi [illegible] ſciret [illegible] partã, [illegible]. Argumentum ergo



innocentiæ Ieſu & proditionis à ſe admiſſæ eſt, vera confeſſionem [illegible].

d *Quid ad nos.*] Nihil, inquiunt, nobis cum tua conſcientia [illegible] traditus, neque repertam fuiſſe damnandi eius cauſam, [illegible] blaſphemiam, quamobrem a nobis damnaretur. [illegible] traditiſti, [illegible] noſtræ parti conſuluimus.

e *Pretium ſanguinis.*] Hebraicè [illegible] ſignificat ſanguines, hoc eſt [illegible] & ſignificat etiam pretium. [illegible] ſanguines ſanguinum, & pretiũ appellatur [illegible] vaticinio.

f *Emerunt ex illis agrum figuli.*] [illegible] in templo proiectum [illegible] quo aliquo modo vellet lenire ſuam [illegible] re [illegible] ergo ille [illegible] fingere ſolet animus [illegible] argentum in templo proiectum, velut donarium [illegible] idoneum definiebant, quia pretium ſanguinis erat, hoc eſt [illegible] profecta fuerat [illegible] & indigna templo, & tamen [illegible] pecunia ſanguinis Ieſu, etiam [illegible] aut [illegible] diuinæ ſapientiæ veritas, quæ ita omnia prædixerat per vates, vt poſtea per hos omnia acta ſunt.

[a] Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, *Act. 1. 19.* B
vſque in hodiernum diem. 9 Tunc [b] im-
pletum eſt quod dictum eſt per Ieremiã
prophetam, dicentem, Et acceperunt tri- *Zach. 11. 13. Ier. 32.*
ginta argẽteos pretium appretiati quem
appretiauerunt à filiis Iſrael: 10 & dede-
runt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit
mihi Dominus. 11 Ieſus autem ſtetit
ante præſidem, & interrogauit eum prę- *Mar. 15. a. 1. Luc. 23. a. 1. Ioh. 18. f. 33.*
ſes, dicens, Tu es Rex Iudæorum? Dicit
illi Ieſus, Tu dicis. 12 Et cùm accuſare-
tur à principibus ſacerdotum & ſeniori-
bus, nihil reſpondit. 13 Tunc dicit illi
Pilatus, Non audis quanta aduerſum te
dicunt teſtimonia? 14 Et non reſpondit
ei ad vllum verbum: [c] ita vt miraretur
præſes vehementer. 15 Per diem autem
ſolennem conſueuerat præſes populo [d] di-
mittere vnum vinctum quem voluiſſet.
16 \\ habebat autem tũc vinctum inſignẽ, *\\ habebant M S. R. G. I.*
qui dicebatur [e] Barabbas. 17 Congrega-
tis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis
dimittam vobis: Barabbam, [f] an Ieſum,
qui dicitur Chriſtus? 18 [g] Sciebat enim
quòd per inuidiam tradidiſſent eum.
19 Sedente autem illo pro tribunali, miſit C
ad eum vxor eius, dicens, [h] Nihil tibi &
iuſto illi. multa enim paſſa ſum hodie
per

a *Haceldama.*] Syrica verba, ex Hebraico antiquo immutata.

b *Impletum eſt.*] Nam iam fuerat ſimilis res acta Zachariæ & Ieremiæ temporibus; ſed non fuerat completa, vſq; ad hoc in Ieſu editum exẽplũ.

c *Ita vt miraretur præſes.*] Mirabatur illorum ſtudium accuſandi, & vehementis odij indicem conſpirationem omnium, multitudinem conquiſitam criminationum, & illius ſummam patientiam & animi fortitudinem, cum vultu nullius odij aut acerbitatis nota, ſed ſummæ modeſtiæ decore imbuto.

d *Dimittere vnum vinctum.*] In monumentum ſeruitutis Ægyptiacæ, diuino beneficio depulſæ.

e *Barabas.*] Significat nomen filiũ cuiuſdam dicti Abba, noti ſatis viri; & ipſe etiam notus, tum propter patris nomen, tum propter ipſius facinora. Erat enim ſeditioſus, & in ſeditione fecerat homicidium: deinde effugiens periculum, latrocinia exercuerat apud vias. Eſt frequens mentio cuiuſdam Abba inſignis viri in Miſnaioth.

f *An Ieſum qui dicitur Chriſtus?*] Antitheto voluit præſes populũ officij admonere ſui, opponens nomen Barabba nomini Ieſu, qui dicitur Meſſias. Hoc enim nomen illis maximum & gratiſſimum eſſe oportuit, cuius ratio omnis ad ipſorum honorem & vtilitatem referebatur: ac præcipuè cùm pronuntiaretur ab ipſo præſide vltrò in illorum fauorem, quod non expectatum fuerat ex imperij Romani miniſtro. & tamen illi perſuaſi ſunt potius ſuum vt malum optarent, quã tantum vt bonum agnoſcerent. adeò in errorem vel in bonum conſilium inducere poteſt populum, eorum auctoritas qui duces in republica ſunt: maximè verò eorum, qui pietatis nomine ſummi habentur.

g *Sciebat enim quod per inuidiam.*] Non poterat hoc latere Præſidem, qui antequàm Ieſus Euangelium prædicare inciperet, rempub. adminiſtrabat; & per totum hoc tempus res Ieſu Chriſti intellexiſſet; & quo animo, quo conſilio erga eum ſummi ſacerdotes & alij forent, non ignoraret: res erat omni populo nota, nedum Præſidi. Ad hoc acceſſit mandatum vxoris.

h Myſterium redemptionis humanæ per mortem expediendæ adeò magnum fuit, atque in diuinæ ſapientiæ penetralibus obſeruatum, vt nunquam à diabolo intelligi aut cognoſci potuerit: imò neque ab angelis electis, donec iam tandem inſtructum fuit, & iniri cœptum in illo ſacratiſſimo cœnæ Dominicæ ſacramento, atque in morte ac reſurrectione abſolutum. tum demum diabolus, qui hactenus necem Ieſu molitus fuerat, vſque ad impulſum Iudam, cùm videret omnino inſtare regni ſui finem, & ſui damnationem, atque regni cælorum conſtitutionem, impedire conatus eſt rem & negotium ſalutis humanæ, interturbare eodem medio, quo à principio humanæ naturæ dignitatẽ perdiderat, perſuadens viro per vxorem, vt conſilio

diuino deeſſet. Iudam ad ſcelus ſuſcipiendum impulit, ſicut Iohannes docet, Cùm diabolus iam immiſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Iſcariotes. ſed impulſum non potuit reuocare, nam arbitrij humani vim non poteſt ille, vt vult, regere. Iudas cùm apud ſe obſtinato animo conſtituiſſet ſcelus admittere, iam ipſe diabolus erat, nec diabolo cedebat. aliam igitur inſiſtit viam diabolus, vt relictis ſacerdotibus & aliis, qui iam pertinaces erant, cum Præſidis vxore per ſomnium agat, vt Chriſtus dimittatur.

per viſum propter eum. 20 Principes au-
tem ſacerdotum & ſeniores perſuaſerũt
populis vt peterẽt Barabbam, Ieſum ve-
Mar. 15. b. 11 rò perderent. 21 Reſpondens autẽ præ-
Luc 23. c. 18. ſes, ait illis, Quem vultis vobis de duo-
Io. 18. g. 40. bus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam.
Act. 3. c. 14. 22 Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam
de Ieſu [a] qui dicitur Chriſtus? Dicunt om-
nes, Crucifigatur. 23 Ait illis præſes,
[b] Quid enim mali fecit? At illi magis cla-
mabant, dicentes, Crucifigatur. 24 Vi-
dens autem Pilatus [c] quia nihil proficeret,
ſed magis tumultus fieret: accepta aqua,
lauit manus coram populo, dicens, Inno-
cens ego ſum à ſanguine iuſti huius: vos
videritis. 25 Et reſpondens vniuerſus
populus, dixit, Sanguis eius ſuper nos,
& ſuper filios noſtros. 26 Tunc dimiſit
illis Barabbam: [d] Ieſum autem flagellatũ
tradidit eis vt crucifigeretur. 27 [e] Tunc
milites præſidis ſuſcipiẽtes Ieſum in præ-
Mar. 15. b. 16 torium, congregauerunt ad eum vniuer-
Io. 19. a. 1. ſam cohortem: 28 & exuentes eum, chla-
D mydem coccineam circundederunt ei;
29 & plectentes coronam de ſpinis, poſue-
runt ſuper caput eius, & arundinem in
dextera eius. Et genu flexo ante eum, il-
ludebant

a *Qui dicitur Chriſtus.*] Iterum commemorat dignitatem cognominis fauſtiſſimi & ſanctiſſimi: & tamen illi infauſtiſſimè reſpondetur, *Crucifigatur.*

b *Quid enim mali fecit?*] Præſes innocentiæ Chriſti aſſertor, populum teſtẽ appellat.

c *Quia nihil proficeret.*] Quod oportuit teſtatum & confirmatum, iam teſtatum erat, videlicet Ieſum Chriſtum nullo ſuo crimine debere damnari: quod verò ſic fieri oportuit, vt Chriſtus pateretur, & ita intraret in gloriã ſuã. id Pilatus impedire non potuit: ſed populus, quãquam non recto ſtudio, poſtulauit tamen id quod vniuerſo mũdo expediebat. Vox & clamor Pilati præ tumultu non exaudiebatur; ideo voci & orationi ſignũ additũ eſt, quod quam longiſſimè adſtãtibus etiam ſignificare poſſet. Nam manuum lotio publicè facta, innocentiam rei teſtabatur, ſimul & ſuam ipſius ſentẽtiam ab eo condemnando alieniſſimã. Hanc ſignificationem cùm cognoſceret populus vniuerſus, dixit, *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* hoc eſt, Nos iſtam culpam ſuſcipimus noſtro & filiorum periculo luendam.

d *Ieſum autem flagellatum.*] Secũdò flagellatũ ex more Romano. Erat enim crux ignominioſiſſimũ mortis genus; ideoque publicè ignominioſis hominibus afferebatur. flagellatio autem publica vel nobiliſſimo homini decreta ignominiam inurebat & infamiam. Nihil poteſt Pilatus excuſare, ſi legem diuinam, & naturæ, atque æquitatem reſpexerit. Nulla enim æquitate potuit tradi populo homo, innocens publicè pronunciatus. ſed ſecutus eſt rationes priuatas rerum publicarum & ſtatuum, quas vocant, quæ à prudentia humana excogitatæ, infelices rebus publicis & ſtatibus exitus perſæpè moliuntur. Non fuit prolata ſententia in Ieſum, vt damnatum, ſed permiſſio & traditio inita eſt, vt in poſtulatum: ſed poſtulationis leges non admittunt huiuſmodi exemplum.

e *Tunc milites præſidis.*] Militari petulantia & crudelitate in Iudæorũ, hoc eſt, Pontificum & ſeniorum gratiam adeò inſolenter illuſerunt Ieſu quodã irriſionis genere excogitato, quo regni affectati, vt Iudæi dicebant, infamiam illi exprobrarent: quaſi quicquam de regno mundano vel Chriſtus dixiſſet, vel egiſſet vſquam. Purpura, ſceptrum, corona, regum inſignia & ornamenta ſunt. adoratio, & obſeruatio debita regibus, officium eſt eorum qui inferiori ſunt gradu. hæc omnia peruerſiſſimè illi comparauerunt.

ludebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorũ.
30 Et expuentes in eum, acceperunt arun-
dinem, & percutiebant caput eius.
31 Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eũ
chlamydem: & induerunt eum veſtimẽ-
tis eius, & duxerunt eum vt crucifigerẽt.
32 Euntes autem inuenerunt hominem Mar. 15. c.
Cyrenæum, nomine Simônem: [a] hunc Luc. 23. a.
angariauerunt vt tolleret crucem eius.
33 Et venerũt in locum qui dicitur Gol- Mar. 15. c.
gotha, quod eſt, Caluariæ locus. 34 [b] Et Luc. 23.
dederunt ei vinum bibere cum felle mi- Ioh. 19.
ſtum. Et cùm guſtaſſet, noluit bibere. acetum
35 Poſtquam autem crucifixerunt eum, Mar. 15.
diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mit- Luc. 23.
tentes: [c] vt impleretur quod dictum eſt Ioh. 19.
per Prophetam dicentem, Diuiſerunt ſi-
bi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meã
miſerunt ſortem. 36 Et ſedentes ſerua-
bant eum. 37 Et impoſuerunt ſuper ca-
put eius [d] cauſam ipſius ſcriptam: HIC
EST IESVS REX IVDAEORVM.
38 Tunc [e] crucifixi ſunt cum eo duo latro-
nes:

a *Hunc angariauerunt.*] Eò egerunt vi, vt tolleret crucem, quòd Ieſus præ laſſitudine & dolore non ita properaret atque illi cuperent: deinde vt ipſi minori impedimento inter eundum illuderent. Ipſi non tulerunt crucem, quia funeſtum & infame habebatur.

b *Dederunt ei vinum bibere.*] Vinum cum felle, vt acrius eſſet, & acerbo guſtu magis læderet Ieſum. Vinum myrrhatum dabatur ſupplicio afficiendis, quòd mentis alienationem afferret ad cruciatus tolerãdos: ſed Chriſto acerbius multo poculum paratum eſt. Ille guſtauit, vt per omnia patri obediret, & ſcripturas impleret, ſed noluit bibere, dolores pro nobis patientiſſimè laturus grauiſſimos, vt patris aduerſum nos iram leniret.

c *Vt impleretur.*] Non diuiſerunt milites veſtimenta ſtudio implendi ſcripturas, ſed ex auaritia; quòd munda eſſent veſtimenta Chriſti & honeſta, vel nitidiſſimo cuique ad vſum idonea. inde autem effectum eſt, vt impleretur quod ſcriptum fuerat.

d *Cauſam ipſius.*] Antiqua conſuetudo fuit ſupplicio affectis, cauſam damnationis adſcriptam imponere, vt cognoſcere quiuis poſſet, in exemplumque obſeruare. Hic non fuit cauſa damnationis, illum eſſe regem Iudæorum: non enim damnatus fuit à Pilato cauſa dicta & iudicata, ſed quòd ex more aliquid ſignificandũ indicandúmve erat, Pilatus eam ſignificationem accepit, quæ maximè videbatur aliquid nominis habere, quamobrem vel accuſari potuiſſet Ieſus, vel à ſe tradi: neque enim aliam cauſam audierat præſes, qua magis vrgeretur, quàm illam, *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.* Sed cùm hæc non conuicta eſſet, tamen intellexit Pilatus vel ad defenſionem ſuam apud Romanos, vel ad populi Iudaici damnationem & ignominiam nihil aptius eſſe, quàm ſi huiuſmodi nomen inſcriberetur. Nam quòd rex à populo accuſaretur, & poſtularetur ad ſupplicium, videbatur è Romanorum dignitate eſſe illum tradere, quanquam nihil in eo criminis conuictum eſſet. Si verò rex ille verè erat, tamen non ex hoc mundo illius regnum definiebatur, vt ipſe reſpondit; illam culpam non ſuam eſſe allegare poterat præſes qui de regno & rege, cuius nihil ad ſe attinebat, ita pronuntiaſſet, vt traderetur populo, qui ipſum regem ſuſcipere nolebat; atque ita culpam ille in populum transferebat omnem, à qua tamen ipſe non erat immunis. Quidquid autem ille cogitaret aut ageret, tamen res ipſa conueniebat cum ſcripturis, vt nihil requiri poſſet eorum omnium, quæ de Chriſto rege à Deo vncto, in propria veniente, & à ſuis non recepto; ac tandem publicè rege pronuntiato, & regni [illegible] ei ſtabiliendi cauſa occiſo, ſcripta erant.

e *Crucifixi ſunt cum eo duo latrones.*] Vt populus & vulgus, qui ſine iudicio omnes eadem nota inurit, quos in eodem conditionis genere conſtitutos eſſe videt, maximè autẽ damnatos, exiſtimaret Ieſum ſub illo titulo Regis Iudæorum, aliquid tale molitum fuiſſe, aut ſecretò perpetraſſe, quale in illis, quos pœnæ ſocios habebat, conſtaret deprehenſum & condemnatum. Solent his commentis principes viri imponere populo rudi, & ad ſiniſtra omnia propenſè credulo, atque tragœdiarum verarum ſpectatori auidiſſimo. qui cùm fortunam ſequatur, quam ille exiſtimat rebus dominari, odit ſemper damnatos, atque ſumma contentione eos irridet: ſic ſibi ſuiſque rationibus, ac etiam immunitati conſultum fore arbitratus. Exemplum manifeſtum ſtatuitur in Ieſu omnium hominum beneficentiſſimo, de omni populo anteà optimè merenti doctrina, & miraculis editis admirando, quem tamen prætereuntes blaſphemabant.

nes: vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris.
39 Prætereuntes autem blaſphemabant
eum, mouentes capita ſua, 40 & dicétes,
2 MS.G.S. "Vah" qui "deſtruis" templum "Dei", & in
Ioh.2.d.19. deſtruit MS. triduo illud "reædificas": ſalua temetipsú:
MS.G.S. reædificat MS. [a]ſi filius Dei es, deſcéde de cruce. 41 Si-
militer & principes Sacerdotum illudé-
tes cum Scribis & ſenioribus, dicebant,
42 Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt
Sap.2.d.18. ſaluum facere: ſi rex Iſrael eſt, deſcendat
Pſal.22.b.9. credimus MS.Hier. nunc de cruce, & "credemus" ei: 43 con-
eum, G.S. fidit in Deo: [b]liberet nunc eum [c]ſi vult*:
dixit enim, [d]Quia filius Dei ſum. 44 Id-
ipſum autem [e]& latrones qui crucifixi
erant cum eo, improperabant ei. 45 A ſe-
xta autem hora, [f]tenebræ factę ſunt ſuper
vniuerſam terram, vſque ad horam no-
nam. 46 Et circa horam nonam clama-
uit Ieſus voce magna, dicens, [g]Eli, Eli,
O lamma-

a *Si filius Dei es, deſcende de cruce.*] Huiuſmodi probra & inſultationes, quos σαρκασμοὺς Rhetores dicũt, multò grauiores ipſa morte viris bonis & innocentibus ſunt. Imperitum & prophanum vulgus, præteritorum virtutis exemplorum à Ieſu editorum oblitum; neque diuinam prouidentiam, neque damnati illius innocentiam conſiderans, tantùm ex præſenti ſtatu omnia definire conſuetum, impotentiam & imbecillitatem, atque adeò vanam virtutis iactationem Chriſto exprobrat, conficta mendacia, & vulgo temerè ſparſa, pro criminibus veris obiicit, vt, *Qui destruis templum Dei:* quod tamen à Chriſto dictum fuiſſe nunquã fuerat edoctum, quanquam duo falſi teſtes de ea re affirmaſſent: ſed conueniens illorum teſtimonium non fuit vel inimicis Chriſti iudicibus.

b *Liberet eum.*] Miraculum & exemplum manifeſtum voluntatis & gratię Dei erga Chriſtum non tam optabat illud vulgus, & Scribę, & cæteri, quàm negabat edendum: neque credẽdi ſtudio, ſed odio maximo, atque deteſtãdi Chriſti propoſito ferebantur. Interim tamen ſatan hoc illos ad pronuntiandum adigebat, ſi quomodo impedire aut interturbare poſſet ſalutẽ publicam, & ſuam ipſius perditionem, quam in illa cruce expediri atque effici videbat. Deus autem neque miraculum huiuſmodi cõſilio hominibus edere ſolet, neque ſalutis humanę negotium ex ſatanæ ſtudio & ſententia intermitti volebat.

c *Si vult.*] Si vult eum, Hebraiſmus eſt; pro, Si amat & fouet eum, ex verbo חפץ. Eſt autem eiuſmodi argumẽtatio ex contentione per gradus: Ille dixit filium Dei ſe eſſe; oportet igitur illi eſſe charum & gratum: nam plus eſt eſſe filium, quàm gratum: quòd ſi gratum ſe Deo ſentiebat, confidere illi debuit, vt ipſe frequenter nobiſcum diſputans prædicabat. ſi verè confidit, liberet eum, vt liberare ſolet ſperantes in ſe. quòd ſi non liberat, conſequitur ipſum non confidiſſe Deo, neque charum & gratum illi fuiſſe, nedum filium, vt ſeſe iactabat. Huiuſmodi argumentationibus ſibi & aliis ſtultiſſimè perſuadere ſuas ſentẽtias ſolent curuæ in terras animæ, & cæleſtiũ inanes.

d *Quia filius Dei ſum.*] affirmationis modus eſt Hebræis: nam כי Hebræorum, vel אר Aramæorum expoſitiua & affirmatiua vox etiam eſt.

e *Et latrones.*] Alter ex latronibus improperabat expreſſe Chriſto, ſed Auctor hoc modo indignitatẽ rei amplificauit, non tam perſonæ, quàm cõditionis notatione facta. ac ſi diceret, Non ſolùm à Scribis & ſenioribus, atq; à populo & vulgo inferioris notæ, expertibus tamẽ illius cõditionis in qua Chriſtus erat, illuſus & probris affectus fuit Chriſtus, ſed ab iis etiam qui cùm in eadem damnatione eſſent, & iuſta cauſa damnati, in miſerrimo gradu ſe conſtitutos agnoſcere debuerũt, & ſuæ ſortis ex culpæ cõſcientia & pœnæ ſenſu pudore affecti tacere, & tamẽ multo ſe deſpectiorẽ & inferiorẽ putabant Ieſum, quem prę ſe cõtemnẽtes improperio proſequebantur. Itaque non tam homines ipſos, quàm perſonam, notat Euangeliſta hoc loco, vt Chriſtum etiam latronum damnatorum conditioni deteſtatum illo tempore fuiſſe oſtendat. Ita enim ille pro noſtris culpis factus eſt opprobrium hominum omnium, & abiectio plebis: vt expendant & animaduertant homines quo deteſtationis & abominationis, quo odij & deſertionis in loco apud Deum mundus peccato obnoxius eſſet, quando qui illius vicem luendam innocens ipſe ſubiit, his modis exceptus fuerit.

f *Tenebræ factę ſunt*] quæ teſtarentur ac ſignificarent peccata mundi, quæ lucem & gratiam Dei auertunt, tunc eſſe omnia quæ Chriſtum, à quo luenda ſuſcepta fuerant, affligerent & obruerent: ideoque illo tempore quo Deus iram aduerſus homines ſuam in filio expleret, tenebras & poteſtatem tenebrarum vigere, omnemque naturam horrere & confundi, deſerente homines Deo, quandoquidem in viridi ligno huiuſcemodi fiebant. Hanc rem omnem cognoſcens Ieſus, exclamauit voce magna, vt afflictiſſimus & vehementiſſimè oppreſſus noſtris culpis, diuina ira & maledictione, atque grauiſſimis cruciatibus & opprobriis iniuriiſque hominum.

g *Eli, Eli.*] Pſalmi verſum eadem lingua retulit, quæ tum vulgaris erat, hoc eſt Syriaca. ſed adſtantes illi vulgares homines vel milites, propter tumultum,

cùm primum verbum repetitum, idque breue, audirent, cætera minus perciperent, arbitrabantur Eliam ab illo appellari liberatorem, cuius nomen omnibus celebre erat. Viuere enim credebatur Elias, & apparere aliquando nonnullis: cuius rei exemplum paulo poſt Chriſti tempora quidam ex Scribis magni nominis apud ſe editum narrabat; quod nos aliquando oportunè referemus Deo fauente.

a *Dabat ei bibere.*] vt citius interficeret. namque acetum membris & neruis læſis vehementer nocet, & dolorē primùm, deinde ſtuporem lethalem affert. Ita parata erant omnia quæ expedire Ieſu mortē ab illis cupitam poſſent. ſed interea ſcripturę implebãtur.

b *Iterum clamans voce magna.*] vt non debilitatum & victum, ſed ſpontaneũ, & volentē ſpiritum ſe patri reddere teſtaretur, vocem emiſit humana ferè maiorem vice, qua probauit poteſtatē ſibi eſſe ponendi animam ſuam, & cōcedendi naturæ, quæ grauiſſimis doloribus excruciata morti cedit, atque etiam vincendi mortem, & animam reſumendi, corpuſque proprium ad vitam reuocandi. Fuit planè maxima hæc vox, ex maxima Chriſti virtute, & maxima etiam certitudine ſuæ erga patrem commendationis; ſimul enim cum ſuo ſpiritu omnes eos commendabat, pro quibus ſuſceptis mortem oppetebat.

c *Velum templi ſciſſum eſt.*] Certiſſimo argumento & ſigno, quòd ſancta, quorum aditus populo negatus anteà erat, iam paterent omnibus ingredi cupientibus & ſtudentibus; idque per velamen, id eſt, carnem ſuam, quam pro mundi reconciliatione rumpendam tradiderat.

d *Terra mota eſt.*] in ſignum poteſtatis & efficacitatis illius ſpiritus, qui ad inferos vſque penetrans, non ſolũ animas illic detentas liberare, ſed corporibus etiam ſubitò reintegratis & inſtauratis reddere poterat. Ita multos teſtes non ſolùm reſurrectionis, ſed efficacitatis mortis ac reſurrectionis ſuæ Chriſtus produxit, qui illum peccati, mortis & inferni victorem probarent.

e *Cùm autem ſerò factum eſſet.*] vſque ad illud ſero, hoc eſt, ad veſperum vſque illud, durauerat Patris indignatio in filium mundi ſcelera expiantem. ex illa autem hora Patris placatio ſeſe oſtendere cœpit: iam enim extitunt qui corpus ſepeliendum curēt, qui petãt audacter à præſide, nec præſes negat, nec populum veretur. Sunt qui deponant de cruce viri nobiles, & honeſti qui ſepeliant, qui obſeruent, qui vngere cogitent.

lammaſabacthani? hoc eſt, Deus meus, *Pſal. 21.a.1.*
Deus meus, vt quid dereliquiſti me?
47 Quidã autē illic ſtãtes & audiētes, di-
cebãt, Eliã vocat iſte. 48 Et cōtinuò cur-
rēs vnus ex eis, acceptã ſpongiã impleuit F
aceto: & impoſuit arundini, [a] & dabat ei *Pſa. 68.c.11.*
bibere. 49 Cæteri verò dicebant, Sine,
videamus an veniat Elias liberans eum.
50 Ieſus autem [b] iterum clamãs voce ma-
gna, emiſit ſpiritum. 51 Et ecce [c] velum *2. Par. 3.d.14.*
templi ſciſſum eſt in duas partes, à ſum-
mo vſque deorſum. [d] & terra mota eſt, &
petræ ſciſſæ ſunt, 52 & monumenta aper-
ta ſunt: & multa corpora ſanctorum qui
dormierant, ſurrexerunt. 53 Et exeuntes
de monumentis poſt reſurrectionē eius,
venerunt in ſanctam ciuitatem: & appa-
ruerunt multis. 54 Centurio autem &
qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, vi-
ſo terræmotu & his quæ fiebant, timue-
runt valdè, dicentes, Verè filius Dei erat
iſte. 55 Erant autem ibi mulieres multæ *Mar. 15.d.40.*
à longè, quæ ſecutæ erant Ieſum à Gali-
læa, miniſtrantes ei: 56 inter quas erat
Maria Magdalene, & Maria Iacóbi &
Ioſeph mater, & mater filiorum Zebe- *Ioſ. 6.1.*
dæi. 57 [e] Cùm autem ſerò factum eſſet, *Mar. 15.e.42. Luc. 23.f.50. Ioan. 19.f.38.*
vênit quidã homo diues ab Arimathæa,
nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat G
Ieſu. 58 hic acceſſit ad Pilatum, & petiit
corpus

corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi
corpus. 59 Et accepto corpore, Ioſeph
inuoluit illud [f] in ſindone munda. 60 &
poſuit illud [g] in monumento ſuo nouo
quod exciderat in petra. Et aduoluit ſa-
xum magnum ad oſtium monumenti,
& abiit. 61 Erat autē ibi Maria Magda-
lene, & altera Maria, ſedentes contra ſe-
pulchrum. 62 [h] Altera autem die, quæ
eſt poſt Paraſceuen, conuenerunt prin-
cipes ſacerdotum & Phariſæi ad Pilatũ,
63 dicentes, Domine, recordati ſumus,
quia ſeductor ille dixit adhuc viuēs, Poſt
tres dies reſurgam. 64 [i] Iube ergo cuſto-
diri ſepulchrum vſque in diem tertium:
ne fortè veniant diſcipuli eius, & furen-
tur eum, & dicant plebi, Surrexit à mor-
tuis: & erit [k] nouiſſimus error peior prio-
re. 65 Ait illis Pilatus, Habetis cuſtodiã.
ite, cuſtodite [l] ſicut ſcitis. 66 Illi autem
abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſi-
gnantes lapidem, cum cuſtodibus.

## CAP. XXVIII.

*Mar.16.b.6* *Io.20.a.1*

A VEſpere [a] autem ſabbathi quæ luceſcit
in prima ſabbathi, vênit Maria Ma-



f *In ſindone munda.*] Æqualis & ſimilis omnino apparatus ſepulturæ erat omnibus Iudæis, ſiue pauperibus, ſiue diuitibus, vt aliàs referemus: quo par condicio naſcendi & moriendi communiſque omnibus eſſe indicabatur.

g *In monumento ſuo nouo.*] in quo nullius corpus antè poſitum fuerat, vt cùm reſurgeret Chriſtus, alium fuiſſe inimici affirmare non poſſent: idque exciſum, & vno oſtio patēs erat monumentum, vt nulla alia parte ad aliud corpus imponendum, aut ad Chriſti proferendum aperiri potuerit. Saxum autem magnum erat, vt deuolui ab vno tantùm non potuerit, aut aduolui. plures adeſſe nō poterant propter cuſtodes. Huiuſmodi enim res quæ ſecretò fiunt, non rectè fiunt per plures. ita omni ex parte diuina prouidentia conſuluit, nequã vel iniquam rationem, vel fictã orationem inimici Chriſti reperire poſſent, qua illius reſurrectionem inficiarentur aut oppugnarent.

h *Altera die.*] Sabbatho ipſo, cùm ceſſandum eſſet ab omni opere ſeruili, maximè illo Sabbathi die, qui magnus erat propter feſtum in quo incidebat, & tamen illi ab opere pluſquã ſeruili, hoc eſt, hoſtili & maleuolo non abſtinuerunt.

i *Iube ergo.*] Conſiliis & operis hominum inimicorũ filij ſui Deus vtebatur ad illius reſurrectionis veritatem patefaciendam & publicandam.

k *Nouiſſimus error peior priore.*] Appellauerant ſeductorem Ieſum, hoc eſt, populorum in ſuam ſententiam protractorem. eum autem ſi à mortuis ſurrexiſſe prædicari contingeret, multò plures ad ſe adducturum, quam cùm viueret prius, cauendo quidem metuebant & dicebant inimici, ſed multò etiam magis vel inuiti præſagiebant. Vnum enim ex argumentis aduerſus Iudæos fortiſſimum, eſt populorum, tum ex ſua ipſorum gente, tum ex aliis multitudo qui Chriſtum poſt reſurrectionem ſecuti receperũt, quod manifeſtè illis conuincere poſſit certam reſurrectionis fidem Chriſtianis eſſe ſed ſunt alia argumenta præter hoc illuſtriſſima.

l *Sicut ſcitis.*] pro veſtro conſilio, ingenio & prudentia; ita vt nihil vobis deſit, quod non prouideatur. Atque ita egerunt: munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem, & cuſtodes in ambitu collocantes.

CAP. XXVIII.

a *Veſpere autem Sabbathi.*] Totum tempus à prima apparente in crepuſculo ſtella, vſque ad ſequentis diei initium, hoc eſt, ad auroram exorientem, dicitur Hebræis ערב, Latini *veſperam* vertunt. atque ita ſcriptum legimus, Et factum eſt veſpere & mane dies vnus. Itaque *Veſpere ſabbathi quæ luceſcit in prima ſabbathi*, ſic interpretamur, Nocte illa poſt ſabbathum, cuius noctis extremum attingit lucem primæ diei poſt Sabbathum. Prima dies poſt Sabbathum eſt, quam nos celebramus, appellantes *Dominicam*. namque Hebræi ſabbathum hebdomadæ finem conſtituunt: deinde numerant ſex dies, hoc ordine. Prima ſabbathi, ſecunda ſabbathi, tertia ſabbathi, quarta ſabbathi, quinta ſabbathi, ſexta ſabbathi, Sabbathum. Significat igitur Euangeliſta mulieres illas ſanctas ſummo mane ſurrexiſſe adhuc ſabbathi veſpere durante. vt viderent ſepulchrum, vtpote quæ magno deſiderio tenebantur inungendi ſui magiſtri corpus: cupiebant autem ſummo mane ſurgere, antequam ſabbathum

tranſiret, ne fortè aliò transferretur corpus Ieſu, quod depoſitum in illo ſepulchro exiſtimabatur. Per ſabbathum verò à nemine tangi poterat corpus, nec ſepulchrum aperiri licebat: oportebat expectari ad minimum primam ſabbathi. Itaque illæ primæ omnium venerunt, quæ nec ſepulchrum aperire poterant, propter lapidis ingens pondus: nec hominem quemquam videbant, cuius opera vti poſſent, & iuuari in monumento aperiendo. Hæc omnia cum aliis eò tendunt, vt omnibus ex partibus Chriſti reſurrectio confirmetur. voluit enim Deus omnem etiam circunſtantiarum probationem vndique in re tanta conſtare aduerſus inimicos crucis & reſurrectionis Chriſti.

gdalene, & altera Maria videre ſepul-
chrum. 2 ᵇEt ecce terræmotus factus
eſt magnus. Angelus enim Domini de-
ſcendit de cælo: & accedens, reuoluit la-
pidem, & ᶜſedebat ſuper eum: 3 erat au-
tem aſpectus eius ſicut fulgur: & ᵃveſti- ᵃveſtimenta M sq.
mentum eius, ſicut nix. 4 Præ timore
autem eius, exterriti ſunt cuſtodes, &
facti ſunt velut mortui. 5 Reſpondens
autem angelus, dixit mulieribus, ᵈNolite
timere vos. ſcio enim quòd Ieſum ᵉqui
crucifixus eſt, quæritis. 6 non eſt hîc:
ſurrexit enim, ſicut dixit. venite, & vi- → 5 MS.e.s.
dete locum ᶠvbi poſitus erat Dominus.
7 Et citò euntes, dicite diſcipulis eius quia
ſurrexit*: & ecce ᵇpræcedit vos ᵍin Gali- * à mortuis MS.c.s.
læam. ibi eum videbitis. ʰecce prædixi ᵇpræcedet MSq.
vobis. 8 ⁱEt exierunt citò de monumen- B
to cum timore & gaudio magno, curren-
tes nunciare diſcipulis eius. 9 Et ecce
Ieſus

b *Et ecce terræmotus.*] eo tempore quo ipſæ proximæ iam erant ſepulchro, ita vt ipſæ teſtes eſſent lapidis tum primũ reuoluti, angeli præſentis, & fugæ cuſtodum.

c *Sedebat ſuper eum.*] vt viſeretur publicè tum à mulieribus, tum à cuſtodibus: & nemo dicere poſſet lapidem ſponte deuolutum ex terræmotu, aut ab homine aliquo, aut aliquibus hominibus qui fugerint ſtatim: ille ſedebat, & ſe conſpiciendum dabat lumine ſuo, & veſtimentorũ candore, quæ etiam ipſum non hominem eſſe probabant, ſed humana vice maiorem. Id quod euenit cuſtodibus perterritis & exanimatis, qui humano conſpectu non terrerentur, ſi diſcipuli veniſſent, aut alius quiſpiam qui lapidẽ deuolueret.

d *Nolite timere vos.*] Angelus miſſus erat vt Chriſti reſurrectionem teſtaretur piis & impiis: ſed impiis terror eſt incuſſus, quorum conſilium, operã & diligentiam ad cuſtodiendum corpus vanam voluit declarari Deus, qui humanam mentem in huiuſmodi rebus aduerſum ſe initis, irridet & turbat: ſicut ſcriptum eſt, Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Itaque hos qui aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius inſurgere volebant, ita turbauit Deus, vt teſtes veritatis ſuo malo ac terrore nimio edoctos conſtituerit, eos verò qui pietatem colunt, & Dei conſilium vel cognoſcũt vel expectant, conſolatus Deus, à timore & ſuſpicione liberat, teſteſque ſuos ſuo ipſorum bono facit. Idẽ angelus dicebat, *Nolite timere vos. ſcio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis, &c.* Et qui quærunt Ieſum pio ſtudio, plus inueniunt quàm cogitabant. Quærebant ſanctæ mulieres mortuum, viuere eum intelligunt. ſpem accipiunt eundem videndi.

e *Qui crucifixus eſt.*] Idem qui crucifixus eſt, vt dixerat, non eſt hîc: ſed ſurrexit etiam, ſicut dixerat, eodem die quo dixerat. id quod circunſtantiis ipſis primùm probabitur ex loco vacuo, qui nunc primùm in veſtro conſpectu apertus eſt.

f *Vbi poſitus erat Dominus.*] Ab angelo appellatur *Dominus*, cui iam data erat omnis poteſtas in cælo & in terra.

g *In Galilæam.*] Inceperat Chriſtus ſui euangelij lucem in Galilæa oſtendere. ibi etiam ſuæ veritatem reſurrectionis (quæ initium erat regni diſcipulis manifeſtandi) multis teſtatam voluit.

h *Ecce prædixi vobis.*] atque ita excipere debetis & credere: nam re ipſa comperietis vt prædixit.

i *Et exierunt cito.*] Intrauerant enim in monumentum, vt viderent Ieſum ibi non eſſe. Erat autem monumentum in cubiculi formam exciſum concameratum: citò autem exierunt, quòd verè crediderant eum viuere, & cupiebant eum nuntium ad fratres perferre lætiſſimum. *Cum timore & gaudio magno.* Gaudium ex reſurrectionis fide oriebatur. Timor non fracti animi, ſed pij erat, & maiora iam cogitantis & cognoſcentis de Ieſu, quàm anteà fuerant cogitata. nam quem Angelus *Dominum* appellauerat, quem ſurrexiſſe conſtabat, maxima reuerentia ac diuino honore dignum eſſe cenſebant. Inde factum eſt, vt occurrentem Ieſum prouolutæ adorarent, vtpote ſeſe humiles valde pro tanta maieſtate, & indignas antiquæ

familiaritate exiſtimantes: quas tamen Ieſus ita animat & erigit, vt nunc ſibi multò magis familiares eſſe confirmet: eamque gloriam non ſibi ſoli partam, ſed cum illis communicandam ſignificet: quamobrem diſcipulos prius diſtitatos fratres vocat.

Ieſus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ
autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes
eius, & adorauerunt eum. 10 Tunc
ait illis Ieſus, Nolite timere. ite, nun-
tiate fratribus meis vt eant in Galilæam,
ibi me videbunt. 11 Quæ cùm abiiſ-
ſent, [a] ecce quidam de cuſtodibus vene-
C runt in ciuitatem, & nuntiauerunt prin-
cipibus ſacerdotum omnia quæ facta
fuerant. 12 Et congregati cum ſenio-
ribus, conſilio accepto, [b] pecuniam co-
pioſam dederunt militibus, 13 dicen-
tes, [c] Dicite, Quia diſcipuli eius nocte
venerunt, & furati ſunt eum nobis dor-
mientibus. 14 Et ſi hoc auditum fue-
rit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſe-
curos vos faciemus. 15 [d] At illi accepta
pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. [e] Et
diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iu-
dæos, vſque in hodiernum diem.
16 Vndecim autem diſcipuli abierunt
in Galilæam, in montem vbi conſti-
tuerat illis Ieſus. 17 [f] Et videntes eum
adorauerunt, [g] quidam autem dubitaue-
D runt. 18 Et accedens Ieſus, locutus eſt
Ioh.17.a.2. Hebr.1.b.8. eis, dicens, [h] Data eſt mihi omnis poteſtas

a *Ecce quidam de cuſtodibus.*] Aliqui ex illis manſerunt in ſua ſtatione, vt ne ipſis abſentibus aliquid actum cauſari quis poſſet: & quidam ex illis iuerũt nuntiatum omnia quæ facta fuerant, hoc eſt, quæ de terræmotu, lapide reuoluto, & angeli teſtimonio, & mulieribus narrata iam ſunt atque ita illis teſtibus res omnis patefacta eſt principibus ſacerdotum & ſenioribus.

b *Pecuniam copioſam.*] quam non darent, niſi certa illis fuiſſet res: aliàs enim accuſarent milites præuaricati officij.

c *Dicite quia diſcipuli eius.*] Quomodo, vt rectè Auguſtinus redarguit, teſtari poſſent corpus Chriſti à diſcipulis ſubreptum, dum ipſi dormirent? Nã nec dormire omnes debuere, cùm eſſent collocati in cuſtodia: & ſeipſos accuſabant atque damnabant, hoc fatentes. nec ſi dormiiſſent, verè dicere poterant à diſcipulis ſubreptũ: quî enim videre potuerunt dormientes? ſed fuit hoc conſilium pontificum & ſeniorũ, vt populo illo commento imponeretur. Facilè enim vulgus ſparſis temerè ſermonibus credit, & maiorum auctoritate ducitur. namque iis qui res iudicio æſtimant graui, nihil huiuſmodi commenta fidei faciunt. ideoque illi dicebant, *Si hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei.* ſciebant enim præſidem huiuſmodi commenta non admiſſurum.

d *At illi accepta pecunia.*] Neque milites pecuniam accepiſſent, ſi proditi officij conſcientia tenerentur.

e *Et diuulgatum eſt verbum.*] Res omnis hæc, vt à principio ad finem vſque narrata eſt, diuulgata fuit apud Iudæos, quamuis illam celari ſacerdotũ principes voluiſſent, excogitato commento ad populum decipiendum. Quî enim potuit latere & celari res inter tot acta, & cum tam multis communicata? in qua pecuniæ ſolutio copioſæ fuit, quam milites acceperunt, qui aliis ex cohorte negotium omne non celarunt. deinde cùm de ea etiam re cum præſide eſſet agendum? Vt Deus irridet conſilia hominum aduerſus ſe filiumque ſuum inita!

f *Et videntes eum adorauerunt.*] Agnoſcentes Deum & Dei filium, atque regni cælorum regem, quem pati, mori, & reſurgere oportuerat, atque ita intrare in gloriam ſuam.

g *Quidam autem dubitauerunt.*] Qui cùm è dubitatione liberati fuerint, veritate comperta, nihil poſteris dubitandum reliquerunt. Hos autem Ieſus apertè dubio exoluit, ſeſe illis manifeſtum oſtendens, & contrectandum præbens: Palpate, inquit, & videte, quia ſpiritus manus & pedes non habet, vt me videtis habere.

h *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.*] Id eſt, Eccleſiæ in cælo triumphantis, & in terra militantis princeps ſummus rexque declaratus ſum, vt poſſim terrenam cum cæleſti coniungere.

in cælo & in terra. 19 Euntes ergo [l] do- *Mar.16.d.15*
cere omnes gentes: baptizantes eos in
nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,
20 docentes eos ſeruare omnia quæcun-
que mandaui vobis, & ecce ego vobiſ-
cum ſum omnibus diebus, vſque ad con
ſummationem ſeculi.

l *Docete omnes gentes.*] Hoc mandatum totius Euangelij ſummam complectitur, incipit à fine, & deſinit in media, vt obſeruare ſolemus apud ſacros auctores.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS ANTVERPIÆ, ANNO M. D. LXXV.

# SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

## CAPVT. I.

INITIVM [a] euangelij
A Ieſu Chriſti filij Dei.
2 [b] Sicut ſcriptum eſt in
" Iſaia propheta*, Ecce
ego mitto angelum meũ
ante faciem tuam, qui
præparabit viam tuam ante te; 3 Vox
clamantis in deſerto, Parate viam Do-
mini, rectas facite ſemitas eius. 4 [c] Fuit
Iohannes in deſerto baptizans, & præ-
P dicans

* prophetis

Mal. 3. a. 1.
Iſa. 40. a. 3.
Ioh. 1. c. 15.
Luc. 3. a. 4.
Matt. 3. a. 1.

CAP. I.

a *Initium Euangelij Ieſu Chriſti filij Dei.*] Matthæus generationis Ieſu Chriſti librum conſcripſit, ea ſignificatione quam exponebamus: Lucas omnem narrationem ordinauit, non ſolùm hiſtoriæ Chriſti, ſed Euangelij, & rerum quæ Euangelio credentibus contigerunt, cum promiſſorum etiam antiquorum ſignificatione. Iohannes totus præcipuè eſt in diuina generatione, & hominum regeneratione diſſerenda. Marcus autem ipſum tãtùm Euangelium ſcribere profeſſus, appoſitiſſimè incœpit, & exactiſſimè abſoluit. Eſt autem Euangelij definitio ſiue interpretatio ex etymo, BONVM NVNTIVM. Oportet verò bonum nũtium rei magnæ maximeque vtilis ac lætæ eſſe. Nihil autẽ homines aut optare potuerunt vtilius aut dignius, quàm vt ex generatione illa priori carnali & corrupta ex primis parentibus deducta, in regenerationem & renouationem ſpiritus ac vitæ transferri poſſent. hoc futurum aliquando certis promiſſis ex Dei miſericordia acceperant. Tandem autem aduentare audierunt, ac demum credentes & obedientes acceperunt. Huius tanti diuini doni aduentantis & iam matureſcentis præconium ſiue annuntiatio Euangelium eſt illud, cuius in ſacris libris tanta celebritas, tantaque laus eſt. Eſt autem ſumma Euangelij huius ſententia, IESVM eſſe Chriſtum & filium Dei: hoc eſt, Ieſum illum Nazarenum eſſe verum filium Dei, per quem Deus, vt initiò mundum fecit, ſic poſteà regenerauit, & à morte ad vitam tranſtulit. Alia enim virtute id fieri non poterat, quàm diuina eius, per quem omnia facta fuerant. Itaque oportuit eſſe Deum verum, natura æqualem patri: filium, inquam, ipſum, Dei virtutem & Dei ſapientiam. eundem etiam hominem eſſe oportuit, eumque præſtantiſſimum, omnium hominum puriſſimum & ſanctiſſimum, ac tandem etiam filium Dei ſecundùm carnem, id eſt, non patre terreno, ſed cæleſti Deo. matre verò ſanctiſſima & puriſſima, vltra omne mortalium fœminarum exemplum. eundem denique etiam vt hominem diuino ſpiritu plenum, donis auctum optimis & præſtantiſſimis, auctoritate ad ſuas partes peragendũ diuinè inſtructum. Hæc omnia ſignificantur arcano nomine CHRISTI, id eſt, vncti in Regem, in Sacerdotem æternum, & in Prophetam. b *Sicut ſcriptum eſt in Iſaia propheta.*] Docet Euangeliſta illius Euangelij, cuius ſummam definitionem retulerit, hoc eſt, illius boni nuntij initium, fuiſſe pœnitentiæ denuntiationem, Iohanne Baptiſta præcone factam. Namque iis qui diuina verba audiendi capaces ſunt, proponitur ſalus per Deum promiſſa, cui promiſſioni credere cum primis oportet. Sed non ſatis eſt fides ad accipiendam ſalutem à Deo oblatam, niſi adſit etiam pœnitentia eorum qui pœnitentia indigent. Continet autem pœnitentia non ſolùm malorum operum deteſtationem & fugam, ſed bonorum exercitationem & ſtudium. Itaque denuntiatio pœnitentiæ à Iohanne inita, principium fuit boni nuntij hominibus allati. Cætera quæ ante Iohannis prædicationem acta narrantur, fuerunt Euangelij præambula. atque ita prædictum fuerat à Deo per Iſaiam, nuntiũ qui præueniens filium Dei, præparaturus eſſet viam, fore illam vocem clamantẽ in deſerto, *Parate viam Domini*, &c. Vt verò Euangelium ſemper in terris conſtat hominibus, ita illius initium. nam qui huius boni nuntij fide ducitur, is inſtruere & munire viam Domino ad ſe venturo ita debet, vt ſimul pœnitentiam cum fide coniungat. Hæc enim via Domini arcta eſt, quæ ducit ad vitam: quam qui inſtiterit, is Domino obuiam venienti occurret. c *Fuit Iohannes.*] Hactenus propoſita eſt Euangelij ſumma, eiuſque finis & initium: oſtenſumque eſt vtramque partem cum vaticiniis conuenire. Nunc verò deinceps ipſa Euangelij totius hiſtoria ordine exponitur. Illud, inquit, initium ſic habet: Iohannes ille, qui mittendus prædictus fuerat, fuit in deſerto baptizans aqua, & ſimul denuntians hominibus præteritæ vitæ depoſitionem, & correctionem in melius; vt hac ratione poſſent accipere remiſſionem peccatorum à Deo promiſſam per Chriſtum expediendam. Nam baptiſmus Iohannis exterior, ſignum erat profeſſionis alterius baptiſmi, hoc eſt, pœnitẽtiæ ſummo ſtudio ſubeũdæ. Vtrumque verò ſuſcipi debuit in fide remiſſionis peccatorum.

dicans baptiſmũ pœnitentię in remiſſio-
nem peccatorum. 5 [d] Et egrediebatur ad Matt. 3.a.5.
eum omnis Iudææ regio, & Ieroſolymi-
tæ [*] vniuerſi: & baptizabantur ab illo in [*] MS. 6.
Iordanis flumine, confitẽtes peccata ſua.
6 [e] Et erat Iohannes veſtitus pilis cameli,
& zona pellicea circa lumbos eius: & lo- Leu. 11.c.22
cuſtas & mel ſylueſtre edebat. 7 Et præ- Matt. 3.c.12
dicabat dicẽs, [f] Venit fortior me poſt me, Luc. 3.c.16. Ioh. 1.d.27. Act. 1.5. & 2.a.4.
cuius non ſum dignus procumbens ſol- & 11.c.16. & 19.a.4.
uere corrigiam calceamentorum eius.
8 [g] Ego baptizaui vos aqua: ille verò ba-
ptizabit vos Spiritu ſancto. 9 [h] Et factum
eſt: in diebus illis vẽnit Ieſus à Nazareth Matt. 3.d.14.
Galilææ: & baptizatus eſt à Iohanne in
Iordane. 10 Et ſtatim aſcendẽs de aqua, Luc. 3.d.21.
vidit cælos apertos, & Spiritum [*] tanquã Ioh. 1.d.32. [*] ſanctum MS q.
columbam deſcendentem & manentem Matt. 4.a.1.
in ipſo. 11 Et vox facta eſt de cælis, Tu B
es filius meus dilectus, in [*] te complacui. [*] quo MS 6.
12 [i] Et ſtatim Spiritus expulit eum in de- Luc. 4.a.1.
ſertum.

d *Et egrediebatur ad eum.*] Metonymia eſt *Iudææ regio*: ſignificat habitatores regionis Iudææ, & Ieroſolymitas vniuerſos. Atque hoc teſtimonio duo docet auctor, alterum fuiſſe Iohãnis præconium omnibus in illa regione & vrbe notiſſimum, atque adeò Euãgelium ipſum, & Euangelij argumentum omnibus fuiſſe ſignificatum. alterum verò, omnes oſtendiſſe ſuam inopiam, profeſſóſque fuiſſe egere ſe gloria Dei, quandoquidẽ omnes confitebantur peccata ſua, & baptizabantur in pœnitentiam; quam tamen non omnes poſteà ſunt perſecuti: ideóque in peccato ſuo mortui ſunt, non admittentes vitam qua indigebant, veréque ſe indigere profitebantur.

e *Et erat Iohannes veſtitus.*] vt ipſo etiã victu & cultu fides fieret omnibus regnum *Dei* non eſſe ex hoc mundo, quippe illius regni miniſtri nullam huius mundi partem accipiebant, aut adeò ex reman, vt pro nulla haberi poſſet. Deinde vt manifeſtis argumẽtis oſtẽderetur Iohannes eſſe vox clamantis in deſerto; qui vix corporis ſui rationem haberet, niſi quantum ad ſuum miniſterium ſuſtinẽdũ, hoc eſt, ad illam vocem pœnitentiæ denuntiatricem alẽdam ſatis eſſet. quiduis autẽ ſatis erat. itaque illã nihil ſibi quærere huius mundi, qui neq; vel cibum cum cæteris quam paupertimis hominibus communẽ curaret. eóque ſuum teſtimonium grauius eſſe oportere, quo ipſe ab omni rerum omnium terrenarum ſtudio alienior eſſe cognoſceretur manifeſtè.

f *Venit fortior me.*] Virtute & efficacitate fortior, tantoque fortior, vt cum eo nulla parte comparari poſſim: non enim ſum dignus, vt procumbens ſoluam corrigiam calciamenti eius: hoc eſt, in minimo etiam gradu dignitatis non ſum ponendus, ſi cum illo conferar. Nam quid humilius, quàm ſoluere calceamenta alicuius? certè ille, cui hoc ex conditione competit, infimo in ordine eſt, ſi cum illo comparetur cui ſoluit corrigiam. atqui ille tantus eſt, vt ego non poſſim cum illo vel in hoc gradu comparari, ſiue naturam ſpectes, ſiue virtutẽ & fortitudinẽ.

g *Ego baptizaui vos.*] Vultis, inquit, cognoſcere rationem virtutis meæ cum illo collatam? Ego tantùm baptizo vos, & baptizaui hactenus aqua, in pœnitentiæ profeſſionem; ſed hæc aqua baptiſmi mei non mutat vos, neque facit filios Dei, & hæredes regni cælorũ: verùm excitat ad ſpectandã ab illo hãc dignitatem. ille verò vos baptizabit Spiritu ſancto; cuius virtute mutati, efficiemini filij Dei, & hæredes regni. erit enim Spiritus ſanctus pignus hæreditatis veſtræ.

h *Et factum eſt in diebus illis.*] Dum hæc à Iohanne prædicata iam nota omnibus eſſent, tunc fuit opportunitas cognoſcendi veri Chriſti, & teſtimonio diuino confirmandi. atque ea res ita acta fuit, vt Ieſus veniens à Galilæa, baptizaretur à Iohanne publicè in Iordane, vbi cæteri baptizabantur: quorũ nemo habuit teſtimonium cælitus, ſimile teſtimonio exhibito erga Ieſum, in quem Spiritus deſcendens manſit, certiſſimo argumento virtutis diuinæ in ſe manentis, ad munus exercendum, cuius cauſa natus erat in mundo. Deinde voce manifeſtè è cælis facta, quæ teſtaretur illum eſſe filium dilectum, in quo paterna voluntas acquieuiſſet: atque adeò gratiſſimum Deo fore quidquid per illum ageretur: eoſque placituros Deo, qui cõſortes eſſent ipſius filij. Id quod nemini mortalium anteà contigerat, vt ſcilicet appellaretur Filius dilectus, in quo complacuiſſet Deo.

i *Et ſtatim Spiritus.*] Spiritus ſanctus expulit Ieſum in deſertum, vt periculum fieret ipſius virtutis ac ſapientiæ, fortitudinis animi, & dignitatis; idque omnis natura teſtaretur. nam quadraginta diebus & totidem noctibus erat in deſerto actus Spiritu Dei: ergo cum Deo agens, atque ab eo accipiens mandata, quæ poſteà ad homines veniens deferret. Et tentabatur à ſatana, quem ſapientia vera ſuperauit. Eratque cum beſtijs

illæſus: nam beſtiæ ipſæ in illo agnoſcebāt & diuinam, & præ hominibus cæteris excellentē virtutem. & tandem esurienti, tentationibus iam ſuperatis, angeli cibos miniſtrabant, agnoſcentes dominum ſuum, victorem hoſtis communis, id eſt ſatanæ. Atque hactenus Ieſus omnibus modis omnium teſtimoniis probatus fuit filius Dei, & idem homo omnium ſanctiſſimus ac Deo dilectiſſimus; idemque Euangelij miniſter ſummus. hocque fuit initium Euangelij illius.

ſertum. 13 Et erat in deſerto quadra-
ginta diebus, & quadraginta noctibus:
& tentabatur à ſatana. eratque cum be-
ſtiis, & angeli miniſtrabāt illi. 14 [a] Poſt-
Matt.4.b.12 quam autem traditus eſt Iohannes, ve-
Luc.4.c.14. nit Ieſus in Galilæam, prædicans euan-
Ioh.4.f.43 gelium regni Dei, 15 [b] & dicens, Quo-
niam [c] impletum eſt tempus, [d] & appro-
pinquauit regnum Dei: pœnitemini, &
Matt.4.c.18. credite Euangelio. 16 Et præteriens ſe-
Luc.5.a.2. cus Mare-Galilææ, vidit Simônem &
Andream fratrem eius, mittentes retia
in mare (erant enim piſcatores) 17 &
dixit eis Ieſus, Venite poſt me, & faciam
vos fieri piſcatores hominum. 18 Et pro-
tinus relictis retibus, ſecuti ſunt eum.
19 Et progreſſus inde puſillum, vidit Ia-
côbum Zebedæi & Iohannem fratrem
eius, & ipſos componentes retia in naui:
20 & ſtatim vocauit illos. Et relicto patre
ſuo Zebedæo in naui cum mercenariis,
Matt.4.b.13 ſecuti ſunt eum. 21 Et ingrediuntur Ca-
Luc.4.c.31. pharnaum: & ſtatim ſabbathis ingreſſus
in ſynagogam, docebat eos. 22 Et ſtu-
Matt.7.d.28 pebant ſuper doctrina eius. erat enim
docens eos quaſi poteſtatem habens, [e] &
Luc.4.d.32. non ſicut Scribæ. 23 Et erat in ſynago-
ga eorum, homo in ſpiritu immundo:

P 2 & excla-

a *Poſtquam autem traditus eſt Iohannes.*] In carcerem coniectus eſt, vbi iam munere functus fuiſſet ſuo, hoc eſt, teſtimonij reddendi de luce, & præparandi viam ante faciem filij Dei, venit Ieſus à Galilæa, qui Nazaræus vocandus erat, & prædicauit Euangelium regni Dei. Iohannis prædicatio fuerat initiū Euāgelij: Ieſu prædicatio nō fuit præparatio & initiū, ſed ipſum Euāgeliū regni. Primus ad Siō dicet, Adſum, & Ieruſalē Euangeliſtā dabo. Quid ſit illud regnū, alias exponimus.

b *Et dicens.*] Summa Euangelij Ieſu Chriſti continetur illa oratione, Tempus impletum eſſe, & regnum appropinquaſſe: idque quam maturrimè eſſe tradendum, adeò vt non, quemadmodum hactenus, differretur, ſed ſtatim daretur iis qui ad id ſeſe præpararent, duabus illis conditionibus illuſtribus & neceſſariis à Deo iam ſæpiſſimè ſignificatis, fide & pœnitētia.

c *Impletum eſt tempus.*] promiſſorum per legem & Prophetas factorum impletum eſt, Iohanne iam munere ſuo defuncto: nam lex & prophetæ vſque ad Iohannem.

d *Et appropinquauit.*] Regnum cælorum, hoc eſt, altera illa conditio hominibus promiſſa, cùm ex ſeruitute miſerrima, in qua detinentur ſeruientes peccato & concupiſcentiis, ad libertatem filiorum Dei traducēdi ſint, vbi ſeruiant Deo in iuſtitia, ſanctitate & veritate. dicitur autem appropinquaſſe regnum, eo quòd adeſſet iam ille dux, qui huius liberationis & traductionis in regnum, miniſter potentiſſimus conſtitutus eſſet à Deo; eſſetque idem à quo hoc Euangelium prædicaretur. Debere ergo homines pertæſos anteactæ miſeriæ & ſeruitutis pœnitere illius priſtinæ conuerſationis ac vitæ, credētes obtemperare ipſi Euangelio, Euangelijque miniſtro.

e *Et non ſicut Scribæ.*] Scribarū in docēdo ratio ieiuna & frigida erat, certis in argumentis omnis poſita, quæ affligere magis diſcentium animos, quàm afficere poſſet; minutis quibuſdam ſcrupuloſiſſima, quæſtionibus plena, inextricabilibus plerumque: variis iactatis de eodem argumento ſententiis, atque iiſdem pleruīque pugnātibus, vt videre eſt per multa folia Miſnaioth. Chriſti autem doctrina aperta, recta, conſtans erat, ambiguitatis expers, legiſlatoris magis, quàm expoſitoris orationem referens: eademque animos attendentium mirè afficiens & mouens, ac planè diuina; adeò vt non ſolùm homines moueret, verùm etiam dæmones perturbaret.

[a] & exclamauit, 24 dicens, [b] Quid nobis
& tibi Ieſu Nazarene? veniſti * perdere * ante tempus o.
nos? [c] ſcio qui ſis, Sanctus Dei. 25 [d] Et cō- C
minatus eſt ei Ieſus, dicens, Obmuteſce,
& exi de homine. 26 [e] Et diſcerpens eum
ſpiritus immundus, & exclamans voce
magna, exiit ab eo. 27 Et mirati ſunt
omnes: ita vt conquirerēt inter ſe dicen-
tes, Quidnam eſt hoc? quænam doctri-
na hęc noua? [f] quia in poteſtate etiam ſpi-
ritibus immūdis imperat, & obediūt ei.
28 Et proceſſit rumor eius ſtatim in om-
nem regionem Galilææ. 29 Et protinus Mat. 8. b. Luc. 4. f. 4?
egredientes de ſynagoga, venerunt in
domum Simônis & Andreæ cum Iacó-
bo & Iohanne. 30 Decumbebat autem
ſocrus Simônis febricitans: & ſtatim di-
cunt ei de illa. 31 Et accedens eleuauit
eam apprehenſa manu eius: & [g] continuò
dimiſit eam febris, & miniſtrabat eis.
32 Veſpere autem facto cùm occidiſſet
ſol, afferebant ad eum omnes malè ha-
bentes

a *Et exclamauit.*] Spiritus immundus, qui in ſynagoga dum Scribæ docerēt, nihil turbatus fuerat, cùm audiret Ieſum de regno cælorum differentem & euangelizantem, exclamauit ſibi iam valdè timens.

b *Quid nobis & tibi.*] Omnino aliena eſt tua ratio à nobis, Ieſu Nazarene: te agnoſcimus nobis hoſtem; videmus te eſſe miſſum vt nos perdas, hoc eſt, vincas, regno expolies, regnoque eiicias, iam ſentimus iſtius doctrinæ efficaciam; nam premimur. iſtam poteſtatem agnoſcimus humana maiorem. Ita Ieſus Nazarenus non alius agnoſcitur & appellatur ab ipſis dæmonibus, quàm ſui ipſorum perditor.

c *Scio qui ſis.*] Omnino teſtatur ſpiritus immundus Ieſum Nazarenum eſſe illum, de quo Angelus dixerat, Ideo quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. *Sanctus Dei*, ille definitus à Deo omnium hominum optimus, potentiſſimus, efficientiſſimus; ille vnicè delectus & dilectus præ filiis hominum. ille ſeparatus ab omni comparatione aliorum, tum naturæ, tum virtutis & efficacitatis rationibus, idque Dei conſilio ac iudicio, qui te vnum ſibi probauit, & ad nos perdendum, ſuumque regnum ſtatuendum appellauit idoneum. Eandem expoſitionem admittit hoc cognomē *Sanctus Dei*, quam *Chriſtus*.

d *Et comminatus eſt ei Ieſus.*] Non vult probari Ieſus teſtimonio dæmoniorū, ſed patris Dei; & ſua virtute atque efficacitate, quæ tanta erat, vt vel inuitum dęmonium verbo & iuſſu expelleret. atque hoc maius certiusque teſtimonium erat & argumētum, quòd Ieſus eſſet ſanctus Dei, quàm ipſa affirmatio dæmonis. Dæmon enim mētiri poteſt, & ſæpiſſimè mentitur: imò nihil aliud cogitat, quàm mentiri & fallere. Quanquam autem hoc loco vexatus & tortus auctoritate doctrinæ Ieſu verum fateretur; tamen non cupiebat ille ſibi credi, vel ſaltem ſtudebat Chriſti auctoritatem ſuo teſtimonio obſcurari potius, quàm illuſtrari. Maiorum enim teſtimonium parum decoris affert bonis. ſed illud erat verum, certum & clarum teſtimoniū, Ieſum eſſe ſanctum Dei, ſi dæmonium vel inuitum cogeretur exire ex homine oppreſſo: id quod manifeſtè probatum fuit omnibus admirantibus & dicentibus, *Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat*, &c.

e *Et diſcerpens eum.*] Vt manifeſtè indicaret ſe inuitum, reluctantem, & renitentem exire coactum denique & victum, id quod clamore demonſtrauit: nam quòd clamaret, quòd illum diſcerperet, quem anteà oppreſſerat, id erat ſignum ſui laboris & tormenti, atque impotentiæ propriæ, quæ reſiſtere Ieſu imperio non poterat. hoc Lucas declarauit, dicens, Et nihil illi nocuit.

f *Quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat.*] In auctoritate atque confirmatione doctrinæ huius, non ſolùm morbos ſanat, animos mouet, ſed ſpiritibus immundis imperat, tanquam dominus ſeruis captis & mancipiis, qui vel inuiti ac trementes obediunt eius imperio, acti & expulſi vi ſola verbi, ſine vllo ipſius alio labore; & illi tamen laborant, ac ſi maximis alterius potentiſſimi viribus vrgerentur; tanta illi vel in verbo & nutu vis & efficientia eſt. Hæc admiratio illius exempli rumorē ſparſit, vel famam potius propagauit in omnem regionem.

g *Continuò dimiſit eam febris.*] Non ſolùm à febri eſt dimiſſa, ſed omnino ad ſanitatem reſtituta & confirmata; id quod miniſtratio ſtatim conſecuta probauit. Tetigit autem eam Ieſus, & eleuauit, vt huiuſmodi actione ſuam voluntatem illius ſanandæ oſtenderet: atque ſe eundem eſſe declararet, qui dæmonia verbo eiiceret, morbos tactu, vel iuſſu, vel verbo ſanaret: denique omnibus modis iuuare miſeros poſſet.

bentes & dæmonia habentes: 33 & erat
omnis ciuitas congregata ad ianuam.
34 Et curauit multos qui vexabantur va-
D Luc.4.g.42. riis languoribus: & dæmonia multa eii-
ciebat,& [a] non ſinebat ea loqui,quoniam
ſciebant eum. 35 [b] Et diluculo valde ſur-
gens, egreſſus abiit in deſertum locum:
ibique orabat. 36 Et proſecutus eſt eum
Simon, & qui cum illo erant. 37 Et cùm
inueniſſent eũ, dixerunt ei,[c] Quia omnes
Luc.4.g.43. quærũt te. 38 Et ait illis,[d] Eamus in pro-
ximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædi-
cem: ad hoc enim veni. 39 Et erat præ-
dicans in ſynagogis eorum, & in omni
Galilæa: & dæmonia eiiciens. 40 Et ve-
Matt.8.a.2. Luc.5.a.12. nit ad eum leproſus deprecans eum: &
genu flexo dicit ei,[e] Si vis, potes me mũ-
dare. 41 Ieſus autem miſertus eius, extẽ-
dit manum ſuam: & tãgens eum, ait illi,
Volo, mundare. 42 Et cùm dixiſſet, ſta-
tim diſceſſit ab eo lepra, & mũdatus eſt.
43 [f] Et comminatus eſt ei, ſtatimque eie-
cit illum: 44 & dicit ei, Vide nemini di-
xeris: ſed vade, oſtende te principi ſacer-
Leu.14.a.3. dotũ, & offer pro emundatione tua quæ
præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.



a *Non ſinebat ea loqui.*] Verè ſciebant eum eſſe ſanctum Dei, multiſque argumentis id perſpectum habebãt dæmones: ſed Ieſus non admittebat illorum teſtimonium de ſe, quòd ſibi nõ conueniret, qui habebat patris teſtimonium opportuniſſimum, certiſſimũ & grauiſſimum. Sciebant quidem dæmonia Ieſu virtutem, ſed rationem humanæ ſalutis per ipſum expediendæ ignorabant, hoc eſt, myſterium ipſum.

b *Et diluculo valde ſurgens.*] Declinans ſtrepitum illum applauſus popularis, ſurrexit diluculo, & ſeceſſit vt oraret, atque humanum genus actioneſque ſuas patri commendaret. Orabat mane ſummo & noctu, vacaturus interdiu doctrinæ & beneficentiæ.

c *Quia omnes quærunt te.*] Videntur quæſiſſe eum vt ſalutarent, & admirarentur, colloquerentur, ac detinerent: ſed Ieſus non ſuam gloriam, ſed patris voluntatem, & hominum multorum vtilitatem curabat.

d *Eamus in proximos vicos.*] Iam illis prædicaui qui me quærunt: ego quæro omnes, vt omnibus annuntiem ſalutem. ad hoc enim veni.

e *Si vis, potes me mundare.*] Non ſolùm potes alios morbos ſanare, & dæmonia eiicere, ſed etiam leproſos mũdare, non expectato ſpatio illo & tædio in lege indicato. lepra ſignum erat diuinæ increpationis in quibuſdam, quos oportebat omnino humili & demiſſo animo ſuam cõditionem ferre, & expectare diuinam clementiam, & reconciliationem. Hæc omnia breui expediri poſſe per Ieſum Dominum, leproſus hic credebat: atque in hac fide magna myſteria continebantur de Ieſu virtute. Ille non abſolutè petit, vt mundetur, quòd vereretur fortaſſe nondum Deum ſibi eſſe reconciliatum; ideoque indignum ſe eſſe diceret mundatione: ſed tamen Ieſum poſſe illum in gratiam cum Deo reducere, & mundare credebat & confitebatur: atque hoc modo ſe illi permittebat, omnem virtutẽ illi tribuens, ſibi autem nihil arrogans. ac ſi diceret, Tu potes me mundare, ſi vis, ſed fortaſſis ego indignus ſum qui munder: me tuo conſilio totum trado: agnoſco me dignum plaga quam fero: te efficacem, vt me mundes: quid mihi expediat, tibi permitto ſtatuendum: vides meam miſeriam, à qua me tu liberare potes. *Ieſus autem miſertus eius*, hac oratione ſignificatur illum fuiſſe in miſero ſtatu, non ſolùm lepræ, ſed peccatorũ, quibus tanquam reus & alligatus erat: atque illa fide, illaque ſupplici oratione mouiſſe commiſerationem Ieſu, vt reduceretur in gratiam, & mundaretur. Tetigit eum Ieſus, vt indicaret voluntatem reconciliandi ipſum. nam aliàs leproſi non tangebantur à ſacerdotibus; atque illa ſignificatione indicabantur à Deo eſſe reiecti ad correptionem. f *Et comminatus eſt ei.*] ne amplius peccaret, & in eiuſmodi vel grauius periculum incideret. Deinde exemplo popularis gloriæ declinandæ, iuſſit illi vt nemini diceret. ſed quanquam ij gloriam fugiant, tamen diuina beneficia ad Dei laudem & aliorum vtilitatem prædicare ij debent qui acceperint.

45 At ille egreſſus cœpit prædicare & dif-
famare ſermonem: g ita vt iam non poſſet
manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris Luc.4.g.41.
in deſertis locis "eſſet", & conueniebant * eſſe, MS q.B.
ad eum vndique.

## CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaum a poſt Matth.9.a. Luc.5.d.18.
dies*, & auditum eſt quòd in domo * octo MS q.B.
eſſet, 2 & * conuenerũt multi, ita vt non * confeſtim 1 MS.C.
"caperet neque ad ianuam: b & loqueba- * caperent 6 MS.B.C.
tur eis verbum. 3 Et venerunt ad eum A
ferẽtes paralyticum, c qui à quatuor por-
tabatur. 4 Et cùm non poſſent offerre
eum illi præ turba, d nudauerunt tectum
vbi erat: & patefacientes ſubmiſerũt gra-
bâtum in quo paralyticus iacebat.
5 Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem illorũ,
ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi pec-
cata tua. 6 Erant autem illic quidam de
e Scribis ſedentes, f & cogitantes in cordi-
bus ſuis, 7 Quid hic ſic loquitur? bla-
ſphemat. 8 g Quis poteſt dimittere pec- Iob.14.a.4. Iſa.43.d.25.
cata, niſi ſolus Deus? 8 h Quo ſtatim co-
gnito Ieſus ſpiritu ſuo quia ſic cogitarẽt
intra ſe, dicit illis, Quid iſta cogitatis in
cordibus veſtris? 9 i Quid eſt facilius, di-
cere

g *Ita vt non poſſet manifeſtè introire in ciuitatem.*] vbi videbat ſibi eſſe paratũ magnum plauſum, quem ipſe non ambiebat: atque hoc etiam modo aduerſariis veritatis calumniandi occaſionẽ præcludebat, cùm ipſe non vltrò quæreret frequentiam: ſed vbi aliquos docuiſſet, ad alios tranſiret, aut exciperet eos qui ad ſe doctrinæ cauſa veniebant.

CAP. II.

a *Poſt dies.*] Poſt aliquot dies, vt benefaciendi ſtudio tandem redire videretur, non ambitionis aut popularis auræ cupiditate ductus frequentare oppida exiſtimaretur: Intrauit autem ſine ſtrepitu, atq; ita intrauit, vt prius eſſet in domo, quàm ſentiretur venire.
b *Et loquebatur eis verbum.*] Frequentiæ conuentu vtebatur Ieſus, nullam ad aliam rem, quàm ad ſuum munus purè obeundum: hoc eſt, ad prædicationem verbi & euangelij illis vtiliſſimi quibus loquebatur.
c *Qui à quatuor portabatur.*] Omnino ſolutus erat membris, ac tanquã mortuus, ita vt nulla ex parte ſeſe inducere poſſet, niſi moueretur, atque à quatuor in lecto portari deberet, adeò grauis erat morbo & grabato ipſo, à quo ſine magno dolore dimoueri non poterat: & tamen tantum morbum à Ieſu ſolui poſſe & ſoluendum eſſe, & ille & illi credebant, adeò vt illa fide animati, & tectum aſcenderint, & patefecerint, & hominem demiſerint: nihili facientes neque laborem ſuum, neque damnum dandum, neque importunitatis notam, quam apud alios ſubire poterant.
d *Nudauerunt tectum.*] Ad humilem domum Ieſus diuerterat, vnica tecti contignatione inſtructam, ſuam fortaſſis, aut propinqui cuiuſpiam: nam Capharnaum ciuitas ſua appellatur à Matthæo.
e *Quidã de Scribis.*] iidẽ Scribæ dicũtur, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Iudææ & Ieruſalem, commoti fama ſuperiorum dictorum, quæ etiã tunc volãs indicauerat illũ domi eſſe.
f *Et cogitantes in cordibus ſuis.*] Eruditio & ſcientia, niſi modeſtia temperetur, inflat homines, & inuidia accendit, præcipuè aduerſus eos qui minori labore quàm ipſi, aut minori cum ſtrepitu diſcendi aliquam ſapientiæ ſpeciem edunt.
g *Quis poteſt dimittere peccata.*] Conſuetudo calumniatorum eſt, principiò damnare nomine aliquo grauiſſimo damnationis prolato, deinde confirmare damnationem communibus aliquibus axiomatis, quas regulas vocant vel vniuerſales propoſitiones, ſine diſtinctione aut exceptione vlla, quantumuis æqua. Hanc regulam, *Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus*; ex illo verſu Scribæ confecerunt, Quoniam apud te propitiatio eſt. ſed quàm rectè illa regula ex illo verſu deducatur, aliàs diſputabitur Deo iuuante.
h *Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo.*] illo Spiritu ſapientiæ, ſcientiæ & intellectus, quo plenus erat.
i *Quid eſt facilius dicere.*] Vos ex eo quòd ego dixerim, Remittuntur tibi, &c. arguitis me profiteri remiſſionem peccatorum, tanquam ipſe auctor illius ſim; auctoritatemque hanc Deo detraham, mihique arrogem; ſed oratio mea non conuenit cum cogitatione veſtra: nam quòd ego dixerim, *Remittuntur tibi peccata tua*, non debet mirum videri vobis, quando & id ſacerdos dicere poſſit in peccatis quotidianis eius qui purè &

legitimè ſacrificat. Frequens enim illa oratio eſt in lege, Et remittetur ei, &c. quam ſacerdos ex Dei verbo & promiſſo vſurpare etiã poteſt, erga aliquẽ purè & ſanctè facientẽ ſacrũ. Neq; tã facilè dicere poteſt ſacerdos aduerſus aliquem huic homini ſimilé, Surge & ambula. nam de hoc non habet tam frequẽs & certum Dei promiſſum, quòd ſi hoc ſacerdos diceret, & re ipſa effici contingeret, ſignum eſſet illum habere à Deo virtutem & ſpiritum ſanitatum. Nunc autem vos blaſphemiam interpretamini, quam ſacerdos poterat pronũtiare ſine crimine, nixus promiſſo Dei: & mihi vitio vertitis, quòd ego idipſum pronuntiem, nondum perſpecta ſententia animi mei; qua ego hanc orationem protulerim? Sed nunc ego vobis confirmabo apertè illam ſententiam, quam vos blaſphemiæ nomine damnatis: & oſtendam vobis me poſſe auctoritate propria, in terris à Deo mihi communicata, dimittere peccata: idque probabo oratione & ſigno, cuiuſmodi nemini ſacerdotum probationem conceſſam indicare poſſitis in lege veſtra, vt ex ſanatione corporis expreſſa, & animi ſanatio confirmetur effecta.

B cere paralytico, Dimittũtur tibi peccata:
9 & MS.6. an dicere, Surge, *tolle grabatũ tuum &
ambula? 10 Vt autem ſciatis quia filius
hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) 11 tibi
dico, Surge, tolle grabâtum tuum, &
vade in domum tuam. 12 Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabáto abiit coram
omnibus, ita vt mirarentur omnes, [a] &
honorificarent Deum, dicentes, [b] Quia
nunquam ſic vidimus. 13 [c] Et egreſſus
eſt rurſus ad mare: omniſque turba veniebat ad eũ, & docebat eos. 14 Et cùm
Matt.9.a.9. Luc.5.e.27. ª Leuin 9 MS.6. præteriret, vidit [d] ª Leui' Alphæi ſedẽtem
ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et
ſurgens ſecutus eſt eum. 15 Et factum
eſt: cùm accũberet in domo illius, multi
publicani & peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. erant
enim multi qui & ſequebantur eũ. 16 Et
Scribæ & Phariſæi vidẽntes [e] quia manducaret cum publicanis & peccatoribus,
dicebant diſcipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bi-
16 MS.6.5. bit *magiſter veſter? 17 Hoc audito Ieſus, ait illis, Non neceſſe habent ſani
medico,

a *Et honorificarent Deum.*] qui ſe propitium adeò oſtenderet hominibus, & remiſſionem peccatorum certiſſimo ſigno ſua auctoritate confirmans, manifeſtè probaret: eamque poteſtatem filio hominis in terra daret, cuiuſmodi exemplum nullum antea extiterat.

b *Quia nunquam ſic vidimus.*] Omnis Iſrael, ex quo à Deo in peculiarem populum delecti fuimus. Vniuerſalis enim oratio ſiue propoſitio eſt, ſi periora ſecula complectimur.

c *Et egreſſus eſt rurſus ad mare.*] relictis illis Scribis, quos re ipſa cõuictos, & tamen inuidia adhuc incenſos videret, conuertere magis diſſimulando, quam irritare contendendo volebat. Turba autem, hoc eſt populus terræ, vt Iudæi loquuntur, ſimplicior, & ad diſciplinã, ſi rectè inſtituatur, oportunior, veniebat ad eum.

d *Leui Alphæi.*] Binomius ſ[illegible] nam vocabatur Leui Alphæi filius & Matthæus affini ſignificatione, vt multi ſunt apud Hebræos binomij.

e *Videntes quia manducaret.*] Eſt conuictus ad conſuetudinem vitæ & morum, & eſt conuictus ad conciliationem. Prioris generis conuictus cum publicanis & peccatoribus vitatus eſt [illegible] poſteri[illegible] non eſt vetitus, ſed laudatus: vt pius vir aliquando conciliandi animi cauſa cum peccatore comedat, quem corrigere, atque ad bonam frugem reuocare curat. Hanc rationem Ieſu tenebat magno cum fructu: mundi verò illam alteram magis ſe interpretabantur.

"medico': ſed qui malè habent. [a] nō enim [a] medicum MS.B. 1 Ti.1.c.15. Matt.9.b.13. Luc.5.f.32.
veni vocare iuſtos, ſed peccatores.
18 [b] Et erant diſcipuli Iohannis & Phari-
ſæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, C
Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorū
ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiu-
nant? 19 Et ait illis Ieſus, [c] Nunquid poſ-
ſunt filij nuptiarum, quandiu ſponſus
cum illis eſt, ieiunare? Quanto tempore
habent ſecum ſponſum, non poſſunt ie-
iunare. 20 Venient autem dies cùm au- Matt.9.b.15. Luc.5.g.35.
feretur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabūt
in illis diebus. 21 [d] Nemo aſſumentum
panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alio-
quin aufert ſupplementum nouum à ve-
teri, & maior ſciſſura fit. 22 Et nemo
mittit vinum "nouum' in vtres veteres: [b] nouellum MS.B.
alioquin "dirumpit' vinum vtres, & vi- [c] dirumpet MS.R.B.
num effundetur, & vtres peribūt. ſed vi- D
num nouum in vtres nouos mitti debet.
23 Et factum eſt iterum cùm ſabbathis Matt.12.a.1. Luc.6.a.1.
ambularet per ſata, & diſcipuli eius [e] cœ-
perūt progredi & vellere ſpicas. 24 Pha-
riſæi autem dicebant ei, Ecce, quid fa-
ciunt * ſabbathis quod non licet? 25 Et * diſcipuli tui MS.B.C. 1 Re.21.a.10.
ait illis, Nunquam legiſtis quid fecerit
Dauid, quando neceſſitatem habuit, &
eſuriit ipſe & qui cum eo erant? 26 [f] quo-
modo introiuit in domū Dei [g] ſub Abia-
thar principe ſacerdotum, & panes pro-
poſitionis mādu cauit, quos non licebat Exod.29.f.33. Leu.24.b.9.
manducare, niſi ſacerdotibus, & dedit
eis

a *Non veni vocare iuſtos.*] ad pœnitentiam, quæ eſt ianua & via ad iuſtitiam. Exigitur enim ab hominibus fides & iuſtitia moralis, hoc eſt, virtutum exercitatio & habitus ab iis qui iuſtificationem à Deo cupiunt, quam Euangelium promittit. Sic qui fideles iuſtique ſunt, & verè Iſraelitæ, in quibus dolus non eſt, ij obtinebunt illud magnum Dei donum, atque huiuſmodi non vocantur: namque in domo ſunt, hoc eſt, ipſi vltrò conditiones à Deo ſignificatas opportunè ſeruant. Sed quoniam Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad ſcientiam veritatis peruenire; & plures ſunt peccatores ex filiis Adæ, quàm iuſti; Dei miſericordia eſt, vt vocentur ad pœnitētiam. cuius duæ partes ſunt, vt iam aliâs ſæpè expoſuimus.

b *Et erant diſcipuli Iohannis & Phariſæi ieiunantes.*] Vltra ieiunia in lege præſcripta, Phariſæi & Iohannes exercebant ſuos diſcipulos in ieiuniis, quæ corpori triſtitiam afferūt, & carnis impetus reprimere creduntur: pertinentque ad pœnitentiæ rationem, ſi legitimè & purè ineantur: ſin aliter, inutiliter aliquando obſeruantur, cùm ex contentione, vel nuda tantùm cōſuetudine ſuſcipiuntur, ſine circunſtantiis requiſitis.

c *Nunquid poſſunt filij nuptiarum.*] Symbolicè indicauit Ieſus ſe ſalutis & lætitiæ publicæ non ſolùm nuntium, ſed auctorem ipſum eſſe. docetq; ſuos ex amore ſalutis & vitæ æternæ, non ex odio ſolo vitiorum, incipere vitæ inſtitutionem.

d *Nemo aſſumentum.*] Vix credi poteſt quàm difficile ſit conſueta non conſuetis etiam potioribus poſtponere, in omni genere non ſolùm morum, ſed diſciplinarum ac ſcientiæ: ideò promptius eſt rudes inſtituere, quàm alio modo eruditos.

e *Cœperunt progredi & vellere ſpicas.*] Diſcipuli non ſabbathi violandi cauſa, non damni dandi ſtudio, ſed quòd eſurirent, ſpicas legebant. Atqui animam paſcere, & eius cauſa cibos parare ſabbathis licebat: ſed mala mens omnia vel ſimpliciſſima & fraudis expertia, in calumniam rapit.

f *Quomodo introiuit in domū Dei.*] Ille ſolus adiit tabernaculum in Nobe, relictis alicubi comitibus, quibus panes poſteà attulit.

g *Sub Abiathar principe ſacerdotum.* Ahimelech ſummum pontificatum gerebat illo tempore, cui ſucceſſurus erat in miniſterio Abiathar filius, vt verè ſucceſſit occiſo patri: atque ita de ſene agebatur vt iam tū filius celebrari & cōmemorari inciperet. Itaq; illud *Sub* exponimus, iuxta tempora. vel paulo ante tempora. vt dicere ſolemus, Sub aduentum meum. & poetæ dicunt, Sub ſole cadente.

[* & MS.R.] eis * qui cum eo erant? 27 Et dicebat eis,
[* etiam MS.] h Sabbathum propter hominem factum
eſt, & non homo propter ſabbathum.
28 Itaque Dominus eſt filius hominis,
etiam ſabbathi.

## CAP. III.

[Matt.12.a.9. Luc.6.a.16.] ET a introiuit iterum in ſynagogam: &
A erat ibi homo habẽs manum aridam.
2 Et obſeruabant eum, b ſi ſabbathis cu-
raret: vt accuſarent illum. 3 Et ait ho-
mini habenti manum aridam, Surge in
medium. 4 Et dicit eis, Licet ſabbathis
benefacere, an malè? animam ſaluam
facere, an perdere? At illi tacebant.
5 Et circunſpiciens eos cum ira, contri-
ſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit
homini, Extende manum tuam. Et ex-
tendit: & reſtituta eſt manus illi.
[Mat 12.b.14. Ioh.10.g.39.] 6 Exeuntes autem Phariſæi, ſtatim c cum
Herodianis conſilium faciebant aduer-
ſus eum, quomodo eum perderent.
Q 7 Ieſus

h *Sabbathum propter hominem.*] Alludit ad communem olim Iudæorum ſententiam, de ſex rebus ante mundum creatis, inter quas illi ponunt Sabbathum; quam redarguit Ieſus re ipſa, & certo argumento ex nominis notatione. Sabbathum quietem ſignificat, & quies relationem quandam indicat. quies enim ceſſatio eſt à labore, ac recreatio: ſed hæc ad hominem referuntur, vt ſcilicet homo ceſſet & recreetur. Quòd ſi non ſit homo, nulliũ eſſe poteſt ſabbathum. Potuit quidem eſſe homo, & tamen ſabbathum non eſſe, aut inſtitui. Vt autem ſabbathum inſtituatur, homine nullo exiſtente fieri non poteſt. Igitur ſabbathum factum eſt, vt in illo homo quieſceret à labore. Eſt autem inter labores corporis graues etiam fames. ab hac etiã quieſcere poteſt homo ſabbatho: aliàs ſi homo ex fame periret, ſabbathis laboraſſe grauiter iudicaretur. Quòd ſi neceſſe eſſet hominem aut ſabbathũ perire, omnino præſtaret ſabbathum homini poſthaberi, dummodo nulla eſſet culpa in homine contra veram obſeruationem ſabbathi. Animam autem ſeruare ſabbatho, non labori, ſed quieti eſt adſcribendum. Itaque vt Abimelech copiam fecit panis Dauidi ſabbatho, nec eam rem violationis nomine notauit; ſic & filius hominis, id eſt, ego, diſcipulis ſabbathi copiam in ſimili re facere poſſum.

CAP. III.

a *Et introiuit iterum in ſynagogam.*] docendi & benefaciendi ſtudio alio ſabbatho introiuit in ſynagogam.

b *Si ſabbathis curaret.*] Medicinã facere Iudæi inter ſeruilia opera ponebant. Nullum autem ſeruile opus fieri in ſabbathis licere affirmabant. Non ſolùm autem obſeruabant Ieſum, an ſabbathis curaret, ſed an id fieri poſſet rogabant: vt ſi diceret licere, accuſarẽt eum doctrinæ corruptæ: ſi negaret, & faceret, accuſarent magis eum: ſin affirmaret & faceret, multo magis accuſarent. ſed Ieſus ſua, hoc eſt, diuina ſapientia inſtructus, & oratione & re illos conuicit, ſua ipſorum doctrina redargutos. Namque rem ad interpretationem reuocauit, definiens curationem non eſſe ſeruile opus, ſed beneficentiam: beneficentiæ autem exercitationem omnibus diebus, etiam ſabbathis, nullo diuino præcepto prohiberi, ſed perpetuò commendari. Deinde eſſe in illorum Miſnaioth, hoc eſt Repetitionum libro, apertè exceptum periculum animæ in ſabbatho. ibi enim in tractatu De Sabbatho prohibetur omne opus, niſi ſit pro anima, hoc eſt, in ſalutem animantis alicuius, vt ouis, bouis, aſini, &c nedum hominis: atq; hæc exceptio frequẽter repetitur in illo libro. ita vt ad ſalutẽ animæ referatur cibi ac potus exhibitio, & actio pecorum ad fontem & flumen etiam remotum, & alia Cùm igitur huiuſmodi interrogatio eſſet illis obiecta argumentatione, vt dici ſolet, ad hominem, illi tacebant. Non poterant enim inficiari id quod manifeſtè exceptum erat in illorum traditionibus. Iam verò curationem etiam medicam aptiùs referri ad animæ ſalutem, quàm ad ſeruile opus, illi apertè videbant: atque ideò etiam tacebant, conuicti inſcitiæ: nec tamen apertè, id quod res erat, reſpondere volebant; vtpote obcæcati corde, & inuidentia occupati maxima. Poſtquam verò illos oratione & argumentatione conuicerat, re ipſa magis etiam oppreſſit, vtpote qui curarit hominem ſolo verbo & iuſſu, cùm nemo fuerit qui verba & orationem aut ſermonem die ſabbathi prohibita eſſe vnquam putauerit. Ita ſi curaſſet medicamento appoſito, non debebat reprehendi, ex interpretatione iam expoſita: nedum cùm verbo ſolo curarit & reſtituerit. c *Cum Herodianis*] cum iis qui Herodis partes agebant, atque Romanorum imperium defendebant. nam Herodes à Romanis conſtitutus erat Galilææ tetrarcha: Ieſus autem Galilæus cùm eſſet, in ſuſpicionem adducebatur à Phariſæis apud Herodianos, quòd populos ſibi conciliaret, tanquam nouas res moliturus: atque ita agebatur per vtroſque, vt facto impetu in eum irrueretur, aliquo ſubito inuento nomine,

quo res in odium adduci poſſet. Illorum verò conſilium Ieſus cognoſcens, receſſit inde ad mare. ita irritum fecit quidquid illi cogitabant: & tunc maior turba hominum ſecuta eſt eum. ita vt minus id poſſent Herodiani aggredi quod cogitabant, maximè cùm publica fama, qua omnes alliciebantur, eſſet ſanitatum & miraculorum diuinorumque beneficiorum cupiditas & copia ipſis per Ieſum facta, quæ res in calumniam cùm rapi non poſſet, illorum improborum conſilia diſſipabat. & teſtimonium atque fama Ieſu ipſiusque Euangelij notitia augebatur in horas vndique apud omnes, atque adeò à ſpiritibus immundis prodebatur, quos tamen ipſe reprimebat, exoſus illorum teſtimonium.

7 Ieſus autem cum diſcipulis ſuis ceſſit
ad mare: & multa turba à Galilæa & Iu-
dæa ſecuta eſt eum, 8 & ab Ieroſolymis
& ab Idumæa, & *trans Iordanem, & qui * de MS.
circa Tyrum, & Sidônem, multitudo
magna, audientes quæ faciebat, venerũt B
ad eum. 9 Et dixit diſcipulis ſuis vt na-
uicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne
comprimerent eum. 10 multos enim ſa-
nabat, ita vt irruerent in eum vt illũ tan-
gerent quotquot habebant plagas 11 Et
ſpiritus immundi, cùm illum videbant,
procidebant ei: & clamabant dicentes,
12 Tu es filius Dei. Et vehementer com-
minabatur eis ne manifeſtarent illum.
13 [a] Et aſcendens in montem vocauit ad Matt. 10. 1.
ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. Luc. 6. 13.
& 9. 1.
Inf. 6. a. 7.
14 [b] Et fecit vt eſſent duodecim cum illo:
& vt mitteret eos prædicare. 15 Et dedit
illis [c] poteſtatem curandi infirmitates, & C
eiiciendi dæmonia. 16 [d] Et impoſuit Si-
mòni nomen Petrus. 17 Et iacôbum Ze-
bedæi, & Iohannem fratrem Iacôbi: &
impoſuit eis nomina Boanerges, quod
eſt, filij tonitrui. 18 Et Andream & Phi-
lippum, & [e] Bartholomæum & Matthæũ,
& Thomam & Iacôbũ Alphęi, & Thad-
dæum & Simônem Cananæum, 19 &
Iudam

a *Et aſcendens in montem.*] Iiſdem illis diebus, quibus ſuperiora geſta fuerãt, cùm aſcendiſſet Ieſus in montem vicinum ſtagno Genezareth, electurus Apoſtolos, quorum officio & diligentia vteretur in Euangelio Iudæis tunc, & poſteà alijs gentibus edendo, pernoctauit in precibus, cõmendans Deo electionem illam. Poſtera autem die ex iis qui ſe diſciplinæ ipſius tradiderant, quoſdam vocauit, è quorum numero duodecim elegit. *Vocauit ad ſe quos voluit*, vocatione ad laborem, & miniſterium, ex qua non fit argumentatio ad vocationem quæ ſalutis cauſa fit.

b *Et fecit vt eſſent duodecim cum illo.*] eiuſdem miniſterij euangelici conſortes, quibus ſpiritum auctoritatemque ſuam impertitus eſt, ad miniſterium obeundum.

c *Poteſtatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia.*] cuius poteſtatis vſus ſignum eſſet aptiſſimum euãgelicorum promiſſorum.

d *Et impoſuit Simòni nomen Petrus.*] id quod poſſedit tunc Simon, cùm diuina inſpiratione teſtatus eſt Ieſum eſſe Chriſtum. Horum nominum propria & germana pronuntiatio petatur ex Syriaco nouo Teſtamento.

e *Bartholomæum.*] filium Talmai, ita cognominatum à patre: proprio autem nomine Nathanael.

Iudam Iſcariôtem qui & tradidit illum.
20 Et veniunt ad domum: & cõuenit ite-
rum turba, ita vt nõ poſſent neque panẽ
manducare. 21 f Et cùm audiſſent ſui,
exierunt tenere eũ. dicebant enim, Quo-
niam in furorem verſus eſt. 22 Et Scribæ
qui ab Ieroſolymis deſcenderant, dice-
Mat. 9. d. 34. & 11. b. 24. Luc. 11. b. 15. bant, Quoniã Beelzebub habet. & quia
in principe dæmoniorũ eiicit dæmonia.
D 23 Et conuocatis eis, in parabolis dicebat
illis, Quomodo poteſt ſatanas ſatanam
eiicere? 24 Et ſi regnum in ſe diuidatur,
non poteſt regnum illud ſtare. 25 Et ſi
domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur:
non poteſt domus illa ſtare. 26 Et ſi ſa-
tanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſ-
* poteſt MS. G. S. pertitus eſt, & non "poterit" ſtare, ſed fi-
nem habet. 27 Nemo poteſt vaſa fortis
* eius I MS. R. G. S. ingreſſus in domum * diripere, niſi priùs
fortem alliget, & tunc domum eius diri-
Mat. 12. c. 31. Luc. 12. b. 10. 1 Ioh. 5. d. 16. piet. 28 Amẽ dico vobis, quoniam g om-
nia dimittentur filiis hominum peccata,
& blaſphemię quibus blaſphemauerint.
29 h Qui autem blaſphemauerit in Spiri-
* habebit MS q. tum ſanctum, non "habet" remiſſionem
in æternum, ſed reus erit æterni delicti.
30 i Quoniam dicebant, Spiritum immũ-
Mat. 12. e. 46. Luc. 8. c. 19. dum habet. 31 Et veniunt mater eius &
fratres: & foris ſtantes miſerunt ad eum
vocantes eum, 32 & ſedebat circa eum
turba: & dicunt ei, Ecce mater tua & fra-
tres tui foris quærunt te. 33 Et reſpõdens

Q 2 eis,

f *Et cùm audiſſent ſui.*] Conſanguinei & propinqui Ieſu ſecundùm carnem, nihil in illo cognouerant in omni anteacta ætate quod à mera ſanctitate & virtute exciperetur. Nũc verò cùm viderent illum publicè inter turbas agentem, de Deo prædicantem, & pericula, inuidiam, odiaque ſubeuntem, interpretati ſunt illum in furorem eſſe verſum, ex ardenti ſtudio pietatis, & zelo diuini honoris. Inde verò cùm ſibi ipſis damnum aut aliud diſcrimen parati metuerent, propter exortam inuidiam; ſibique proſpicientes, volebãt tenere eum. At verò Scribæ rem grauius & peius interpretabantur. aiebãt enim non eſſe furorem, ſed dæmonẽ, quo ille ageretur & ageret.

g *Omnia dimittentur filiis hominum peccata, &c.*] pœnitentiam agẽtibus, ac diuinam miſericordiam poſtulantibus.

h *Qui blaſphemauerit in Spiritũ ſanctũ.*] hoc eſt, in manifeſtum opus Spiritus ſancti manifeſtè cognitum: quoniam ille qui potenter peccat, & ſcienter blaſphemat, reus eſt æterni delicti; & indurationem ſibi molitur.

i *Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet.*] quod manifeſtum mendacium erat, cùm omnino aduerſarius eſſet ille ſermone & opere ſpiritibus immundis.

eis,ait,Quę eſt mater mea & fratres mei?
34 [k] Et circunſpiciens eos qui in circuitu
eius ſedebant,ait,Ecce mater mea & fra-
tres mei. 35 Qui enim fecerit voluntatẽ
Dei,hic frater meus & ſoror mea & ma-
ter eſt.

k *Et circunſpiciens eos.*] diſcipulos ſuos, qui profitebantur ſtudium doctrinæ eius & exercitationem.

## CAP. IIII.

Matt. 13.a.1. Luc. 8.a.4.

ET [a] iterum cœpit docere ad mare: &
congregata eſt ad eum turba multa, A
ita vt nauim aſcendens ſederet in mari,
& omnis turba circa mare ſuper terram
erat: 2 [b] & docebat eos in parabolis mul-
ta, & dicebat illis [c] in doctrina ſua, 3 Au-
dite: [d] ecce, exiit ſeminans ad ſeminandũ.
4 Et dum ſeminat, aliud cecidit circa viã,
& venerunt volucres cæli, & comederũt
illud. 5 Aliud verò cecidit ſuper petroſa,
vbi non habuit terrã multam: & ſtatim
exortum eſt, quoniam non habebat alti-
tudinem terræ: 6 & quando exortus eſt
ſol, exæſtuauit; & eo quòd non habebat
radicem, exaruit. 7 Et aliud cecidit in
ſpinas: & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffoca-
uerunt illud, & fructum non dedit.
8 Et aliud cecidit in terrã bonam: [e] & da-
bat fructum aſcendentem & creſcẽtem,
& afferebat vnum "trigintaʼ, vnũ "ſexa-
gintaʼ, & vnum "centumʼ. 9 Et dicebat,
Qui habet aures audiẽdi, audiat. 10 Et
cùm eſſet ſingularis, interrogauerũt eum
hi qui cum eo erant duodecim, parabo-
lam. 11 Et dicebat eis, Vobis datum eſt
noſſe

" trigeſimũ " ſexageſimũ " centeſimũ M S q.

### CAP. IIII.

a *Et iterum cœpit docere ad mare.*] Eadẽ die relictis propinquis, qui impedire conabantur illius actiones, exiit è domo, & ſeceſſit ad mare, vt commodius docere poſſet verbum: commodumque locum è naui optauit, vnde tanquam è ſuggeſtu audiri melius poſſit, & videri à confeſſ[illegible] turbæ.

b *Et docebat eos in parabolis multa.*] Familiaris docendi ratio ex ſimilitudinibus & ſimplicioribus diſcipulis apta, malitioſis obſcura. Multa autem docebat in parabolis, hoc eſt, multa argumenta proponebat & varia, quæ omnia ad ſalutem pertinebant. ex his autẽ multa p[illegible]r ſimilitudines ſignificabat.

c *In doctrina ſua.*] Solẽt doctores præter communes ſententias & doctrinam generalem, quædam propria dicta frequenter vſurpare ſinguli, inquam, ſua, quæ vel ſenſu ipſo, vel oratione ac dicendi genere ſingulare aliquid & ipſi doctori familiare referant. Atque huiuſmodi multa inuenimus in libris antiquorum: quod hoc modo indicatur, Verbum fuit in ore Gamalieli, Verbum fuit in ore Iohannan, &c. Ad hanc phraſin alludit Marcus, dicens, hanc ſimilitudinẽ, præter alias, à Ieſu fuiſſe ſingulariter vſurpatam. ita vt huiuſmodi ſententiam, tali oratione prolatam, apud alium reperiri nõ cõtingat.

d *Ecce exiit ſeminans.*] Rem certam & facile notabilem, animaduerſione autem dignam narrari, ſignificat vox *Ecce*. cætera legantur in elucidationibus in Matthæum.

e *Et dabat fructum aſcendentem & creſc.*] hoc eſt, non æqualem in omnibus, ſed pro ſoli ratione variis gradibus auctũ; ita vt idem ſemen, eiuſdem generis, in alio loco terræ trigeſimũ, in alio ſexageſimum, in alio centeſimum etiam ferret, pro terræ ipſius vario ingenio & cultu nam cultura multum facit ad fructus percipiendi copiã & præſtantiam. Videat vnuſquiſque quemadmodum propriam terram præparet ac colat.

noſſe [a] myſterium regni Dei: illis autem
B [b] qui foris ſunt, in parabolis omnia fiunt:
11 vt videntes videant, & non videant: *Eſai 6.c.9. Mat.13.b.14 Luc.8.b.10. Ioh.12.f.40. Act.28.f.26. Rom.11.b.8.*
& audientes audiant, & non intelligant:
[c] nequando conuertantur, & dimittantur
eis peccata. 13 Et ait illis, [d] Neſcitis pa-
rabolam hanc? & quomodo omnes pa-
rabolas cognoſcetis? 14 [e] Qui ſeminat:
verbum ſeminat. 15 Hi autem ſunt qui
circa viam: vbi ſeminatur verbum, &
cùm audierint, confeſtim venit ſatanas,
& aufert verbum quod ſeminatum eſt
in cordibus eorum. 16 Et hi ſunt ſimili-
ter qui ſuper petroſa ſeminãtur: qui cùm
audierint verbum, ſtatim cum gaudio
accipiunt illud: 17 [f] & non habent radi-
cem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde
orta tribulatione & perſecutione pro-
pter verbum, confeſtim [g] ſcandalizãtur.
18 Et alij ſunt qui in ſpinis ſeminantur:
hi ſunt qui verbũ audiunt, 19 & [h] ærumnę
*1 Tim. 6.17.* ſeculi, & deceptio diuitiarum, & circa
reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuf-
focant verbum, & ſine fructu efficitur.
20 Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſe-
minati ſunt, [i] qui audiunt verbum & ſuſ-
*vt ſuprà v 8.* cipiunt, & fructificant, vnum "triginta",
vnum "ſexaginta", & vnum "centum".
*Mat.5.b.15. Luc.8.c.16. & 11.e.33.* 21 [k] Et dicebat illis, Nũquid venit lucerna

Q 3 vt ſub

a *Myſterium regni Dei.*] Arcanũ illud conſilium Dei, cuius expoſitio continet veram definitionẽ regni Dei, quod nulla ſapientia aut ſciẽtia humana excogitari poſſit, niſi à Deo ſignificetur, & etiam ratio qua peti inirique poteſt hoc regnum, & ſacrorum librorũ oracula ac ſententię, quibus hæc ratio cõtinetur omnis, & ſimilitudines ad hoc myſterium facientes, tam ex natura, quàm ex arte & conſuetudine petitæ: Hæc omnia vobis cognoſcenda concedit Deus, & explicanda proponit: vobis diſcipulis, qui verè & ex animo diſciplinæ meæ operam dare ſtudetis, veritatemque cognoſcere cupitis, vt declarat poſtulatio interrogatioque veſtra.

b *Qui foris ſunt.*] Quanquam omnes audiant, multi dicuntur foris eſſe, quotquot Ieſu diſciplinæ verè & ex animo ſeſe familiares tradere nolunt; ſed vel curioſitatis vel nouarum rerũ, vel etiam calumniandi aut irridendi ſtudio aguntur, hi indigni ſunt ſancto & margaritis.

c *Nequando conuertantur.*] Veritatẽ Dei repellentibus pœna eſt eiuſdem veritatis ignoratio; ex qua multa etiã malorum & pœnarum genera oriuntur.

d *Neſcitis parabolam hanc?*] Hæc parabola iis qui Chriſti ſermonibus aſſueuerant, atque ſacrarum ſcripturarũ notitiam habebant, facilius intelligi potuit quàm aliæ; & quia multis partibus eſt amplificata, & mentio fructus in eadem facta fuit, quæ omnia indicabant ad doctrinam ſpectare.

e *Qui ſeminat, verbum ſeminat.*] Verbũ regni, vt Matthæus explicat, verbum ſolidum natura ſua, & ſeminãtis ſtudio bene curatũ. culpa autem terræ eſt cùm ſine fructu efficitur.

f *Et non habent radicem in ſe.*] Illi dicuntur habere radicem, qui ce[illegible]o conſilio conſtituerũt ſibi ſummum bonum in regno adipiſcendo: quidquid verò ab illius regni via deuiat [illegible] vehemẽter oderunt. qui hoc animo non ſunt, temporales dicuntur, id eſt, tempori ſeruiẽtes. Interim dum nihil detrimenti accipitur in temporalibus rebus, gaudẽt, laudant verbum, iactant ſe miros verbi cultores & amatores, ſed reuera nõ ſunt quales ſeſe fingunt: id quod tentatio exterior prodit apertiſſimè.

g *Scandalizantur.*] Non proſequũtur iter quod profitebantur, territi & offenſi tentatione.

h *Ærumnæ ſeculi, &c.*] exactiſſima partitio affectionum & curarum omnium, quæ humanos animos à ſalutis via auertunt & diducunt.

i *Qui audiunt verbum & ſuſcipiunt.*] Id quod Matthæus dixerat *intelligunt*, explicuit Marcus *ſuſcipiunt*. Significat autem *ſuſcipere* verbum, non ſolùm cognitionẽ rei, ſed exiſtimationem, ſtudium, curam & conatum: quæ ſi adhibita fuerint, gratia à Deo promiſſa ita promouentur, vt afferant multiplicem fructum.

k *Et dicebat illis.*] Solebat ſæpè dicere in opportunis argumentis huiuſmodi ſimilitudinem, quæ ad hoc etiam argumentum commodè allata eſt. ne quiſquam putaret aliquando

accidere poſſe, vt cùm homo ſeſe bonum ſolum præbuerit, tamen diuina gratia non adiuuetur; atque ita non culpa ſua, ſed gratiæ defectu, ſine fructu efficiatur verbum. Huiuſmodi cogitationem redarguebat Ieſus, aſſerens neminem hominem à gratia excipi, niſi eum qui ſe ipſe exceperit. Vt enim lucerna cùm noctu incenditur in domo, non ad priuatum aliquem & occultum angulum, in quo nullus ſit vſus lucis, relegatur; ſed publice in medio cœnaculo vel cubiculo collocatur, vt vnuſquiſque vſum capiat, cùm voluerit lumen petere: Ita gratiam diuinam omnibus eſſe propoſitam & concedi, quicunque quæſierint, legitimeque petierint. Ideò dicit, *Venit*; vt ſignificet ſponte à Deo offerri & venire gratiam. Quòd ſi ſponte venit, vt ſui vſum præbeat, venit. Eadem ratio eſt verbi regni, quod ſponte ſeminatur à ſeminatore, optante vt nullum granum ſine fructu efficiatur. atque ideo neque regni rationem, neque huius verbi expoſitionem, neque inuitationem hanc priuatam eſſe, aut priuatè exhiberi debere ait Ieſus, ſed vt manifeſtetur & in palam veniat. Quòd ſi quis habet aures audiẽdi verbũ, eo modo quo audiri par eſt, audiat ille; & comperiet certè rem ita habere, atque ipſe affirmarit magiſter. Meminiſſe oportet ad huius loci explicationem, quis fuerit antiquis vſus candelabri ac lucernarum.

vt ſub modio ponatur, aut ſub lecto? nõ C
ne vt ſuper candelabrũ ponatur? 22 Non
eſt enim aliquid abſconditum quod non Mat.10.c.26 Luc.8.c.17.
manifeſtetur: nec factum eſt occultum,
"ſed vt in palàm veniat". 23 Si quis habet * quod non veniat in palam MS.I.
aures audiendi audiat. 24 Et dicebat illis,
*Videte quid audiatis. In [b] qua menſura
menſi fueritis, remetietur vobis, "& adiicietur vobis". 25 Qui enim habet, da- * Ὁ MS.64. qui auditis 1 MS.R. c 5.
bitur illi: & qui non habet, etiam quod Matt.7.a.2. Luc.6.f.38.
habet, auferetur ab eo. 26 Et dicebat, Mat.13.b.12 & 25.c.29.
Sic eſt regnum Dei, [c] quemadmodum ſi Luc.8.c.18. & 19.d.26.
homo iaciat ſementem in terram, 27 &
dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemẽ
germinet, & increſcat dum neſcit ille.
28 Vltrò enim terra fructificat, primùm
herbam, deinde ſpicam, deinde plenum
frumentum in ſpica. 29 Et cùm * ſe pro- * ex MS.A.
duxerit fructus: ſtatim mittit falcem,
quoniam adeſt meſſis. 30 Et dicebat,
Cui aſſimilabimus regnum Dei? aut cui
para-

a *Videte quid audiatis.*] Omnem opportunæ gratiæ copiam, omnem veritatis & conſilij atque doctrinæ rectæ rationem hominibus ex diuino beneficio conſtare, ſi quid autem deſit, id culpa hominum eſſe, docet Ieſus. Bonum enim ſemen ſeminatum eſt ab ipſo, & ab iis quos diuinus ſpiritus miniſtros verbi regni cõſtituit. ſed homines quidam vel bonum ſemen malè exceperunt. vel aliud cupierunt à falſis miniſtris ſeminatum; illudque vel ſolum, vel ſimul cum bono fouerunt atque vnuſquiſque dignum ſuis ſtudiis exitum habebit.

b *Qua menſura.*] Prouerbium vulgatiſſimum Hebræis eſt, atque in illorum libris frequẽter vſurpatũ. מדה כנגד מדה ſignificat idem quod Latinum adagiũ, Par pari relatum. Hoc in loco in eam ſententiam pronuntiatur à Magiſtro noſtro, vt vnuſquiſque ſatagat omni ſtudio & conatu veram diſciplinam diligenter ſubire, non ſolùm cognitione, ſed exercitatione etiam. nam per Deum non ſtabit, quominus ea gratia afferatur, ad quam recipiendam vnuſquiſq; ſeſe parauerit; qui magno ſtudio magnaque diligentia vſus fuerit in audiendo Euangelio regni, & iis agendis rebus, quæ in ipſo Euangelio præcipiuntur. is profectò magna gratia à Deo non adiuuabitur modò, ſed etiam cumulabitur. hoc eſt quod ait, Et adiicietur vobis.

c *Quemadmodum ſi homo iaciat ſemẽtem in terram.*] Quanquam quæcunque ab homine aguntur, non ita magna ſunt vt æquare poſſint fructus poſteà percepti magnitudinem atque dignitatẽ; tamen ita res habet, vt niſi quis ea agat, quæ agere à Deo iubetur, non percipiat fructum regni. vt qui non ſeminat terram, non poteſt colligere. ex nihilo enim nihil naſcitur aut colligitur. At verò qui ſeminat, cùm mittit falcem, inuenit multo plura & meliora, quàm ſeminauerat, id efficiente terræ fertilitate à Deo conceſſa. Ita qui ſeminat in fide & ſpe Dei, id quod Deus ſeminari præcepit, ex diuina liberalitate multò plura atque præſtantiora accipit, quàm aut petere aut intelligere potuiſſet. Vltrò enim diuina virtus fructificat, gratiamque addit fidelibus ad agendum, actiones promouet, atque ad vberem vſque meſſem perducit; dummodo is qui ſeminat, hoc eſt, qui agit ea quæ à Deo probantur, purè ac piè agat idque ſedulò. Huc etiam pertinet parabola de grano ſinapis ſeminato. Opera enim quæ fiunt à fidelibus in ſpe promiſſionis regni, excellunt virtute aliis quæ ſine hac ſpe fiunt, quamuis bonis: tanti refert quali virtute ſemen vnumquodque præditum ſit & auctum.

parabolæ comparabimus illud? 31 Sicut
Mat. 13. d. 31. Luc. 13. d. 19. granum ſinapis: quod cùm ſeminatum
D fuerit in terra, minus eſt omnibus ſemi-
a natum o. nibus quæ ſunt in terra: 32 & cùm a ſe-
b in arborē o. minatum b fuerit, aſcendit*, & fit maius
Mat. 13. d. 34. omnibus oleribus, & facit ramos ma-
gnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues
cæli habitare. 33 Et talibus multis pa-
rabolis loquebatur eis verbũ, prout po-
terant audire: 34 ſine parabola autẽ non
loquebatur eis. ſeorſum autem, diſcipu-
lis ſuis diſſerebat omnia. 35 Et ait illis
in illa die, cùm ſerò eſſet factum, a Tranſ-
Mat. 8. d. 23. Luc. 8. c. 22. eamus contrà. 36 Et dimittentes turbã,
aſſumunt eum b ita vt erat in naui: & aliæ
naues erant cum illo. 37 Et facta eſt pro-
cella magna venti, & fluctus mittebat in
nauim, ita vt impleretur nauis. 38 Et
erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiẽs:
& excitant eum, & dicunt illi, Magiſter,
non ad te pertinet quia perimus? 39 Et
exurgens c comminatus eſt vento, & dixit
mari, Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ven-
tus: & facta eſt tranquillitas magna.
40 Et ait illis, Quid timidi eſtis? d necdum
habetis fidem? e Et timuerunt timore ma-
gno: & dicebant ad alterutrum, Quis,
putas, eſt iſte, quia & vẽtus & mare obe-
diunt ei?

## CAP. V.

Mat. 8. d. 28. Luc. 8. d. 26. ET venerunt trans fretum maris a in re-
A gionem Geraſenorum. 2 Et exeunti
ei de

a *Tranſeamus contrà.* ] Erant in littore quod definit terram Iſrael, hoc eſt, Occidentali littore maris Tiberiadis, & voluit traijcere in littus Orientale.

b *Ita vt erat.* ] Cùm ſerò eſſet factũ, laſſus ex labore diurno & contentione concionandi, cubuit ſuper ceruical, & dormire cœpit. Illi qui in naui erant, cùm iuſſi prius fuiſſent tranſire, eum ita dormientem traiicere cœperunt.

c *Comminatus eſt vento, & dixit mari* ] vt ſubita tranquillitas fieret. Comminatus eſt vento, vt ſiſteret impetum & flatum. ſed accidit ſæpè, vt non ſemel fluctus, etiam vento quieſcente non quieſcant, niſi elapſo iam tẽporis ſpatio. voluit Ieſus vt ſimul ventus ceſſaret, & mare quieſceret: itáque factum eſt quum primum ille iuſſit, magna tranquillitate, vt non poſſet naturæ adſcribi, ſed miraculo. Fuit autem tranquillitas non nullo vento, ſed ſecundo & leniſſimo.

d *Necdum habetis fidem.* ] Necdum creditis mihi curam eſſe veſtri etiam dormienti, atque poteſtatem vos eripiẽdi, & liberandi omnibus periculis in ipſa opportunitate? Oportet igitur vobiſcũ, vt cum fide adhuc carentibus, agere, miraculo aliquo edito. nam miracula ſigna ſunt non credentibus.

e *Et timuerunt timore magno.* ] Religione magna ſunt perculſi, credentes eum eſſe pluſquam hominem, cuius dicto obediat illa naturæ pars, in qua Deus magnam ſuam potentiam hominibus terribilem, item magnã ſuam clementiam oſtendere ſolet.

CAP. V.

a *In regionem Geraſenorum* ] Ex Girgaſeis oriundi videntur illi qui vltra mare Genezaret habitauêre.

b *In ſpiritu immundo.*] Docuimus in lib. De arcano ſermone, ſpiritum immundũ eũ dici, qui & animæ & corpori eius quẽ obſidet, nocet. Ita hic ſeſe ab omni conſuetudine hominum abducens, & ſeſe lædebat, & eos qui ſecundùm illa loca tranſirent, infeſtabat. neque id morbo aut inſaniæ, ſed dæmoni adſcribi debuit; quando nulla inſania tanta eſt, vt poſſit dirumpere catenas, & compedes cõminuere.
c *A longe cucurrit.*] coactus & victus virtute Ieſu: nam ſua ſponte non faceret eiuſmodi officium dæmon, qui non ſalutare homines, verùm lædere ſoleret.
d *Ne me torqueas.*] Verbum Ieſu adeò efficax erat, vt dæmonem, fortiſſima natura conſtantem, torqueret. *Quid mihi & tibi?* id eſt, Ego nihil tibi nec tuis Iſraelitis noceo: ne ergo me torqueas.
e *Quod tibi nomen eſt?*] Sciebat Ieſus multos eſſe: interrogauit autem, vt ex ipſorum confeſſione oſtenderetur ſuę ipſius virtutis magnitudo. ideò enim interrogauit nomen, quòd cognoſceret nomen eſſe notandum: id quod in aliis non fecit, qui ſingularibus dæmonibus vexabantur.
f *Ne ſe expelleret extra regionem.*] Ergo poterat Ieſus quocunque vellet dæmoniorum legionem relegare. Amare videntur dæmonia regiones quaſdam, præcipuè in quibus nocere plurimum poſſent. illudque inprimis cupere, vt malum hominibus afferant quàm maximum; ſin minus, damnum dent.
g *Conceſſit eis Ieſus.*] Permiſit Ieſus porcos dæmoniis, vt Iudæus, qui porcorum carnes nihili faceret. atq; adeò vt indicaret homines eos qui porcorũ more viuerent, facilè poſſe opprimi & perdi à dæmoniis, Deo permittente. Deinde docuit nullo aliarum rerum damno comparari poſſe humani animi interitum & perditionem.
h *Præcipitatus eſt in mare.*] Omnem lacum magnum Mare dicunt Hebræi. In regione Gadarenorum lacus eſt, iumentis & pecoribus peſtilentiſſimus, quem Solinus deſcribit maximè ab omni genere caueri ac formidari: & tamen tanta rabie exagitati ſunt porci, cùm dæmones ferre cogerentur, vt ipſi vltrò ſuo interitu redimendum illud malum cognouerint, idque optauerint.
i *Fugerunt & nuntiauerunt.*] Hoc modo voluit Deus Euangelij Chriſti notitiam Gentibus illis afferri, beneficẽtia in homines, & damni alicuius (quod mouere pręcipuè homines terrenos ſolet) commemoratione.

ei de naui, ſtatim occurrit de monumen-
tis homo [b] in ſpiritu immundo, 3 qui do-
micilium habebat in monumentis. &
neq; catenis iam quiſquam poterat eum
ligare: 4 quoniam ſæpè compedibus &
catenis vinctus, dirupiſſet catenas, & cõ-
pedes comminuiſſet. & nemo poterat eũ
domare. 5 & ſemper die ac nocte in mo-
numentis & in montibus erat, clamans
& concîdens ſe lapidibus. 6 Videns au-
tem Ieſum [c] à longe, cucurrit & adorauit
eum: 7 & clamans voce magna, dixit,
Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei [a] altiſſimi? [a] ſummi G ms.
adiuro te per Deum [d] ne me torqueas.
8 Dicebat enim illi, Exi ſpiritus immũde
ab homine. 9 Et interrogabat eũ, [e] Quod
tibi nomẽ eſt? Et dicit ei, Legio mihi no-
men eſt: quia multi ſumus. 10 Et depre-
cabatur eum multum, [f] ne ſe expelleret
extra regionem. 11 Erat autem ibi circa Matt 8.d.30. Luc.8.c.32.
montem grex porcorũ magnus, paſcens.
12 Et deprecabantur eum ſpiritus, dicen- B
tes, Mitte nos in porcos, vt in eos intro-
eamus. 13 Et [g] conceſſit eis ſtatim Ieſus.
Et exeuntes ſpiritus immundi, introierũt
in porcos: & magno impetu grex [h] præci-
pitatus eſt in mare, ad duo millia, & ſuf-
focati ſunt in mari. 14 Qui autem pa-
ſcebant eos, [i] fugerunt, & nuntiauerunt
in ciuitatem & in agros. Et egreſſi ſunt
videre quid eſſet factum: 15 Et veniunt
ad Ieſum, & vident illum qui à dæmonio
vexabatur,

vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ
mentis*: [a] & timuerunt. 16 Et narrauerũt
illis, qui viderant, qualiter factum eſſet
ei qui dæmonium habuerat: & de porcis.
17 [b] Et rogare cœperunt eum, vt diſcede-
ret de finibus eorum. 18 Cumque aſcẽ-
deret nauim, cœpit illum deprecari qui à
dæmonio vexatus fuerat, [c] vt eſſet cũ illo:
19 & non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in
domum tuam ad tuos, & annuntia illis
quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus
ſit tui. 20 Et abiit, & cœpit prædicare in
Decapoli quãta ſibi feciſſet Ieſus: & om-
nes mirabantur. 21 Et cùm tranſcen-
C diſſet Ieſus in naui [d] rurſum trãs fretum,
conuênit turba multa ad eũ, & erat circa
mare. 22 Et venit quidam de archiſyna-
gogis nomine Iairus: & videns eum, pro-
cidit ad pedes eius, 23 & [e] deprecabatur
eum multum, dicens, Quoniam filia
mea in extremis eſt, Veni, [f] impone "ma-
nus' ſuper eam, vt ſalua ſit & viuat.
24 Et abiit cum illo, & ſequebatur eum
turba multa, & comprimebant eum.
25 [g] Et mulier quæ erat in profluuio ſan-
guinis annis duodecim, 26 & fuerat mul-
ta perpeſſa à cõpluribus medicis, & ero-
gauerat omnia ſua, nec quicquam pro-
fecerat, ſed magis deterius habebat:
27 Cùm audiſſet de Ieſu, vênit in turba
retrò, & tetigit veſtimentum eius.
28 dicebat enim, [h] Quia ſi vel veſtimentum

*qui habuerat legionē M.S.

Luc.8.d.37. Act.16.d.39

Matt.9.c.18 Luc.8.f.32.

" manum M.S.

Luc.11.d.24. Matt.9.c.20. Luc.8.f.43.

a *Et timuerunt.*] Religioſo metu tacti ſunt, agnoſcentes diuinam vim & efficacitatem.

b *Et rogare cœperunt.*] non ex odio, ſed ex metu ac religione illa deprecatio profecta eſt. Exiſtimant enim peccatores homines virum ſanctum ſibi damnoſum aut incommodum eſſe, eo quòd non poſſit vitium cum virtute vnà commorari: namque virtus ſuo ſplendore vitium præſtringit, calore exurit, maximè ſi ſit diuina virtus, vt Dei ipſius, aut Angeli à Deo miſſi. indignos enim ſe putant, qui cum huiuſmodi natura & virtute verſari poſſet; atque ex collatione ſuæ virtutis cum diuina, metuunt ſibi periculum. Id accidit Iſraelitis in monte Sinai: idem patri ac matri Samſonis: id Petro, cùm diceret, Recede à me, Domine, quia homo peccator ſum.

c *Vt eſſet cum illo.*] Animaduerte mutationem conſiliorum & curarum, atque actionum hominis à dæmonio liberati. Hic fuit Euangelij Chriſti nuntius in Decapoli.

d *Rurſum trans fretum.*] verſus Iſraelitarum regionem.

e *Deprecabatur eum multum.*] Virtutem Ieſu credebat, ſed difficultatem aliquã impetrandi metuebat forſitan ſibi cõſcius humilitatis & minus dignæ conditionis. tamen hoc quodcunque eſſet in ſe defectus, precatione compenſandum exiſtimabat.

f *Impone manus.*] Impoſitio manus attentam voluntatis affectionem indicat, & poteſtatem ſignificat imponentis. Credebat itaque archiſynagogus poſſe Ieſum ſua virtute filiam ſibi reſtituere, ſi modò is id agere vellet leui tantum negotio eundi, & manus imponendi.

g *Et mulier quæ erat in profluuio.*] Laborabat infirmitate interna membrorũ vitalium, ita vt alimentum omne cõuerteretur in ſanguinem, eumque ineptum ad nutritionem, quem nec poterat natiua virtus in venas digerere: & propter ſummam imbecillitatẽ quam auxerant [illegible] plura genera medicamentorum [illegible] variè adhibita. Itaque à morbo iam victa erat, & ideò incurabilis omnino, tam internis, quam externis remedijs. Temporis etiam diuturnitas infirmitatis conſuetudinem in naturam ferè conuerterat.

h *Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero.*] Supernaturalem Ieſu virtutem mulier credidit tantam eſſe, vt vel leuiſſimo externoque contactu veſtium liberari ipſa omnino poſſet à morbo, quẽ non potuerãt curare plurima remedia, quę non ſolùm tetigerat, ſed fuerat perpeſſa plurimorum medicorum conſilijs & operis aſſiduis. Fidei itaque rationibus inſtructa, remedium ipſa ſibi inuenit, inuentum petit, petitum aſſecuta eſt.

eius tetigero, ſalua ero. 29 [a] Et confeſtim
ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit
corpore quia ſanata eſſet à plaga. 30 [b] Et
ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcẽs vir-
tutem quæ exierat de illo, conuerſus ad
turbam, aiebat, Quis tetigit veſtimenta
mea? 31 Et dicebant ei diſcipuli ſui, Vi-
des turbam comprimentem te, & dicis,
Quis me tetigit? 32 Et circunſpiciebat D
videre eam quæ hoc fecerat. 33 Mulier
verò timens & tremens, ſciens quod fa-
ctum eſſet in ſe: venit, & procidit ante
eum, & dixit ei omnem veritatem.
34 Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te *Luc 7. [illegible]*
ſaluam fecit: vade in pace, & eſto ſana à
plaga tua. 35 [c] Adhuc eo loquente ve- *Luc. 8. [illegible]* [*] ab archiſy-
niunt [*] ad archiſynagogum', dicentes, nagogo [illegible] MS. [illegible]
Quia filia tua mortua eſt: quid vltrà ve- *[illegible]*
xas magiſtrum? 36 Ieſus autem [d] audito domo prin-
verbo quod dicebatur, ait archiſynago- cipis ſyna-
go, Noli timere: tantummodo crede. gogæ.
37 Et non admiſit quẽquam ſe ſequi, niſi
Petrum & Iacobum & Iohannem fratrẽ
Iacobi. 38 Et veniunt in domum archi-
ſynagogi, & [e] videt tumultum, & flentes,
& eiulantes multum. 39 Et ingreſſus,
ait illis, Quid turbamini & ploratis? pu- *Matt 9. [illegible]*
ella non eſt mortua, ſed dormit. 40 Et
irridebant eum. Ipſe verò eiectis omni-
bus, aſſumit patrem & matrem puellæ,
& [f] qui ſecum erant, & ingrediuntur vbi
[g] puella erat iacens. 41 Et tenens manum
puellæ,

a *Et confeſtim ſiccatus eſt fons.*] Adeò inualuerat ille morbus, vt in fluxum naturalibus ſimillimum erupiſſet. fluxum, inquam, præter naturalem, ex quo debilitatio infirmitasque totius corporis naſcitur: cuilibet enim euacuationi virtutis caſum annexum eſſe medici affirmant. Illo igitur fluxu ſiſtente, reſtituta eſt ſubitò virtus toti corpori, non expectata mora refectionis, quæ longa ſolet eſſe in morbis arte naturæque virtute curatis. Geminum itaque miraculum hîc virtute Ieſu editum eſt.

b *Et ſtatim Ieſus.*] Ieſu virtus adeò efficax certaque eſt erga eos à quibus viua fide petitur, vt ſponte ſua fidem ipſam ſequi, excipere, amplectique videatur: cùm multi tangerent Ieſum, inter quos aliqui fortè non minus quã fœmina illa, indigentes virtute Ieſu; tamen ille virtutis ſuæ efficacitatem ad vnam tantùm perſonam tunc pertinuiſſe declarabat, eam videlicet à qua mediante fide viua contactus fuerat. Eam verò circunſpiciebat videre: nouerat namque cognitione illa ſua diuina, & huiuſmodi circunſpectione adducere volebat ad confeſſionem fidei ſuæ, & beneficij accepti, in exemplum eorum qui aderant, & aliorum omnium ad quos huius rei notitia deferretur.

c *Adhuc eo loquente.*] Vt viuæ fidei ad impetranda etiam difficillima virtus à Ieſu prædicata, altero etiam exemplo confirmaretur, voluit Deus, vt eodem ipſo momento venirent, qui Archiſynagogo filiam vita defunctam nuntiarent.

d *Audito verbo quod dicebatur.*] maximè illa orationis parte, *Quid vltrà vexas magiſtrum?* quia fides Archiſynagogo diſſuaderi videbatur.

e *Videt tumultum, &c.*] Hæc omnia teſtabantur puellæ iam conclamatę obitum. Sed animaduertendum hoc exemplo eſt, quid mortui mortuis ſuis præſtare poſſint.

f *Et qui ſecum erant.*] Petrum, Iacobũ & Iohannem, quos teſtes eſſe voluit Ieſus omniũ quæ geſſit, vtpote à principio vocatos.

g *Puella erat iacens.*] Situm propriam mortui hoc verbum Græcè & Latinè indicat.

Act. 9.g.40. puellæ, ait illi, [h] Talitha cumi, quod eſt
interpretatum, Puella (tibi dico) ſurge
42 Et confeſtim ſurrexit puella: & ambu-
labat. erat autem annorum duodecim:
& obſtupuerunt ſtupore magno. 43 Et
præcepit illis vehemẽter vt nemo id ſci-
a iuſſit M.S9. 3. ret: & [a] dixit dari illi manducare.

## CAP. VI.

Mat. 13.f.54 Luc. 4.c.16. Ioh. 4.f.44. ET egreſſus inde, [a] abiit in patriã ſuam:
& ſequebantur eum diſcipuli ſui.
A 2 & facto ſabbatho [b] cœpit in ſynagoga
docere: & multi audientes admirabãtur
in doctrina eius, dicẽtes, Vnde huic hæc
omnia? & [c] quæ eſt ſapientia quæ data eſt
illi, & virtutes tales quæ per manus eius
Ioh. 6.e.42. efficiuntur? 3 [d] Nonne hic eſt faber, fi-
a Ioſi, G.S. lius Mariæ, frater Iacobi & [a] Ioſeph & 
Iudæ & Simônis? nónne & [e] ſorores eius
hîc nobiſcum ſunt? [f] Et ſcandalizabantur
Mat. 13.f.57 Luc. 4.d.24. Ioh. 4.f.44. in illo. 4 Et dicebat illis Ieſus, Quia non
eſt propheta ſine honore, niſi in patria
R 2 ſua,

h *Talitha cumi.*] Verba Ieſu, eadem lingua qua pronuntiata ſunt (hoc eſt Syra, quæ tunc vulgaris Hebræis erat, & Hebraica dicebatur) retulit conſultò Euangeliſta, vt manifeſtè probaretur virtus & efficacitas illius ad ſuſcitandũ mortuos, tam facilè, quàm excitari ab aliquo dormiens quis poſſit: nam huiuſmodi actione & oratione excitare ſolemus dormientes corpore ſanos, apprehenſa manu & voce addita, Petre, ſurge. Fuére aliquando incantatores, qui ſuſurris, murmure, carminibuſque obſcuris, & inuocationibus dæmonum, mortuorum corpora non reſurgere, ſed moueri tãtùm fecerint. ſed qui ſimplici appellatione mortuos excitauerint, nulli præter Ieſum fuére; & præter quoſdam qui nomine Dei patris, vel Ieſu filij eius inuocato, idem præſtiterint. Sed quàm propria & certa Ieſu ad mortuos excitandos virtus fuerit, ex hac oratione & actione declaratur. Ille enim mortuam, & ſenſibus omnino carentem puellam, perinde atque ſenſibus integris, & dormientem, appellatam excitauit: ita quæ alijs mortua erat, Ieſu dormiebat. id quod ſignificare apertè volens, addidit illud, (*Tibi dico*) id eſt, ego tibi, quæ quanquam naturę mortua ſis, mihi dormis, dico vt ſurgas, ſteſque. nam verbum *cum* Syrũ, ſtare ſignificat: qui ſitus viuentium & valentium eſt oppoſitus illi iacendi ſuperius annotato. Surrexit autem, & ambulabat, non modò vt viuere, ſed etiam vt benè valere oſtenderetur, & omnibus vitæ muniis rectè vti; atque adeò eſurire, quod pueri grandiores ſolent, cùm valent: excitati namque à ſomno, cibum petunt; quem, ſi non valent, recuſant. Ideóque huius puellæ ętatem Euangeliſta adnotauit. Tantum verò miraculum magno ſtupore excipi oportuit.

### CAP. VI.

a *Abiit in patriam ſuam.*] Patriam Ieſu vocat Marcus Nazareth, vbi ille fuerat nutritus: ſic interpretatur Lucas.
b *Cœpit in ſynagoga docere.*] Interpretabatur ſcripturarum myſteria adeò apertè, vt nemo illius interpretationem impugnare poſſet: atque in his illud Iſaiæ vaticinium grauiſſimi ac diuini argumenti, Spiritus Domini ſuper me.
c *Quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi.*] Non erat vulgaris interpretatio ſcripturarum illa quam Ieſus afferebat, neque ex magiſtrorum libris petita humano ſtudio: id quod docebat etiam illius anteactæ vitæ exercitatio. Eandem enim artem Ieſus exercuerat cum Ioſeph patre putatiuo, cui ſubditus fuerat per pueritiam & iuuentam totam, & Mariæ matri, verſatus etiam inter propinquos, Iacobum, Ioſeph, Iudam & Simonem Galilæos piſcatores, literarum rudes. Ergo hæc omnia illius ſapientiam non humano ſtudio partam, ſed diuinitus datam probabant. idem quoque confirmabant virtutes quæ per manus eius efficiebantur: illæ enim doceri non poterant per homines, immò diuinitus conſtabant. d *Nonne hic eſt faber.*] Ieſus ante oſtenſionem ſuam ad literas otioſus non vixit: ſed domeſtica arte cum Ioſeph occupatus, cibum ſibi ſuiſque parauit.
e *Sorores eius hîc nobiſcum ſunt.*] Nunquam hîc peregrinatus eſt, aut diuertit ad aliquem cognatorum alibi agentem, vt doctus redierit ex huiuſmodi peregrinatione. hic nobiſcum ſunt omnes eius propinqui, quibus cum verſatus à puero eſt. f *Et ſcandalizabantur in illo.*] Perſonæ humilitatem externam reſpicientes, virtutem & ſapientiam manifeſtiſſimam non credebant: tantum excæcant hominum opinio, ambitio & inuidia. Hi Ieſum, quem ſibi ciuilitatis conditione aut æqualem aut inferiorem exiſtimabant, manifeſtiſſimæ etiam doctrinæ ac virtutis honore debito fraudabant: ſeque ipſos ob eam rem indignos [illegible] ab ipſo abalienabant. Dei filio tantorum myſteriorum pontifice, qui relictis [illegible] caſtella, & ſimpliciores homines in circuitu quærebat docens, ſi quomodo ad æmulandum prouocaret ſuos.

ſua, & in domo ſua, & in cognatione ſua.
5 & non poterat ibi virtutem vllā facere:
niſi paucos infirmos impoſitis manibus
curauit: 6 & mirabatur propter incredu-
litatem eorum, & circuibat caſtella in
circuitu docens. 7 Et vocauit duode-
cim: & [a] cœpit eos mittere binos, & dabat
illis poteſtatem [b] ſpirituum immundo- B
rum. 8 Et præcepit eis ne quid tollerent
in via, [c] niſi virgam tantùm: non peram,
non panem, neque in zona æs, 9 [d] ſed cal-
ceatos ſandaliis, & ne induerentur dua-
bus tunicis. 10 Et dicebat eis, Quocun-
que introieritis in domum: [e] illic manete
donec exeatis inde. 11 [f] & quicunq; non
receperint vos, * nec audierint vos: exeū-
tes inde excutite puluerem de pedibus
veſtris in teſtimoniū illis. 12 Et exeun-
tes [g] prædicabant vt pœnitentiā agerent:
13 & dæmonia multa eiiciebant, [h] & vn-
gebant oleo multos ægros, & * ſanabant.
14 [i] Et audiuit rex Herodes (manifeſtum

a *Cœpit eos mittere binos.* ] vt collata opera ſeſe mutuò iuuarent, Euangelijque teſtimoniū bini confirmarent, & publicum magis redderent: nam quod à duobus palam geritur, publicum omnino cōfirmatū que cenſetur.

b *Spirituum immundorum.* ] Immundi ſpiritus vocantur, qui corpus eius quē vexant, vel totum, vel aliqua ex parte lædunt. Vide noſtrum librum in apparatu ſacro, quē Ioſeph inſcripſimus.

c *Niſi virgam tantum.* ] Vnicam virgā duobus ſufficere ait, ad traiicienda flumina quæ vadari poſſent, & ad lamas & alia difficilia loca ſaltu ſuperanda: quoniam virgæ & ad hunc vſum, & armorum loco geſtari ſolent. Nullus autem armorum vſus iis conuenit, qui diuinæ tutelæ præcones teſteſque eſſent. Hoc explicatur ex illo loco, Quando miſi vos, ſine ſacculo, &c. Luc. 22. Itaque *virgam tantum* ſic exponimus, Vnicā virgam, ῥάβδον μόνον. Neque verò hæc ſententia pugnat cum aliis Euangeliſtis, apud quos legimus, Neque virgam: nam duplicem virgam in illis locis intelligimus: quod manifeſtum eſt ex nonnullis Græcis codicibus, in quibus legimus, μηδὲ ῥάβδους, tam apud Matthæum, quàm apud Lucam.

d *Sed calceatos ſandaliis.* ] Sandalia ſolis conſtabant, quas corrigiæ circa pedem & cruris extremam partem ligatæ continebant. Hoc calceorū ſimpliciſſimum genus eſt, ad vitanda tantùm nocumenta ſaxorum, & ſpinarum: illud verò ornatiorem vſum præbet, quod Græcè ὑποδήματα vocatur. Hoc autem apud Matthæū prohibebat Apoſtolis Ieſus, illud verò alterum apud Marcum permittebat.

e *Illic manete* ] in illa domo cuiuſcunque ordinis facultatiſve ſit, nihil amplius quærentes vel commoditatis veſtræ, vel voluptatis maioris; ſed vtimini iis quæ vobis ibidem miniſtrabuntur, idque parciſſimè, & ſummo temperantiæ exemplo: ne videamini veſtra commoda quærere, ſed aliorum, ad quos bonum nuntium defertis. *Donec exeatis inde*, ex vrbe vel oppido.

f *Et quicunque non receperint vos.* ] Non de ſingulari vnius aut alterius, ſed de communi multorum repulſa hoc intelligimus. neque enim ſi in vna domo non eſſent recepti, continuo illam deteſtari iubebantur Apoſtoli: poterant in aliam domum ire, & dignum aliquem inuenire, à quo reciperentur. Itaque illa proteſtatio, &, vt ita dicamus, deteſtatio, fiebat aduerſus multitudinem. Huius rei exemplum editum eſt aduerſus Iudæorum & principum gentilium turbam Antiochiæ agentem, Act. 13. Itaque *exeuntes inde* ſic exponimus, De ciuitate illa ſicut illud paulo antè, *Donec inde exeatis*.

g *Prædicabant vt pœnitentiam agerent.* ] Initium Euangelij, vt Marcus ipſe expoſuit, eſt pœnitentiæ denuntiatio: cauſa autem eſt regnum cælorum. Prædicabant igitur vitamque patiem huiuſmodi ſumma contentum, Pœnitemini & credite Euangelio: vel, Quoniam appropinquauit regnum Dei, pœnitentiam agite. Huic legationi authoritatem conciliabant curatione morborum.

h *Et vngebant oleo.* ] Ceremonia fuit antiquis vſitata, cùm morbi non medicinæ remediis, ſed precibus & ſupplicationibus curarentur. Erat enim oleum ſymbolum & velut myſterium quoddam recreationis membris diuinitus adhibendæ. Hac ceremonia Apoſtoli vtebantur, qua ſignificare volebant Chriſti vnctionem ſalutiferam omnibus iam adeſſe, quæ animos curaret, vt oleum illud miraculosè magis, quàm ex naturæ vi, morbos varios ſanabat. hoc ſignificat *multos ægros*.

i *Et audiuit rex Herodes.* ] quæ fiebant ſigna & miracula à Ieſu, *Quia Ioannes Baptiſta ſurrexit à mortuis.* ] oratio erat quorundam, quam hæſitans Herodes referebat. Dum enim ille rogaret, Quis eſt iſte, de quo talia audio? nam Iohannem cuius tanta opinio fuit in populo & fama, cuius eadem erat pœnitentiæ prædicatio, ego decollaui: cùm verò nonnulli dicerent illum eſſe Iohannem Baptiſtam, qui

enim factum eſt nomen eius) & dicebat,
Quia Iohãnes Baptiſta reſurrexit à mor-
tuis: & propterea virtutes operantur in
illo. 15 Alij autem dicebant, [a]Quia Elias
C eſt. Alij verò dicebant, [b]Quia propheta
eſt, [c]quaſi vnus ex prophetis. 16 Quo au-
Mat.14.a.2. dito, Herodes ait, Quem ego decollaui
Iohannem, hic à mortuis reſurrexit.
Luc.3.d.19. 17 [d]Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Io-
hãnem, & vinxit eum in carcerem [e]pro-
pter Herodiadem vxorem Philippi fra-
tris ſui, quia duxerat eam. 18 Dicebat
Leu.18.b.16. enim Iohannes Herodi, Non licet tibi
habere vxorem fratris tui. 19 Herodias
autem inſidiabatur illi: & volebat occi-
dere eum, nec poterat. 20 Herodes enim
metuebat Iohannem, ſciens eum virum
iuſtum & ſanctum: & cuſtodiebat eum,
& audito eo multa faciebat: & libenter
eum audiebat. 21 Et cùm dies opportu-
* in natali ſuo 8 MS.G. nus accidiſſet, Herodes [*]natalis ſui cœ-
nam fecit principibus & tribunis & pri-
mis Galilææ. 22 cumque introiſſet filia
ipſius Herodiadis, & ſaltaſſet, & placuiſ-
ſet Herodi, ſimulque recumbẽtibus: rex
ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo
Eſth.5.b.6. tibi. 23 Et iurauit illi, Quia quicquid
petieris dabo tibi, licet dimidium regni
mei. 24 Quæ cùm exiſſet, dixit matri
D ſuæ, Quid petam? At illa dixit, Caput
Iohannis Baptiſtæ. 25 Cumque introiſ-
ſet ſtatim cum feſtinatione ad regem,

reſurrexiſſet à mortuis, hæſitabat: atque hæſitationi occaſionem afferebat illorum miraculorum fama, quę à Iohanne ad vitam reſtituto edi poterãt: namque ab eodem in viuis primum agente nullum ſignum fuerat editum. nunc verò videbãtur cum illo è mortuis reſurgente, reſurrexiſſe virtutes ille. Itaque de virtutibus certus erat, de perſona hæſitabat, maximè cùm alij alium eſſe dicerent. ideoque, vt Lucas narrat, quærebat videre eum.

a *Quia Elias eſt.*] Ex prædicationis libertate, & perſonæ grauitate, ex miraculorum fama, interpretabantur eum eſſe Eliam, maximè cùm ſcripturis vatum accepiſſent Eliam venturũ.
b *Quia propheta eſt.*] Non certo nomine, ſed verè tamen prophetam eſſe Ieſum aſſerebant: eumque antiquiſſimorum prophetarum exemplum referẽtem, hoc eſt, eorum per quos magnæ rerum mutationes à Deo paratæ fuère: cuiuſmodi Moſes, Ioſue, Samuel, Eliasque fuère.
c *Quaſi vnus ex Prophetis.*] antiquis, vt Lucas ſignificanter exponit. Nam à Moſe vſque ad Iſaiam, prophetæ primi ſiue antiqui vocantur, ab Iſaia & deinceps, prophetæ poſtremi ſiue recentiores dicuntur.
d *Ipſe enim Herodes.*] Opportunè inducit narrationem necis Iohãnis ab Herode perpetratæ, qui cùm illius ſceleris conſcientia agitaretur, non potuit non perturbari, audita fama Ieſu prædicationis ac ſignorum.
e *Propter Herodiadem.*] Magnum humanarum rerum cognoſcẽdarum exemplum ſtatuitur in hac hiſtoria: quã ideo Euangeliſtæ diligenter deſcribunt.

petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi
in diſco caput Iohannis Baptiſtæ. 26 Et
contriſtatus eſt rex. Propter iuſiurãdum
& propter ſimul diſcũbentes noluit eam
cõtriſtare: 27 ſed miſſo * ſpiculatore præ- *confectu[m]
cepit afferri caput eius in diſco, 28 Et de- I Ms.c.1.
collauit eum in carcere. & attulit caput
eius in diſco: & dedit illud puellæ, & pu-
ella dedit matri ſuæ. 29 Quo audito, diſ-
cipuli eius venerunt, & tulerunt corpus
eius: & poſuerunt illud in monumento.
30 [a] Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum,
renuntiauerunt ei omnia quæ egerant &
docuerant. 31 Et ait illis, Venite ſeorſum
[b] in deſertum locũ, & requieſcite puſil-
lum. Erant enim qui veniebant & redi-
bant multi: & nec ſpatium manducandi
habebant. 32 Et aſcendentes in nauim,
abierunt in deſertum locum ſeorſum.
33 Et viderunt eos abeuntes, & cognoue- E
runt multi: [c] & pedeſtres de omnibus ci-
uitatibus concurrerunt illuc, & præue-
nerunt eos. 34 Et exiens, vidit turbam
multam Ieſus: [d] & miſertus eſt ſuper eos,
quia erant ſicut oues non habentes pa-
ſtorem, & cœpit illos docere multa.
35 Et cùm iam hora multa fieret, acceſſe-
runt * diſcipuli eius, dicẽtes, [e] Deſertus eſt
locus hic, & iam hora prẽteriit: 36 dimit-
te illos, vt eũtes in proximas villas & vi-
cos, emant ſibi cibos quos manducent.
37 Et reſpondens ait illis, Date illis vos
manducare.

a *Et conuenientes Apoſtoli ad Ieſum.*] Omnium Apoſtolorũ teſtimonio Euangelij apud Iudæos prædicatio, & eiuſdem certis ſignis cõfirmatio comprobata eſt, vt Ieſus hac etiam ex parte verus Chriſtus probaretur, qui circuncisionis miniſter fuerat promiſſus. Idẽ ipſum teſtimonium eorum etiam atteſtatione corroboratur, qui audientes conueniebant vndique, vt Ieſum viderent.

b *In deſertum locum.*] Bethſaidæ videlicet in agro.

c *Et pedeſtres de omnibus ciuitatibus.*] vicinis aut incolis illius regionis, cupiditas hominum erga res cæleſtes, niſi mala perſuaſione aliàs impediatur, in ſimplicioribus maximè oſtenditur.

d *Et miſertus eſt ſuper eos.*] Proprium Ieſu hoc ſemper fuit, qui venerat vt errantes reuocaret, [illegible]pios erigeret, & omnes iuuaret, ac demum, non repugnantes tamen, ſeruaret.

e *Deſertus eſt locus hic.*] Difficiliorem & acerbiorem eſuriem faciebat locus deſertus, & hora iã præterlapſa: oportebat igitur plus cibi parari illis. ex hac etiam parte miraculum amplificatur.

manducare. Et dixerunt ei, Euntes ema-
mus[a] ducentis denariis panes: & dabimus
illis manducare. 38 Et dicit eis, Quot
panes habetis? ite & videte. Et cùm co-
Ioh.6.a.9. gnouiſſent, dicunt, Quinque, & duos
piſces. 39 Et præcepit illis vt accumbere
facerent omnes, [b] ſecundùm contubernia
F super viride fœnum. 40 Et diſcubuerunt
in partes per centenos & quinquagenos.
41 Et acceptis quinque panibus, & duo-
bus piſcibus: intuens in cælum, benedi-
xit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis
vt ponerent ante eos: & duos piſces di-
uiſit omnibus. 42 Et manducauerunt
omnes, & ſaturati ſunt. 43 Et ſuſtulerũt
reliquias, fragmentorum [c] duodecim co-
phinos plenos: & de piſcibus. 44 Erant
Mat.14.c.21 Ioh.6.b.10. autem qui manducauerunt, quinq; mil-
lia virorum. 45 Et ſtatim coëgit diſcipu-
los ſuos aſcendere nauim, vt præcederent
eum trans fretum ad Bethſaidam, [d] dum
ipſe dimitteret populum. 46 Et cùm di-
miſiſſet eos, abiit in montem orare.
47 Et cùm ſerò eſſet, erat nauis in medio
mari, & ipſe ſolus in terra. 48 Et [*] videns
eos laborantes in remigando (erat enim
ventus contrarius eis) & circa quartam
vigiliam noctis venit ad eos ambulans
ſuper mare: [e] & volebat præterire eos.
49 At illi vt viderunt eum ambulantem
ſuper mare, putauerunt phantaſma eſſe,
& exclamauerunt. 50 Omnes enim vi-
derunt

[*] vidit 7 MS.G.S.

a *Ducentis denariis.*] Vno denario panis poterat emi illis temporibus ac regionibus, qui ſatis eſſet denis hominibus paſcendis; vt obſeruauimus in libris Miſnaioth. Poterant igitur tantùm bis mille homines paſci ducentis denariis, reliquis adhuc eſurientibus. ſed ex hac ratione coniicimus illis tũc non plures quàm ducentos denarios fuiſſe, quos libenter expendiſſent; non tamen paſcendis omnibus illis, qui ad quinque millia virorum erat, præter fœminas & pueros, ſed vt vnuſquiſq; modicum quid acciperet, ſicut Philippus apud Iohannem exponit.

b *Secundùm contubernia.*] diſcretis locis, certo capitum numero, *per centenos & quinquagenos*: ita facilè omnium deduci ſumma potuit.

c *Duodecim cophinos plenos.*] Lege commentarium noſtrum Thubal Cain.

d *Dum ipſe dimitteret populum.*] Iam hac oratione ſignificabatur ipſum ſecuturum eſſe eos: quòd ſi nullæ naues aliæ erãt, intelligere oportebat illum per aquas traiecturum, neque hoc difficilius aut magis mirum videri debuit illis, quàm illud quod nuperrimè de panibus viderant.

e *Et volebat præterire eos.*] Tentabat illorum fidem huiuſmodi actione.

derunt eum, & conturbati ſunt. Et ſtatim
locutus eſt cum eis, & dixit eis, Confidi- G
te, ego ſum: nolite timere. 51 Et aſcen-
dit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus.
Et plus magis intra ſe ſtupebát*: 52 [f] non *& admirabantur. MS. G. S.
enim intellexerũt de panibus: erat enim intellexerit MS. G.
cor eorum obcęcatum. 53 Et cùm trás-
fretaſſent, venerunt in terram Geneza- Mat. 14. d. 34
reth: & àpplicuerunt. 54 Cumq; egreſſi
eſſent de naui, [g] continuò cognouerunt
eum: 55 & percurrentes vniuerſam re-
gionem illam, cœperunt in grabátis eos
qui ſe malè habebant, circũferre vbi au-
diebant eum eſſe. 56 Et quocunque in-
troibat in vicos vel in villas aut ciuitates,
in plateis ponebant infirmos, & depre-
cabantur eum vt vel fimbriam veſtimẽti
eius tangerent, & [h] quotquot tangebant
eum, ſalui fiebant.

## CAP. VII.

ET [a] conueniunt ad cũ Phariſęi & qui- A
dam de Scribis, venientes ab Ieroſo-
lymis. 2 [b] Et cùm vidiſſent quoſdam ex Mat. 15. a. 1
diſcipulis eius [c] communibus manibus,
id eſt non lotis, manducare panes, [d] vitu-
perauerunt. 3 Phariſæi enim & omnes
Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non
manducant, [e] tenẽtes traditionem ſenio-
rum: 4 [f] & à foro, niſi baptizentur, non
comedunt. & alia multa ſunt quæ tradi-
ta ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicũ &
vrceorum, & æramentorum & lectorũ.
5 Et

f *Non enim intellexerunt de panibus.*] Oportuit ex obſeruato miraculo de panibus intelligere magna cura Ieſum proſpicere ſuis, neque permiſſurum illos perire, aut obrui ſubita aliqua vi vel tempeſtate, vtpote quem videbant proſpexiſſe iis, qui triduo tantùm ſe audiendi cauſa ſecuti fuiſſent, & curaſſe ne illi in via deficerent: quid ergo idem non faceret & curaret in ſalutem eorũ, quos ipſe ſibi delectos aſciuerat comites, & euangelicæ legationis adminiſtros?

g *Continuo cognouerunt eum.*] Publicum teſtimonium de Euangelio ſalutis & regni, ac de Euangeliſta illo promiſſo Sion.

h *Quotquot tangebant eum.*] Ex iis qui credebant illius virtutem diuinam ad beneficium hominum: nam multi nõ ſolùm tangebant, ſed comprimebant eum: quos, vtpote non rectè credẽtes, illa virtus non ſeruabat. Exemplũ certiſſimum huius rei ſuperius videmus in hæmorrhouſa fœmina.

CAP. VII.

a *Et conueniunt ad eum.*] conſilio ſtudioque collato aggrediuntur eum, reprehẽſuri & accuſaturi traditionis violatæ à diſcipulis illius vel conſilio, vel ſaltem diſſimulatione ac negligentia. Erat autem argumẽtum grauiſſimum ſcilicet.

b *Et cùm vidiſſent.*] Coniunctio ET, expoſitiua eſt, ex Hebraicæ linguæ idiomate ac Syræ.

c *Communibus manibus.*] Verbum eſt magiſtrale in Traditionibus commune Cõmunicare, idem ſignificat quod prophanũ aut prophanare: diſtinguitur autem iuxta ſubiectam rationem. vt, Communis cibus, id eſt, impurus. communis dies, id eſt, profeſtus, ſiue luctuoſus potius: communes manus, id eſt, illotæ; vt auctor ipſe exponit.

d *Vituperauerunt*] non ſolùm factum, ſed ipſum Ieſum, tanquam auctorem illius exempli.

e *Tenente traditionem.*] Aliquãdo de his traditionibus aliquid fuſiùs exponemus, quod ad multorum in ſacris libris locorum elucidationem faciat, modò Deus noſtris votis adſit.

f *Et à foro.*] Eſt enim forũ iuxta iſtorum definitionem, locus communis & valdè profanus, ob cõſuetudinem puτorum & impurorum, ac gentilium ſimul.

5 Et interrogabãt eum [a] Phariſæi & Scri-
bæ, Quare diſcipuli tui [b] non ambulant
non lotis MS.G. iuxta traditionem ſeniorum, ſed "cõmu-
nibus' manibus manducant panem?
6 At ille reſpondens, dixit eis, Bene pro-
phetauit Iſaias [c] de vobis hypocritis, ſicut
Iſa. 29. d. 13 ſcriptum eſt, Populus hic labiis me ho-
abeſt 8 MS.G. norat, cor autem eorum longè "eſt' à me.
B 7 in vanum autem me colunt, docentes
& MS q. doctrinas * præcepta hominum. 8 [d] Re-
linquentes enim mandatum Dei, tenetis
traditionẽ MS.G. "traditiones' hominũ, baptiſmata vrceo-
rum & calicum: & alia ſimilia his facitis
multa. 9 Et dicebat illis, [e] Bene irritum
feciſtis G. "facitis' præceptum Dei, vt traditionem
veſtram ſeruetis. 10 [f] Moyſes enim dixit,
Exo. 20. b. 12. Deut. 5. b. 16. Eph. 6. a. 2. Honora patrem tuum & matrem tuam:
Exo. 21. c. 16 Leuit. 20. b. 9 &, Qui maledixerit patri vel matri, mor-
Prou. 20. c. 20 te moriatur. 11 Vos autem dicitis, Si di-
xerit homo patri aut matri, [g] Corban,
(quod eſt donum) quodcunque ex me,
tibi profuerit: 12 & vltrà non dimittitis
eum quicquam facere patri ſuo aut ma-
tri, 13 reſcindentes verbum Dei per tra-
ditionem veſtram quam tradidiſtis. &
ſimilia huiuſmodi multa facitis. 14 Et
Mat. 15. b. 10 aduocans iterum turbam, dicebat illis,
S Audite

a *Phariſæi & Scribæ.*] Phariſæi externæ obſeruantiæ exemplũ, Scribæ ſciẽtiæ auctoritatẽ ſibi arrogabant. vtriuſque partis ſententiæ conuenerant, vt Ieſum reprehenderent.

b *Non ambulant.*] Grauior eſt accuſatio quàm prima fronte videtur. nam duplex ratio in traditionibus initur, altera ſententiarum, altera conſuetudinis communis. Si quis tranſgreditur traditionẽ, quæ conſtat ſingulari vnius ex antiquis vel communi quorundam ſeniorum ſentẽtia, dum modò habeat aliquorũ ſeniorum opinionem cui adhæreat, non ſolet reprehendi, niſi ab iis fortaſſis qui oppoſitam partẽ tuentur. Si verò quis tranſgreditur communem ſeniorum traditionem, publica etiam conſuetudine firmatam; is grauiter peccat iſtorum iudicio. Hîc igitur accuſantur diſcipuli Ieſu communis traditionis & cõſuetudinis violatæ: idque ſignificatur illo verbo *ambulant*. namque conſuetudo in lib. traditionum HALACHAH dicitur, id eſt, ambulatio: atque ambulare, conſuetudine vti eſt, ex Hebraico idiotiſmo: vt, Qui ambulant in viis Domini. Ex his apparet illos non leuiter nugis armatos ſuis adortos fuiſſe Ieſum, vſos nimirum ſtylo illo orationis doctrinali ac magiſtrali, qui certa vſurpatione & obſeruatione pondus addere ſolet diſputationibus.

c *De vobis hypocritis.*] Hypocrita propriè mimum vel hiſtrionem ſignificat. ex hoc genere alij actione & geſtu, alij vocibus fabulas agunt, & perſonas ſuſtinent, atque referunt non proprias, ſed alienas, regum, ducum, diuorum, patrum, ſenum, matronarum. Hoc verbum Ieſus . . . enuſſimè vſurpauit, ad eos ſignificandos qui vel geſtu & actione, vel oratione tenus pietatis cultum in ſpecie referunt. Hîc vtroſque tetigit Phariſæos & Scribas.

d *Relinquentes enim mandatũ Dei.*] Charitatis præceptum, quæ omnia æquat & componit: tenetis traditionem hominum, quæ omnia diuidit & committit. Illud vnum mandatum eſt omnia complexum vinculo perfectionis: iſtæ multæ variæque traditiones ſunt, omnia confundentes, & onerantes cõſcientiam obſeruantium peccatis: immò aliquando perrumpentes expreſſa Dei præcepta, eademque grauiſſima, vt ſubiuncto exemplo patebit.

e *Bene irritum feciſtis.*] Ironicῶs additum eſt aduerbium *bene*. Ingenioſè, inquit, amouiſtis pulcherrimè collocatum præceptum Dei, vt eodem loco ſtaturam traditionem veſtram ſeruetis.

f *Moyſes enim dixit.*] Apertè confirmat Chriſtus legem Moſis à Deo dictatam eſſe.

g *Corban.*] Frequentiſſimè vſurpatum vocabulum in Traditionibus: eſtque iurandi forma aut deuouendi . . . ſi dicatur, Per donum ſacrum iuro me eſſe damnatum & deuotum, ſi quicquam ex me iuueris: vel ſit donum altarique deuotum, quidquid tu ex me iuuari poſſis: atque ita deuotum non poterit ad tuos vſus transferri. eum, inquam, qui ita pronunciarit, non dimittitis quicquam facere patri ſuo aut matri. Hoc non ſolùm maledicere, ſed execrari patrem, & ab omni debito officio, atque ab honore abalienare eſt. Lege integram elucidationem in Matthæi cap. 15.

Audite me omnes, & intelligite. [15] Ni-
hil eſt extra hominem introiens in eum,
quod poſſit eum coinquinare. ſed quę de
homine procedunt, illa ſunt quæ com-
municant hominem. [16] Si quis habet
aures audiendi, audiat. [17] Et cùm in- C
troiſſet in domum à turba, interrogabant
eum diſcipuli eius parabolam. [18] Et ait
illis, [a] Sic & vos imprudentes eſtis? Non
intelligitis quia omne extrinſecus intro-
iens in hominem, non poteſt eum com-
municare: [19] [b] quia nō intrat in cor eius,
ſed in vētrem vadit, & in ſeceſſum exit,
purgans omnes eſcas? [20] Dicebat autem
quoniam quę de homine exeunt, illa cō-
municant hominem. [21] Abintus enim
de corde hominum malæ cogitationes
procedunt, adulteria, fornicationes, ho-
micidia, [22] furta, auaritię, nequitię, do-
lus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphe-
mia, ſuperbia, ſtultitia. [23] Omnia hæc
mala abintus procedunt, & communi-
cant hominem. [24] [c] Et inde ſurgēs abiit
in fines Tyri & Sidōnis: & ingreſſus do-
mum, neminem voluit ſcire, & non po-
tuit latēre. [25] Mulier enim ſtatim vt au-
diuit de eo, cuius filia habebat ſpiritum
immundum, intrauit, & prócidit ad pe-
des eius. [26] Erat enim mulier Gētilis,
[d] Syrophœniſſa genere. Et rogabat eum
vt dæmoniū eiiceret de filia eius. [27] Qui
dixit illi, [e] Sine prius ſaturari filios. nō eſt
enim

a *Sic & vos imprudentes eſtis.*] Diuina præcepta apertiſſimam æquitatem & veritatem præferunt & continent: ſicut ſcriptum eſt, Omnia mandata tua æquitas. Humana verò, cùm non omnia æqua ſint & ſolida, vel collatione cum diuinis vel prudentiæ rationibus æſtimanda eſſe docet Ieſus: prudentiæ rationes ex natura ſingularum rerum probè cognita conſtant.

b *Quia non intrat in cor eius.*] Igitur conſideranda primùm eſt hominis natura, quæ propriè ſit, an corpus, an animus magis homo verè dicatur: quid corpori, quid animo cum aliis rebus commune, quid non: quæ vera vtriuſque partis mundities, quæ impuritas, vnde hæc naſcantur. Malorū etiam & bonorum genera dignoſcenda ſunt.

c *Et inde ſurgens.*] Diſcedens illinc, abiit in partes Galilææ, quę Tyri & Sidonis agro finitimæ erant, & neminē voluit ſcire ſe illuc veniſſe, ne eius aduentus diuulgaretur apud gentes illas finitimas, quibus non erat promiſſus Euangeliſta. Iubebat autem in domo, vt exceptis Galilæis & [illegible] domus, aliis non indicaretur aut diceretur. ſed ſex latēre non poteſt. Auditum enim eſt de illo etiam in finitimis oppidis & locis.

d *Syrophœniſſa.*] ex genere Phœnicum in Syria habitantium: nam alii ex Phœnicibus habitauere in Africa, Libyophœnices dicti.

e *Sine prius ſaturari filios.*] Doctrinam euangelicam & miracula, quibus hæc confirmanda fuerat, filiis regni Iſraelitici, qui familiares magis in domo Dei eſſe dicebantur, exhiberi primùm oportuit, ad confirmandas promiſſiones patrum, vt D. Paulus exponit. Gentes in domo Dei [illegible] in familia cenſebantur: [illegible] fide & pietate non diſſimiles veris filiis ſeſe exhiberent: [illegible] exemplum hęc mulier præſtitit.

enim bonum ſumere panem filiorum, &
mittere canibus. 28 At illa reſpondit, &
D dixit illi, [f] Vtique Domine. nam & catelli
comedũt ſub menſa de micis puerorum.
29 Et ait illi, [g] Propter hũc ſermonem va-
de, exiit dæmonium à filia tua. 30 Et cùm
abiiſſet domum ſuam, inuenit puellã ia-
cẽtem ſupra lectum, & dæmoniũ exiiſſe.
31 Et iterum exiens de finibus Tyri, ve-
nit per Sidonem ad Mare-Galilææ in-
ter medios fines Decapoleos. 32 Et ad-
Mat. 9.d.32. ducunt ei ſurdum & mutum: & " depre-
Luc. 11.b.14. cabantur' eum vt imponat illi manum.
" deprecantur e.
33 Et apprehẽdens eum de turba ſeorſum,
[h] miſit digitos ſuos in auriculas eius: &
expuens, tetigit linguam eius. 34 & ſuſpi-
ciens in cælum, [i] ingemuit, & ait illi,
Ephphethah, quod eſt, adaperire. 35 [k] Et
ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum
eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur
rectè. 36 Et præcepit illis ne cui dicerẽt.
Quantò autem eis præcipiebat, tãtò ma-
gis plus prædicabant, 37 & eò amplius
Gen. 1.d.31. admirabãtur, dicẽtes, Bene omnia fecit:
Eccl. 39.c.21. & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

## CAP. [*] VIII.

Mat. 15.d.32. IN diebus illis [a] iterum cùm turba mul-
A "ta eſſet", nec haberent quod manduca-
" cũ Ieſu o. rent: conuocatis diſcipulis, ait illis,
[b] Miſereor ſuper turbam: quia ecce iam
triduo ſuſtinent me, nec habent quod
manducent: 3 & ſi dimiſero eos ieiunos

f *Vtique Domine.*] Orationem Ieſu contumeliæ ac repulſæ ſpeciem præbentem iis qui fidei elementis eruditi non eſſent, mulier hæc promiſſionem ſibi factam interpretata eſt, idque ſapientiſſimè.

g *Propter hunc ſermonem.*] Propter omnem illam viuæ fidei rationem, quam oratione iſta expreſſiſti, impetraſti quod poſtulabas.

h *Miſit digitos ſuos in auriculas eius.*] Vſus eſt nonnunquã Ieſus huiuſmodi actionibus & ceremoniis, quæ ſignificabãt id quod verè agebatur ab ipſo; probabantque virtutem manifeſtam ex ipſo exire ad ſanandos omnes. Erant etiam voluntatis & intentionis ſignum. Aliquando verò abſque huiuſmodi actionibus, ſolo verbo ſanabat.

i *Ingemuit.*] Ex cogitatione malorum ac laborum in quo hominum genus ob peccatum inciderat; atque ob ſtupiditatem hominum, qui hæc non rectè exiſtiment.

k *Et ſtatim.*] Triplex miraculum eadem opera editum; aures apertæ, vinculum linguæ ſolutum, recta & expedita ſermonis facultas.

CAP. VIII.

a *Iterum cùm turba multa eſſet.*] Aliud certiſſimæ Dei erga eos qui ſe ſequuntur, prouidentiæ exemplum.

in domum ſuam, deficiẽt in via: quidam
enim ex eis de longè venerunt. 4 Et re-
ſponderunt ei diſcipuli ſui, Vnde illos
quis poterit hîc ſaturare panibus in ſoli-
tudine? 5 Et interrogauit eos, Quot pa-
nes habetis? Qui dixerunt, Septem.
6 Et pręcepit turbę diſcumbere ſuper ter-
ram. Et accipiens ſeptem panes, gratias
agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis vt
apponerent, & appoſuerunt turbæ.
7 Et habebant piſciculos paucos: & ipſos
benedixit, & iuſſit apponi. 8 Et mandu-
cauerunt & ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt
quod "ſuperauerat' de fragmẽtis, ſeptem
ſportas. 9 Erant autem qui manducaue-
rant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos.
10 Et ſtatim aſcendens nauim cum diſci-
pulis ſuis, vênit in partes "Dalmanutha'.
11 Et exierunt Phariſęi, & cœperunt [a]con-
quirere cum eo, quærẽtes ab illo [b]ſignum
de cælo, tentãtes eum. 12 Et ingemiſcẽs
ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignum
quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur ge-
nerationi iſti ſignum. 13 Et dimittens
eos, aſcendit iterum nauim, & abiit trans
fretum. 14 Et obliti ſunt panes ſumere:
& niſi vnum panem non habebant ſecũ
in naui. 15 Et pręcipiebat eis, dicens, Vi-
dete & [c]cauete à fermento Phariſæorum,
& fermento Herodis. 16 Et cogitabant
ad alterutrum, dicentes, Quia panes non
habemus. 17 Quo cognito, ait illis Ieſus,
Quid

ſuperera(t) MS.

Mat. 15. d. 39

Magedan MS.

Mat. 16. a. 1.
Luc. 11. g. 29

B

Mat. 16. a. 5

a *Conquirere cum eo.*] Fingere multa argumenta ſophiſtica & vana, quibus illius auctoritatem vel oppugnare, vel apud vulgus eleuare tentabant.

b *Signum de cælo.*] Nouum ſignum illorum arbitrio edendum, non ex iis quę expectanda & obſeruanda indicabantur in ſacris libris. attamen diuini conſilij rationes huiuſmodi hominum arbitrio & libidine mutandæ non erant.

c *Cauete à fermento Phariſæorum & fermento Herodis.*] Phariſæorum doctrina omnis in exteriori pietatis ab iiſdem cõpoſita ſpecie præcipuè verſabatur, cuius finis populo magis quàm Deo probari erat. Herodis vero doctrina omnis mundana erat, humanæque prudentiæ rationibus innitebatur: tãtum religionis res curabat, quantum ad regni potentiæ ac politicæ, vt dicitur, vitæ adminiſtrationem facere intelligebat. in vtraque parte veræ pietatis virtus deſiderabatur. Ab his autem modis alienos eſſe oportet eos qui ſanam Chriſti doctrinã quærunt: nam ſi quid vel tantillum ex vitiouis genere admiſceatur, omnis maſſa, quæ ſimpliciſſima eſſe debet, corrumpetur.

[d] Quid cogitatis, quia panes non habetis?
nondum cognoſcitis nec intelligitis? ad-
huc cæcatũ habetis cor veſtrum? 18 ocu-
los habentes non videtis? & aures ha-
bentes non auditis, nec recordamini?
Sup.6.f.41. Ioh 6.b.11. 19 quando quinque panes fregi in quin-
* 1 MS.G.S. que millia: *& quot cophinos fragmen-
C torum plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei, Duo-
* MS.G. decim. 20 Quando & ſeptem *panes in
quatuor millia, quot ſportas fragmento-
rum tuliſtis? Et dicunt ei, Septem. 21 Et
dicebat eis, Quomodo nondum intelli-
gitis? 22 Et veniunt Bethſaidam: & ad-
ducunt ei cæcum, & rogabant eum vt
illum tangeret. 23 Et apprehenſa manu
cæci, eduxit eum extra vicum: & [e] expuẽs
in oculos eius impoſitis manibus ſuis, in-
terrogauit eũ ſi quid videret. 24 Et aſpi-
ciens, ait, [f] Video homines velut arbores,
ambulantes. 25 Deinde iterum impo-
ſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit
videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè vide-
ret omnia. 26 Et miſit illum in domum
ſuam, dicens, Vade in domum tuam: &
ſi in vicum introieris, [g] nemini dixeris.
Mat.16.b.13 27 Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in
caſtella Cæſareæ Philippi: [h] & in via in-
terrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis,
Luc.9.b.18. [i] Quem me dicunt eſſe homines? 28 [k] Qui
* Alij MS. R.B. reſponderunt illi, dicentes, *Iohannem
Baptiſtam, alij Eliam, alij verò quaſi vnũ
de prophetis. 29 Tunc dicit illis, Vos

d *Quid cogitatis quia panes non habetis?*] Certam, perpetuam, & conſtantem prouidentiæ etiam ſingularis fidem ſuis eſſe Ieſus vult.

e *Expuens in oculos eius.*] Miraculum in miraculo; vt Hebraicè dici ſolet: nam ſputum humanum nocet magis oculis quàm proſit, ob excrementoſam atque viſcoſam vim. ſed vt oſtendatur magna Ieſu virtus, in quo nihil erat ſaluti afferendæ repugnans.

f *Video homines velut arbores ambulantes.*] Hac reſponſione oſtenditur illum nihil prorſus antea vidiſſe, omninoque cæcum fuiſſe. Non enim tantum miraculum eſſet, ſi ex imperfectiori viſu ad perfectiorem eſſet reſtitutus. illud maximum in hoc genere eſt, ſi virtus oculis, nulla antea quæ fuerat, repentè creetur & perficiatur. id autẽ apertè ſignificatur ab Euangeliſta, *Et cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia.*

g *Nemini dixeris.*] Humana gloria in bonis operibus & ſtudioſis actionibus, in beneficiis factis fugienda eſt.

h *Et in via interrogabat*] Non propter gloriam hoc rogat Ieſus quam ille ſibi non quærebat; ſed ad experiundũ hominum de ſe iudicium, quatenus proceſſiſſet tantis operibus miraculiſque ſpectatis, & tanta doctrinæ grauitate ac veritate explorata. Deinde vt doceret ſuos maius aliquid de ſe ſentire in ſuam ipſorum vtilitatem, & aliorum etiam hominum, quibus hæc res innoteſceret.

i *Quem me dicunt eſſe homines?*] Hominum iudicium de me qualenam quantumque eſt: quo nomine cenſeor illis eſſe miſſus, vt auditus & exceptus ipſis prodeſſe ſperer? Non rogat de vitæ integritate & ſanctitate morum, quæ notiſſima erat, ſed de opinione dignitatis auctoritatiſque ſuæ.

k *Qui reſponderunt illi.*] Hoc reſponſum non ex ſententia eorum qui aduerſabantur Ieſu: nam ij eum ſeductorem populi eſſe calumniabantur inuidioſe: verùm ex eorum iudicio apud quos bene audiebat, relatum eſt. quorum cùm variæ ſententiæ eſſent, nulla tamen vltra propheticam dignitatem, non ſolùm cæterorum hominum, ſed neque ipſorum Apoſtolorum, qui ſibi familiariſſimi erant, & doctrina ipſius inſtructi, atque virtute miraculorum aucti ac prædicti.

verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens
Petrus, ait ei, [a] Tu es Chriſtus. 30 Et com- D
minatus eſt eis [b] ne cui dicerent de illo.
31 Et cœpit docere eos, [c] quoniam oportet
filium hominis pati multa, & reprobari
à ſenioribus & à ſummis ſacerdotibus &
Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſur-
gere. 32 Et palam verbum loquebatur.
[d] Et apprehendens eum Petrus, cœpit in-
crepare eum. 33 Qui conuerſus, & vi-
dẽs diſcipulos ſuos, comminatus eſt Pe-
tro, dicens, Vade retro me ſatana, quo-
niam non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ
ſunt hominum. 34 Et conuocata turba
cum diſcipulis ſuis, dixit eis, Si quis vult *Mat. 10.d.38 & 16.d.24. Luc. 9.c.23. & 14.f.27. Luc. 17.f.33 Ioh. 12.c.25*
me ſequi, [e] deneget ſemetipſum: & tollat
crucem ſuam, & ſequatur me. 35 Qui
enim voluerit [f] animam ſuam ſaluam fa-
cere, perdet eam: qui autem perdiderit
animam ſuam propter me & Euangeliũ,
ſaluam faciet eam. 36 Quid enim pro-
derit homini, ſi lucretur mundum totũ,
& detrimentum animæ ſuæ faciat?
37 Aut, quid dabit homo commutationis *Mat. 10.d.33 Luc. 9.d.26. & 12.a.9.*
pro anima ſua? 38 Qui enim me [g] "confu- "cõfuſus ſ.
ſus' fuerit, & verba mea in generatione
iſta adultera & peccatrice: & filius ho-
minis "confundetur' eum, cùm venerit "confunde-tur ei.
in gloria patris ſui [h] cum angelis ſanctis.

CAP.

a *Tu es Chriſtus.*] Viuum teſtimoniũ, quòd Ieſus ſit Chriſtus filius Dei viui, vt Matthæus exponit, non potuit dari ab vllo mortalium, niſi ex reuelatione Dei Patris, ante mortem & reſurrectionem illius: poſteà verò ex virtute Spiritus ſancti. Hæc reuelatio ſingulariter facta fuit hoc loco Petro, Apoſtolorum primo, ad Ieſu auctoritatem cæteris Apoſtolis inſinuandam. Fuit autem priuata: quia nondum aderat tempus diuino cõſilio decretum, vt publicè hoc teſtimonium ederetur. Huius viui teſtimonij penuria maxima totius orbis terræ pars his miſeris temporibus laborat; vnde tanta errorum caligo mentibus hominum obuerſatur.

b *Ne cui dicerent de illo.*] Ne euulgaretur illud teſtimonium reuelatum ante tempus, hoc eſt, ante reſurrectionem ſuam: nam tunc illis tantùm conceſſit Deus huius teſtimonij copiam, qui Ieſum ipſum ſequebantur, vt diſcipuli & Apoſtoli, vt hoc teſtimonio longè maius aliquid de ipſo ſentirent, quàm cæteri homines, & teſtes illi eſſent diuinæ virtutis maiori cum obſeruatione: & haberent etiam firmiorem ſpem de ipſius reſurrectione, à [illegible] quibus ipſe tradendus, condemnandus, crucifigendus, & ſepulchro condendus erat: quamobrem ipſe cœpit illis hæc omnia prædicere.

c *Quoniam oportet filium hominis pati multa.*] Illum ipſum, qui cùm eſſet filius Dei, filius hominis factus, atque ita Chriſtus verè appellatus eſt, illum ipſum Chriſtum oportuit pati ſecundùm ſcripturas, & [illegible] cidi, & reſurgere, & ita intrare in gloriam ſuam.

d *Et apprehendens eum Petrus.*] Petrus ex reuelatione nouerat dignitatem Ieſu: at verò cætera quæ audiebat, non ad illam reuelationem, ſed ad humanæ cogitationis rationes referebat. atque hac parte redargutus eſt non ſapere quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum, quorum eſt cæleſtia terrenis poſthabere.

e *Deneget ſemetipſum.*] Id eſt, meum omnino exemplum ſibi proponat, qui non veni vt faciam voluntatem meã, ſed voluntatem Dei qui miſit me; atq; hac imitatione mei perferat quidquid illi me ſequenti in hac vita acciderit, quamuis grauiſſimum. namque hoc meum exemplum ſecutus, animã tandem ſuam ſaluam faciet. Igitur non ad humanarum cogitationũ affectionumque rationem, ſed ad mei imitationem vitam inſtituat ſuam.

f *Animam ſuam.*] vitam ſuam. ſed habet duplicem ſignificationem nomen *anima*, animæ vitalis & ſpiritus, ad vtramque referendum eſt tota hac oratione: ſed aliter atque aliter.

g *Confuſus fuerit.*] erubuerit & negauerit, vel metu vel cupiditate rerum humanarum, cùm tamen probè cognouerit meam virtutem, Euangelijque mei veritatem. *Verba mea.*] Euangelium meum, vt ſuperius expoſitum eſt.

h *Cum angelis ſanctis.*] Antitheton generationi adulteræ ac peccatrici.

## CAP. IX.

Mat.16.d.17 Luc.9.d.27. A ET [a] dicebat illis, Amen dico vobis,
quia ſunt quidam de hîc ſtantibus
qui non guſtabunt mortem, [b] donec vi-
deant regnum Dei veniens in virtute.
Mat.17.a.1. Luc.9.d.28. [*] aſſumpſit MS.B.S. 2 Et poſt dies ſex [*] aſſumit Ieſus Petrum
& Iacobum & Iohannem: & ducit illos
in montem excelſum ſeorſum ſolos, &
[c] transfiguratus eſt coram ipſis. 3 Et ve-
~ MS.C. ſtimenta eius facta ſunt ſplendentia [~] &
candida nimis velut nix, [d] qualia fullo nõ
poteſt ſuper terram candida facere.
4 Et apparuit illis Elias cum Moyſe: [e] &
erant loquentes cum Ieſu. 5 Et reſpon-
dens Petrus, ait Ieſu, Rabbi, bonum eſt
nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacu-
la, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ
vnum. 6 [f] Non enim ſciebat quid dice-
ret: erant enim timore exterriti: 7 & fa-
cta eſt nubes obumbrans eos: & vênit
B vox de nube, dicens, Hic eſt filius meus
chariſſimus: audite illum. 8 Et ſtatim
circunſpicientes, [g] neminem amplius vi-
derunt, niſi Ieſum tantùm ſecum. 9 Et
Mat.17.b.9. deſcendentibus illis de monte, præcepit
illis ne cuiquam quæ vidiſſent, narrarẽt:
niſi cùm filius hominis à mortuis reſur-
rexerit. 10 Et verbum continuerũt apud
ſe: [h] conquirentes quid eſſet, Cùm à mor-
tuis reſurrexerit. 11 Et interrogabant
Mala.4.5. eum, dicentes, [i] Quid ergo dicunt Pha-

CAP. IX.

a *Et dicebat illis.*] Vt doceret ſtultiſſimè agere eos qui metu vel ſpe, aut aliquo humano affectu moti, remitterẽt propoſitũ quærendi regnum Dei, quod certiſſimum erat, & breui venturum.

b *Donec videant regnũ Dei veniens in virtute.*] Quãquã proximum teſtimoniũ à Deo breui edendum de ſua auctoritate ac dignitate ſignificabat his verbis Ieſus, tamen illud etiam maximum, grauiſſimum & admirabile omnino innuebat, quod poſt mortem, reſurrectionem & aſcenſionem ſuam dandũ confirmandumque erat virtute magna Spiritus ſancti in diſcipulos mittendi. Namque hoc pacto & regni Dei dignitas atque incomparabilis virtus cognoſcebatur, & filius hominis illius regni in hominibus auctor ac princeps declarabatur. *Quidam autem de illic ſtantibus*, hoc eſt, diſcipulis & turbis, hoc viſuri erant, antequam guſtarent mortem. [*] Aliqui enim ante hoc morituri erant ex illa multitudine, inter quos Iudas vnus ex Apoſtolis erat.

c *Transfiguratus eſt.*] Species vultus eius facta eſt altera admirabili pulchritudinis ſplendore vt ſol fulgens.

d *Qualia fullo non poteſt.*] Nihil ſuper terram cæleſtium excellentiæ comparari poteſt. Docemur etiam ex interna beatitudine externam oriri, contrà quàm mundus opinatur.

e *Et erant loquentes cum Ieſu.*] tanquam teſtes miſſi à Deo, qui Ieſum Legis & Prophetarum finem ſcopumque eſſe declararent.

f *Non enim ſciebat quid diceret.*] Excellit humani ſenſus facultatẽ Ieſu Chriſti gloria: quam Petrus cùm cognoſcere ſibi videretur, non aptè tamen interpretabatur.

g *Neminem amplius viderunt, niſi Ieſum tantùm ſecum.*] Intellexeruntque apertè illum eſſe declaratum filium Dei, & præceptorem hominum.

h *Conquirentes quid eſſet Cùm à mortuis reſurrexerint.*] Tacitis captu erat illius orationis ſententia, ſi tantum ſignificaret ipſum poſt mortem reſurrecturum, nam neque reſurrectionis verba, neq; fides, neque exempla illis ignota illo tempore erant: ex quo intelligimus illis aliud myſterium ſubeſſe ſignificatũ illa dicendi forma, A mortuis, hoc eſt ex mortuis reſurgere: id myſterium vlterius Deo adiuuante exponemus.

i [illegible] loquidem certum eſt [illegible] Chriſtum [illegible] non [illegible] videntur Phariſæi & Scribæ expectandum proponere Eliæ aduentum, atque ideo negare tempus nunc eſſe regni per Meſſiam obtinendi: quòd nondum illud ſignum adfuerit Eliæ venientis. quamobrem neque te recipere volunt, neque alium te recepturos dicunt, niſi præcedente Eliæ aduentu.

riſæi & Scribæ, quia Eliam oportet ve-
nire primùm? 12 Qui reſpondens, ait
illis, [a]Elias cùm venerit primò, reſtituet C
omnia: [b] & quo modo ſcriptum eſt in fi- *Iſa. 53. a. 3.*
lium hominis, vt multa patiatur & con-
temnatur. 13 Sed dico vobis quia & E- *Mala. 4. b. 5. Mat. 17. b. 11*
lias venit ([c]& fecerunt illi quæcũque vo-
luerunt) ſicut ſcriptum eſt de eo. 14 Et
veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam
magnam circa eos, & Scribas conquirẽ-
tes cum illis. 15 [d]Et confeſtim omnis
"populus' vidẽs Ieſum, "ſtupefactus eſt,& *multitudo MS. 6.*
expauerunt': & accurrentes, ſalutabant *cum, expauit MS. 6.*
eum. 16 Et interrogauit eos, Quid inter
vos conquiritis? 17 Et reſpondens vnus *Mat. 17. b. 14. Luc. 9. e. 37*
de turba, dixit, Magiſter, attuli filium
meum ad te habẽtem ſpiritum mutum:
18 qui vbicunque eum apprehenderit, al-
lidit illum, & ſpumat, & ſtridet denti-
bus, & areſcit: & dixi diſcipulis tuis vt
eiicerent illum, & non potuerũt. 19 [e]Qui
reſpondens "eis', dixit, O generatio in- *ei, MS. 6.*
credula, quandiu apud vos ero? quandiu
vos patiar? afferte illum ad me. 20 Et at- D
tulerunt eum. Et cùm vidiſſet eum, [f]ſta-
tim ſpiritus conturbauit illum: & eliſus
in terram, volutabatur ſpumans. 21 Et
interrogauit patrem eius, Quãtum tem-
poris eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait,
Ab infantia: 22 & frequenter eum in
ignem & in "aquas' miſit, vt eum per- *aquam MS. 6.*
deret.

a *Elias cùm venerit primò reſtituet omnia.*] Non errant Phariſæi, affirmantes Eliã venturum primùm: ſed quo ſigno cognoſcendus Elias fuerit, hoc ipſi non definiunt, cùm tamẽ definitum apud Prophetas fuerit, illum reſtiturum omnia, hoc eſt, perturbatam iam inter homines pietatis & officiorum rationem, diſertè in ſua capita relaturũ, idque docturum.

b *Et quomodo ſcriptum eſt in filium hominis.*] Quemadmodum ſcriptum eſt de filio hominis, illum multa paſſurũ & contemnendum eſſe. ſic Elias venit certo ſigno notandus, ſicut ſcriptum eſt de eo, nec poteſt negari eius aduẽtus, vt neque etiam filij hominis Eliã conſecuturi aduentus negari poteſt; quem ipſi contempſerunt, & probris ignominiiſque affecerunt, & fecerunt illi quæcunque voluerunt. ita vtrumque ſignum apertiſſimum eſt illis, & quod Elias facturus erat, & quod filius hominis, ex illorum contemptione & inuidia paſſurus erat. adeò nihil illi deſiderare in huius ætatis certa adnotatione poſſunt.

c *Et fecerunt illi quæcunque voluerunt.*] Eliæ aduentus periculum fecerunt, certiſſimumque repererunt, nec tamẽ crediderunt illi, ſed facto iam periculo, illum occiderunt. Eodem modo & filium hominis illum ipſorum Meſſiam excipiunt contemnentes, negantes eum eſſe, quem certis ſignis ſecundùm ſcripturas cognoſcere debuerunt & potuerunt, contemptum ignominia, & morte afficientes.

d *Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt.*] Hac narratione apertè ſignificat Marcus partem aliquã illius ſplendoris, qui in vultu Ieſu ſuper nituerat Apoſtolis teſtibus, adhuc duraſſe vel emicuiſſe, vt non minus admirabilis appareret populo tũc Ieſus, quàm olim Moſes ẽ colloquio diuino reuerſus, Iſraelitis apparebat: eo tamẽ gloriæ diſcrimine, vt ille terribilis, hic verò amabilis videretur. ideò ſubiungit, *Et accurrentes ſalutabant eum.*

e *Qui reſpondens eis.*] Patri pueri ac diſcipulis, vtraque enim pars incredulitatis vitio laborabat: quę res diuinam potentiam detinet, quo minus efficientiſſimam in rebus etiam difficillimis ſentiamus.

f *Statim ſpiritus conturbauit illum.*] Senſit ſpiritus efficaciam Ieſu, de qua diſcipuli & Scribæ propter incredulitatem conquirebant.

deret.[a] ſed ſiquid potes, adiuua nos, mi-
ſertus noſtri. 23 Ieſus autem ait illi.[b] Si
potes credere, omnia poſſibilia ſunt cre-
denti. 24 Et continuò exclamans pater
pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Do-
mine: adiuua incredulitatem meam.
25 [c]Et cùm videret Ieſus concurrentem
turbam, comminatus eſt ſpiritui im-
mundo, dicens illi, Surde & mute ſpiri-
tus,[d] ego præcipio tibi, exi ab eo: & am-
plius ne introeas in eum. 26 Et excla-
mans, & multum diſcerpens eum, exiit
ab eo, & factus eſt ſicut mortuus, ita vt
multi dicerent, Quia mortuus eſt.
27 Ieſus autem tenens manum eius, ele-
uauit eum: & ſurrexit. 28 Et cùm in-
troiſſet in domum, diſcipuli eius ſecretò
interrogabant eum, Quare nos non po-
tuimus eiicere eum? 29 Et dixit illis, Hoc
genus in nullo poteſt exire, niſi [e]in ora-
Mat.17.d.21 tione & ieiunio. 30 Et inde profecti præ-
tergrediebantur Galilæam: nec volebat
Luc.9.e.22. quenquam ſcire. 31 [f]Docebat autem diſ-
E cipulos ſuos, & dicebat illis, Quoniam
filius hominis tradetur in manus homi-
num, & occident eum, & occiſus tertia
die reſurget. 32 At illi ignorabant ver-
bum: & timebant interrogare eum.
33 Et venerunt Capharnaum. Qui cùm
[q] eſſent, r.4.B.3. domi [q]eſſet, interrogabat eos, Quid in
via tractabatis? 34 [g]At illi tacebant. ſi-
quidem in via inter ſe diſputauerãt quis

g *Sed ſi quid potes.*] Pater ille naturæ & conſuetudinis rationibus malũ deſiniebat, quod ex natura grauiſſimũ, vtpote ſpiritum immundum ex conſuetudine curatu difficillimum, nimirum ab infantia inſitum, exiſtimabat. Virtutem verò Chriſti magnam ille credebat, ſed naturalibus tantùm modis metiebatur ex humana ratione, nõ ex fide Dei, quæ rationem humanam omnem infinito ſuperat interuallo.

b *Si potes credere.*] Dei virtutem infinitam eſſe hac oratione Ieſus docet: efficientiam verò iuxta fidei modum apud eos qui indigent, ſpectari. Oſtẽdit etiam fidem in homine infinitam, vt ita dicamus, eſſe poſſe, quamuis cæteræ virtutes, præterum morales, infinitæ non ſint. Eſt magnum myſteriũ in hac oratione, quod aliquando illuſtribus exemplis, Deo dante, explicabimus: eſtque hoc intelligendum de fide viua.

c *Et cùm videret Ieſus concurrentem turbam*] quam docere volebat quantum poſſet viua fides impetrare à Deo.

d *Ego præcipio tibi.*] Tantam vim ſpiritus immundi ſola iuſſionis ſuæ virtute expellit Ieſus, & à poſſeſſione pueri perpetuò arcet, inuitam quãuis & detractantem, quod declarant illi geſtus & clamores.

e *In oratione & ieiunio.*] Dæmoniorum alia atque alia natura, aliam atque aliã rationem ſui expugnandi poſtulat à miniſtris eccleſiaſticis: ſed prima inſtructio eaque maximi momenti ex fide petitur, vt apud Matthæum Ieſus docet: deinde adhibendæ ſunt preces & ieiunia ſuſcipiẽda. Cognoſcitur autem natura ex effectibus nocendique modis. Ieſus autem cùm Dei virtute præditus eſſet, imò cùm ipſe Deus eſſet, ſolo imperio poterat eiicere hoc genus, & omnia alia.

f *Docebat autem diſcipulos ſuos*] Non ſolũ docebat eos, vt præmoneret quid paſſurus ipſe eſſet, ne imparati ſubito aut inopinato periculo turbarentur; ſed docebat hoc pertinere ad gloriam ſuam, hocque eſſe conſtitutum à Deo patre, vt idem filius hominis, qui [illegible] ex reuelatione declaratus erat filius Dei, innoteſceret etiam mundo, & filius Dei manifeſtaretur [illegible] ſubiret mortem, ſuperataque morte reſurgeret [illegible] cumque reſurgente faceret eos, qui ſecũ commortui & conſepulti [illegible] ſed hoc myſteriũ valde obſcurũ [illegible] erat.

g [illegible] Non [illegible] contentionem ſua [illegible] rerum nomine, [illegible] interroga[illegible] eum in vniuerſum, [illegible] maior eſt in regno cælorum [illegible] finitione intellectum, [illegible]

maior eſſet. exempli cauſa, ſi diceret, Antiquiſſimus ex iis qui me ſequuntur, vel coniunctiſſimus mihi ſanguine, vel qui plura reliquit vt me ſequeretur, vel qui aſſiduus magis mihi fuit. Ex huiuſmodi aliquã expoſitione putabát illi ſe poſſe ſtatuere comparationum inter ſe, ac diſtinctionum contentionumque finem. Non tamen audebant ſuam contentionem indicare, ne magiſtro modeſtiſſimo ambitioſos ſe proderent; quod tamen erant, dum ſic contendebant.

eorum maior eſſet. 35 Et reſidens voca- Matt.18.a.1. Luc.9.f.46.
uit duodecim, & ait illis, a Si quis vult pri-
mus eſſe, erit omnium nouiſſimus, &
omnium miniſter. 36 Et accipiens pue-
rum, ſtatuit eum in medio eorum. b quẽ
cùm complexus eſſet, ait illis, 37 Quiſ-
quis vnum ex huiuſmodi pueris recepe-
rit in nomine meo, me recipit. & qui-
cunque me ſuſceperit, c non me ſuſcipit,
ſed eum qui miſit me. 38 Reſpondit illi F
Iohannes, dicẽs, Magiſter, vidimus quẽ- Luc.9.f.49. Matt.9.f.38.
dam in nomine tuo eiicientem dæmonia
qui non ſequitur nos, & prohibuimus
eum. 39 Ieſus autem ait, d Nolite prohi-
bere eum. nemo eſt enim qui faciat vir- 1 Cor.12.a.3.
tutem in nomine meo, & poſſit citò ma-
lè loqui de me. 40 qui enim non eſt ad-
uerſum * vos, pro vobis eſt. 41 Quiſquis * nos, pro nobis
enim potum dederit vobis calicem aquę
* in nomine meo, quia Chriſti eſtis: amẽ
dico vobis, non perdet mercedẽ ſuam.
42 e Et quiſquis ſcandalizauerit vnum ex
his puſillis credẽtibus in me: bonum eſt
ei magis ſi circundaretur mola aſinaria
collo eius, & in mare mitteretur. 43 f Et G
ſi ſcãdalizauerit te manus tua, abſcinde
illam.

a *Si quis vult primus eſſe*] Lydius lapis omnibus Chriſtianis, & populis, & principibus, & magiſtratibus propoſitus.

b *Quem cum cõplexus eſſet.*] Hac actione teſtatus eſt Ieſus gratiſſimam Deo patri ſibique eſſe ſimplicitatem, modeſtiam, & innocentiam infantum naturæ perſimilem.

c *Non me ſuſcipit.*] Non eſt negatiua oratio, ſed correctio, quam Græci ἐπανόρθωσιν dicunt. cùm minus dixiſſe videmur quàm res habet, idque addimus quod deeſt ad integritatem rei. vt, Non dico tibi ſeptiés, ſed ſeptuagies ſepties. nam prior pars continetur in poſteriori.

d *Nolite prohibere eum.*] Vbi manifeſta eſt virtus Ieſu, non expectanda ſunt externa argumenta, quæ ad virtutem comparandam inſtituta ſunt. Ieſu virtus non tantùm in quoſdam præſentes, ſed in multos etiam abſentes & procul diſtantes, infundi poteſt ac ſolet. Non igitur ob quarundam conditionum vel circunſtantiarum defectũ inuideri debet virtus, virtutiſque exercitatio iis quibus à Deo conceſſa fuerit. Quod ſi quis obiiciat non facilè cognoſci poſſe virtutem ſolidam in omnibus, reſpondet Ieſus, eos in quibus virtus vera Chriſtiana ſpectata fuerit, non debere reiici vllo pacto: cæteros verò æquiſſima illa regula examinandos. & religioſa interpretatione excipiendos, videlicet, *Qui non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt.* Nemo enim præſumi debet malus, niſi cõtrarium doceatur, vti humanæ etiam leges definiunt. Quòd ſi hoc ita habet, & verè habet, vt qui non oppugnet veritatem, propugnare ſaltem ſtudio exiſtimandos ſit. nedum ſi non tantùm nõ oppugnauerit veritatem ac virtutem Chriſtianam, ſed certa aliqua vitæ actione, vel beneficij exhibitione promouerit. Eheu, quàm peruersè hodie homines aduerſus hanc Chriſti Ieſu ſententiam decernere ſolent!

e *Et quiſquis ſcandalizauerit vnum.*] Aduerſus eos dictũ, qui Chriſtianæ ſimplicitatis curſum propter contentiones ambitioneſque impediunt.

f *Et ſi ſcandalizauerit te manus tua.*] Ad eos conuertitur oratio, qui in Chriſtianæ ſimplicitatis via aliarum vel rerum vel perſonarum cauſa offenduntur. ij autem monentur, vt propter nullius vel chariſſimæ rei detrimentum vel iacturam, inſtitutum rectè ac ſimpliciter viuendi deſerant iter. imò ipſi vltro iis rebus renuntiant quas aliàs vtiles vel iucundas duxerint, & tamen intellexerint ſibi impedimento fore ad vitam obtinendam.

illam. bonum eſt tibi debilem introire
in vitam, quàm duas manus habentẽ ire
in gehennam, in ignem inextinguibilẽ,
44 vbi vermis eorum non moritur, &
ignis non extinguitur. 45 Et ſi pes tuus
te ſcandalizat, amputa illum: bonum eſt
Eſa.45.a.8. tibi claudũ introire in vitam æternam,
quàm duos pedes habentem, mitti in ge-
hennã ignis inextinguibilis, 46 vbi ver-
Eſa.66.g.42. mis eorum non moritur, & ignis nõ ex-
tinguitur. 47 Quòd ſi oculus tuus ſcan-
dalizat te, eiice eum. bonum eſt tibi luſ-
cum introire in regnum Dei, quàm duos
oculos habentem, mitti in gehennam
ignis, 48 vbi vermis eorum non mori-
Leu.2.c.13. Mat.5.b.13. tur, & ignis non extinguitur. 49 g Omnis
enim igne ſalietur: & omnis victima ſa-
Luc.14.g.34. le ſalietur. 50 Bonum eſt ſal. quòd ſi ſal
inſulſum fuerit, in quo illud condietis?
h Habete in vobis ſal, & pacem habete
inter vos.

## CAP. X.

Mat.19.a.1. A ET inde exurgens, venit in fines Iudçæ
vltra Iordanem: & conueniunt iterũ
turbæ ad eum: & a ſicut conſueuerat, ite-
rum docebat illos. 2 b Et accedẽtes Pha-
riſæi, interrogabant eum, c Si licet viro
vxorem dimittere? tentantes eum. 3 At
ille reſpondens, dixit eis, d Quid vobis
Deu.24.a.4. præcepit Moyſes? 4 Qui dixerũt, e Moy-
ſes permiſit libellum repudij ſcribere, &
dimittere. 5 Quibus reſpondens Ieſus,

 ait,

g *Omnis enim igne ſalietur.*] Nihil ſapit Deo quod ſallitum non ſit. Sũt quædam carnes, quæ dum igni torrentur, ſalis ſaporem naturâ inducunt, vt veruecinæ: aliis antè additur ſal, quàm torreantur aut coquantur. Omnis igitur qui dum ſcandalum declinat, ſeipſum oculo, manu, pedéve priuat, hoc eſt, propter cælorum regnũ chariſſimis aliàs rebus renunciat, quibus offendi ſe intelligit: is igne ſalitur. iſque Deo gratus erit. Appellatur autẽ hoc loco *ſal* ſymbolicῶs *prudentia*, ſiue ſapientiæ pars *prudentia*. hanc enim imprimis habere oportet eos, qui placere Deo ſtudent. Non dico prudentiam mundi, ſed prudentiam filiorum Dei, cum ſimplicitate coniunctam. huiuſmodi ſal bonum eſt: quòd ſi rationibus & rerum æſtimationibus perturbatis corrumpatur, omnia confuſionem conſequitur.

h *Habete in vobis ſal.*] Nulla ratione negligatis ſal, vel omnium humanarũ rerum detrimento propoſito & conſtituto vobis, ita vt vnuſquiſque cedat iis rebus, quæ ſal inſulſum reddere poſſunt. his cùm ceſſeritis & abſtinueritis, nulla erit inter vos contentio, ſed ſumma pax.

CAP. X.

a *Et ſicut conſueuerat.*] Conſueuerat docere & ſanare infirmitates, ita etiã hîc faciebat. Lege Matthæum.

b *Et accedentes Phariſæi.*] Scribarum ſententiæ de hac re diuiſæ erant. ideò Phariſæi acceſſerunt, qui perfectionẽ in more, cultuque vitæ profeſſi doctrinarum rationem Scribis relinquebant, nulli parti, vt videri poterat, addicti: exiſtimabant autem Ieſum in inuidiã earum partium, aduerſum quas ſententia ferretur, adducendum.

c *Si licet viro vxorem dimittere?*] Indefinitè interrogauère, & ſine exceptione. Idem valet hæc quæſtio, *Si licet viro vxorem dimittere?* atque illa apud Matthæum, Si licet viro vxorem dimittere quacunque ex cauſa?

d *Quid vobis præcepit Moyſes?*] Sapientiſſima interrogatio qua tentatio eluditur. Nam ſi ille diceret, Quid vobis permiſit Moyſes? videretur ex permiſſione velle ſtatuere de hac quæſtione, ſed ex permiſſione nihil ſtatui poteſt. Eſt enim tolerationis genus permiſſio. [illegible] legis [illegible] doctrinam appellat. [illegible] præcepti [illegible] expoſitionem [illegible] illi præceptum proferent nullum locum, calumniæ [illegible] eum, [illegible].

e *[illegible]*] Non reſponderunt [illegible] admodum, cum [illegible] vnam formam adſcribetent. Siquidem verbum *permiſit*,

non referendum eſt propriè ad ſcriptionem libelli repudij, ſed potius ad dimiſſionem. & ſic propriè dicendum erat, ſi vel ſapienter vel candidè reſponderetur, videlicet, Moſes permiſit dimittere. & præcepit libellum repudij ſcribere. Nam vt apud Matthæum explicuimus, Ad duritiam cordis illorum permiſſa fuit dimiſſio à Moſe Iſraelitis tantùm, idque vnica fornicationis cauſa. Ad eandem etiam duritiem vel emolliendam vel comprimendam, præcepit Moſes repudij libellum dari, qui damnoſus erat repudianti.

ait, Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vo-
bis præceptũ iſtud. 6 [a] Ab initio autem
creaturæ maſculum & fœminam fecit Gen.1.d.27. Mat.19.a.4.
eos Deus. 7 [b] Propter hoc, relinquet ho- Gen.2.d.21. 1 Cor.6.c.16.
mo patrem ſuum & matrem: & adhæ- Ephe.5.g.31.
rebit ad vxorem ſuam, 8 & erunt duo in
carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed
vna caro. 9 Quod ergo Deus coniũxit, 1 Cor.7.b.10.
homo non ſeparet. 10 Et in domo iterũ
diſcipuli eius de eodem interrogauerunt
eum. 11 Et ait illis, Quicunque dimiſe-
rit vxorem ſuam & aliam duxerit, adul-
terium committit ſuper eam. 12 Et ſi B
vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nu-
pſerit, mœchatur. 13 Et offerebant illi
paruulos, vt tangeret illos. Diſcipuli au-
tem cõminabantur offerentibus. 14 Quos
cùm videret Ieſus, indignè tulit, & ait il-
lis, Sinite paruulos venire ad me: & ne
prohibueritis eos. [c] talium enim eſt re-
gnum Dei. 15 Amen dico vobis: quiſ-
quis non receperit regnũ Dei velut par- Mat.19.b.13. Luc.18.c.17.
uulus, non intrabit in illud. 16 [d] Et com-
plexans eos, & imponens manus ſuper
illos, [e] benedicebat eos. 17 Et cùm egreſ-
ſus eſſet in "via", [f] procurrens quidam ge- "viam [illegible]
nu flexo ante eum, rogabat eum*, * dicens. [illegible]
[g] Magiſter bone, quid faciam vt vitam Mat.19.c.16. Luc.18.c.18.

a *Ab initio autem creaturæ.*] Cùm vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. & benedixit rebus omnibus à ſe factis, tunc, inquam, *maſculum & fœminam fecit eos Deus*. & qui ſemel ita coniuncti in carne vna fuerint, à Deo ita facti eſſe cenſeatur, & ſic permanere debent in illo vnionis ſtatu: quæ vnio non naturâ, ſed Dei inſtitutione & coniunctione conſtat. Ex quo ſequitur, eum qui huiuſmodi coniunctionem diſſoluit, in crimine eſſe grauiſſimo diſſolutionis factorum Dei, & non modò aduerſus naturam rerũ, ſed quod grauius eſt, aduerſus auctoré ipſum rerum ac naturæ committere.

b *Propter hoc relinquet homo.*] Eſt quædam coniunctio naturalis inter patré & matrem & filium, tanquam coniunctio ſiue vnio partis minoris ad totum. Et huius coniunctionis obſeruatio ſancta eſt ex natura ipſa, atque ex Dei commendatione. Sed viri & vxoris coniunctio dignior eſt, vt quæ conſtet ex duobus integris, & iiſdem in vnum coniunctis. Eſt autem ſecundùm naturam maior & dignior coniunctio dimidij ad dimidium, quàm partis minoris ad totum. Ergo illa cõiunctio admiranda omnino eſt & obſeruanda, qua vnum integrum vni integro, ea ratione qua dimidium dimidio cõiungitur, in vnum integrum etiam, eique dignitati accedit ſingularis ac myſterijs plena Dei inſtitutio, quæ communem naturæ modum ſuperat. Cùm ergo Deus qui cultum & obſeruationem erga parentes vehemẽter commendauit, præcipiat relinqui patrem & matrem, & adhærere vxori, conſequitur maximum nefas eſſe, initam ſemel huiuſmodi coniunctionem diſſoluere.

c *Talium eſt enim regnum Dei.*] ipſorum paruulorum, & eorum qui paruulos ſimplicitate Chriſtiana imitantur volentes.

d *Et complexans eos.*] vt affirmaret actione ipſa ſimplicitatem illam ſibi patrique gratiſſimam.

e *Benedicebat eos.*] Sic benedicentur & ij qui ſeſe propter regnum Dei paruis ſimiles præſtiterint.

f *Procurrens quidam.*] qui cupiebat doceri qua ratione pueris ſe perſimilem redderet.

g *Magiſter bone.*] Non habet hæc cõfeſſio ſignificatam diuinitatem in Ieſu, ſed humanitatem tantùm, & doctrinam ſummam: quòd ſi tantummodo hominem eum eſſe exiſtimabat, & non Deum, non debebat appellare *bonum*, ea ratione qua perfectum abſolutumque bonum dicitur, in quo nihil excipi poſſit. hoc enim modo nemo bonus, niſi vnus Deus; ad cuius bonitatis participationem contendere omni ſtudio oportet eos, qui verè boni eſſe cupiunt.

C æternam percipiam? 18 Ieſus autẽ dixit
ei, Quid me dicis bonum? Nemo bo-
Exod.20.c.13 nus, niſi vnus, Deus. 19 [a] Præcepta no-
ſti, Ne adulreres, Ne occidas, Ne fure-
ris, Ne falſum teſtimonium dixeris, Ne
fraudem feceris, Honora patrem tuum
& matrem. 20 At ille reſpondẽs, ait illi,
Magiſter, hæc omnia obſeruaui à iuuẽ-
tute mea. 21 Ieſus autem intuitus eum,
dilexit eum, & dixit ei, [b] Vnum tibi de-
eſt: vade, quæcunque habes vende, & da
pauperibus, & habebis theſaurũ in cęlo:
& veni, ſequere me. 22 [c] Qui contriſta-
tus in verbo, abiit mœrens. erat enim
habens multas poſſeſſiones. 23 [d] Et cir-
cunſpiciens Ieſus, ait diſcipulis ſuis,
Quàm difficile qui pecunias habent, in
regnum Dei introibunt! 24 Diſcipuli
autem [e] obſtupeſcebant in verbis eius. At
D Ieſus rurſus reſpondens, ait illis, Filioli,
quàm difficile eſt [f] confidentes in pecu-
niis, in regnum Dei introire! 25 Facilius
eſt camelum per foramen acus tranſire,
quàm diuitem intrare in regnum Dei.
26 Qui magis admirabantur, dicentes ad
ſemetipſos, Et quis poteſt ſaluus fieri?
27 Et intuens illos Ieſus, ait, [g] Apud ho-
mines impoſſibile eſt: ſed nõ apud Deũ.



a *Præcepta noſti.*] Vera & certa ratio atque vnica puerilem ſimplicitatem imitandi. namque omnia hæc pueri antequam peccatum in membris eorũ regnet, ſimplicitate ſua obſeruant.

b *Vnum tibi deeſt.*] Ad exactam puerilem ſimplicitatem obtinendam, quæ proxima eſt regno Dei ſubeundo, vt omni non ſolùm ambitione, ſed cupiditate liber Deo te permittas totum; tuarumque diuitiarum rationem omnem in cælo ſtatuas, & me ſequaris, qui dux & auctor tibi poſſim eſſe ad perueniendum in vitam ęternam. Hac oratione ſignificabat Ieſus fidem erga ſe habendam tanquam verum ducem ad vitam regnumque Dei.

c *Qui contriſtatus in verbo.*] in ſermone illo de venditione omnium rerum ad aſſem, & erogatione in pauperes. Difficilis admodum hominibus multis eſt, aliàs modeſtis & officioſis, illa permiſſio ſui ipſorum, & reiectio in diuinam prouidentiam, relicta cogitatione rerum humanarum.

d *Et circunſpiciens Ieſus.*] Hac actione & geſtu circunſpiciendi, ſignificauit rem illam dignam obſeruatione eſſe omnibus, tam pauperibus, quàm diuitibus: admonuitque diſcipulos ſuos recti conſilij & propoſiti ab ipſis ſuſcepti, paupertatem potius eligentibus. Significauit etiam animaduerti oportere vel illo iuuenis aliàs boni tamen diuitis exemplo, quãto tutior ſit pauperiorum conditio, quàm diuitum; quantoque expeditior ad regnum Dei petendum.

e *Obſtupeſcebant in verbis eius.*] Cùm intelligerent fore vt permulti difficultate illa laborarent, quandoquidem maxima pars hominum, etiam eorum qui honeſtè viuere cupiunt, diuitias paupertati anteponit.

f *Confidentes in pecuniis.*] Non omnes qui pecunias poſſident, diuites ſpiritu ſunt: namque nonnulli, quanquã rari, ita poſſident pecunias, ac ſi non poſſiderent: hoc eſt, non defixo animo in illis ſunt, nihil magis curantes, quàm vt rem faciant, vel factam tueantur, exiſtimantes in illis collocatam eſſe omnium expetibilium rerum commoditatem & opportunitatem, illaq; ſublata, ineptum eſſe hominem ad res omnes, ad honores, ad diſciplinas, atque adeò ad virtutem capeſſendam. Qui ſic de pecuniis exiſtimat, difficile eſt eum in regnum Dei introire, ita vt facilius ſit camelum animal per foramen acus ſartoriæ tranſire. Hæc comparatio vulgariter vſurpabatur à Iudæis, ad res difficillimas ac pænè impoſſibiles ſignificandum.

g *Apud homines impoſſibile eſt.*] Hoc eſt, ſi humanæ tantùm vel ſcientiæ vel facultatis rationibus agatur. Nam ſi relictis humanis rationibus, diuinum conſiliũ petatur, & auxilium poſtuletur, cognoſcetur profectò quæ ſit diuitiarum natura, quæ facultas, quæ commoditas, quis vſus: atque ita relicta ſpe & confidentia, quæ in diuitiis ponitur, animus ad Deum conuertetur, beatitudinis veræ parentem, auctoremque certiſſimum.

[a] omnia enim poſſibilia ſunt apud Deũ.
28 Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos *Mat.19.d.27 Luc.18.c.28*
dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te.
29 Reſpondens Ieſus, ait, Amen dico vo-
bis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut
fratres, aut ſorores, aut patrem, aut ma-
trem, aut filios, aut agros [b] propter me
& propter Euangelium: 30 [c] qui non [*]ac- ** accipiat M.S.G.*
cipiet centies tantum, nunc, in tempore
hoc; domos, & fratres, & ſorores, & ma-
tres, & filios, & agros, [d] cum perſecutio-
nibus: & in ſeculo futuro, [e] vitam æter-
nam. 31 [f] Multi autem erunt primi, no- *Mat.19.d.30 Luc.13.f.30*
uiſſimi: & nouiſſimi, primi. 32 Erant
autem in via aſcendentes Ieroſolymam: E
[g] & præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant:
& ſequentes timebant. Et aſſumens ite- *Mat.20.c.17 Luc.18.f.31*
rum duodecim, cœpit illis dicere quæ
eſſent ei euentura. 33 Quia ecce aſcen-
dimus Ieroſolymam, & filius hominis
tradetur principibus ſacerdotũ, & Scri-
bis & ſenioribus, & damnabunt eum
morte, & tradent eum gentibus, 34 &
illudent ei, & conſpuent eum, & flagel-
labunt eum, & interficient eum, & ter-
tia die reſurget. 35 Et accedunt ad eum *Mat.20.c.20*
Iacôbus & Iohannes filij Zebedæi, di-
centes, Magiſter, volumus vt quodcun-
que petierimus facias nobis. 36 At ille
dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis?
37 Et

a *Omnia enim poſſibilia ſunt apud Deum.*] & camelum per foramen acus tráſire, & diuitis in pecuniis confidentis mé-tem mutare.

b *Propter me & propter Euangelium.*] vt me ſequatur tanquam Apoſtolus aut diſcipulus, vel bonum nuntium ſalutis & regni cæleſtis, vel à me, vel ab aliquo ex miniſtris meis expoſitum, ſuſcipiat & amplectatur in ſuam ſalutem & vitam.

c *Qui non accipiat centies tantum.*] Non amittit res ſuas, qui propter Chriſtum relinquit; ſed potius apud Deum deponit: earumque cura liberatus, vſum pleniſſimum & certiſſimum ex diuina prouidentia toties experitur, quoties neceſſitas tempúsve poſtulat.

d *Cum perſecutionibus.*] Diuitiæ & opes non tam ad ſecunda & tranquilla tépora, quàm ad aduerſa & turbata, vel vitanda vel ſuperanda, experi paratiq; ſolent. His enim rebus pericula vel vitari, vel redimi poſſe putantur, atq; ſecundis quidem temporibus curam magis & laborem ac moleſtiã addunt, quàm minuunt. Qui verò res humanas propter Euangelium relinquit, earum curam tranquillis temporibus nullam habet: turbatis verò vſum cumulatiſſimum percipit centies tantũ.

e *Vitam æternam.*] quam Euangelium promittit.

f *Multi autem erunt.*] Hoc addebat Ieſus, vt magis animaret noui Teſtaméti homines, ad credendum & obediendum Euangelio, vtpote quos tantum premium maneret, atque multis corũ, videlicet qui ſtudioſè magis perſeueranterque id agerent, reddendum nũc in tempore hoc: id quod non ita cõtigit veteris Teſtamenti hominibus, qui primi venerunt vocati: Gentiles etiam multi priùs acceperunt, quàm multi ex Iudæis.

g *Et præcedebat illos Ieſus.*] Habitu, geſtu & greſſu, quibus magnum itineris illius conficiendi ſtudium cognoſci poterat. Ideò autem ſtupebant, quòd intelligerent illum maximum aliquod iam agere velle negotium & grauiſſimum, quod tamen non ſatis intelligebant. Audierant illum dicentem de traditione ſui, de morte & reſurrectione. Petrus & Iohannes & Iacobus audierant Moſen & Eliam, colloquẽtes cum illo de exceſſu quem completurus erat in Ieruſalem. Hæc omnia & alia, ſtuporem & timorem illis afferebant Ideò ne vlterius turbarentur, propter infirmitatem qua tunc, vt homines, laborabant, iterum docentur quæ eſſent ei ventura. Et tamen illi non intelligebant mortis & reſurrectionis illius myſterium, in quo continebatur humana ſalus, per filium hominis patienda. Tamen exiſtimarunt quidam ex illis illa arcana oratione ſignificatum eſſe negotium regni per Chriſtum obeundi.

37 Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad de-
xteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam
ſedeamus [a] in gloria tua. 38 Ieſus autem
F ait eis, [b] Neſcitis quid petatis. poteſtis bi-
(* baptiſmũ MS.G.) bere calicem quẽ ego bibo: aut * baptiſ-
mo' quo ego baptizor, baptizari? 39 At
illi dixerunt ei, Poſſumus. Ieſus autem
ait eis, [c] Calicem quidem quem ego bibo
(* baptiſmo MS.R.B.) bibetis, & * baptiſma' quo ego baptizor
baptizabimini: 40 ſedere autem ad de-
xteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt
(* 6 MS.G.S.) meum dare * vobis', [d] ſed quibus paratum
(Mat.20.c.24) eſt. 41 Et audientes decẽ, cœperunt [e] in-
dignari de Iacobo & Iohanne. 42 Ieſus
(Luc.22.c.25) autem vocans eos, ait illis, [f] Scitis quia
hi qui videntur principari gentibus, do-
minantur eis: & principes eorum pote-
ſtatem habent ipſorum. 43 Non ita eſt
autem in vobis: ſed quicunque voluerit
(* in vobis.G.S.) fieri maior*, erit veſter miniſter: 44 &
quicunque voluerit in vobis primus eſſe,
erit omnium ſeruus. 45 Nam & filius
hominis non venit vt miniſtraretur ei,
ſed vt miniſtraret, & daret animã ſuam
(Mat.20.d.29 Luc.18 f.35) redemptionẽ pro multis. 46 Et veniunt
G Iericho: & proficiſcente eo de Iericho, &
diſcipulis eius, & [g] plurima multitudine,
[h] filius Timæi Bartimæus cæcus, ſedebat
iuxta viam mendicans. 47 Qui cùm au-
diſſet quia Ieſus Nazarenus eſt: cœpit
(* MS. G.S.) clamare, & dicere, * Ieſu' fili Dauid, miſe-
rere mei. 48 Et comminabãtur ei multi,

vt

a *In gloria tua.*] Dignitate & maieſtate regni, quam temporalem illi fore exiſtimabant.

b *Neſcitis quid petatis.*] Neſcitis quid à me petendum ſit, quid ego præſtare meis velim, præſtiturusque ſim, nimirum regni mei conſortium; ſed cuiuſmodi regnum illud ſit, neſcitis: conſortium regni mei continget iis, qui eundem mecum calicem myſterio magno bibent, mecumq; cõmunicabunt, & communicantes configurabuntur morti meæ, baptizati eodem baptiſmate, eo modo qui à vobis nũc cognoſci non poteſt atque hoc erit mecum poſteà regnare, ac regni mei participes eſſe. Poteſtisne vos hoc ſperare, optare & credere? vultis hoc? parati eſtis mecum ſubire?

c *Calicem quidem quem ego bibo.*] Præſens pro futuro, ad rei certitudinem ſignificandam, promittit id quod ipſe communicaturus ſit iis qui ſe ſequẽtur, & quod omnibus optare expediat.

d *Sed quibus paratũ eſt.*] à patre meo, vt Matthæus exponit. Neque ea quæ pertinẽt ad electiones miniſteriorum, vt non neceſſaria omnibus: ita neque communia omnibus ſunt, ſed iis tantùm tribuuntur, qui ex diuino conſilio ad eam rem comparantur.

e *Indignari de Iacobo & Iohanne.*] quòd cæteris præferri præeſſéque ſtuderent.

f *Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis.*] Ideo indignamini, quòd exiſtimetis magiſtratũ in populo meo ambitione, potentia, atque imperio in cæteros vſu ...., vt apud gentes fit. Sed ſi rationem meam intellexeritis, facile cedetis aliis magiſtratú, qui neglectione ſuorum commodorũ, & alienorum cura & ſtudio à me eſt definiendus.

g *Et plurima multitudine.*] qui omnes teſtes fuerunt miraculi mox narr....

h *Filius Timæi.*] notiſſimus paterni nominis appellatione; nam *Bartimæus* idem eſt quod *filius Timæi*. & notiſſimus etiam non ſolum Iericho ciuibus, ſed cunctis illam viam, ad quam mendicabat, frequentantibus.

vt taceret. At ille multò magis clamabat,
Fili Dauid, miſerere mei. 49 Et ſtans Ie-
ſus præcepit illum vocari. Et vocant cæ-
cum dicentes ei, Animęquior eſto, ſurge,
vocat te. 50 Qui [i] proiecto veſtimento
ſuo exiliés, venit ad eum. 51 Et reſpon-
dens Ieſus, dixit illi, Quid tibi vis faciā?
Cęcus autem dixit ei, [k] Rabbóni vt videā.
52 Ieſus autem ait illi, Vade, fides tua te
ſaluum fecit. Et confeſtim vidit, [l] & ſe-
quebatur eum in via.

i *Proiecto veſtimento ſuo.*] Signum fidei, & magnæ conceptæ ſpei.

k *Rabboni vt videam.*] Nihil hæſitauit in fide, quamuis magnam rem, & natura impoſſibilem, peteret.

l *Et ſequebatur eum in via.*] Euidens ſignum recepti viſus.

## CAP. XI.

ET cùm appropinquarent Ieroſolymę *Mat.21.a.1. Luc.19.c.19.*
& Bethaniæ ad montem Oliuarum, A
mittit duos ex diſcipulis ſuis, 2 & ait il-
lis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt.
[a] & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis
pullum ligatum, [b] ſuper quem nemo ad-
huc hominum ſedit: ſoluite illum & ad-
ducite. 3 Et ſi quis vobis dixerit, Quid
facitis? dicite quia Domino neceſſarius
eſt: & continuò illum dimittet huc.
4 Et abeũtes inuenerunt pullum ligatum
ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt
eum. 5 Et quidam de illic ſtantibus [*] di- * dicebat M s q.
cebant illis, Quid facitis ſoluentes pul-
lum? 6 Qui dixerunt eis ſicut præcepe-
rat illis Ieſus: & dimiſerunt eis. 7 Et du- *Io.12.b.14.*
xerunt pullum ad Ieſum: & impoſuũt illi
veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.
8 [c] Multi autē veſtimenta ſua ſtrauerunt
in via: alij autem frondes cædebant de
arboribus,

a *Et ſtatim introeuntes.*] Abſentes res Ieſu Chriſto præſentes ſunt & conſpectæ, nec non & futuri rerum exitus præuiſi, qui paulo inferius dicit, *Et continuò illum dimittet huc.* introeuntes in caſtellum in ipſo introitu caſtelli ad primas domus.

b *Super quem nemo hominū adhuc ſedit.*] Indomitum pullum ſignificat, eadem ſignificatione qua Iſaias dixit, Filium aſinæ. Fuit autem miraculi genus, à pullo indomito ſeſſorem fuiſſe prima vice vectum, ſine recalcitratione: & tamen magna inſania laboraſſe populum Iudaicum, qui noluerit regem ſuum ſuſcipere. Senſiſſe videtur pullus virtutem Ieſu, ſuo modo agnoſcendi, melius quā populus agnouerit.

c *Multi veſtimenta ſua.*] Ceremonia erat eorum, qui regem aliquē ſuſciperent. Ramorum ſtramen, publicam lætitiam, & feſtum diem ſignificabat, more antiquo. nam per dies expiationum & tabernaculorum feſto, ſinguli ramos myrthi, ſalicis, palmæque cum citro geſtabant, ſalutis auctorē Deum huiuſmodi voce HOSIAGNA appellantes: vt eſt in lib. Miſnaioth & Aruch.

arboribus, & ſternebant in via. 9 Et qui
B præibant & qui ſequebantur clamabãt,
Mat.21.a.9. dicentes, [a] Hoſanna, Benedictus qui ve-
Luc.19.f.38. Pſa.117.d.24 nit in nomine Domini. 10 benedictum
Mat.21.a.10 Luc.19.g.45 quod venit regnum patris noſtri Dauid,
Hoſanna in excelſis. 11 Et introiuit Ie-
roſolymam in templum: [b] & circunſpe-
ctis omnibus, cùm iam veſpera eſſet ho-
ra, [c] exiit in Bethaniam cum duodecim.
12 [d] Et alia die cùm exirent à Bethania,
Mat.21.b.19 eſuriit. 13 Cumque vidiſſet à longè fi-
cum habentem folia, vênit ſiquid fortè
inueniret in ea. Et cùm veniſſet ad eam,
nihil inuênit præter folia. [e] nõ enim erat
tempus ficorum. 14 Et reſpondens di-
xit ei, Iam non amplius in æternum ex
te fructum quiſquam manducet. Et au-
diebant diſcipuli eius. 15 Et veniunt Ie-
C roſolymam. [f] Et cùm introiſſet in tem-
plum, cœpit eiicere vendentes & emen-
tes in templo, & menſas numulariorum,
& cathedras vendentium columbas e-
uertit. 16 & non ſinebat vt quiſquam
transferret vas per templum: 17 & doce-
Iſa.56.b.7. bat, dicens eis, Nónne ſcriptũ eſt, Quia
domus mea, domus orationis vocabitur
Iere.7.b.11. omnibus gentibus? Vos autem feciſtis
eam ſpeluncã latronum. 18 Quo audito,
V principes

a *Hoſanna* [Hebrew]] Gratulantiũ Deo vox, & diuinam virtutem agnoſcentium, eamque in ſe certam perpetuãq; poſtulantium. Significat autem vox Latinè ex verbo reddita, *Saluifica*: hoc eſt, effice iam illam ſalutem, quam expectamus à te promiſſam. idque effice proſpera promotione eius qui venit in nomine tuo. Proſperum item fauſtum fœlixque ſit regnum Dauid patris noſtri, nobis iam breui inſtaurãdum; idque benedictum, id eſt, maximè auctum & cumulatum, vtpote non terrenum & temporale, vt illud prius, ſed ſpirituale & cæleſte, immiſſa cælitus ſalute & liberatione. Hoc eſt quod ſubiungitur, *Hoſanna in excelſis.* Hæc communis omnium oratio prophetica quædam acclamatio fuit, ex conſilio inſtinctuque Dei in illis hominibus nata, qui viderant virtutes Chriſti, vt hoc pacto cognoſceretur Ieſus rex publicè ſalutatus, vt fuerat promiſſus. Hac pompa conſpicuus Ieſus Ieroſolymam in templũ introiuit.

b *Et circunſpectis omnibus.*] Eiectis vendentibus & ementibus, atque ſacrorũ ſanctitate aſſerta ab ipſo tanquam rege regiaque auctoritate perfuncto: curatis etiam multis, qui variis languoribus laborabant.

c *Exiit in Bethaniã cum duodecim.*] Non enim, quanquam rex declaratus eſſet, aut vrbem occupare, aut populum ad opes copiasve comparandas congregare, aut aliàs ciuibus onerosus eſſe voluit; vt qui non terrena ſibi, ſed cæleſtia populo ſuo quæreret. Ideò cum duodecim tantùm exiit, iiſque laboris ſui adminiſtris, & pauperibus, nec quemquam reliquit in vrbe, qui ad ciuium aliquorum animos mouendos, aut aliquid ambitioſè agendum, relictus eſſe videri poſſet.

d *Et alia die cum exiret à Bethania, eſuriit.*] Hoc argumento intelligimus illum illam noctem incœnatum, imò ieiunũ omnino peregiſſe precibus fundendis, & regni cæleſtis rebus Patri commendandis intentum penitus: eius enim actionis cauſa locum illum à tumultu & ſtrepitu ſemotum repererat.

Cùm Ieſus eſurit corpore, eſurit magis ſpiritu humanam ſalutẽ. Ita cum ſitit apud Sichem, Iohan. c. 6.

e *Non enim erat tempus ficorum.*] Hac parentheſi apertè ſignificauit Euangeliſta, ſententiam à Ieſu non tam ipſius ficus, quàm ſignificationis cauſa fuiſſe latam. Nam naturali illi ficui non erat opportunum tempus ferendi fructum maturum. ſed populo Iudæorum, quem ficus ſignificabat, iam diu expectato, & variis modis & curationibus culto opportunum vel illud iam tempus erat fructus faciendi. Itaque ſignificationis cauſa in populi ipſius admonitionem, & certiſſimum diuini iudicij teſtimonium, illa ſententia in ficum arborem fuit pronuntiata: & magno futuræ in populum Iudaicum maledictionis prodigio ſtatim executione ſubſequente confirmata.

f *Et cùm introiſſet in templum.*] Redit Euangeliſta ad expoſitionem eorum, quæ pridie acta fuerãt, de quibus breuiter ſcripſerat, dicens, *Et circunſpectis omnibus*: ea nunc narrat, vt connectat cum narratione eorum quæ ſubiunguntur.

[a] principes ſacerdotum & Scribæ quære-
bant quomodo eum perderent. timebāt
enim eum: quoniam vniuerſa turba ad-
mirabatur ſuper doctrina eius. 19 [b] Et cū
veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciui-
tate. 20 Et cùm manè tranſirent, [c] vide- *Mat. 21. b. 19.*
runt ficum aridam factam à radicibus.
21 Et recordatus Petrus, dixit ei, Rab-
bi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit.
22 Et reſpondēs Ieſus ait illis, [d] Habete fi-
dem Dei. 23 amen dico vobis, quia qui-
cunque dixerit huic monti, Tollere &
mittere in mare, & non hæſitauerit in
corde ſuo, ſed crediderit quia quodcun-
que dixerit, fiat: fiet ei. 24 [e] Propterea di- *Mat. 7. a. 8.*
co vobis, omnia quæcunque orantes pe- *& 21. c. 21.* *Luc. 11. b. 9.*
titis, credite quia accipietis, & euenient *Mat. 6. b. 14.*
vobis. 25 [f] Et cùm ſtabitis ad orandum, *& 18. d. 35.*
dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē:
vt & pater veſter qui in cælis eſt, dimit-
tat vobis peccata veſtra. 26 Quòd ſi vos D
non dimiſeritis, nec pater veſter qui in
cælis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.
27 [g] Et veniunt rurſus Ieroſolymam. [h] Et *Mat. 21. c. 23.* *Luc. 20. a. 1.*
cùm ambularet in templo, accedunt ad
eum [i] ſummi ſacerdotes, & Scribæ & ſe-
niores, 28 & dicunt ei, [k] In qua poteſtate
hæc facis? & quis dedit tibi hanc pote-
ſtatem vt iſta facias? 29 Ieſus autem re-
ſpondens

a *Principes ſacerdotum & Scribæ.*] Vtrorumque enim res agebatur in diſcrimen, imminutionisque periculum ſubibat; Sacerdotum, qui ex illa negotiatione in templis non exiguum commodum capiebant pecuniæ & temporalium rerum, Scribarum, qui quod eiuſmodi pietatis cultum præter cætera prædicarent & docerent, in magna doctrinæ æſtimatione apud ſacerdotes erant, & apud populum doctiſſimi & pientiſſimi haberi ſolebant. Hæc autem alterius partis commoditas, alterius etiam gloria per Ieſu doctrinæ præſtantiam ſuperata, iam inclinabatur.

b *Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.*] iiſdē cōſiliis & cauſis, propter quas pridie & aliàs egreſſus erat.

c *Viderunt ficum aridam factam a radic.*] quod nec æſtu, nec frigore, nec ictu effici tam breui tempore potuit, ſed diuina tantùm ſententia.

d *Habete fidem Dei.*] fidem illam, quæ à Deo in membris viuis corporis Chriſti myſtici efficitur. hæc adeò efficax eſt, vt quicunque ea inſtructus, *dixerit huic monti*, &c.

e *Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis.*] Hac monitione docet Ieſus oportere credentes à Deo impetrare contentis precibus atque ſtudiis, fidem illam præſtantiſſimam Dei fidem dictam.

f *Et cum ſtabitis ad orandum.*] Eos alloquitur qui fidem Dei nondum habēt, ad eam tamen ſtudio omni pietatis ac precationum contendunt obtinēdam à Deo. nam qui fidem Dei habēt, cùm charitatem perfectā Dei in ſe habeant, nihil malæ mentis nihil odij aduerſus aliquem conſeruant; quin omnibus dimittunt, condonant, bene volunt, rectè precantur, etiam infeſtiſſimis erga ſe. Huius rei exemplum Stephanus apertiſſimum exhibuit.

g *Et veniunt rurſus Ieroſolymam.*] Igitur veniunt rurſus Ieroſolymam: redit auctor ad narrationis ſeriem, quam interceperat ex illo loco, *Et cum introiſſet in templum* &c. Itaque hoc, *Veniunt rurſus Ieroſolymam*, idem nobis interpretibus eſt cum illo ſuperiori, *Et veniunt Ieroſolymam*.

h *Et cum ambularet in templo.*] docens & euangelizans: cùm tamen non dediſſet nomē in aliquā ex familiis diſciplinæ Scribarum, quibus tantùm videbatur tunc licere doctores populo ſeſe exhibere.

i *Summi ſacerdotes & Scribæ & ſeniores.*] Totum concilium ſimul, quorum coniuncta malitia & calliditas, Ieſu ſimpliciſſima ſapientia fuit ſuperata.

k *In qua poteſtate hæc facis?*] Qua authoritate præditus es, vt hoc munere docendi fungaris? quo nomine aut titulo miniſterij vteris? & ſi vteris, vnde habes? quo auctore obtines iſtud munus? Duo itaque interrogant.

ſpondés ait illis, [l] Interrogabo vos & ego
vnum verbum, & reſpondete mihi: &
dicam vobis in qua poteſtate hæc faciã.
30 [m] Baptiſmus Iohannis, de cælo erat, an
ex hominibus? Reſpondete mihi. 31 At
illi cogitabant ſecum, dicentes, [n] Si dixe-
rimus, De cælo, dicet, Quare ergo non
credidiſtis ei? 32 [o] Si dixerimus, Ex ho-
minibus, [a] timebant populum. [p] omnes
enim habebant Iohãnem quia verè pro
pheta eſſet. 33 Et reſpondentes dicunt
Ieſu, Neſcimus. Et reſpondens Ieſus ait
illis, Neque ego dico vobis in qua pote-
ſtate hæc faciam.

a timemus
ꝛ. ſq. 2.

## CAP. XII.

Mat. 21. d. 33
Luc. 20. b. 9
Iſai. 5. a. 1.
Iere. 2. d. 21.

ET [a] cœpit illis in parabolis loqui, [b] Vi-
neam paſtinauit homo, & circunde-
A dit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit
turrim, & locauit eam agricolis: & pere-
grè profectus eſt. 2 Et miſit ad agrico-
las in tempore ſeruum, [c] vt ab agricolis
acciperet de fructu vineæ. 3 Qui appre-
henſum eum ceciderunt: & dimiſerunt
vacuum. 4 Et iterum miſit ad illos aliũ
ſeruum: & illum in capite vulnerauerũt,
& contumeliis affecerunt. 5 Et rurſum
alium miſit, & illum occiderunt: & plu-
res alios, quoſdam cædentes, alios verò
occidentes. 6 Adhuc ergo vnum habens
filium chariſſimum: & illum miſit ad eos
nouiſſimum, dicens, Quia reuerebuntur
filium meum. 7 Coloni autem dixerunt



l *Interrogabo vos & ego vnum verbum.*] A vobis duo interrogatus, reſpondebo libenter, ſi vnum prius tantùm audiam.

m *Baptiſmus Iohannis.*] Duo etiam fuerunt in Iohanne, munus, & auctoritas: munus fuit Baptiſtæ, cum prædicatione pœnitentiæ, & initij Euangelij. hoc ipſe de ſe profeſſus eſt, Ego, inquit, baptizo. Habuit igitur baptiſtæ nomen & miniſterium: hoc non oportet interrogare; nam palam omnibus eſt illum ſic fuiſſe vocatum, etiam inimicis illius. Ille igitur baptizabat & prædicabat, hoc negari non poteſt: ſed illud munus, vnde fuerit ipſi creditum, à vobis indicari cupio. tunc dicam vobis qua auctoritate ego fungar hoc officio, non baptiſtæ, & concionatoris, vt ille; ſed concionatoris, id eſt, prædicatoris Euangelij.

n *Si dixerimus, De cælo.*] hoc eſt, Deo auctore & confirmatore illum fuiſſe Baptiſtam.

o *Si dixerimus, Ex hominibus.*] hoc eſt, à Concilio, vel à Sacerdotum collegio, vel à Scribarum ſcholis fuiſſe ad id munus legatum & inſtructum.

p *Omnes enim habebant Iohannem quia verè propheta eſſet.*] Et verus propheta non petit auctoritatem ſibi ab hominibus, ſed fidem legationibus ſuis adhiberi.

CAP. XII.

a *Et cœpit illis in parabolis loqui.*] vt imprudentes caperentur ſuo ipſorum iudicio, ex quibus vna eademque grauiſſima à Marco narratur hoc in loco.

b *Vineam paſtinauit.*] Lege elucidationes in Matthæum, cap. 21.

c *Vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.*] Cultum, honorem, tributumque ſpirituale ſibi debitum, quandoquidem illi hoc pacto admiſſi fuerant ad vineam, vt præeſſent, inſtarentque operæ & culturæ vineæ, à qua Dominus fructum ſibi iure debitum exigeret opportunè.

ad inuicem, Hic eſt hæres: venite, occi-
damus eum: [a] & noſtra erit hæreditas.
8 Et apprehēdentes eum, [b] occiderunt: &
eiecerunt extra vineam. 9 Quid ergo fa-
ciet dominus vineæ? [c] Veniet, & perdet
colonos: & dabit vineam aliis. 10 Nec
ſcripturam hanc legiſtis, Lapidem quem *Pſa. 117. d. 22. Iſa. 28. a. 16.*
reprobauerunt ædificantes, hic factus *Act. 4. b. 11. Rom. 9. g. 33.*
eſt in caput anguli, 11 A Domino fa- *1 Pet. 2. a. 6. Mat. 21. d. 42.*
ctum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis
noſtris? 12 Et quærebant eum tenere:
& timuerunt turbam. cognouerūt enim
quoniam ad eos parabolam hāc dixerit.
Et relicto eo abierunt. 13 [d] Et mittunt ad *Mat. 22. b. 15. Luc. 20. c. 20.*
eum quoſdam ex Phariſæis & Herodia-
nis: vt eum caperent in verbo. 14 Qui
venientes dicūt ei, Magiſter, ſcimus quia B
verax es, & non curas quenquam: [e] nec
enim vides in faciem hominum, [f] ſed in
veritate viam Dei doces. [g] licet dari tri-
butum Cæſari: an non dabimus? 15 Qui
ſciens verſutiam illorum, ait illis, Quid
me tentatis? afferte mihi denarium vt vi-
deam. 16 At illi attulerunt ei. Et ait illis,
[h] Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Di-
cunt ei, Cæſaris. 17 Reſpondens autem
Ieſus, dixit illis, [i] Reddite igitur quæ ſunt *Rom. 13. b. 7.*
Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo.
Et mirabantur ſuper eo. 18 Et venerunt *Mat. 22. c. 23. Luc. 20. e. 27.*
ad eum [k] Sadducæi, qui dicunt reſurre-
ctionē non eſſe: & interrogabāt eum di-
cētes, Magiſter, 19 Moyſes nobis ſcripſit,
vt ſi

a *Et noſtra erit hæreditas.*] Occiſo hærede, negligetur à domino: curabitur à nobis tantùm ad noſtrum vſum.

b *Occiderunt & eiecerunt.*] ὕςερον πρότερον, prius eiecerunt, tradentes gentibus; & eiectum occidi curauerunt magno atque contento ſtudio, quoad re ipſa occiderunt.

c *Veniet, &c.*] Sententia eſt in agricolas lata, ex ipſorum reſponſione, quibus parabola proponebatur. Ij enim indigniſſimum facinus arbitrati ſunt, quod illo exemplo contineretur, cùm longè grauius ab ipſis admitteretur ſcelus, collatis exempli & rei ipſius ſignificatæ partibus & circunſtantiis.

d *Et mittunt ad eum.*] vt eum turbæ ac populo inuiſum redderent. nam vulgus rerum temporalium cauſa facilè mouetur. tum etiā vt Herodi Herodianiſque teſtibus apud Phariſæos, atque adeò ipſum Cæſarē deferre eum poſſent, vt legum publicarum violatorem, imperijque hoſtem.

e *Nec enim vides in faciem hominum.*] Nullius gratia aut odio duceris, aut metu moueris.

f *Sed in veritate viā Dei doces.*] Doctrinam quæ ad Dei cultum rectè inſtituta ſit, liberè & apertè doces.

g *Licet dari tributū Cæſari, an non.*] Salua, inquit, libertatis noſtræ dignitate atque integritate religionis, qua prohibemur communicare cum gentibus & profanis, licebit exoluere Cæſari tributum, idque eo modo quo cæteræ gentes conſueuerunt, cuſis numiſmatis cum imagine? an non licet hoc facere. Neque tantummodo de iure te rogamus, ſed cōſulimus etiam, an ſuadeas dandum vel negandum tributum. Itaque non ſolùm ſententiæ, ſed conſilij etiam auctorē eum eſſe volebant, vt in grauius crimen detruderent.

h *Cuius eſt imago hæc.*] Mos antiquis fuit argentum tributi nomine reddēdum principum imagine & inſcriptione ſignare, ad gratiam captandam.

i *Reddite igitur quæ ſunt Cæſaris.*] Argētum incuſum, & Cæſari iam publicè ſignatum atque inſcriptum, ſi Cæſari reddatur, impedimento non eſt quominus animus Dei imagine inſignitus, Deo reddatur. à vobis, præter pecuniā debitam principibus publicæ adminiſtrationis cauſa, nihil poſtulat Cæſar. Deus pium animum, & religionis cultum poſtulat; quem Cæſar huiuſmodi tributis exigendis non impedit.

k *Sadducæi.*] Diſcipuli Sadoc cuiuſdam, qui negabat retributionem bonorum & malorum, & ex conſequēti reſurrectionē. De hac ſecta alias plura dicemus. Admittebant autem legem, tanquā à Deo datā per Moſem, publicæ ſocietatis & rei conſeruādæ cauſa.

Deut. 25. a. 5 vt ſi cuius frater mortuus fuerit, & dimi-
ſerit vxorem, & filios non reliquerit, ac-
cipiat frater eius vxorem ipſius, & reſu-
ſcitet ſemen fratri ſuo. 20 Septem ergo
fratres erant: & primus accepit vxorem,
& mortuus eſt non relicto ſemine. 21 Et
ſecundus accepit eam, & mortuus eſt: &
nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimili-
ter. 22 Et acceperunt eam ᵐſimiliterʼ ſe- ᵐ MS. 8.
ptem: & non reliquerunt ſemen. Nouiſ-
ſima omnium defuncta eſt & mulier.
23 In reſurrectione ergo cùm reſurrexe-
rint, cuius de his erit vxor? ſeptem enim
habuerunt eam vxorem. 24 Et reſpon-
C dens Ieſus, ait illis, Nónne ideo erratis,
non ſcientes ſcripturas, neque virtutem
Dei? 25 Cùm enim à mortuis reſurre-
xerint, neque nubent, neque nubentur,
* Dei o. ᵃſed ſunt ſicut angeli* in cælis. 26 De
mortuis autem quòd reſurgant, non le-
giſtis in libro Moyſi, ſuper rubum quo-
Exod. 3. b. 6. modo dixerit illi Deus, inquiens, Ego
Mat. 22. d. 32 / Luc 20. f. 27 ſum ᵇ Deus Abraham, & Deus Iſaac, &
Deus Iacob? 27 ᶜ Non eſt Deus mortuo-
rum, ſed viuorum. Vos ergo multum er-
ratis. 28 Et acceſſit vnus de Scribis qui
audierat illos conquirentes, & ᵈ videns
quoniam bene illis reſponderit, interro-
V 3 gauit

a *Sed ſunt ſicut angeli in cælis.*] Ex Dei virtute efficiuntur perennes, ſpirituales, neque generationis ad ſobolē propagandam, neque mutui auxilij ad vitæ curas ferendas, indigentes; ſed vnuſquiſq; ſibi ſufficiēs eſt in Deo ipſo, à quo reſuſcitatus eſt: vnuſquiſq; planè ac plenè beatus. Hoc ex Dei virtute probari poteſt, qui ex nihilo Angelos creauit, in illaq; beatitudine ſuos confirmauit, cùm poſſent tamē beati non eſſe, vt quidam ex illa natura nō fuerunt, ſua ipſorum culpa. Idē etiam poteſt ex hac huius vitæ imperfectione, homines ad eum perfectionis gradum traducere, quæ matrimonio non indigeat: quandoquidem nuptiæ propter ſobolem procreandam præcipuè inuentæ ſunt & inſtitutæ. qua ſobole illi non indigebunt qui reſurrexerint: vnuſquiſque enim in ſuo ordine perfectus erit. Facilius autem eſt ex imperfecto, quàm ex nihilo, perfectum reddere. Igitur qui ex nihilo potuit, & fecit; ex imperfecto etiam poteſt, & faciet perfectum.

b *Deus Abraham.*] Nomen Dei Hebraicum, quo ſe illo loco Deus appellat, eſt [illegible] in forma futuri, quod perpetuitatem ſignificat, vt iam aliàs ſæpè docuimus. Igitur cùm ſe in perpetuum Deum Abraham, Iſaac & Iacob eſſe affirmet Deus; neceſſe eſt Abraham, Iſaac & Iacob in perpetuum fore. aliàs Deus cariturus eſſet re illâ, quamobrem eum titulum ſibi adſcribit perpetuum.

c *Non eſt Deus mortuorū.*] Nam Deus vita eſt: ſed quid vitæ cum morte? Deinde illud nomen [illegible], ſignificat eſſe perfectiſſimum & æternum. Eſſe, cum non eſſe, non conuenit vllo modo: ſed mortui ſi non reſurgerent, ex eo fieret quòd non eſſent iam omnino: Deus autem ſibi adſcribit mortuos illos: ergo illi Deo ipſi ſunt. quòd ſi ſunt, reſurgere igitur poterunt ex virtute Dei. Nā reſurrectio dicitur de iis, qui cùm fuerint, ceciderunt, & erigi poſſunt; non de iis qui nuſquam ſunt. Igitur Abraham, Iſaac & Iacob ſunt Deo, nō tantùm anima, ſed corpore etiā. nam anima non dicitur Abraham, ſed anima cum corpore ſimul. Quòd ſi quis dicat ſatis eſſe, igitur Abraham, Iſaac & Iacob Deo viuere, & ſi cæteris nunquam viuant aut reuiuiſcant: Reſpōdemus teſtimonium illud diuinum oportere certiſſimum eſſe hominibus, apud quos datum affirmatumque fuit, *Ego ſum Deus Abraham*, &c. Non poteſt autem illis eſſe certiſſimum, niſi conſpiciantur Abraham & cæteri, viuentes cum Deo ſuo. Conſequitur ergo illos extituros aliquando, & manſuros cum Deo, coram iis apud quos Deus huiuſmodi titulum ſibi adſcripſit. Igitur multum errant, qui ex virtute Dei & ſcripturis, rerum cognoſcendarum, & ſacrorum myſteriorum veritatem non inquirunt.

d *Videns quoniam bene illis reſponderit.*] Ex ſapientiſſimo illo reſponſo apertè intellexit illum non modò ſcripturas optimè intelligere, ſed rerum cognitione & iudicio plurimum poſſe, vtpote qui tam ſapienter, tam propere ex diuinæ virtutis contemplatione, de Angelorum beatitudine, de hominum natura in hac vita & præſtantia poſt reſurrectionem diſſeruerit.

a *Quod eſſet primum omnium mandatũ.*] Vt qui adeò ſapienter in diuinarum humanarumque rerum ratione diſſerenda ſe exhibuerat, oſtenderet etiam alteram diſciplinæ partem, quæ in actione conſiſtit, quantum calleret.
b *Maius eſt omnibus holocautomatibus*] Nam Deus, cùm ſit ſpiritus, & vnus Deus, magis colitur charitate erga proximum, & vnione animorũ quæ per charitatem fit, quæ eſt vinculum perfectionis, quàm holocautomatis & ſacrificiis antiquis, quæ ſecundùm rem corporea ſunt, ſecundũ verò profeſſionem offerentium, imbecillitatẽ, imperfectionem & debitum eorum à quibus offeruntur, ſignificant & produnt.
c *Sapienter reſpondiſſet.*] Breui oratione complexus eſſet omnem verę ac puræ religionis ſummam, quatenus ea per homines, diuina gratia adiutos, præſtari poteſt.
d *Non es longè à regno Dei.*] Qui hoc modo ſubductam habet veræ pietatis rationem, intelligit profectò quid ipſe, & quatenus efficere poſſit ac debeat, quid ſibi ad perfectionem deſit, quid credendum, quid petẽdum, quid ſperandũ à Deo ſit: in eamq; e rem omni ſtudio contendens, vt à Deo accipiat quod promiſſum expectandumq; credit. Dum hoc modo contento curſu viam pergit ſuam, ad regnũ Dei, ipſo Deo promouente, deducitur. In illo regno vbi fuerit, ea opere cõplet, quæ priùs maxima eſſe intelligebat: eaque & perfectius intelligit & præſtat, quã anteà: adueniente enim regno Dei, fit voluntas eius ſicut in cælo & in terra.
e *Et reſpondens Ieſus*] Hoc eſt, dum docens in templo, de hac re interrogaſſet Phariſæos, tuliſſetque reſpõſum ex ſententia Scribarum, Chriſtum eſſe filium Dauid, ipſe hoc modo excepit argumentum.
f *Dicit in Spiritu ſancto.*] præuidẽs futura, & enuntians ea, dictante Spiritu ſancto, qui nec vana, nec ſuperuacanea, nec vllo modo pugnantia dictat; nec ad ornatum quicquam pronũtiat, quod idem ad rem & veritatem non faciat.
g *Et vnde eſt filius eius?*] hoc eſt, quomodo idẽ filius & Dominus eſt? Quòd ſi Dominus eſt, vt ex ipſius aſſertione patet; ex qua parte eſt filius eius? Argumento hoc manifeſtè ſignificatum eſt, duas naturas eſſe in Chriſto.
h *Et multa turba eum libenter audiuit.*] diſſerẽtem de Chriſti diuinitate, quod tamen à Scribis non docebatur, imò non capiebatur.

gauit eum [a]quod eſſet primum omnium
mandatum. 29 Ieſus autem reſpondit ei,
Quia primum omnium mandatum eſt,
Audi Iſraël, Dominus Deus "tuus," "Deus *Deut. 6. a. 4.* "veſter MS.
vnus eſt. 30 Et diliges Dominum Deũ cq. "noſter 7
tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani- MS. G. S. "Dominus
ma tua, & ex tota mente tua, & ex tota 7 MS. G. S. *Leu. 19. d. 18*
virtute tua. Hoc eſt primum mãdatum. *Mat. 22. d. 38* *Rom. 13. c. 9.*
31 Secundum autem ſimile eſt illi, Dili- *Gal. 5. c. 14.* *Iac. 2. b. 8.*
ges proximum tuum tanquam teipſum.
Maius horum aliud mandatum non eſt.
32 Et ait illi Scriba, Bene magiſter, in ve-
ritate dixiſti, quia vnus eſt Deus, & non
eſt alius præter eum. 33 Et vt diligatur
ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex
tota anima, & ex tota fortitudine: & di-
ligere proximum tãquam ſeipſum: [b]ma-
ius eſt omnibus holocautomatibus &
ſacrificiis. 34 Ieſus autem videns [c]quòd
ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, [d]Non es
lõgè à regno Dei. Et nemo "iam" audebat "amplius MS. G.
eum interrogare. 35 [e]Et reſpondens Ie- *Mat. 22. d. 41* *Luc. 20. f. 41*
ſus, dicebat, docens in templo, Quo D
modo dicunt Scribæ Chriſtũ filium eſſe
Dauid? 36 Ipſe enim Dauid [f]dicit in
Spiritu ſancto, "Dixit" Dominus Do- "Dicit MS. G.
mino meo, ſede à dextris meis, donec *Pſa. 109. a. 1*
ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
tuorum. 37 Ipſe ergo Dauid dicit eum
Dominum: [g]& vnde eſt filius eius? [h]Et
multa turba eum libenter audiuit.

38 Et

Mat.23.a.6 Luc.11.f.43. & 20.g.46. 38 Et dicebat eis in doctrina ſua, [k] Cauete
à Scribis, qui volunt in ſtolis ambulare,
& ſalutari in foro, 39 & in primis cathe-
dris ſedere in ſynagogis, & primos diſ-
cubitus in cœnis: 40 qui deuorant domos
viduarum [l] ſub obtentu prolixæ oratio-
nis: hi accipient prolixius iudicium.
Luc.21.a.1. 41 Et ſedens Ieſus cõtra gazophylacium,
aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in
gazophylacium, & multi diuites iacta-
bant multa. 42 [m] Cùm veniſſet autẽ vi-
dua vna pauper, miſit duo minuta, quod
eſt quadrans. 43 & conuocans diſcipu-
los ſuos, ait illis, Amen dico vobis, quo-
niam vidua hæc pauper, plus omnibus
miſit qui miſerunt in gazophylacium.
44 [n] Omnes enim ex eo quod abundabat
illis, miſerunt: hæc verò, de penuria ſua,
omnia quæ habuit miſit, [o] totum victum
ſuum.

## CAP. XIII.

ET [a] cùm egrederetur de templo, ait illi
Mat.24.a.1. Luc.21.a.5. vnus ex diſcipulis ſuis, Magiſter, aſpi-
A ce quales lapides, & quales ſtructuræ.
2 Et reſpondens Ieſus, ait illi, Vides has
omnes magnas ædificationes? [b] Non re-
linquetur lapis ſuper lapidem, qui non
Luc.19.g.44 deſtruatur. 3 Et cùm ſederet in monte
oliuarum contra templum, interrogabãt
eum ſeparatim Petrus & Iacobus & Io-
hãnes & Andreas, 4 [c] Dic nobis, quando
iſta

i *Et dicebat eis in doctrina ſua.*] Solebat ille hæc inter docendum monere & admonere: eratque verbum hoc in eius ore.

k *Cauete à Scribis.*] ab exemplo conſuetudinis ac vitę Scribarum; quorum ſtudium omne eſt, vt ſe magnos & admirandos oſtendant populo; ſibi gloriam omnem arrogent, & commoda ſua quærant. eaque tantùm docet quæ ad ſuos ipſorũ fines propoſitos conducunt, nolunt verò in aliis ſcientiæ ſacræ partibus operã ponere: aut ſi ponunt, nolunt eas populo impertiri. ideò non inquirunt aut diſſerunt de magnitudine & dignitate Chriſti: nollent enim Chriſtum aut alium quenquam ſeipſis admirabiliorem oſtendi.

l *Sub obtentu prolixæ orationis.*] Fingunt ſe longas preces, & multum temporis conſumere in commendandis Deo viduis, à quibus munera non exigua accipiunt. ita vt quæ plus donauerit, lõgiorem orationem mereatur, & maius præmium reportet. Ergo quæ minus donauit, minus mereri videbitur, apud homines ſaltem.

m *Cùm veniſſet.*] Commodiſſimo exemplo & opportuniſſimo, docuit Ieſus diuini iudicij æquitatem: quæ non ex facultate animum, ſed ex animo facultatis rationem metiatur atque definiat.

n *Omnes enim.*] Plerique omnes homines hoc ingenio, conſilio & ſtudio ſunt, vt primum ſibi, idque plenè conſultum eſſe velint: deinde verò pietati & communi vtilitati ſi quid ſibi ſuperſit, idque ægrè. nam non omne quod abundat ſibi erogant, ſed ex eo quod abundat, aliquam partem mittunt. Hæc verò, quamuis pauperem ſe ſentiret, pietatis omnino rationẽ habendam ſibi duxit, priuatum verò commodum neglexit.

o *Totum victum ſuum.*] diurnum, id eſt, quadrantem: quæ ſumma ſatis eſſe ad victum pauperrimi hominis, in lib. Miſnaioth dicitur, tract. De decima ſecunda.

CAP. XIII.

a *Et cùm egrederetur de templo.*] de atrio Iſraelitarum, & fœminarum, & prophanorũ, quæ omnia ab Herode fuerant magnificentiſſimè extructa pulcherrimis & maximis lapidibus, magnoque artificio [illegible] & ad pulchritudinem, & ad diuturnitatẽ operis valere credebatur.

b *Non relinquetur lapis ſuper lapidem.*] Structura omnis diſſoluetur à fundamentis vſque: ſed lapides manebunt diſſipati in monumentum tanti excidij.

c *Dic nobis quando iſta fient? & quod ſignum.*] Tria interrogaſſe eos apud Matthæum obſeruauimus, ſed hic Euangeliſta duabus interrogationibus tria includit. Quando iſta fient, id eſt, de Hieruſalem vrbis excidio, & de aduentu ſuo quod ſignum erit? & quando incipient hæc omnia huius ſeculi conſummari?

iſta fient? & quod ſignum erit quando
hæc omnia incipient conſummari?
5 Et reſpondens Ieſus, cœpit dicere illis,
[a] Videte, ne quis vos ſeducat. 6 multi Eph. 5.b.6. 2 Theſ. 2.a.4.
enim venient [b] in nomine meo, dicentes
quia ego ſum: & multos ſeducent.
7 [c] Cùm audieritis autem bella & opinio-
nes bellorũ, ne timueritis. oportet enim
hæc fieri: ſed nondum finis. 8 Exurget B
enim gens contra gentem, & regnum ſu-
per regnum: & erunt terræmotus per lo-
ca, & fames. Initium dolorum, hæc.
9 [d] Videte autem voſmetipſos. Tradent
enim vos in conciliis, & in ſynagogis va-
pulabitis, & ante præſides & reges ſtabi-
tis propter me, [e] in teſtimonium illis.
10 [f] Et in omnes gentes primùm oportet
prædicari Euangelium. 11 Et cùm du- Mat. 10.b.19. Luc. 12.b.11. & 21.c.14.
xerint vos tradentes, nolite præcogitare
quid loquamini: [g] ſed quod datum vobis
fuerit in illa hora, id loquimini. nõ enim
vos eſtis loquentes: ſed Spiritus ſanctus.
12 Tradet autem frater fratrem in mortẽ,
& pater filium: & conſurgent filij in pa-
rentes, & morte afficient eos. 13 [h] Et eri-
tis odio omnibus, propter nomẽ meum.
Qui autem ſuſtinuerit in finem, hic ſal-
uus erit. 14 [i] Cùm autem videritis abo- Dan. 9.g.27.
minationem deſolationis, ſtantem, vbi Mat. 24.b.15. Luc. 21.c.20.
non debet (qui legit, intelligat) tunc qui
in Iudæa ſunt, fugiãt in mõtes: 15 & qui
ſuper tectum, ne deſcendat in domum,
nec

a *Videte ne quis vos ſeducat.*] ſignificationibus vel argumentis aduẽtus mei.

b *In nomine meo*] nõ auctoritate mea, ſed nominis mei falſa vſurpatione.

c *Cum audieritis autem bella, &c. nõdum finis.*] Hieroſolymitanarũ rerum, & excidij Iudaici.

d *Videte autem voſmetipſos.*] Quo tempore hæc videritis geri, nondum eſt finis Iudaicarum rerum; ſed eodem tempore vos maximis laboribus exercebimini, quos prædictos vobis volo.

e *In teſtimonium illis.*] Iudæis maximè & Gẽtibus etiam, quibus teſtabimini meam veritatem & virtutem; minabiminique prædicentes iram vltionẽq; diuinam, me recipere nolentibus.

f *Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium.*] quod ex Iudæorum gente allatum in omnes nationes annuntiabit magnam Dei virtutem & miſericordiã erga eos qui crediderint & ſuſceperint. magnam item iram & vltionẽ in eos qui repulerint: id quod mox futuro Iudæorum caſu confirmabitur.

g *Sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini.*] Namque Dei conſilium eſt, vt Euangelium prædicetur: idque per Spiritum ſanctum à vobis fiat. erit autem varius modus prædicandi, pro ratione loci, temporis ac perſonarum. hæc ab hominibus præcaueri & præmuniri ſatis commodè non poſſunt. Illud autem erit mirandum & planè diuinum, quòd è re nata vobis ſermo ſuppeditetur ſapientiæ plenus: & quocunque modo excipiamini, eodem illo modo naſcatur occaſio & commoditas nominis mei prædicandi, & Euangelij annuntiandi.

h *Et eritis odio omnibus hominibus.*] Tanta rabie tantoque furore aget ſatã homines, vt à me abalienatos perdat, vt futuri ſitis odio omnibus hominibus, qui humana ſapiunt; nullam aliam ob cauſam, nullam ob culpam veſtrã, nullam ob ſuſpicionem vel auaritiæ, vel ambitionis, vel alterius incommoditatis orbi per vos allatæ; ſed quòd nomen meum annũtietis. Vos autem nulla alia re, quàm tolerantia firmitudineque vos ipſos armabitis. hoc enim pacto & multa pericula viui ſuperabitis, eademque difficillima: & tãdem non cedentes, non ſuccumbẽtes euadetis, vſque ad præfixum vobis vitæ huius mortalis terminum, quo nihilominus aliàs morituri; & vitam hanc & labores abſoluentes, ſalutis æternæ compotes, ab omni periculo remoti, triumphabitis.

i *Cum autem videritis.*] ſignum excifionis Iudaicarum rerum, iam iam pr[illegible] ximę, erit dirutio templi, per prophanas gentes facta.

nec introeat vt tollat quid de domo ſua:
C [16] & qui in agro erit, non reuertatur
retrò, tollere veſtimentum ſuum.
[17] Væ autem prægnantibus & nutrien-
tibus in illis diebus. [18] Orate verò vt
hyeme non fiant. [19] Erunt enim dies illi
tribulationes tales, quales non fuerunt
[a] ab initio creaturæ quam condidit Deus
vſque nunc, neque fient. [20] Et niſi bre-
uiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua
omnis caro: [b] ſed propter electos quos ele-
*Mat.24.d.26* git, breuiauit dies. [21] [c] Et tunc ſi quis
*Luc.21.b.8.* vobis dixerit, Ecce, hîc eſt Chriſtus, ecce
illic: ne credideritis. [22] Exurgent enim
pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & da-
bunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi
fieri poteſt, etiam electos. [23] [d] Vos er-
go videte, ecce prædixi vobis omnia.
*Ezec.32.b.7* [24] [e] Sed in illis diebus poſt tribulationem
*Iſa.13.b.10* *Ioel.2.c.10.* illam ſol contenebrabitur, & luna non
*& 3.c.13.* *b.15.* dabit ſplendorem ſuum, [25] & ſtellæ cæ-
li erunt decidentes, & virtutes quæ in
cælis ſunt, mouebuntur. [26] Et [f] tunc
videbunt filium hominis venientem in
nubibus, cum virtute multa & gloria.
*Mat.24.c.31* [27] Et tunc mittet angelos ſuos, & con-
gregabit electos ſuos à quatuor ventis, à
ſummo terræ vſque ad ſummum cæli.
D [28] A ficu autem diſcite parabolam. Cùm
iam ramus eius tener fuerit, & nata fue-
rint folia: cognoſcitis quia in proximo
X ſit æſtas.

a *Ab initio creaturæ.*] ab initio mundi à Deo creati.

b *Sed propter electos.*] vt electi à Deo ad regnum tum accipiẽdum, tum annuntiandum ſeruentur. Erunt autem electi, quotquot audientes Euangelio credent & obtemperabunt: quotquot, inquam, vocati ad nuptias, venire non recuſarint; venientesque nuptiali veſte ornati fuerint.

c *Et tunc ſi quis vobis dixerit.*] Hoc nõ ad Apoſtolos tantùm, ſed ad omnes Chriſti veros cultores pertinet. Nam poſt Ieroſolymitanum excidium, myſterium iniquitatis operari cœpit ſtudioſiſſimè, & Chriſti doctrina ſimpliciſſima per ſeductores homines, ſuorumque commodorũ amatores, turbari, contaminari, & obſcurari, varijs admixtis mendacijs, erroribus & hæreſibus: & nonnunquam ſignis editis, Deo permittente; in vltionem eorum qui charitatem veritatis non receperunt.

d *Vos ergo videte.*] Nemo excuſare poteſt ignorantiam, nemo ſibi non prædictum fuiſſe cauſari: namque à me non ſolùm præſentia, ſed futura omnia diſtinctiſſimè & diſertiſſimè prædicta ſunt; vt cognoſcatis quomodo diſtinguendæ & cognoſcẽdæ ſint doctrinæ, quatenus ſignis fides adhibenda.

e *Sed in illis diebus.*] Ad tertiam interrogationem hæc referenda ſunt, videlicet, *Quando hæc omnia incipient conſummari:* in illis diebus poſt tribulationem illam Ieroſolymitanam: neque enim illa & conſummatio omnium ſimul erunt, ſed longè altera res alterã præcedet: poſterior verò ſua etiam ſigna habebit, ſicut & prior.

f *Tunc videbunt.*] De ſecundo aduentu Chriſti oratio hæc diſſerit, qui incipiet poſt magnas totius orbis commotiones, quas non tantùm naturales, ſed myſticas interpretamur, Solis, Lunæ, ſtellarum, & virtutũ. Aduentus autem filij hominis erit cum magnæ virtutis efficientia erga ſuos, & gloriæ ipſius prædicatione, vtpote aduerſarios veritatis ſuę vincentis. *Et tunc mittet angelos, &c.*

ſit æſtas. 29 ſic & vos [g] cùm videritis hęc
fieri, ſcitote quòd in proximo ſit in oſtiis.
30 Amen dico vobis, quoniam non
tranſibit generatio hæc, donec omnia
iſta fiant. 31 [h] Cælum & terra tranſi-
bunt, verba autem mea non tranſibunt.
32 [i] De die autem illo vel hora nemo ſcit,
neque angeli in cælo, [k] neque filius: niſi Mat. 24.d.44
pater. 33 Videte, vigilate, & orate. ne-
ſcitis enim quando tempus ſit. 34 Sicut
homo qui peregrè profectus reliquit do-
mum ſuam: & dedit ſeruis ſuis poteſta-
tem cuiuſque operis, & ianitori præce-
pit vt vigilet. 35 Vigilate ergo (neſcitis
enim quando dominus domus veniat:
ſerò, an media nocte, an gallicantu, an
manè) 36 ne cùm venerit repentè, in-
ueniat vos dormientes. 37 [l] Quod au-
tem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

## CAP. XIIII.

ERat autem Paſcha & Azyma poſt bi- Mat. 26.a.2 Luc. 22.a.1
duum: & quærebant ſummi ſacer- A
dotes & Scribæ [a] quomodo cum dolo te-
nerent & occiderent. 2 Dicebant ‶enim″, ‶ autem MS. B.C.S.
Non in die feſto, ne fortè tumultus fie-
ret ‶populi″. 3 Et [b] cùm eſſet Bethaniæ ‶ in populo MS. R.B.S.
in domo Simônis leproſi, & recumbe- Mat. 26.a.6 Ioh. 12.a.1
ret, venit mulier habens alabaſtrum vn-
guenti

g *Cùm videritis hæc fieri.*] quæ paulo antè dicta ſunt de motu gentium, opinionibusque bellorum, terræmotibus & fame, de traditione veſtri, &c. ſcitote Iudaicarum rerum ruinam iam imminere. Non enim excedet tota hęc res ſeculum hoc hominum viuétium, & Iudæorũ qui me voſque audierint. vtque de hac re proximè futura exiſtimare poteſtis, viſis ſignis præcedentibus, ſic exiſtimari poteſt de cæteris rebus, quas ſua etiam præcedent ſigna.

h *Cælum & terra.*] quæ videntur omnium rerum perpetuiſſima & conſtãtiſſima eſſe, tamen dictorum meorum conſtantia ſuperabuntur. idque vno exemplo obſeruare poteritis, ac de cæteris vobis promittere: ideò certiſſima expectatione euentus omnium rerum à me prædictarum, teneri vos oportet, atque in officio pietatis contineri.

i *De die autem illo vel hora.*] aduentus glorifici filij hominis, tum priuati in vnumquemque ſuorum, tum publici in mundi iudicium, nemo certam obſeruationem habet, aut tradere poteſt: conſtat enim illa ratio in voluntate Patris. Expectandus igitur eſt aduentus ille certiſſimè: ſummaque cura & diligentia agendum ſtudendumq; eſt, vt non offendamini indigni tãto Patris beneficio. nullamque horam negligere expedit, vtpote neſcientibus quam Pater meus deliget.

k *Neque filius, niſi Pater.*] Neque filius ita ſcit, vt certam obſeruandamque diei & horę notam indicet vobis, quãquam ſciat ipſe ſibi. ſunt enim illa momenta & tempora in poteſtate Patris poſita. Hoc tamen certò vobis affirmare poſſum, Dominum ipſum non defuturum, quin veniat, & effecturũ in ſingulos, prout vnumquemque paratum vel imparatum offenderit.

l *Quod autem vobis dico.*] omnibus hominibus dico, idque per vos, per alios, per Eccleſiam, per miniſtros, atq; adeò per ſcriptum Euangeliũ omnibus notum eſſe cupio; ſicut in diebus Noë quando fabricabatur arca, omni orbi, omni hominum generi, futura dies Dei vltoris denuntiabatur, non tãtùm Noë familiæ. Fuerit ergo ſatis ſemel ita clarè prædixiſſe.

CAP. XIIII.

a *Quomodo eum dolo tenerent.*] Deliberabant primùm de captura ſecretò, & per dolum facienda, vt illum tenerent inſcio populo, quoad feſtum tranſiret. tunc enim minori tumultu occidi poſſe videbatur. vel ſi vi & impetu facto capiendus eſſet, id non debere fieri in die feſto, ne tumultu exorto liberari poſſet cum ipſorum pernicie. Sed ſatan, qui illius vitæ inſidiabatur, affectis iam hoc modo peſſimè illorum animis & conſiliis prauis, occaſionem illam & commoditatem obiecit ad capiendum Ieſum, occupato Iudæ animo, & ad nefariam proditionem impulſo, ex eo tempore quo Bethaniæ illud actum eſt, quod mox narratur.

b *Cum eſſet Bethaniæ.*] quatuor ante diebus.

[a] piſtici a MS. G.
guenti nardi [a] ſpicati[b] pretioſi: & fracto
alabaſtro, effudit ſuper caput eius.
Mat.26.a.8 Ioh.12.a.4
4 [c] Erant autem quidam indignè ferentes
intra ſemetipſos, & dicentes, Vt quid
perditio iſta vnguenti facta eſt? 5 Pote-
rat enim vnguentum iſtud vænundari
plus quàm trecentis denariis, & dari
pauperibus. Et fremebant in eam.
6 Ieſus autem dixit, Sinite eam: quid il-
li moleſti eſtis?[d] Bonum opus operata eſt
[a] habebitis MS.
in me. 7 ſemper enim pauperes [a] habe-
tis[b] vobiſcum: & cùm volueritis, poteſtis
illis benefacere: me autem non ſemper
habetis. 8 Quod habuit hæc, fecit: præ-
uênit vngere corpus meum in ſepultu-
ram. 9 Amen dico vobis, [e] vbicunque
prædicatum fuerit Euangelium iſtud in
vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, nar-
Mat.26.b.14 Luc.22.a.4
rabitur in memoriam eius. 10 [f] Et Iu-
B das Iſcariotes vnus de duodecim abiit
ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum
illis. 11 Qui audientes gauiſi ſunt: &
promiſerunt ei pecuniam ſe daturos. Et
Mat.26.b.16 Luc.22.a.6
quærebat [g] quomodo illum opportunè
traderet. 12 Et primo die Azymorum
quando paſcha immolabant, dicunt ei
diſcipuli, Quò vis eamus, & paremus ti-
bi vt manduces paſcha? 13 Et mittit
duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis, Ite in
ciuitatem: & occurret vobis homo lage-
nam aquæ baiulans, ſequimini eum:
14 & quocunq; introierit, dicite domino

c *Erant autem quidam*] ex diſcipulis, atque in iis præcipuè Iudas Iſcariotes, qui facilè potuit al[...]s in eandem ſententiam & orationem impellere, ſpecie quadam pietatis prætenſa.

d *Bonum opu' operata eſt in me.*] quæ donantur pauperibus, ideò probãtur, quia bonum opus ſunt, & erga eos qui indigent officioſum: & qui huiuſmodi opera faciunt, laudantur: tantum abeſt, vt reprehenſione ac moleſtia afficiãtur & tamen vos huic moleſti eſtis, quæ debitum mortuis etiam pauperibus ex conſuetudine officium erga me fecerit, præueniens vngere corpus meum in ſepulturam, quam propediem ſubibo, cùm illa non poſſit vti tanta commoditate atque nunc.

e *Vbicunque prædicatum fuerit Euãgelium iſtud.*] mortis, ſepulturæ, ac reſurrectionis meæ, narrabitur & laudabitur hoc officium factum ab hac fœmina, tanquã præuidente ſaltem præuenien te ſepulturæ meæ tempus. Vos, cùm volueritis, poteſtis pauperibus benefacere. hæc non ſemper cùm voluerit, poterit mihi, aut non habebit commoditatem vt benefaciat. nũc opportunè nacta officium facit.

f *Et Iudas Iſcariotes*] Quanquam alij repreſſi fuerint oratione Ieſu, tamen ille qui ſua intereſſe putabat, ne perderet partem illius pretij, quemadmodum loculos habens, ſolitus erat ſibi nummorum partem aliquam fraude & furto vſurpare, abiit ad ſummos ſacerdotes, tunc temporis de capiendo Ieſu deliberantes. qui audientes, gauiſi ſunt, reperta ratione illum capiendi ſine ſtrepitu ac tumultu.

g *Quomodo illum opportunè traderet*] Temporis & loci opportunitatem captabat, vt illum traderet, ipſe incolumis, compoſque pecuniæ heres.

domus quia magiſter dicit, Vbi eſt refe-
ctio mea, vbi paſcha cum diſcipulis meis
manducem? 15 Et ipſe vobis demon-
ſtrabit cœnaculum grande, ſtratum: &
illic parate nobis. 16 Et abierunt diſ-
cipuli eius, & venerunt in ciuitatem:[a] &
inuenerunt ſicut dixerat illis, &[b] para-
uerunt paſcha. 17 Veſpere autem facto, *Mat. 26. b. 20 Luc. 22. b. 14 Ioa. 13. c. 21*
venit cum duodecim. 18[c] Et diſcum-
bentibus eis & manducantibus, ait IE- C
SVS, Amen dico vobis, quia vnus ex
vobis tradet me, qui manducat mecum.
19 At illi cœperunt contriſtari & dicere
ei ſingulatim, Nunquid ego? 20 Qui ait
illis, Vnus ex duodecim[d] qui intingit *Luc. 22. c. 21*
mecum "manum' in catino. 21 & filius *MS. C. S. Pſal. 42. c. 10 Act. 1. c. 16. Mat. 26. c. 24*
quidem hominis vadit ſicut ſcriptum
eſt de eo: væ autem homini illi per quem
filius hominis "tradetur'. bonum erat ei, *traditur MS C. S.*
ſi non eſſet natus homo ille. 22 Et man- *1 Cor. 11. e. 24*
ducantibus illis, accepit Ieſus panem:
[e] & benedicens fregit, & dedit eis, & ait,
Sumite, hoc eſt corpus meum. 23 Et ac-
cepto calice, gratias agens dedit eis.[f] &
biberunt ex illo omnes. 24 Et ait illis,
Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti,
qui pro multis "effundetur'. 25 Amen *effunditur MS C.*
dico vobis, "quia' iam non bibam[g] de *quia MS S.*
genimine vitis vſque in diem illum cùm
illud bibam[h] (nouum) in regno Dei.
26 Et[i] hymno dicto exierunt in montem
Oliuarum.

a *Et inuenerunt ſicut dixerat illis.*] vt argumentum eſſe poſſet magni alicuius conſilij, ex diuina prouidentia Ieſu ſciente & ſubeunte atque præſtante, parati & cœpti, tandéque expediendi.

b *Parauerunt Paſcha*] Agnum illum ſolenni ritu immolandum aſſauerunt; cui cætera quoque, ad ceremoniam poſtulata, adiecerunt.

c *Et diſcumbentibus eis & manducantibus.*] Phaſe iam peracto, & cœna communi inchoata.

d *Qui intingit mecum manum.*] Vt & proditor conſcientia ſui ſceleris turbatus corriperetur, & ſibi melius cóſuleret, non ſolùm prædictione & ſignificatione, ſed æterni ſupplicij minis propoſitis, à Ieſu eſt præmonitus.

e *Et benedicens fregit.*] Vt benedictio Abrahæ impleretur in eos, qui non indignè ſumerent panem illum, illiuſq; ſacramenti virtutem, remque ipſam admirando modo reciperent in ſe.

f *Et biberunt ex illo omnes.*] etiam Iudas proditor: ſed ille non ſumpſit ſacramétu fructum, indignè enim bibit.

g *De genimine vitis.*] Magnum myſterium habet hæc deſcriptio.

h *Nouum.*] Nouo modo & perfectiſſimo, cùm Eccleſiam immaculatam, ſanctam & mundam, obtulero Deo patri in fine temporum omnium ac mundi huius.

i *Hymno dicto.*] gratulatione pro phaſe, proque communi illa cœna, & pro myſteriis in ea peractis.

Ioh.16.d.32. Oliuarum. 27 Et ait eis Ieſus, [a] Omnes
+ 10 MS B. ſcandalizabimini [+] in me in nocte iſta:
Zach.13.c.7 quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem,
* gregis MS. eq. & diſpergentur oues*. 28 Sed poſtquam
Inf.16.b.7. reſurrexero, [b] præcedam vos in Galilæá.
29 Petrus autem ait illi, Et ſi omnes
* in te. R.G. ſcandazati fuerint*: ſed non ego. 30 Et
ait illi Ieſus, Amen dico tibi, quia tu
D hodie in nocte hac, [c] priuſquam gallus
vocem bis dederit, ter me es negaturus.
31 At ille [d] amplius loquebatur, Et ſi opor-
tuerit me ſimul commori tibi, non te
negabo. Similiter autem & omnes di-
Mat.16.d.36 cebant. 32 Et veniunt in prædium, cui
nomen Gethſemani. Et ait diſcipulis
Luc.22.d.40 ſuis, Sedete hîc donec orem. 33 Et aſ-
ſumit Petrum & Iacobum & Iohannem
ſecum: & cœpit pauere & tædere.
34 Et ait illis, Triſtis eſt anima mea vſ-
que ad morté: [e] ſuſtinete hîc, & vigilate.
35 Et cùm proceſſiſſet paululum, proci-
dit ſuper terram: & orabat, [f] vt ſi fieri
poſſet, tranſiret ab eo hora: 36 & dixit,
Abba, pater, omnia tibi poſſibilia ſunt:
[g] transfer calicem hunc à me. ſed non
quod ego volo, ſed quod tu. 37 Et venit,
& inuenit eos dormientes. Et ait Petro,
[h] Simon, dormis? [i] non potuiſti vna ho-
ra vigilare? 38 Vigilate, & orate, vt non
intretis in tentationem. [k] Spiritus qui-
dem promptus eſt, caro verò infirma.
39 Et, iterum abiens, orauit, eundem

 ſermo-

a *Omnes ſcandalizabimini.*] Omnes qui me hactenus inoffenſi eſtis ſecuti, nũc offenſi ſpectaculo de me edendo, vobiſque metuentes, diffugietis me relicto. Id enim ita euenire ſolet, ſicut illo oraculo celeberrimo apud Prophetam eſt pronuntiatum.

b *Præcedã vos in Galilæam.*] Ibi iterum ad me paſtorem congregabimini, qui hac nocte diſpergemini.

c *Priuſquam gallus vocem bis dederit.*] Non ſemel, neque repentino motu aliquo, qui turbare ſolet aliquando conſtantes homines, qui homines tãtùm ſunt: ſed ter, & ſpacio interiecto, & admonitus etiam ſemel priori galli cantu, vt manifeſtè arguatur magnus metus in te, qui nunc conſtantiã præter cæteros iactas.

d *Amplius loquebatur.*] vultu, geſtu, & verbis augebat iactationem conſtantiæ, ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον.

e *Suſtinete hic & vigilate.*] Expectate & attendite aliquantulum ſemoti, ne mea triſtitia vos nimio plus turbemini, & vigilate orantes mecum.

f *Vt ſi fieri poſſet, tranſiret ab eo hora.*] illud tempus duriſſimum, in quo ſe omnium hominũ peccatis ſuſceptis, & debita ipſis morte luendis; idque grauiſſima Dei indignatione in homines, quam ipſe ſuo ſupplicio placandam ſubierat, illud petebat ſubitò prçterire, vel quam breuiſſimo ſpacio pertranſire.

g *Transfer calicem.*] ne ebibam illum. nam iam nunc guſtati cœptum amariſſimum ſentio, nedum ſentiã cùm vſque ad fundum ebibiturus ſim.

h *Simon, dormis?*] non appellauit *Petrum*, eo tempore quo conſtantiã non præſtabat.

i *Non potuiſti vna hora vigilare*] qui iactabas tuam fidelitatem & conſtantiam ad mortem vſque mecum ſubeundam, & tamen vnius horæ vigiliã mecum perferre non potuiſti?

k *Spiritus quidem promptus eſt.*] Mens ipſa hominis boni, dum ratione duce de officio cogitat quid facere debeat, probè intelligens, proponit quidem & deliberat, tandémque decernit id quod decet facere ac pati. ſed hominis exterioris infirmitudo ad magna vel ferenda vel ſuſtinenda impedimẽto eſt, quominus ſpiritus ipſe præſtare poſſit id quod debere ſe intelligit. quamobrem præter bonum propoſitum ſtudium etiam curam & diligentiam, imprimis verò preces adhiberi oportet.

ſermonem dicens. 40 Et reuerſus, de-
nuò inuenit eos dormientes ([a]erant enim
oculi eorum grauati) & ignorabant quid
reſponderent ei. 41 Et venit tertiò, &
ait illis, [b]Dormite iam & requieſcite.
Sufficit; [c]vênit hora: ecce, filius homi- E
nis " tradetur' in manus peccatorum. " tradetur,' G.S.
42 [d]Surgite, eamus. ecce, qui me " tradet', " tradit, G.S.
prope eſt. 43 Et adhuc eo loquente,
venit Iudas Iſcariotes [e]vnus de duode-
cim, & cum eo turba multa cum gladiis Mat.26.d.47 Luc.22.e.47
& lignis, * à ſummis ſacerdotibus & Scri- Ioh.18.a.3. * miſſi, M. G.
bis & ſenioribus. 44 Dederat autem
traditor eius ſignum eis, dicens, Quem-
cunque oſculatus fuero, ipſe eſt: tenete
eum, & ducite cautè. 45 Et cùm ve-
niſſet, [f]ſtatim accedés ad eum, ait, * Rab- * Aue Rabbi, G.
bi. & oſculatus eſt eum. 46 At illi ma-
nus iniecerunt in eum: & tenuerút eum.
47 Vnus autem quidam de circunſtanti-
bus educens gladium, percuſſit ſeruum
ſummi ſacerdotis: & [g]amputauit illi au-
riculam. 48 Et reſpondens Ieſus, [h]ait il-
lis, Tanquam ad latronem exiſtis cum
gladiis & lignis comprehendere me?
49 quotidie eram apud vos in templo do-
cens, & [i] non me tenuiſtis. Sed vt im-
pleantur ſcripturæ. 50 [k]Tunc diſcipuli Mat.26.f.56
eius relinquentes eum, omnes fugerunt.
51 [l] Adoleſcens autem quidam ſeque- F
batur

a *Erant enim oculi eorum grauati.*] præ carnis infirmitate, quæ mœrore oppreſſa erat. *& ignorabant quid reſponderent*. Adeò obruti erant triſtitia & ſomno, vt non inuenire etiam poſſent orationem, qua ſe vel defenderent vel excuſarent. Nam ſi infirmitatem carnis excuſarent, ſeipſos ſtultitiæ arguebant, qui prædicenti magiſtro magnificis verbis obſtrepuiſſent: ſi noctis horam, illa non erat intempeſta, admonitionis defectum cauſari non poterant toties excitati, & ad vigilãdum appellati.

b *Dormite iam & requieſcite.*] Iam porrò omnino dormite, & requieſcite ſecuri, quaſi nihil periculi, nihil curæ vobis reſtet. non concedentis, ſed importunam ſecuritatem exprobrantis oratio eſt. vt, Lætare iuuenis in adoleſcentia tua. Hanc eſſe ſuam ſententiam ſubiuncto verbo Ieſus declarauit, *Sufficit*.

c *Venit hora.*] grauiſſima mihi, vobiſque turbationis plena.

d *Surgite, eamus*] obuiam eis eamus, ne videamur imparati, oppreſſi illorum calliditate & inſidiis. verùm vt res habet, vltrò prudens & Patri obediens, illis vltrò occurriſſe & paſſus eſſe, quæ illi in me inſanient, probari volo.

e *Vnus de duodecim.*] quem eò ſceleris impulerat ſatan, vt præſens præſentem magiſtrum, téſtibus cõdiſcipulis, proderet. impudentiſſiméque traderet: nefando auſu. inimicus amiciſſimum oſcularetur, Rabbi ſalutaret, & his modis perditiſſimorũ turbę indicaret.

f *Statim accedens ad eum.*] magna audacia & inſolentia, nil veritus tanti magiſtri dignitatem: adeò exagitatus erat à ſatan.

g *Amputauit illi auriculam.*] illi ſeruo ſummi ſacerdotis, eamque dexteram, quod non ſine magno myſterio fieri permiſit Deus.

h *Ait illis*] principibus ſacerdotum & ſenioribus.

i *Et non me tenuiſtis.*] cùm minori negotio & ſtrepitu fieri id poſſet, ſi permiſſum vobis à Deo fuiſſet: habebatis occaſionem cùm docerem; nunc nihil aduerſum vos agentem, atque adeò [illegible] docentem, me aggreſſi eſtis. Manifeſta argumenta hæc ſunt, meã doctrinam à vobis non potuiſſe impediri, quanquam id conantibus: & me nunc non veſtra virtute aut potentia comprehenſum abſolutè, ſed Dei permiſſione, qui tenebris hãc poteſtatem hac hora permiſit. Vtrumque autem cum ſcripturis planè quadrat.

k *Tunc diſcipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.*] atque ita etiam ſcripturæ hac etiam parte impletæ ſunt.

l *Adoleſcens autem quidam.*] Huius & Petri exemplo cognoſci poteſt, quatenus pertingat humana conſtantia, etiam in viris fortioribus, quæ tantùm humana eſt.

batur eum amictus ſindone ſuper nudo:
ᵘ relicta MS.C.5. & tenuerunt eum. ⁵² At ille ʺreiecta’
ſindone, nudus profugit ab eis. ⁵³ Et
Luc.22.f 54 Ioh.18.c.13 adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacer-
dotem: & conuenerunt omnes ſacerdo-
tes & Scribæ & ſeniores. ⁵⁴ Petrus au-
tem à longe ſecutus eſt eum vſque intrò
in atrium ſummi ſacerdotis: & ſedebat
cum miniſtris ad ignem, & calefaciebat
ſe. ⁵⁵ Summi verò ſacerdotes & omne
Mat.16.f.59 concilium [a] quærebant aduerſus Ieſum
teſtimonium, vt eum morti traderent.
nec inueniebant. ⁵⁶ Multi enim teſti-
monium falſum dicebant aduerſus eum:
& conuenientia teſtimonia non erant.
⁵⁷ [b] Et quidam ſurgentes, falſum teſti-
monium ferebant aduerſus eum, dicen-
tes, ⁵⁸ Quoniam nos audiuimus eum
Ioh.2.a.19. dicentem, Ego diſſoluam templum hoc
ᵘ poſt MS.7. manu factum, & ʺper’ triduum aliud
non manufactum, ædificabo. ⁵⁹ Et
non erat conueniens teſtimonium illo-
rum. ⁶⁰ Et exurgens ſummus ſacerdos
in medium, interrogauit Ieſum, dicens,
Non reſpondes quicquam ad ea quæ ti-
bi obiiciuntur ab his? ⁶¹ [c] Ille autem
tacebat, & nihil reſpondit. Rurſum ſum-
mus ſacerdos interrogabat eum: & di-
ᵛ 8.MS.c.5. xit ei, [d] Tu es Chriſtus filius ᵛ Dei’ be-
nedicti? ⁶² Ieſus autem dixit illi, [e] Ego
Mat.24.c.30 ſum, [f] & videbitis filium hominis ſe-
ᵛ Dei o. dentem à dextris virtutis*, & venientem
cum

a *Quærebant aduerſus Ieſum teſtimoniũ.*] Nullum habuerant antequam illum caperẽt. ergo captura iniquiſſima fuit pro ratione temporis, perſonarum, & cauſæ. *Nec inueniebant.*] etiam poſt capturam, cùm ſolent homines humanis, hoc eſt, ſuis ipſorum affectibus conſulendi cauſa, vel prodere quæ ſciunt, vel fingere quæ non viderint, vel malè interpretari quæ audierint, aduerſus eum quem captum eſſe, vel in principum inuidiam adductũ fuiſſe intellexerint. ita autẽ hîc multi multa & varia, dicebant: ſed examinata ad teſtimoniorum normam non conueniebant, dum alius aliud, alioque modo diceret. Si qui ſimul idem affirmabant, erat planè leue & confictum, neque ad capitalem cauſam faciens.

b *Et quidam ſurgentes.*] compoſito inter ſe teſtimonio, & ſermone præmeditato. & non erat conueniens teſtimonium illorum, cùm vterque ſeorſum examinaretur: nam amborum ſimul dicentium leuis fides eſſe debuit, ex more recepto apud Iudæos antiquos, vt docetur in libro Miſnaioth, tractatu De teſtibus.

c *Ille autem tacebat.*] Modeſtiam ſuam obtinens antiquam, & illorum verſutiam hoc modo notans.

d *Tu es Chriſtus filius Dei benedicti?*] Eſne tu vnctus ille, ille, inquam, Dei ipſius benedicti filius? Hanc emphaſin habet interrogatio, continetque ſummam Meſſiæ deſcriptionem, iuxta veram Prophetarum ac Legis ſignificationem; quam nõ oportuit ſummum ſacerdotem ignorare.

e *Ego ſum.*] Apertè profeſſus eſt in Concilio, ſe non ſolùm doctorem euangeliſtamque eſſe magni nuntij Dei, vt hactenus publicè in concionibus & aliàs fuerat profeſſus; ſed etiam ipſum expectatum patribus & populo Meſſiam humanæ ſalutis æternæque vitæ Pontificem, regnique cælorum legitimum hæredem.

f *Et videbitis filium hominis.*] Duo manifeſta ſigna indicat, quorum vtrouis probandus eſſet ipſe filius Dei eſſe. Alterum erat manifeſtum teſtimonium, quod ab Apoſtolis & alijs diſcipulis ferendum erat, Ipſum exaltatũ ſedere à dextris Dei, idq; virtute Spiritus ſancti, quẽ ipſe miſſurus erat in ſuos. Alterum verò à fulgente ſecũdi publici vltimo ſeculi tempore, quo ipſe iudicaturus eſt omnes homines. Itaque quicunque illum non receperint ex prioris illius ſigni teſtimonio, agnoſcent tandem ex illo poſteriore, & re ipſa atque periculo in ſeipſis facto, fateri cogentur.

a *Summus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait.*] Motu, geſtu, actionéque omni, voluntatem ſuam indicauit ſummus ſacerdos prætento ſtudio honoris diuini. illa & actio, & oratio, & auctoritas permouere facilè omnes in illius ſententiam potuit, aliâs damnationis Ieſu cupidos. Itaque totius concilij communi ſententia & voce damnatus eſt: an non populo rudi, & à ſacerdotum & ſeniorũ iudicio pendenti, huiuſmodi damnatio rectè facta eſſe exiſtimaretur?

b *Et cœperunt quidam conſpuere eum.*] tanquam blaſphemum & deteſtabilé: *& velare faciẽ eius*, vt indigni exiſtimati vita, conſortio, conſpectúque hominum: id quod antiquo more erga damnatos aut damnandos fieri conſueuit. *Et colaphis eum cædere*, in opprobrium & ignominiam; cui inſultatio addebatur acerbiſſima, *Prophetiza*, &c. Hæc autem inter ipſos dominos, ſacerdotes, Scribas, & miniſtros variè fiebant, poſtquam ille profeſſus eſt quis eſſet: ante verò & poſt hoc miniſtri eius alapis eum cædebant.

c *Et exiit foras ante atrium.*] metu perturbatus, & ſui immemor præ timore: & cantauit gallus audiente ipſo.

d *Nam & Galilæus es.*] Vt ille eſt Galilæus, ſic & tu: id autem arguit pronuntiatio tua. Galilæus autem cùm ſis, Galilæum es comitatus: ex illorũque numero es, quos iſte ducebat diſcipulos & comites.

e *Ille autem cœpit anathematizare & iurare.*] Cùm videret ſe multorum affirmatione vrgeri, diuinum iuramentum, & deteſtationem, imprecationeſque in ſeipſum, illorum affirmationi oppoſuit.

f *Quia neſcio hominem iſtum.*] Manifeſtum mendacium, & quod redargui poſſet à circunſtantibus, nimirum ſe adeò ignorantem affirmare, vt hominem illum neſciret, qui nulli in Iudæa & Galilæa non eſſet vel facie vel fama notus. Deinde poterat rogari, Quid igitur tibi rei eſt hîc, homini tã ignaro eius negotij quod hîc agitur?

g *Et recordatus eſt Petrus.*] Anteà præ nimio metu & ſui ipſius & verbi Ieſu fuerat oblitus.

h *Et cœpit flere.*] Statim atque recordatus eſt, ſuam illam propriam infirmitudinem agnouit, ſuam ſtultam iactationem reprehendit. magna igitur ſui cognitione, magna facti pœnitentia ductus, magna ſpe diuinæ miſericordiæ motus, cœpit flere.

CAP. XV.

a *Et confeſtim manè.*] illa nocte, antè non, omnium concilium conuenerat, ſed quidam ex illis cum miniſtrorum

cum nubibus cæli. 63 [a] Summus autem G
ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua, ait,
Quid adhuc deſideramus teſtes?
64 Audiſtis blaſphemiam. quid vobis
videtur? Qui omnes condemnauerunt
eum eſſe reum mortis. 65 [b] Et cœpe-
runt quidam conſpuere eum, & velare
faciem eius, & colaphis eum cædere, &
dicere ei, Prophetiza. & miniſtri alapis
eum cædebant. 66 Et cùm eſſet Petrus Mat.26.c.69 Luc.22.f.55 Ioh.18.c.17
in atrio deorſum, venit vna ex ancillis
ſummi ſacerdotis. 67 & cùm vidiſſet
Petrum calefacientem ſe, aſpiciens il-
lum, ait, Et tu cum Ieſu Nazareno eras.
68 At ille negauit, dicens, Neque ſcio,
neque noui quid dicas. [c] Et exiit foras
ante atrium: & gallus cantauit. 69 Rur-
ſus autem cùm vidiſſet illum ancilla, Mat.26.g.71
cœpit dicere "circunſtantibus", Quia hic "adſtãtibus MS. C.S.
ex illis eſt. 70 At ille iterum negauit. Et
poſt puſillum rurſus qui aſtabant, di- Luc.22.f.58 Ioh.18.c.25
cebant Petro, Verè ex illis es: [d] nam &
Galilæus es. 71 [e] Ille autem cœpit ana-
thematizare & iurare, [f] Quia neſcio ho-
minem iſtum quem dicitis. 72 Et ſta-
tim gallus iterum cantauit. [g] Et recorda- Mat.26.g.77 Ioh.13.d.38
tus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ie-
ſus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me
negabis. [h] Et cœpit flere.

CAP. XV.

ET [a] cõfeſtim, manè conſilium facien- Mat.27.a.1 Luc.22.g.66 Ioh.18.d.28
tes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus A
& Scribis

cohortibus, cuſtodiæ ipſius præerant. Mane autem magno ſtudio & appetitu ipſum damnandi concilium coactum, conſiliumque initum eſt. Damnatus verò fuit omnium ſententia, vinctus, & illuſus, & traditus Pilato.

& Scribis & vniuerſo concilio, vincien-
tes Ieſum, duxerunt & tradiderunt Pi-
lato. 2 Et interrogauit eum Pilatus, [b]Tu
es rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait
Mat.27.b.12 Luc.23.a.6. Ioa.18.f.33. illi, [c]Tu dicis. 3 Et accuſabant eum
ſummi ſacerdotes in multis. 4 Pilatus
autem rurſum interrogauit eum, dicens,
Non reſpondes quicquam? vide in quã-
tis te accuſant. 5 Ieſus autem amplius
nihil reſpondit: [d]ita vt miraretur Pilatus.
6 Per diem autem feſtum ſolebat dimit-
vinctum 31.6. tere illis vnum "ex vinctis' quemcunque
petiſſent. 7 Erat autem qui dicebatur
Barabbas, qui cum ſeditioſis erat vin-
ctus, qui in ſeditione fecerat homici-
vociferata eſſet 6.5. dium. 8 Et cùm "aſcendiſſet' turba, cœ-
pit rogare, ſicut ſemper faciebat illis.
9 Pilatus autem reſpondit eis, & dixit,
[e]Vultis dimittam vobis regem Iudæo-
rum? 10 Sciebat enim quòd per inui-
diam tradidiſſent eũ ſummi ſacerdotes.
11 Pontifices autem concitauerunt tur-
Mat.27.c.22 Luc.23.c.14 Ioa.18.g.39 & 19.a.6. bam, vt magis Barabbam dimitteret eis.
12 Pilatus autem iterum reſpondens, ait
B illis, [f]Quid ergo vultis faciam regi Iu-
dæorum? 13 At illi iterum clamaue-
runt, [g]Crucifige eum. 14 Pilatus verò
dicebat illis, Quid enim mali fecit? [h]At
illi magis clamabant, Crucifige eum.
15 [i]Pilatus autem volens populo ſatiſ-
facere, dimiſit illis Barabbam, & tradidit

Y Ieſum

b *Tu es rex Iudæorum.*] Eſne tu ille rex à Iudæis expectatus: ita vt es, iſto apparatu, iſta conditione viuendi, iſta amplitudine quam præfers?

c *Tu dicis.*] vt tu dicis, ita eſt.

d *Ita vt miraretur Pilatus.*] Dum cogitaret cuiuſmodinam regni genus illud eſſet, quod Ieſus ſuum eſſe non negaret: in quo tamen nullam pompam videbat, nullam adeò ſimilitudinem cum regnis terrenis: & tamẽ videbat regẽ ipſum à ſuis accuſari, non auaritiæ, non iniuriarum, non tyrannidis, non alicuius ſceleris, ſed quarũdam rerum, quas nec ipſi docere aut confirmare poterant: nec ipſe curaret reus, ac taciturnitate ſua iudici ipſi examinandas permitteret. Cognouit autem Pilatus manifeſtam inuidiam accuſantium.

e *Vultis dimittam vobis regem Iudæorũ?*] Vt vel nomen ipſum *regis* ſanctum & venerabile, ipſiſque fauſtum & amandum perſuaderet ſapiẽtem delectum.

f *Quid vultis faciam regi Iudæorum?*] Si Barabbam homicidam ſeditioſumque optatis, quid ſtatuendum cenſetis de Iudæorum rege?

g *Crucifige eum.*] Ieſus poſtulatus ad ſupplicium à populo, non modò innocens habitus & cognitus, ſed beneficentiſſimus per omnem vitam, tanquam ſi populi ipſius intereſſet illum occidi: & tamen intererat, ſed non ſentiẽtes quid boni agerẽt, prauo ſtudio & mala mente id agebant, per ſummam ſtultitiam & nefariam temeritatem.

h *At illi magis clamabant, Crucifige eum.*] Non poſſimus hæc cogitare, [illegible] pudeat & miſereſcat nos humani ingenij.

i *Pilatus autem volens populo ſatisfacere.*] Non [illegible] regulis [illegible] [illegible] ſemper [illegible] publicas res.

Ieſum [a] flagellis cæſum vt crucifigeretur.
16 [b] Milites autem duxerunt eum in a- *Mat. 27. c. 27 Ioh. 19. a. 2*
trium prætorij, & conuocant totam co-
hortem: 17 [c] & induunt eum purpura,
& imponunt ei, plectentes, ſpineam co-
ronam. 18 Et cœperunt ſalutare eum,
Aue rex Iudæorum. 19 Et percutiebant
caput eius arundine: & conſpuebant
eum. & ponentes genua, adorabãt eum.
20 Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt
illum purpura, & induerunt eum veſti-
mentis ſuis, & educunt illum vt cruci-
figerent eum. 21 [d] Et angariauerunt præ- *Mat. 27. d. 32 Luc. 23. d. 26*
tereuntem quempiam, Simonem Cy-
renæum venientem de villa, [e] patrem
Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem
eius. 22 Et perducunt illum in [f] Golgo- *Mat. 27. [illegible] Luc. 23. [illegible] Ioh. 19. [illegible]*
tha locum: quod eſt interpretatum,
Caluariæ locus. 23 [g] Et dabant ei bi-
bere myrrhatum vinum: & non accepit.
24 Et crucifigentes eum, diuiſerunt ve- *Mat. [illegible] Luc. 23. [illegible] Ioh. [illegible]*
ſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper
eis, quis quid tolleret. 25 [h] Erat autem C
hora tertia: & crucifixerunt eum.
26 Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus,
REX IVDAEORVM. 27 Et cum
eo crucifigunt duos latrones: vnum à
dextris, & alium à ſiniſtris eius. 28 Et
impleta eſt ſcriptura quæ dicit, Et cum *Eſa. [illegible]*
iniquis reputatus eſt. 29 Et prætereun-
tes blaſphemabant eum, mouentes ca- *[illegible]*
pita ſua, & dicentes, Vah qui [i] deſtruit
templum

a *Flagellis cæſum.*] more Romano, quo non licebat ad crucem adigi quenquã, niſi ignominia priùs notatum. ignominiæ autem genus erat grauiſſimum flagellis cædi.

b *Milites autem.*] Inſani erant iam plus nimio Iudæi in Ieſum captum, & ab ipſis damnatum: nunc inſaniunt etiam gentiles, & furiunt aduerſus innocentiſſimum morti addictum. Nullum vnquam exemplum tantæ inhumanitatis & crudelitatis aduerſus quẽquam manifeſtarium malefactorem ex iuſſe legimus, atque hîc ſpectatum eſt aduerſus hominum omnium innocentiſſimum, iuſtiſſimumque pronuntiatum etiam iudicis voce. Quid mali fecit? rogauerat ille: nemo vnquã vel leue quid obiecit. neque tantùm innocentiſſimum, ſed beneficentiſſimum in omnes eſſe eum conſtabat. Igitur magnum in hac re myſterium latet, noſtri videlicet debiti ab illo ſuſcepti.

c *Et induunt eum purpura.*] Inuentum eſt ab illis illuſionis genus grauiſſimũ, cum exprobratione ambitionis, à qua alieniſſimus erat, quaſi regnum affectaſſet. Sic ſolet humana ſtultitia iudicare de bonis, quos damnatos videt, immemor ſpectatæ antè ac manifeſtæ virtutis.

d *Et angariauerunt.*] coëgerunt. Nemo enim erat qui lignum illud nefaſtum libens tangere vellet: tanquam execrabilem enim rem omnes horrebant.

e *Patrem Alexandri & Rufi.*] qui, quo tempore hæc à Marco ſcribebantur, viuebant; & teſtes eſſe poterãt, vt qui patrem narrantem audiuiſſent. erantque noti inter diſcipulos, atq; adeò ex diſcipulorũ numero, vt arbitramur.

f *Golgotha locum.*] Supplicij locum iis deſtinatum, qui extra vrbem tanquam execrabiles puniendi eſſent.

g *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum.*] vt ſtupentibus membris, & mentis alienatione inducta, ſenſibusque non integris, moreretur. id, quoniam ad animi integritatem minuendam propinabatur, non accepit Ieſus. quanquã nihil illi nocere huiuſmodi potio poſſet. valeret autem, ſi bibiſſet, ad impiorum, maleuolorum ac perfidorum maledicentiam fouendam.

h *Erat autem hora tertia.*] Iam præterierat tertia, & vergebat dies ad ſextã. Ita publicè in clara die crucifixus eſt ille Ieſus, & publicè ab omnibus ſpectatus, & titulo inſcripto indicatus, & ibi publicè rex Iudæorum declaratus. & tamen idem Iudæorum rex cum iniquis reputatus, & inſultatione grauiſſima à prætereuntibus deluſus.

Dei o. reædificas ... templum*, & in tribus diebus "ædificat":
30 ſaluum fac temetipſum deſcendens de
cruce. 31 Similiter & ſummi ſacerdo-
tes illudentes, ad alterutrum cum Scri-
bis dicebant, [a] Alios ſaluos fecit, ſeipſum
non poteſt ſaluum facere. 32 [b] Chriſtus
rex Iſraël deſcendat nunc de cruce: vt
videamus & credamus. [c] Et qui cum eo
crucifixi erant, conuitiabantur ei.
33 Et facta hora ſexta, [d] tenebræ factæ
ſunt per totam terram vſque in horam
nonam. 34 Et hora nona exclamauit
Pſal.21.a.1. Mat.27.e.46 Ieſus voce magna, dicens, Eloi, Eloi,
lammaſabacthani? quod eſt interpreta-
D tum, Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquiſti me? 35 Et quidam de cir-
cunſtantibus audientes, dicebant, Ecce,
Eliam vocat. 36 Currens autem vnus,
Pſa.68.c.22 & implens ſpongiam aceto, circumpo-
nenſque calamo, potum dabat ei, dicens,
[e] Sinite: videamus ſi veniat Elias ad de-
ponendum eum. 37 Ieſus autem [f] emiſ-
ſa voce magna expirauit. 38 [g] Et velum
templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo vſ-
que deorſum. 39 Videns autem centu-
rio qui ex aduerſo ſtabat, [h] quia ſic cla-
mans expiraſſet: ait, Verè hic homo fi-
Mat.27.f.54 lius Dei erat. 40 [i] Erant autem & mu-

 lieres

a *Alios ſaluos fecit.*] Facilè malitioſi miniſtri populo imponunt præſenti rerum ſtatu obiecto: nam vulgus præteritorum beneficiorum & geſtorum maximè laudabilium, facilè obliuiſcitur.

b *Chriſtus rex Iſraël.*] Sacerdotum & Scribarum ſententia valere videbatur tunc apud populum, qui facilè credere poſſet illud debere eſſe vnum ex ſignis Chriſti regis Iſraël. quod ſi non præſtaret Ieſus, non eſſet credendus Chriſtus.

c *Et qui cum eo crucifixi erant.*] Hęc notatio non ad perſonas, ſed ad cõditionem referenda eſt. Namque ex latronibus alter tantùm conuitiatus eſt Ieſu, ſuo & ſocij nomine; cùm diceret, Saluum fac temetipſum & nos. alter autem reſtitit ſocio conuicianti, & ſe Ieſu commendauit. Eſt itaque Euangeliſtæ conſiliũ oſtendere, Ieſum fuiſſe illuſum ab omni hominum genere; ſummorum, vt Sacerdotum & Scribarum; imperitorum ac vulgi, vt prætereuntium; & peſſimorum quoque, vt latronum etiam in cruce pendentium. Hoc rectè ſignificatur ab alijs Euangeliſtis.

d *Tenebræ factæ ſunt.*] quæ teſtarentur poteſtatem tenebris tũc fuiſſe permiſſam aduerſum lucem: ideoq; illa tam horrenda & nefaria in illis horis geri, per tenebrarum harum rectores & miniſtros.

e *Sinite, videamus.*] Alij retinere voluerunt hunc militem, volentem propinare Ieſu acetum, mortis accelerandæ cauſa: monentes vt expectaret, an Elias venturus eſſet ac liberaturus Ieſum. Sed ille reſpondit, ſe malle propinare, vt videret an venturus eſſet Elias. nam quò citiùs ille eſſet moriturus, eò maturiùs oporteret Eliam adeſſe.

f *Emiſſa voce magna.*] iterum clamás, Pater, in manus tuas. &c.

g *Et velum templi ſciſſum eſt.*] Magna ſignificatione iræ diuinæ iam placatæ, & aditus hominibus ad diuinæ conſortium conſuetudinis & familiaritatis ac filiationis patefacti.

h *Quia ſic clamans expiraſſet.*] eodem momento horæ, quo ſpiritum ſuum Deo commendaſſet; idque tanto clamore, vt omnem vitæ vim adhuc retinere, idque vltra omne aliorum hominum exemplum, videretur. agnouit virtutem in illo diuinam, agnouit rem non caſu geri, ſed diuino conſilio, atque inter expirantem illum ac Deum ipſum maximè conuenire intellexit.

i *Erant autem & mulieres.*] honeſtæ & fide dignæ, quæ & obſeruare potuerunt & teſtari quæ gererentur, omnia, quippe quæ magno ſtudio tenebantur erga Ieſum, quem ſecutæ fuerant à Galilæa. Et quanquam magno dolore afficerentur, tamen Iudæorum metu non tenebantur: quoniam tunc omne odium in Ieſum & diſcipulos feruebat. illæ non adeò erant notæ Iudæis, quia duduin ex Galilæa venerant cum alijs, feſti celebrandi cauſa.

lieres délonge aſpicientes : inter quas e-
rat Maria Magdalene, & Maria Iacóbi
minoris & "Ioſeph' mater, & Salóme: *Ioſe. c. 8.
41 * & cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur *quæ K. c. 8. Luc. 8.
eum & miniſtrabant ei, & aliæ multæ
quæ ſimul cum eo aſcenderant Ieroſoly-
mam. 42 Et cùm iam ſerò eſſet factum Mat. 27. 57 Luc. 23. 50 Ioh. 19. 38
(quia erat Paraſcéue, quod eſt ante ſab-
bathum) 43 vênit Ioſeph ab Arimathęa
nobilis decurio, [k] qui & ipſe erat expe-
ctans regnum Dei: & [l] audacter introi-
uit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu.
44 Pilatus autem [m] mirabatur ſi iam ob-
iiſſet. Et accerſito centurione, interroga-
uit eum ſi iam mortuus eſſet. 45 [n] Et
cùm cognouiſſet à centurione, donauit
corpus Ioſeph. 46 Ioſeph autem merca-
tus ſindonem, & deponens eum inuol-
uit ſindone, & poſuit eum in monuméto
[o] quod erat exciſum de petra, & aduoluit
lapidem ad oſtium monumenti. 47 Ma-
ria autem Magdaléne & Maria "Ioſeph' *Ioſe. c. 8.
aſpiciebant vbi poneretur.

## CAP. XVI.

ET [a] cùm tranſiſſet ſabbathum, Maria
Magdaléne & Maria Iacóbi, & Saló-
me emerunt aromata, [b] vt venientes vn- A
gerent Ieſum. 2 [c] Et valde mane vna ſab-
bathorum, veniunt ad monumentum:
orto iam ſole. 3 Et dicebant ad inuicem,
[d] Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio
monumenti? 4 Et reſpicientes "viderunt'
reuolutum

k *Qui & ipſe erat expectans regnum Dei.*] promiſſum olim à patribus, annuntiatum per Iohannem, & per Ieſum apertiſſimè prædicatum, iámque inſtare declaratum.

l *Audacter introiuit ad Pilatum.*] Quia expectabat regnum Dei, & permanebat in ea fide ac ſpe: neque, vt alij, deturbatus erat ab expectatione propter illorum dierum turbationem ac difficultatem.

m *Mirabatur ſi iam obiiſſet.*] tam citò obiiſſe mortem, quæ longior eſſe ſolet cruci affixis. id autem vnum ex ſignis fuit, quibus oſtenſum eſt Ieſum habere poteſtatem deponendi animam ſuam, & iterum ſumendi.

n *Et cùm cognouiſſet à Centurione*] mortem Ieſu, & quæ circa mortem obſeruata fuerant.

o *Quod erat exciſum.*] neque facilè tentari aut aperiri à quoquam poterat niſi per oſtium ipſum, quod tamen maximo lapide concluſum eſt. Erat autē monumentum in cubiculi formam exciſum.

CAP. XVI.

a *Et cùm tranſiſſet ſabbathum.*] poſtridie ſabbathi illius magni, qui veſpero exorto finitur. illo enim tempore nihil agere fas erat. illa autem nocte, poſtquam ſabbathum tranſiiſſet, empta ſunt aromata.

b *Vt venientes vngerent Ieſum.*] quem ſanctum Dei prophetam credebant, colebant, dignumque cenſebant illo honore ſepulturæ honeſtiſſimæ, & officio grati & amantis animi atque pij erga Deum, eiuſque prophetam ſanctiſſimum cognitum.

c *Et valde mane vna ſabbathorum.*] Totam hebdomadam à ſabbatho ad ſabbathum, Iudæi ſic enumerāt per dies: Sabbathum, vna ſabbathi, ſecunda ſabbathi, tertia ſabbathi, quarta ſabbathi, quinta ſabbathi, ſexta ſabbathi, ſabbathum rurſus. & ſic omnes hebdomadas. nam per ſynecdochen tota etiam hebdomada dicitur Sabbathū. Quod verò dicitur, *Valde mane vna ſabbathi*, ſic exponimus, Valde mane ſurgentes. nam in media vrbe illæ erant hoſpites, petierunt ſepulchrum: orto autem iam ſole, peruenerunt eò.

d *Quis reuoluet nobis lapidem.*] Ignaræ enim erant cuſtodiæ à Iudæis apud ſepulchrum conſtitutæ. & ſciebant ſe non poſſe ſufficere ad deuoluendum lapidem tantum, quantum illæ, cùm triduo antè obſeruaſſent, viderant,

reuolutum lapidē. Erat quippe magnus
Mat.28.a.5 Luc.24.a.4 Ioh.20.c.12 valde. 5 [a] Et introeuntes in monumen-
tum, viderūt iuuenem ſedentem in dex-
tris, coopertum ſtola candida: [b] & obſtu-
puerunt. 6 Qui dicit illis, [c] Nolite expa-
B ueſcere: Ieſum quæritis Nazarenū, cru-
cifixum: ſurrexit, non eſt hîc, ecce locus
vbi poſuerunt eum. 7 Sed ite, dicite
*præcedet MS.B. Mat.26.c.32 Sup.14.c.28 diſcipulis eius [d] & Petro, quia * præcedit
vos in Galilæam: ibi eum videbitis, ſicut
dixit vobis. 8 At illæ exeuntes, fugerunt
de monumento. [e] inuaſerat enim eas tre-
mor & pauor: & nemini quicquam di-
xerunt. timebant enim. 9 [f] Surgens au-
* Ieſus MS. B.K.6. Ioh.20.d.16 Luc.8.a.2. tem *. manè, prima ſabbathi, apparuit
primò Mariæ Magdaléne, de qua eiece-
rat ſeptem dæmonia. 10 [g] Illa vadens
nuntiauit his qui cum eo fuerāt, lugen-
C tibus & flentibus. 11 Et illi audientes
quia viueret, & viſus eſſet ab ea, nō cre-
diderunt. 12 Poſt hæc autem duobus
Luc.24.b.13 ex his ambulantibus oſtenſus eſt [h] in alia
effigie, euntibus in villam. 13 & illi eun-
Luc.24.c.36 Ioh.20.c.19. tes nuntiauerunt cæteris: nec illis credi-
derunt. 14 Nouiſſimè [i] recumbentibus
illis vndecim apparuit: & [k] exprobrauit
incredulitatem eorum & duritiam cor-
dis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſ-
ſe, non crediderunt. 15 Et dixit eis, Eun-
Mat.28.d.19 tes in mūdum vniuerſum prædicate Eu-
angelium [l] omni creaturæ. 16 [m] Qui cre-
diderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

a *Introeuntes in monumentum.*] Totus hortus dicitur monumentum, aut certè ſeptum circa ſepulchrum.

b *Et obſtupuerunt.*] ſubita & inopinata viſionis nouitate, & magno ſplendore iuuenis à ſe viſi. Sedebat autem ille ſuper lapidem reuolutū à dextris ſepulchri.

c *Nolite expaueſcere.*] Sumus omnes eiuſdem ſtudij & vos & ego: eiuſdem cauſa quē vos quæritis, ego hîc ſum: qui vobis quid quæratis indicem, & quid acturæ ſitis, exponam: ille qui crucifixus fuerat, mortuuſque adhuc à vobis exiſtimabatur, ſurrexit. *Ecce locus vbi poſuerunt eum*, vacuus vobis conſpicitur. Neque iam vobis hîc herendum expectandúmve eſt, ſed ite.

d *Et Petro.*] qui non, vt Iudas, deſperatione actus, ſed fide benignitatis Dei ac Ieſu Chriſti firmatus, veniam ſibi conceſſum iri ſperabat: neque ab aliorum diſcipulorum conſortio diſceſſerat. Dicite etiam ei nominatim ex me, *quia præcedit vos in Galilæam*. vt cognoſcant ille & omnes pœnitentiæ ſuæ rationem habitam eſſe, quæ & Deo placuerit & angelis.

e *Inuaſerat enim eas tremor & pauor.*] Velut attonitæ erant tantarum rerum magnitudine: & non audebant proferre ea, quorum cauſa ipſæ in extaſi erant. Itaque hoc teſtimonium primum ipſis periculo etiam facto manifeſtatum ipſæ ſecum continebant. timebant enim, vt qui res maximas, & vltrà humanam ſortem viderint vel audierint, qui & ipſi magnitudinē earum admirantur, trementes: & aliis indicare non audent, ne videantur vani aut alienati mente. Sed ille ipſarum terror, ſatis magnum argumētum erat magnæ rei, quæ ipſas tātum turbaſſet.

f *Surgens autem.*] Cum primùm ſurrexiſſet, apparuit primò illi Mariæ, *de qua eiecerat* [illegible].

g *Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fuerant.*] Petro & Iohanni præcipuè, cum aliis.

h *In alia effigie.*] peregrini.

i *Recumbentibus* [illegible] dum adhuc eſſent in ſermone de teſtimonio duorum qui nuper venerant, & narrauerant illis [illegible] & cognitum.

k *Exprobrauit incredulitatem.*] [illegible] enim illius reſurrectio quatuor argumentis conſtabat [illegible], Angelorum viſione, pauore mulierum, Magdalenæ affirmatione & duorum [illegible] teſtimonio [illegible].

l [illegible] hominibus [illegible]

[illegible] *fuerit.*] [illegible]



qui

n qui verò non crediderit, cōdemnabitur. D
17 o Signa autem eos qui crediderint hæc
ſequentur: In nomine meo dæmonia eii- Act. 16. d. 18
cient, p Linguis loquentur nouis, 18 Ser- Act. 2. a. 4 & 10. g. 46
pentes tollent, Et ſi mortiferum quid bi- Act. 28. a. 5
berint, non eis nocebit, q Super ægros Act. 28. b. 8
manus imponent: & bene habebunt.
19 r Et Dominus quidem Ieſus poſtquam
loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, Luc. 24. g. 51
s & u ſedit à dextris Dei. 20 t Illi autem u ſedet æq. z.
profecti prędicauerunt vbique: Domino
cooperante, & ſermonem confirmante
ſequentibus ſignis.

n *Qui verò non crediderit.*] eo modo quo credere oportet, fide viua, quę per charitatem operatur. nam hoc præſtare debet omnis qui Euangelium in ſuam ſalutem excipiunt.

o *Signa autem eos qui crediderint.*] Non ſolùm fient participes regni cęlorum, ſed erunt etiā præcones veritatis meæ, & miniſtri ac prædicatores Euangelij: obtinebunt varias gratiarum diuiſiones ad confirmationem Euangelij.

p *Linguis loquentur nouis.*] Dei dono acceptis, ſine humano præceptore, ac ſine exercitatione.

q *Super ægros manus imponent.*] Omnia ſigna in vniuerſum, quia ſalutaria erūt & vtilia, teſtabuntur Euangelij vtilitatem maximam hominum generi allatam.

r *Et Dominus quidem Ieſus.*] Iam declaratus Dominus, & accepta poteſtate omni in cælo & in terra, poſtquam locutus eſt eis, ea præcipiens ac promittens quę expoſita iam ſunt, vt rata eſſe Deo patri oſtenderet, apertiſſimè illam poteſtatem, quam in cælo ſe habere dixerat, in terras è cælo mittendo Spiritu ſancto oſtenſurus, aſſumptus eſt in cælum videntibus illis.

s *Et ſedit à dextris Dei.*] Potentiam, auctoritatem, & virtutem diuinam, eamq́ue dexterrimā & efficaciſſimam, perpetuam certamque ſibi eſſe oſtendens, Spiritu ſancto in diſcipulos miſſo, qui fuit manifeſtum ſignum, quo probatum ipſis fuit illum ſedere à dextris.

t *Illi autem profecti.*] Poſtquam re ipſa & Spiritu ſancto accepto cognouerunt eum ſedere à dextris Dei, prædicauerunt illud bonum nuntium, vbique Ieſu Domino in ipſis exiſtente & cooperante: & illis ſignis, quæ ipſe nouanda prædixerat, ſequentibus.

Romæ M. D. LXXII. Menſe Auguſto.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS ANTVERPIÆ,
ANNO M. D. LXXV.

# SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

## CAPVT I.

QVONIAM [a] quidē multi
conati ſunt ordinare nar-
rationem, [b] quæ in nobis
completæ ſunt rerum;
2 ſicut tradiderunt nobis,
[c] qui ab initio ipſi viderūt,
& miniſtri fuerunt ſermonis; 3 viſum eſt
& mihi, [d] aſſequuto omnia [e] à principio di-
ligenter, ex ordine tibi ſcribere, optime
Act.1.a.1. Theophile, 4 [f] vt cognoſcas eorum ver-
borum, de quibus eruditus es, veritatem.
A 5 Fuit in diebus [g] Herodis regis Iudææ,
ſacerdos quidam nomine Zacharias, [h] de
1.Par.24.a.10 vice Abia: & vxor illius de filiabus Aarō,
& nomen eius Eliſabeth. 6 Erant autem
[i] iuſti ambo ante Deum, incedentes in
omnibus mandatis & iuſtificationibus
Domini ſine querela, 7 & non erat illis
filius: eò quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, &
ambo proceſſiſſent in diebus ſuis.
Z 8 Factum

CAPVT I.

a *Quoniam quidem multi conati ſunt.*] Hîc non ſignificantur tres Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus & Iohānes, quorum nullus conatus eſt res ab initio geſtas, ex ordine narrare. nam Matthæus librum generationis Ieſu Chriſti conſcripſit: Marcus Euangelium tantùm ipſum, hoc eſt bonum nuntium, ab ipſa primùm denuntiatione expoſuit: Iohannes autem Euangelium contexens grauiſſimarū Euangelij partium, & maximorum myſteriorum index interpresq; fuit. Sed præter hos multi alij contexere conati ſunt ſeriem omnem rerum, quæ Euangelium ipſum vel præceſſerant apparando vel coniunctæ ornauerant, vel conſequutæ confirmauerant.

b *Quæ in nobis completæ ſunt rerum.*] Res omnes quæ Ieſu Chriſti natiuitatem præceſſère, & quæ ab ipſo vel propria vel miniſtrorum opera geſtæ ſunt, noſtram vtilitatem certiſſimè ſpectabant, noſtramque ſalutem inſtruebant, quam omnino pertigerūt eo tempore quo Dei Spiritus in eos eſt immiſſus, quos veritatis ſuæ teſtes eſſe Dominus voluit: tunc completæ ſunt in illis, ex quibus vnus Lucas eſt.

c *Qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri.*] Duplex genus indicum ſignificat, vt duplex eſt genus rerum quæ narrandæ ſunt: alterum earum quæ Euangelium vel præceſſère, vel ſecutæ ſunt, vel vnà cum Euangelio ipſo fuere. alterum verò earum quæ Euangelium ipſum penitus tangunt. *Qui ab initio ipſi viderunt*, cuiuimodi fuère Maria mater Ieſu, quam Lucas ætate ſua videre, alloquique potuit;

Iohannis diſcipuli multi, qui illa ætate viuebant; & qui miniſtri fuerunt ſermonis totius euangelici, vt Apo-
ſtoli. Hi narrationis libri, quos Lucas indicat, iamdiu eſt quod non extant. hic tamen ſatis eſt nobis auctor
ad veritatem cognoſcendam, vtpote diligentiſſimus, ac veriſſimus, diuinitusque probatus.
e *A principio.*] A principio
d *Aſſecuto omnia.*] quæcunque rem ipſam ſpectant, ita vt nihil deſideretur.
ſeculi huius; in quo veteris Teſtamenti promiſſa, oraculaque omnia quæ ad cæleſtis regni apparatum & conſtitu-
tionem pertinebant, impleta explicataque ſunt.
f *Vt cognoſcas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.*] certam conſecutionem & perſpicuitatem, quæ non modò ad memoriam iuuandam & confirmandam, ſed ad veritatem exponendam plurimùm valet, cùm ſuis quæque diuiſa diſtributaque temporibus & partibus traduntur; ἀσφάλειαν.
g *Herodis regis.*] patris Archelai.
h *De vice Abia.*] octaua ſorte.
i *Iuſti ambo.*] Iuſtitia illa legali, quam Deus exigit ab iis qui in ſe credunt. Id exponit Lucas, *Incedentes in omnibus mandatis*, &c. hoc eſt, exercitati in omni opere iuſto & cultu diuino, quatenus ad eos pertinebat: idque non ad hominum faciem tantùm, ſed *ante Deum*: *Sine querela*, ſine reprehenſione vlla aut opprobrio, quod quis verè obiicere poſſet.

8 Factum eſt autem: cùm ſacerdotio fun-
geretur * in ordine vicis ſuæ ante Deum, * Zacharias 3 sq. Ambr.
9 ſecundum conſuetudinem ſacerdotij,
ſorte exiit vt incenſum poneret ingreſſus Exod. 30. a. 7
in templum Domini: 10 [a] & omnis mul- Leu. 16. d. 17
titudo populi erat orans foris hora incẽſi.
11 Apparuit autem illi Angelus Domini,
ſtans [b] à dextris altaris incenſi. 12 Et Za-
charias turbatus eſt, videns: [c] & timor ir-
ruit ſuper eum. 13 Ait autem ad illum
angelus, Ne timeas Zacharia, [d] quoniam
exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua
Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis Infr. f. 63.
nomen eius Iohannem: 14 [e] & erit gau-
dium tibi & exultatio: [f] & multi in nati-
uitate eius gaudebunt. 15 [g] erit enim ma- B
gnus coram Domino: & [h] vinum & ſice-
ram non bibet. [i] & Spiritu ſancto replebi-
tur adhuc ex vtero matris ſuæ. 16 [k] &
multos filiorum Iſraël conuertet ad Do-
minum Deum ipſorum. 17 & ipſe præ-
cedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ: Mat. 11. b. 14
vt conuertat corda patrum in filios, & in- Mala. 4. a. 6.
credulos ad prudentiam iuſtorum, para-
re Domino plebẽ perfectam. 18 Et dixit
Zacharias ad angelum, [l] Vnde hoc ſciam?

a *Et omnis multitudo.*] atque ita paratum erat publicum teſtimonium futuro miraculo.

b *A dextris altaris incenſi.*] quod erat in medio templi. Significabat autem dexter ſitus angeli, bonum nuntium.

c *Et timor irruit ſuper eum.*] Exiſtimauit graue aliquod nuntium ab angelo afferri aduerſus populum.

d *Quoniam exaudita eſt deprecatio tua.*] Zacharias hora incenſi preces fundebat pro ſalute & redemptione Iſraelis: namque de prole ſuſcipienda, iam illa cura quæ iuniori fuerat, ſeniori & ſterilis vxoris marito aut depoſita erat, aut imminuta. Igitur deprecatio illius pro populo exaudita annuntiatur, Deuſque iam parare ſalutem populo dicitur, cuius rei apparatus ex magno miraculo inchoandus declaratur, quòd vxor illius illa ſterilis Eliſabeth paritura ſit illi ipſi patri viuẽti & videnti filium marem, cuius nomen diuino conſilio inditum, boni huius nuntij, iis quibus auditum fuerit, ſignificationem afferat.

e *Et erit gaudium & exultatio.*] Ipſis parẽtibus erit gaudium & exultatio: atque ipſi præcipuè, qui Spiritu ſancto edoctus, cognoſcet tempus ſalutis & gratiæ aduenifſe, cuius teſtis filius eius à Deo conſtituendus ſit.

f *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.*] vt illud gaudium multorum magnã moueat apud populum expectationem ſalutis iam inſtantis.

g *Erit enim magnus corã Domino.*] Magna auctoritate erit præditus; idque Deo efficiente, qui illius ſanctitatem & dignitatem ad teſtimonium ferẽdum confirmabit idemque magnus miniſter ac propheta à Domino cõſtitutus erit; non ſolùm propheta ſed quo nullus propheta antè maior fuerit, atque adeò pluſquam propheta appellandus.

h *Vinum & ſiceram non bibet.*] Ab omni vitio & voluptate alienus abhorrenſque erit, & Nazaræorum more iam totus ad miniſterium Dei ſegregatus.

i *Et Spiritu ſancto replebitur.*] Spiritu miniſterij ac prophetiæ & teſtimonij, & ad eam rem cognitionis etiam ſpiritu; itaque totus ad hoc munus conformatus, ſanctificatus, atque à cæterorum mortalium communi ingenio & comparatione ſemotus.

k *Et multos filiorum Iſraël conuertet ad Dominum Deum ipſorum.*] Multos ex iis qui vocationis Iſraelis rationem non bene intelligunt, aut non bene tenent, & ſequuntur, ad fidem promiſſorum quæ Iſraeli facta ſunt, reuocabit & ad pœnitentiam conuertet, propoſito ac denuntiato aduentu ſalutis publicæ p[er] Dominum Deum expediendæ, quem cognoſcendum proponet & indicabit, præcedens eundem in ſpiritu, a[c virtute], atque efficacitate Eliæ ita fiet vt conuertat corda patrum in filios, hoc eſt, & patres, & filios, & doctores, & diſcipulos & [iuu]enes, & ſenes, & illos qui recta perſuaderi non potuerant, aut noluerant, conuertet ad bonam mentem, & rationem prudentiamque rerum expetendarum & ſperandarum, atque exercitationem agendarum, qua iuſti inſtructi ſunt, aut inſtrui debent ij qui iuſti eſſe ſtudent.

l *Vnde hoc ſciam?*] Quo argumento cognoſcam hoc eſſe futurum? namque in me aut vxore mea nihil eſt vt hoc ſperare poſſim. Credidit Zacharias nuntium à Deo miſſum: at cùm non reſpiceret virtutem diuinam, ſed humanam facultatem tantùm, hæſitauit in fide, voluitque ſignum aliquod habere, quo illud fieri poſſe in ſe vxoreque ſua intelligeret.

ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſ-
ſit in diebus ſuis. 19 Et reſpondens ange-
lus dixit ei, [a]Ego ſum Gabriel qui aſto an-
te Deum: & miſſus ſum loqui ad te, &
hæc tibi euangelizare. 20 Et ecce, eris ta-
cens, & non poteris loqui vſque in diem
quo hæc fiant: pro eo quòd non credidi-
ſti verbis meis, quæ implebuntur in tem-
pore ſuo. 21 Et erat plebs expectans Za-
chariam: [b]& mirabantur quòd tardaret
ipſe in templo. 22 Egreſſus autem non
poterat loqui ad illos: & cognouerunt
C quòd viſionem vidiſſet in templo. [c]Et
ipſe erat innuens illis, & permãſit mutus.
23 Et factum eſt: vt impleti ſunt dies offi-
cij eius, abiit in domum ſuam. 24 poſt
hos autem dies concepit Eliſábeth vxor
eius: & [d]occultabat ſe mẽſibus quinque,
dicens, 25 [e]Quia ſic fecit mihi Dominus
in diebus quibus reſpexit auferre oppro-
brium meũ inter homines. 26 [f]In men-
ſe autem ſexto, [g]miſſus eſt angelus
Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui
Mat.1,a.18 nomen Nazareth, 27 ad virginem deſpõ-
ſatam viro, cui nomen erat Ioſeph, de do-
mo Dauid: & nomen virginis Maria.
28 Et ingreſſus angelus, ad eam dixit, [h]Aue
gratia plena, [i]Dominus tecum: benedicta
tu in mulieribus. 29 Quę cùm [*]audiſſet,
turbata

vidiſſet, à MS. Ambr. ...



a *Ego ſum Gabriel qui aſto.*] Fortis meus Deus, ſignificat nomen *Gabriel*. ex nomine ipſo intelliges rem omnẽ, quam Deus promiſerit, effici poſſe diuina virtute. Profiteor tibi nomen, miniſterium, & legationis meæ munus. profiteor me hæc ex diuino cõſilio ac decreto accepta miſſum fuiſſe, vt tibi euangelizarem: quæ niſi ita forent, non ego euangelizaturus accepiſſem aut attuliſſem. ſatis erat tibi hæc cogitare, vt futura crederes. nunc ergo omnia quæ dixi etiam in longum tempus expectanda, certiſſima fore cognoſces: eris tacens vſque in diem quo expediantur: atque ita doceberis fore omn. implenda ſuis temporibus ac momentis

b *Et mirabantur quòd tardaret ipſe in templo.*] Ita vt admiratio illa moueret expectationem nouæ rei.

c *Et ipſe erat innuens illis.*] nutibus & geſtibus innuebat ſibi viſam fuiſſe viſionem, magníque myſterij nuntium allatum eſſe: ita tamen mutus permanſit, vt certis nutibus ſignificaret quod vellet, & cætera vitæ, atque adeò miniſterij ſui munia recto more ſeruaret.

d *Occultabat ſe menſibus quinque.*] Nõ quòd erubeſceret miraculo grauida facta ex viro ſuo, ſed quòd illis mẽſibus, dum vterus non manifeſtè tumeret, non exiſtimabat illud euulgandum, quòd fortaſſè non crederetur à vicinis. Solent enim ſteriles fœminæ ſæpè, ex nimio deſiderio prolis habendæ, falli; & iactare palam apud notas mulieres ſe eſſe grauidas: quæ res cùm expectatur, nulla tandem euadit. Eliſabeth ne ſimile iudicium experiretur, quanquã ſe grauidam eſſe planè ſciret, tamen tacebat illis menſibus, dum vterus tumẽs rem proderet veriſſimam. Laudabat verò interim Deum, ſibíque gratulabatur ob diuinum beneficium, quod ſperabat manifeſtum fore omnibus.

e *Quia ſic fecit mihi Dominus.*] gratulatoria oratio eſt.

f *In menſe autem ſexto.*] cùm iam vterus Eliſabeth apertè proderet tumorem fœtumque indicaret cõceptum.

g *Miſſus eſt angelus Gabriel à Deo.*] cũ omnibus mandatis quæ ſequuntur narranda, & cum notis rerum, locorum, & perſonarum ab ipſo Deo traditis.

h *Aue gratia plena.*] dilecta, grata, electaque vt gratia abundes.

i *Dominus tecum.*] conſilium, virtutem & efficacitatem ſuam in te oſtenſurus, ita vt manifeſtum orbi ſe auctorem probet dignitatis tuæ: ea autem dignitas erit, vt in mulieribus ſis benedicta, fructu videlicet benedictionis æternæ in te producto, ita vt nullum vnquam ſimile tui commemorari poſſit in mulieribus exemplum.

[a] turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. 30 Et ait ange-
lus ei, [b] Ne timeas Maria, inueniſti enim
gratiam apud Deum. 31 [c] *ecce concipies * & M.3.c.; Iſa.7.c.2. Infr.2.c.21. Mat.1.d.21.
in vtero, & paries filium: & [d] vocabis no-
men eius Ieſum. 32 [e] hic erit magnus, & D
[f] filius Altiſſimi vocabitur, & [g] dabit illi
Dominus Deus ſeden Dauid patris eius:
33 [h] & regnabit in domo Iacob [i] in æternũ, Dan.7.d.14. & g.27. Mich.4.b.7.
& regni eius non erit finis. 34 Dixit au-
tem Maria ad angelum, [k] Quomodo fiet
iſtud? quoniam virum non cognoſco.
35 Et reſpondens angelus, dixit ei, [l] Spiri-
tus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Al-
tiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; & [m] quod
naſcetur ⁻ex te Sanctum, vocabitur filius ⁻ 8 M.5.c.3.
Dei. 36 Et [n] ecce Eliſabeth cognata tua,
& ipſa

a *Turbata eſt.*] viſione ſubita angeli: *& cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*: quò tenderet, in qua Domini præſentis mentio fiebat; & benedicta ipſa præter cæteras fœminas prædicabatur. cuius ſalutationis exemplum nullum anteà auditum lectúmve fuerat: ſalutatione tanta aliam magis, quàm ſe, dignam arbitrabatur: tanta erat modeſtia prædita virgo illa ſanctiſſima.

b *Ne timeas Maria.*] Nominat eam, vt certiorẽ faciat legationis ad ipſam deſtinatæ, non ad aliam quampiã. *Inueniſti enim gratiam apud Deum*; Hebraicus idiotiſmus, quo ſignificatur illam Deo gratam eſſe & charã, propter virtutis & ſimplicitatis ac modeſtiæ ſummæ exemplum: ideóque delectam ex omnibus aliis ad tãtam dignitatem, vt ſit mater Dei.

c *Ecce concipies in vtero.*] Admirabilẽ modum conceptionis virgini ſignificauit Angelus, fore ſtatim vt in ſuo vtero haberet, nullo virili ſemine; ſed puriſſimis ſanguinibus virginis ad ſanctiſſimum fœtum concipiendum, fouendum & alendum comparatis. Tu, inquit, *in vtero concipies*, idque præſenti miraculo, quod indicatur illa voce *Ecce*. Simul etiam hoc orationis genus vſurpauit Angelus, quod ab Iſaia prolatum fuerat olim, Ecce virgo in vtero [illegible]ebit. quod ſignificat virginem permanentem virginem, in vtero tamen habituram. Intellexit orationẽ virgo, & ſignificationẽ vaticinij apertè cognouit. d *Vocabis nomen eius Ieſum.*] ישוע ſaluatorẽ. e *Hic erit magnus.*] Homines alij omnes breues, parui, exiguique ſunt; ideò nequeunt generi ſuo exactè prodeſſe. hic virtute, auctoritate, efficientia, & rebus gerendis verè magnus erit. qui homines omnes ſumma excellentia ſuperet. eritque magnus ſaluator: magni conſilij angelus, admirabilis, fortis. Omnes autem hi tituli nomine *magni* continentur. f *Filius altiſſimi vocabitur.*] Adeò ſuperabit cæteros homines virtute & efficacitate, vt patrem non in terris, ſed in cælis altiſſimum illum omnipotentem habere dicatur, idque veriſſimè.

g *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.*] promiſſam Dauidi patri eius ſecundùm carnem, ea parte qua tu ex Dauid originem ducis. Non ſedem illam temporariam terrenam, ſed illam admirandam ſanctiſſimam, de qua ſcriptum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, &c. h *Et regnabit in domo Iacob.*] in iis qui ſeſe totos Deo credentes obtulerint & tradiderint, exemplo Iacob: in his inibit regnũ, victoria parta de hoſtibus: cuius regni ineundi figura fuit olim exitus domus Iacob de populo barbaro, cùm facta eſt Iuda ſanctificatio eius, Iſrael poteſtas eius. i *In æternum.*] in ſæcula huius mundi omnia: & procedet regnum vltra mundi etiam finem, ita vt nullus ſit finis regni eius, quamuis futurus ſit finis mundi huius. k *Quomodo fiet iſtud?*] Magnum myſterium cognoſcere cupiebat virgo, non rei efficiendæ, quam certam credebat, vtpote à Deo promiſſam; ſed modi quo efficienda eſſet res, ſine viri coniunctione: quam non eſſe oportere intellexerat ex Angeli nuntio, ac vaticinio Iſaiæ. Vt ergo ſeſe promptam Dei voluntati præſtaret, eo modo quo cognoſceret fieri poſſe, non ſolùm rem ipſam, ſed modum & rationem doceri vult, exemplo antiquorum iuſtorum, qui cùm aliquid agere iubebantur publicæ aut priuatæ rei, doceri volebant modum tenendum, vt commodius agerent. Quandoquidem ſalua virginitate, hoc magnum myſterium, magnumque mihi beneficium pollicetur Deus; nam *virum non cognoſco*, nec eius ope indigeo ad hanc rem: quomodo decreuit Deus, vt hoc fiat, quid petam? quid expectabo? quid orabo? quomodo id factum agnoſcam? l *Spiritus ſanctus.*] qui cuncta viuificat, ille viuificabit in te fœtum, fouebitq; ſanguinem tuum, & ſanctificabit admirabiliter nouo modo generationis effectæ, ex virtute altiſſimi ſupernaturali, eademque excellentiſſima *obumbrabit tui*, incumbet in te: ita vt te matrem, Deum patrem filius ille habeat.

m *Quod naſcetur ex te ſanctum.*] ſanctũ, ab omni alio conceptus & natiuitatis exemplo omnino ſeparatum admiranda excellentia perfectionis ſummæ, atque ita vocabitur verè filius Dei, & ex conſequenti ab omni labe humanæ impuritatis alienum erit: nam ex te ſanctum, & ex patre ſanctum erit. n *Ecce Eliſabeth.*] Vt ſcias com-

filium diuinum Iam expediri cœptum admirandis modis & nouis, vtpote de re admiranda, hoc eſt. de hominum renouatione inſtitutum, ipſa vocata ſterilis, atque talis ſecundùm naturam cognita, concepit in ſenectute ſua: iamque res hæc ſenſibus etiam ſigno certo confirmata eſt: ſextus namque menſis eſt.

& ipſa concepit filium in ſenectute ſua: &
hic menſis, ſextus eſt illi quæ vocatur ſte-
rilis: 37 [a] quia non erit impoſſibile apud
Deum omne verbum. 38 Dixit autem
Maria, [b] Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſe-
cundum verbum tuum. Et diſceſſit ab il-
la angelus. 39 Exurgens autem Maria [c] in
diebus illis, abiit in montana [d] cum feſti-
natione in ciuitatem Iuda: 40 & intrauit
in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſá-
beth. 41 Et factum eſt: vt audiuit ſaluta-
tionem Mariç Eliſábeth, exultauit infans
in vtero eius. [e] & repleta eſt Spiritu ſancto
Eliſábeth: 42 & exclamauit voce magna,
& dixit, Benedicta tu inter mulieres, &
[f] benedictus fructus ventris tui. 43 Et vn-
de hoc mihi [g] vt veniat mater Domini
mei ad me? 44 Ecce enim vt facta eſt vox
ſalutationis tuæ in auribus meis, exulta-
uit in gaudio infans in vtero meo. 45 &
[h] beata quę "credidit", quoniam perficien-
tur ea quæ dicta ſunt "ei" à Domino.

"credidiſti, "tibi MS. Amb.

E 46 Et ait Maria:

Magnificat anima mea Dominum:

47 [k] Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſa-
lutari meo.

48 [l] Quia reſpexit humilitatem ancillæ
ſuæ.

a *Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*] quod locutus fuerit Dominus, ſeſeque facturũ receperit.

b *Ecce ancilla Domini.*] Intelligo eũ Dominum ipſum fore auctorem totius rei in meum & humani generis beneficium, meamque obedientiam ab illo exigi: me igitur præbeo illi ancillam, cupioque illius voluntatẽ tuo ſermone declaratam, in me quã citiſſimè effici. Admirandum modeſtiæ & obedientiæ exemplum.

c *In diebus illis.*] nondum tranſacto ſexto menſe Eliſabeth.

d *Cum feſtinatione.*] præ lætitia & cupiditate ſalutandi cognatam; & communi vtriuſque gratulatione Deum laudandi.

e *Et repleta eſt Spiritu ſancto.*] prophetiæ & laudum atque gratulationis auctore.

f *Benedictus fructus.*] ventris tui, qui humanum patrem non habet, te ſolùm in hominibus habet parentem. Eſt autem benedictus, hoc eſt, eſt ille fructus, per quem benedicendæ ſunt cunctæ familiæ terræ.

g *Vt veniat mater Domini.*] Dominũ in illa eſſe cognouit Eliſabeth, Spiritu ſancto indicante: & intellexit cauſam eandem fuiſſe exultationis infantis in vtero ſuo.

h *Beata quæ credidit.*] non dubitans neque hæſitans an ſecundùm naturam, an præter naturam fiat quid, ſed certiſſimè tenens Deum poſſe & velle facere quæ dixerit.

i *Magnificat.*] Totum canticum à virgine Spiritu ſancto plena editum, propheticam rationem omnem continet, tam laudum, quàm vaticiniorum & interpretationum partibus conſtans.

k *Et exultauit ſpiritus.*] Magna lætitia perfuſus eſt meus ſpiritus, nata ex beneficio Dei, qui mihi auctor ſalutis fuit. Eſt ergo vera, ncreque ſpiritualis exultatio, quæ gratias auctori ſuo agit.

l *Quia reſpexit.*] me humilem virgunculam inter homines ferè ignotam, & obſcuram ob familiæ paupertatem, ob propriam modeſtiã nihil maius de me ipſa cogitantem, quàm vt Dei ancilla eſſem, eoque nomine ab illo acciperer. Reſpexit, tantoque beneficio affecit, vt ſeculis omnibus beata prædicer. etiq; prædicationis argumentum, quòd mihi humillimę virgini magna fecerit ille potens, cuius nomen ſanctum, cuius efficientia nullum habet ſimilem aut ſecundum; cuius miſericordia erga ſe timentes perpetua conſtanſque eſt per omnes ætates, nullumque finem habet, nullum impedimentum offendit. Habet enim ille brachium fortiſſimum, quo potentiam ſuam reipſa oſtendit: huiusque rei exemplum edidit in.

patribus noſtris, quos in brachio potẽti & excelſo ex Ægypto eduxit, diſperſis ſuperbis illis & potẽtiſſimis hoſtibus eorũque conſiliis diſiectis. Deinde gentibus potentiſſimis è ſede regnorũ depoſitis, humiles anteà Iſraelitas exaltauit, eoſque eſurientes, nullum cibum habentes, locupletauit nõ ſolùm cibis, ſed omnibus diuitiis gẽtium illarum ditiſſimarum, quas inanes muſcarum inſtar abegit, & in fugam pepulit. Hæc & huiuſmodi multa exempla virtutis & miſericordiæ ſuæ edidit ille ſanctiſſimi nominis Dominus, qui nũc denuò recordatus miſericordię quam in ſecula ſe præſtiturum pollicitus fuerat erga Abraham & eius ſemen verum, nũc denuò, inquam, Iſrael ſeruum ſuum, quem ex Iacobi humilitate ad Iſraelis dignitatem euexerat, ſuſcepit fouendum, amplificandum, & perficiendum, nouo, diuino & ſpirituali modo.

ſuæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent "omnes generationes'.
49 Quia fecit mihi magna qui potens eſt,
& ſanctum nomen eius.
50 Et miſericordia eius à "progenie in progenies', timentibus eum.
51 Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
52 Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.
53 Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
54 Suſcepit Iſrael puerum ſuum, "recordatus' miſericordiæ ſuæ,
55 Sicut locutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſecula.
56 Manſit autem Maria cum illa [a] quaſi
menſibus tribus: & reuerſa eſt in domum
ſuam. 57 [b] Eliſabeth autem impletum eſt
tempus pariendi: & peperit filium. 58 Et
audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus miſericordiã ſuam
cum illa, [c] & congratulabantur ei. 59 Et
factum eſt: in die octauo venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui, Zachariã. 60 [d] Et reſpondens mater eius, dixit, Nequaquam, ſed
vocabitur Iohannes. 61 Et dixerunt ad
illam, Quia nemo eſt in cognatione tua
qui vocetur hoc nomine. 62 Innuebant
autem patri eius, quẽ vellet vocari eum.
63 Et poſtulans pugillarem, ſcripſit, dicẽs,
Iohannes

a *Quaſi menſibus tribus.*] ad nonum vſque menſem miniſtrans ſeniori & grauidæ, officiumque faciens, communique gratulatione ſeſe in diuinis laudibus exercens.

b *Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi.*] iuxta dictum angeli ad Zachariam.

c *Et congratulabantur ei.*] ſicut angelus dixerat, *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.*

d *Et reſpondens mater eius.*] quæ à Spiritu ſancto edocta fuerat nomen pueri.

" in generationem & generations ' MS. eq.

" in progenies & progenies ' MS. eq. s.

*Iſa.* 51. b. 9. *Pſa.* 32. b. 10. *Iſa.* 25. c. 15. *Pſa.* 33. b. 11.

1 *Reg.* 2. b. 5.

" memorari ' MS. R. G.

*Iſa.* 30. d. 18. & 41. b. 8. & 54. b. 5. *Iere.* 31. a. 3. & d. 10. *Pſa.* 131. c. 11. *Gen.* 17. c. 19 & 22. c. 16. *Sup.* b. 14.

F

*Supr. b. 13.*
[a]Iohannes eſt nomen eius. [b]Et mirati ſunt
vniuerſi. 64 [c]Apertum eſt autem ilico os
eius, & lingua eius, & loquebatur bene-
dicens Deum. 65 Et factus eſt timor ſu-
per omnes vicinos eorum: & [*]ſuper om-
nia montana Iudææ diuulgabantur om-
nia verba hæc: 66 & poſuerunt omnes
qui audierant in corde ſuo, dicẽtes, [d]Quis
putas puer iſte erit? Etenim manus Do-
mini erat cum illo. 67 Et Zacharias pa-
ter eius [e]repletus eſt Spiritu ſancto, &
G prophetauit, dicens:
68 [f]Benedictus Dominus Deus Iſrael: quia
v[isitauit] & fecit redẽptionẽ [*]plebis ſuæ:
69 Et [g]erexit cornu ſalutis nobis, in domo
Dauid pueri ſui.
70 [h]Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui
à ſeculo ſunt prophetarum [*]eius,
71 [i]Salutem ex inimicis noſtris, & de ma-
nu omnium qui oderunt nos:
72 [k]Ad faciendam miſericordiam cum pa-
tribus noſtris: & memorari teſtamenti
ſui ſancti,
73 Iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã
patrem noſtrum, 74 daturum ſe nobis,
Vt, ſine timore, de manu inimicorum
noſtrorum liberati, ſeruiamus illi,
75 In ſanctitate & iuſtitia, coram ipſo,
omnibus diebus noſtris.
76 Et

[*] in vniuerſa M.S.G.
*Proſ.1.d.30. Mat.1.d.21*
[*] plebi 8 M.S.G.
*Pſa.131.d.17*
*Pſa.73.c.12*
[*] ſuorum, M.S.G.
*Iere.23.a.6. & 30.b.10*
*Gen.22.c.16 Iere.31.f.33 Hebr.6.c.15 & d.17.*
*2 Pet.1.d.15*

a *Iohannes eſt nomen eius.*] diuino cõſilio & mandato inditum.

b *Et mirati ſunt vniuerſi.*] Nomen illud gratiæ ſignificatione obſeruandum, tanto conſenſu matris & patris etiam muti declaratum, atque diuini conſilij auctoritate confirmatũ.

c *Apertum eſt ilico os.*] Cùm iam facta fuiſſent omnia quæ angelus prædixerat: *os apertum* ſignificat fuiſſe plenum ſententiis & argumentis diuinarum laudum; linguam verò fuiſſe ſolutam illa prohibitione loquendi, & auctam verbis magnis & ſignificantiſſimis.

d *Quis putas puer iſte erit?*] Iam magna expectatio magni conſilij à Deo illis temporibus edendi excitata eſt in cordibus omnium, ac diligens obſeruatio rerum omnium quæ circa illum puerum gererentur, cuius cõceptus, ortus, nomen, & educatio, manifeſtis ſingularis cuiuſdam Dei prouidentiç exemplis illuſtrabantur.

e *Repletus eſt Spiritu ſancto.*] ſcientiæ ac prophetiæ.

f *Benedictus Dominus Deus Iſrael.*] Omnibus gratiis, omnium nominũ gratulationibus prædicandus miſericors ille gubernator Iſraelis à ſe nominari. *Viſitauit*, intendit prouidentiam ſuam ad conſulẽdum rebus afflictis Iſraelitarum, & parauit redemptionem quam iam edere incipit.

g *Erexit cornu ſalutis.*] Auctorẽ potentiſſimum & efficaciſſimum publicç ſalutis conſtituit in familia Dauid famuli ſui.

h *Sicut locutus eſt per.*] Quidquid per omnes prophetas ſanctos ab initio mundi ad hæc tempora pollicitus eſt de publica humani generis ſalute, id omne noſtris diebus præſtat hoc *cornu ſalutis in domo Dauid* erecto.

i *Salutem.*] Omnium promiſſorum ſumma illa erat, nos fore liberandos ex inimicis noſtris inuiſibilibus; hoc eſt, peccatis, & poteſtate inferni ac tenebrarum, & de manu omnium inimicorum qui noſtræ ſaluti vitæque inſidiantur.

k *Ad faciendam.*] Nata eſt autem hæc publica ſalus ex miſericordia, quam ipſe vltrò exhibere, patribusque noſtris polliceri voluit fœdere ſancito, & iureiurando interpoſito, apud Abraham dicens, Benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Illud quod nobis dare conſtituit, iureque iurando firmauit, iam reipſa præſtare cœpit. Cuius ſumma ratio eſt, vt nos liberati à peccatis & corpore peccati, quos inimicos habemus infeſtiſſimos, ſancti, iuſti, & planè diuini, ex illius virtute nobis communicata effecti, ſeruiamus illi in ſanctitate & iuſtitia, non ſolùm coram hominibus, ſed coram ipſo; hoc eſt, eidem ipſi probandæ: idque donum certum perpetuumque nobis ſit ipſo auctore omnibus diebus noſtris in hac vita, & in futura æterna duratione.

76 [l] Et tu puer, propheta Altiſſimi voca- Mala.4.b.5. Supr.b.17.
beris: præibis enim ante faciem Domi-
ni parare vias eius;
77 Ad dandam ſciẽtiam ſalutis plebi eius,
in remiſſionem peccatorum eorum,
78 Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in
quibus viſitauit nos, Oriens, ex alto, Zach.3.d.9. & 6.c.12.
79 Illuminare his qui in tenebris, & in Mala.4.a.2.
vmbra mortis ſedent: ad dirigendos pe-
des noſtros in viam pacis.
80 Puer autem creſcebat, & [m] confortaba-
tur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diẽ
oſtenſionis ſuæ ad Iſraël.

## CAP. II.

FActum [a] eſt autem, in diebus illis exiit A
edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcri-
beretur vniuerſus orbis. [2] Hæc deſcri-
ptio prima, facta eſt [*] à [b] præſide Syriæ Cy- * Ambr.c.6.
rino. [3] [c] Et ibant omnes vt profiterẽtur,
ſinguli in ſuam ciuitatem. [4] [d] Aſcendit
autẽ & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Na-
zareth, [e] in Iudæam, [*] ciuitatẽ Dauid quæ * in ... ms. R.G.S.
vocatur Beth-lehem: eo quòd eſſet de Mich.5.a.1.
domo & familia Dauid, [5] vt profiteretur Matt.2.a.6. Ioh.7.f.42.
cũ Maria deſponſata ſibi vxore prægnan-
te. [6] Factum eſt autem, [f] cùm eſſent ibi,
impleti

l *Et tu puer, propheta Altiſſimi vocab.*] hoc eſt, potentiſſimi & efficaciſſimi, iam iam præſenti numine cũcta præſtantis quæ promiſſa erant. Eris enim præcurſor ipſius auctoris ſalutis iam præſentis, parabiſque viam qua ille excipiendus erit: docebis enim populum ſcientiam ſalutis, hoc eſt, aduentum regni cælorum iam propinqui, fidem erga Dei promiſſa, & pœnitentiam perfectam & abſolutam, quibus rebus ſe plebs illa paret ad obtinendam remiſſionem peccatorũ omnium præteritorum, & vitam æternam in futurũ accipiendã: idque, quamuis maximum & planè diuinum donum erit, tamen continget per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, qui illud promiſit, quibus viſceribus quòd ſemper ille præditus ſit, viſitauit, hoc eſt, ſingulari prouidentia noſtri miſertus rationem habuit, vnde ſol ex alto cælo nouo lumine nobis illuxit, vt lucem afferat ſpiritualem iis qui in tenebris peccatorum, & imbecillitate cognitionis ac virtutis, & in vmbra mortis æternæ ſedẽt: atque vt hac luce ac virtute addita greſſus actioneſque noſtræ dirigantur inoffenſi in viam viuendi feliciſſimam, quæ pacem diuinam nobis confirmet, atque omnium bonorum vſum perfectũ integrumq; præbeat.

m *Confortabatur Spiritu.*] Spiritu ſancto, qui illum in dies augebat viribus animi, exemplo vitæ, & grauitate morum atque integritate.

CAP. II.

a *Factum eſt autem.*] Vt ſoleat Deus conſilia ſua proferre, oſtendit Euangeliſta hoc exemplo: Quo tempore Auguſtus Cæſar omnem orbem in ſuas familias diſtribuit, eodem tempore Ioſeph & Maria publicè coram omni tribu Iuda profeſſi ſunt ſe eſſe ex familia Dauid, aliis ex eodem genere præſentibus & aſſentientibus, eorumque nomina & numerus etiam in libros publicos & in acta relata ſunt, ita vt & ad Auguſtũ Romam deportari poſſent: Cæſareaque auctoritate confirmari fœtum illum quo Maria grauida eſſet, ex familia Dauid eſſe.

b *Præſide Syriæ Cyrino.*] Huius deſcriptionis initium in Syria fuit, quæ orbis habitabilis media pars habebatur; idque Cyrini tempore, qui diligẽter eam deſcriptionem iniit, maximè cùm eius exemplum cæteræ orbis terræ partes ſecuturæ eſſent.

c *Et ibant omnes.*] omnes familiæ Iudæorum, quæ certas ciuitates à maioribus ſuis vel inſtructas vel exornatas agnoſcebant: atque ita deſcriptio & breuius & diſtinctius expediebatur.

d *Aſcendit autem & Ioſeph.*] quo quiſque loco habitaret, nihil referebat: nam tum alij alias ob cauſas permixti erant cum aliis familiis. verùm profeſſionis tempore ſiue ea ex antiquo legis ritu, ſiue ex alio nouo decreto fieret, oportebat vnumquemque ad ſuæ familiæ locum celebrem ac certum redire. Cognomen quidem accedebat aliquando nonnullis ex loco habitationis, ſed id familiam non mutabat.

e *In Iudæam ciuitatem Dauid.*] vt ſe vxoremque ſuam, & fœtum quo illa grauida erat, ex Iudæ tribu & Dauid familia eſſe profiteretur.

f *Cum eſſent ibi.*] eo ipſo tempore quo peruenerant, cùm iam profeſſi fuiſſent, impleti ſunt dies vt pareret Maria illa; quæ quamuis grauida erat atque in vltimo mẽſe, tamen ſine vlla moleſtia potuit iter facere ex virtute fœtus, quem conceperat ſanctum & filium Dei.

impleti ſunt dies vt pareret. 7 Et [a] pepe-
rit filium ſuum primogenitum, [b] & pan-
nis eum inuoluit, & reclinauit eum in
ei MSq Ambr. præſepio: quia non erat " eis' locus in di-
uerſorio. 8 Et paſtores erant in regione
eadem vigilantes, & cuſtodientes vigilias
noctis ſuper gregem ſuum. 9 Et ecce, an-
B gelus Domini ſtetit iuxta illos, & claritas
Dei circunfulſit illos, [c] & timuerũt timo-
re magno. 10 Et dixit illis angelus, [d] No-
lite timere: ecce enim euangelizo vobis
gaudium magnum, quod erit omni po-
pulo: 11 quia [e] natus eſt vobis hodie Sal-
uator qui eſt Chriſtus Dominus in ciui-
tate Dauid. 12 [f] Et hoc vobis ſignum, In-
uenietis infantem pannis inuolutum: &
poſitum in præſepio. 13 Et ſubito facta
eſt cum angelo multitudo militiæ cæle-
ſtis, laudantium Deum, & dicentium,
14 [g] Gloria in altiſſimis Deo: & in terra
pax * hominibus " bonæ voluntatis'.
15 Et factum eſt: vt diſceſſerunt ab eis an-
geli in cælum, paſtores loquebantur ad
inuicem: tranſeamus vſque Beth-lehem,
& videamus [h] hoc verbum quod factum
eſt, "quod Dominus oſtendit' nobis.
16 Et venerunt feſtinantes: & [i] inuenerũt
Mariam & Ioſeph, & infantem poſitum
in præſepio. 17 Videntes autem cogno-

a uerunt

* in ς MS. G.
" bona volun-
tas G. S.

" quod fecit
Dominus,
& oſtendit
'.

a *Peperit filium ſuum primogenitum.*] Hebraicum nomẽ primogeniti non eſt relatiuum, aut reſpicit alium qui naſcatur poſteà. בכור enim eſt initiũ fructus, qui vel ab arbore vel ab animante profertur. Poteſt huic reſpõdere aliquo modo nomen & ius *Maioratus* Hiſpanici, qui ad vnicum filiũ etiam refertur. Significat autem primogeniti nomen eundem illum qui à virgine conceptus fuerat deſponſata Ioſepho. ſanctum non ſolùm natura & diuina virtute altiſſimi; ſed etiam ortu ipſo, quia omne maſculinum primum natum, ſanctum Domino vocari debebat.

b *Et pannis eum inuoluit, & reclinauit.*] Adeò integra valenſque permanſit ex partu nullo dolore, nullis moleſtiis, nullis laſſitudinibus affecta, vt ipſa etiam nutricis & ancillæ operam exhibere potuerit egregiè.

c *Timuerunt timore magno.*] Cognoſcentes illum eſſe angelum, & claritatem illam diuinitus affulſiſſe, timore correpti ſunt religioſo, qui ſimplicia corda tẽtare ſolet eorum qui ſuã conditionem humilem cum cæleſtibus rebus cogitando comparant: timebant autem ne ſibi aliquam calamitatem illa viſio portenderet, vt peccatoribus.

d *Nolite timere.*] Non ſum legatus rei quæ timorem vobis incutiat, ſed nuntij lætiſſimi omni orbi cõmunis.

e *Natus eſt vobis.*] vobis Iudæis promiſſus in ſalutem veſtram & totius mundi, natus eſt hodie.

f *Et hoc vobis ſignum.*] quo ille cognoſcatur.

g *Gloria in altiſſimis Deo, &c.*] Summa definitio eſt euentuum, quos ex Chriſti natiuitate expectare oportebat. Nam Chriſti mediatoris illæ partes fuerant, vt Dei nomen ſanctificaretur hominibus ad cælorum regnum inductis, ſimul etiam vt pax veraque ſalus hominibus ipſis adferretur, reconciliatis in ſolidam & perpetuam apud Deum gratiam. nam *bona voluntas* hoc loco idem ſignificat quod Hebræis רצון, beneplacitum & reconciliatio.

h *Hoc verbum quod factum eſt.*] Videamus id quod Dominus verbo ſuo per angelos denũtiato adire nos ac videre cognoſcereque iuſſit; teſteſque eſſe illius magni erga homines beneficij.

i *Inuenerunt Mariã & Ioſeph.*] Mariã & Ioſeph inuenerũt illã rectè valẽtẽ, & matrem tamen nunc recens enixam primogenitum, quamuis iuuenculam virginem, ita tamen matris officium peragentem, vt ſine vllis comitibus aut aliis miniſtris ipſa infantem inuolutum in præſepio poſitum haberet, viro Ioſeph præſente, qui paſtoribus rem omnem narrauit, vt à principio habuerat, & ab illis etiam acceperat, quæ de Angelorum viſione & allocutione dici potuerunt.

uerunt de verbo quod dictum erat illis C
de puero hoc. 18 Et omnes qui audie-
runt, mirati ſunt: & de his quæ dicta ² MS. Ambr. G. 6.
erant à paſtoribus ad ipſos. 19 Maria au-
tem conſeruabat omnia verba hæc [a] con-
ferens in corde ſuo. 20 Et reuerſi ſunt
paſtores, glorificantes & laudantes Deũ
in omnibus [b] quæ audierant, & viderant
ſicut dictum eſt ad illos. 21 Et poſtquam Gen. 17. b. 12
conſummati ſunt dies octo vt circunci- Leuit. 12. a. 3
deretur puer: vocatum eſt nomen eius Sup. 1. c. 31
Ieſus, quod vocatum eſt ab angelo prius Mat. 1. d. 21
quàm in vtero conciperetur. 22 Et poſt-
quam impleti ſunt dies purgationis eius,
[c] ſecundùm legem Moyſi, tulerunt illum Leuit. 12. b. 6
in Ieruſalem, vt ſiſterent eum Domino,
23 (ſicut ſcriptũ eſt in lege Domini, Quia
omne maſculinum [d] adaperiens vuluam, Exod. 13. a. 2
ſanctum Domino vocabitur.) 24 & vt da- Num. 8. c. 16
rent hoſtiam ſecundùm quod dictum eſt Leuit. 12. b. 8
in lege Domini, par turturum, aut duos
pullos columbarum. 25 Et ecce homo
erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & D
homo iſte iuſtus & timoratus, [e] expectãs
conſolationem Iſraël: [f] & Spiritus ſanctus
erat in eo. 26 Et reſponſum acceperat à
Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem,
niſi prius videret Chriſtum Domini.
27 Et vênit in ſpiritu in templum. Et cùm
inducerent puerum Ieſum parentes eius,
vt facerent ſecundùm conſuetudinem le-
gis pro eo: 28 & ipſe [g] accepit eum in vlnas
ſuas,

a *Conferens in corde ſuo.*] teſtimonia paſtorum conueniẽtia omnino cum Gabrielis nuntiatione ac definitione de filio Dei & ſuo; omniaque referens ad prouidentiam Dei, qui ex illa humilitate & paupertate, in qua filius ſuus naſcebatur, tantam rem parabat & fouebat.

b *Quæ audierant & viderant.*] audierant ab Angelis & à Ioſeph, & videbant ipſi apprime inter ſe conuenire.

c *Secundùm legem Moyſi.*] Non quòd illa purgari deberet ſecundùm veritatem, vtpote quæ puriſſimè ſanctiſſiméque conceperat, pepererat, & nunquam decubuerat; ſed vt legi Moſis obediret, iiſdem ritibus vſa eſt, quibus cæteræ primiparæ mulieres, & vt manifeſtum eſſet illum eſſe primogenitum: atque adeò vt legi illi plenè ac perfectè ſatisfieret; nemo enim ex mulieribus natus magis perfectè ac propriè *Sanctus Domino* vocari potuit, quàm infans ille.

d *Adaperiens vuluam.*] Hebraicus idiotiſmus, quo ſignificatur primus partus, ſiue illud פטר, quod ſuperius diximus. nam *aperire vuluam* idem ſignificat illa lingua quod fœcunditatem probare: ſicut *claudere vuluam*, ſignificat ſterilem efficere.

e *Expectans conſolationem Iſraël.*] Conſolatio Iſraël vera illa à Simeone expectabatur, quę per promiſſum Chriſtum omni orbi ſalutarem afferenda erat.

f *Et Spiritus ſanctus erat in eo.*] Spiritus cognitionis & prophetiæ, à quo reſponſum illud acceperat fore vt viuẽs adhuc ac valens videret Vnctũ illum ad publicam ſalutem, à Domino miſericordiarum vnctum. eodem Spiritu ſancto agente venit illa hora in templum doctus inueniendum ſibi illic illa hora fore eum quem expectabat.

g *Accepit eum in vlnas ſuas.*] vt teſtari poſſet ſibi non ſolùm à longè viſum & ſalutatũ, ſed manibus etiam quàm proximè ad ſe admotum accepiſſe illum mundi totius ſeruatorẽ.

ſua, & benedixit Deum, & dixit,
29 ᵃNunc dimittis ſeruum tuum Domine;
ſecundum verbum tuum in pace:
30 Quia viderunt oculi mei ſalutare tuũ,
E 31 Quod paraſti ante faciem omnium
populorum:
32 Lumen ad reuelationem gentium, &
gloriam plebis tuæ Iſrael.
ᵃ Ioſeph MS.R.G.S. 33 Et erat "pater eius' & mater *ᵇ mirantes
* eius MS. R.G.S. ſuper his quæ dicebantur de illo. 34 Et
benedixit illis Simeon, & dixit ad Ma-
Iſa.8.c.14. Rom.9.g.32. 1 Pet.2.b.8. riam matrem eius, ᶜEcce poſitus eſt hic
in ruinam, & in reſurrectionem multo-
ᵃ contradicitur Aug.G. rum in Iſrael, ᵈ & in ſignum cui "contra-
dicetur': 35 ᵉ & tuam ipſius animam per-
tranſibit gladius, vt reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. 36 ᶠ Et erat Anna
propheti̇ſſa, filia Phanúel, de tribu Aſer:
hæc proceſſerat in diebus multis, & vi-
F xerat cum viro ſuo annis ſeptem à virgi-
* erat MSq. R. nitate ſua. 37 Et hæc vidua* vſque ad an-
nos octoginta quatuor: quę non diſcede-
bat de templo, ieiuniis & obſecrationi-
bus ſeruiens nocte ac die. 38 ᵍ Et hæc,
ipſa hora ſuperueniens confitebatur Do-
mino: & loquebatur de illo omnibus qui
ᵃ Ieruſalem 26 MS. G.S. expectabant redemptionem "Iſrael'.
39 Et vt perfecerunt omnia ſecundùm le-
gem Domini, ʰ reuerſi ſunt in Galilæam,

a *Nunc dimittis.*] Iam, inquit, mihi Domine id magnum beneficiũ præſtitiſti quod fueras pollicitus, nempe me ante mortem viſurum Chriſtum tuum: nunc ergo lætus moriar, certiſſimè ſperans fore, vt hac ſalute quam citiſſimè fruar. namque oculi mei viderunt eum quem ſalutis procuratorem, auctorem, pontificéque eſſe voluiſti propoſitum iam conſpiciendum & accipiendum populis & nationibus cunctis. Namque hic & exteros ambulantes in tenebris atque ignorationis errore, euangelij ſui lumine illuſtratos, ad viam veritatis reducet, idemque Iſraelem populum tuum, qui nunc in humilitate iacet peccatis obnoxius, & miſera in ſeruitute eſt hoſtium viſibilium & inuiſibilium, ad magnam illam libertatem & dignitatem, qua verè Iſrael dici poſſit, reducet. eritque illa gloria & amplitudo Iſraeli allata: de qua ſcriptum eſt, Poſui te in lucem gentium, vt ſit ſalus mea vſque ad extremum terræ.

b *Mirantes ſuper iis.*] Non quòd eadem illi non cognoſcerent, qui à Deo per angelum edocti fuerãt, ſed quòd à Spiritu ſancto tot teſtimonia ac tã magnifica & aperta per alios etiam edi de illo videbant, hoc mirabãtur.

c *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem.*] Summa efficacitatis Euangelij ratio ac deſcriptio hîc à Simeone exponitur: nam euangeliũ Chriſti incredulos & inobedientes reprobat & condemnat: credentes verò & obedientes à morte illa, in qua totus mundus per peccatum iacebat, ad vitam, ſanctificationem, & deificationem reuocat.

d *Et in ſignum.*] ſalutis, quod aſpicere omnes debeant, quicunque ſalui eſſe cupiunt; vt ſignum illud ſerpentis exaltatum in deſerto, & vt ſignum iaculatoribus proponitur ad dirigendum actiones omnes; cui tamen ſigno ab infidelibus & inobedientibus contradicetur, dicentibus, Nolumus hunc regnare ſuper nos, & Tolle, tolle crucifige eum.

e *Et tuam ipſius animam.*] Appoſita tranſlatione ſignificauit Mariæ filij ſui mortem crudelem ex illa multorum contradictione expectandam. Hoc autem per parentheſin appoſuit: nam poſteà redit ad Euangelij efficientiam ſignificandam: *Vt reuelentur,* inquit, *ex multis cordibus cogitationes.* namque Euangelij efficientia in iis qui ſalui fiunt, & in iis qui pereunt, indicat apertè quales fuerint ſingulorum cogitationes, an probandæ Deo, an improbandæ. f *Et erat Anna.*] omnis ordinis ac ſexus teſtimonio diuinitus inſpirato comprobatus eſt Ieſus eſſe ille Chriſtus, in lege ac prophetis promiſſus. g *Et hæc ipſa hora ſuperueniens.*] Spiritu prophetico acta & edocta, gratulabatur Deo aduentum ſeruatoris orbi dati, eumque indicabat Ieroſolymitanis fidelibus ac verè piis. h *Reuerſi ſunt in Galilæam.*] nam hactenus fuerant in Bethlehem Iudæ.

in ciuitatem ſuam Nazareth. 40 Puer
autem creſcebat, & confortabatur*: ple- *ſpiritu, MS.R.C.S.
nus ſapientia, & gratia Dei erat in illo.
41 Et ibant parentes eius per omnes an-
nos in Ieruſalem, in die ſolenni Paſchæ. *Exod. 23. c. 15 & 34. b. 17 Deut. 16. a. 1*
42 Et cùm factus eſſet annorum duode-
cim, aſcendentibus illis in Ieroſolymam
ſecundùm conſuetudinem diei feſti,
43 conſummatiſque diebus cùm redirent,
remanſit puer Ieſus in Ieruſalem: &
non cognouerunt parentes eius. 44 Exi-
ſtimantes autem illum eſſe in comitatu,
venerunt iter diei, & requirebant eum in-
ter cognatos & notos. 45 Et non inue-
nientes, regreſſi ſunt in Ieruſalem, requi-
rentes eum. 46 Et factum eſt, poſt tri-
duum inuenerunt illum in templo ſeden- G
tem in medio doctorum, audientem illos,
& interrogantem eos. 47 Stupebant au- *Mat. 7. d. 28 Marc. 1. b. 22 Infr. 4. c. 32 Ioh. 7. b. 15*
tem omnes qui eum audiebãt, ſuper pru-
dentia & reſponſis eius. 48 Et [b] videntes [b] viſo illo expauerunt. MS.G.
admirati ſunt'. Et dixit mater eius ad illũ,
Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce pater tuus
& ego dolentes quærebamus te. 49 Et ait
ad illos, Quid eſt quòd me quærebatis?
neſciebatis quia in his quæ patris mei
ſunt, oportet me eſſe? 50 Et ipſi non in-
tellexerũt verbũ quod locutus eſt ad eos.
51 Et deſcẽdit cum eis, & venit Nazareth:
& erat ſubditus illis. Et mater eius conſer-
uabat omnia verba hæc in corde ſuo.
52 Et Ieſus proficiebat ſapiẽtia & ætate &
gratia apud Deum & homines.

## CAP. III.

A ANno [a] autem quintodecimo imperij
Tyberij Cæſaris, [b] procurante Pontio
Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ
Herode, Philippo autē fratre eius tetrar-
cha Ituræ & Trachonitidis regionis, &
Lyſania Abilinæ tetrarcha, 2 ſub princi-
pibus ſacerdotum Anna & Caipha: [c] factū
eſt verbum Domini ſuper Iohannem Za-
chariæ filium, in deſerto. 3 Et vênit in
Matt. 3 a. 1 Marc. 1. a. 4 omnem regionem Iordanis, prædicans
[d] baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem
peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro
ſermonum Iſaiæ prophetæ: 4 Vox cla-
Iſa. 40. a. 3. Ioh. 1. c. 23. B mantis in deſerto: Parate viam Domini,
rectas facite ſemitas eius. 5 omnis vallis
implebitur: & omnis mons & collis hu-
miliabitur. [e] & erūnt praua in directa: &
aſpera in vias planas, 6 & videbit omnis
caro ſalutare Dei. 7 Dicebat ergo ad tur-
bas quæ exibant vt baptizarētur ab ipſo,
Matt. 3. [illegible] Genimina viperarum, quis [illegible] oſtendit vo-
bis fugere à ventura ira? 8 Facite ergo
fructus dignos pœnitentiæ. & ne cœperi-
tis dicere, Patrem habemus Abrahā. Di-
co enim vobis quia potens eſt Deus de la-
pidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ:
arboris MS. 5. 9 Iam enim ſecuris ad radicem arborum
poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens
excidirur, & in ignem mittitur MS. G. S. fructum bonum, excidetur, & in ignem
mittetur. 10 Et interrogabant eum tur-
bæ, dicentes, [f] Quid ergo faciemus?

a 3 Reſpon-

a *Anno autem quintodecimo.*] Initium Euangelij annuntiandi, in poſterumque propagandi temporis, perſonarum, locorumque notationibus Lucas indicat. Notat autem potiſſimū Cæſarum Romanorum annos, quòd illa ratio omnibus apud omnes gentes chronicorum obſeruatoribus cōmunis certaque futura erat.

b *Procurante Pontio Pilato Iudæā, &c.*] Nomina notantur eorum, per quos in illa Syriæ prouincia illo tempore publicæ res gerebantur. hos enim eius præconij, quod mox exponetur, oportet minimè inſcios fuiſſe.

c *Factum eſt verbum Domini.*] Quo verbo Iohannes edoctus ſigna veri Chriſti miſſus eſt baptizatum & annuntiatum euangelium pœnitentiæ.

d *Baptiſmum pœnitentiæ.*] hominibus ineundæ & exercendæ iis, qui peccata ſibi per Chriſtum remitti cuperēt.

e *Et erunt praua.*] Sunto, inquit, affectu, ſtudio & exercitatione omnia acta veſtra æqua, iuſta, & bona, vt hoc modo paretur inſtruaturque via venienti ſalutari Dei.

f *Quid ergo faciemus?*] Explica [illegible] [illegible] non tantùm fide & [illegible] actionibus & factis [illegible] debere ex te intelleximus.

11 [a] Reſpondens autem, dicebat illis, [b] Qui
habet duas tunicas, det non habenti: & *Iac. 2. c. 15 / 1 Ioh. 3. c. 17*
qui habet eſcas, ſimiliter faciat. 12 Vene- C
runt autem & publicani vt baptizarétur,
& dixerunt ad illum, Magiſter, quid fa-
ciemus? 13 At ille dixit ad eos, [c] Nihil am-
plius quàm quod conſtitutum eſt vobis,
faciatis. 14 Interrogabant autem eum &
milites, dicentes, Quid faciemus & nos?
Et ait illis, Neminem concutiatis, neque
calumniam faciatis: & contenti eſtote ſti- D
pendiis veſtris. 15 [d] Exiſtimante autem
populo, & cogitantibus omnibus in cor-
dibus ſuis de Iohanne, ne fortè ipſe eſſet
Chriſtus: 16 reſpondit Iohannes, dicens
omnibus, [e] Ego quidem aqua baptizo vos: *Mat. 3. c. 11*
"veniet autem fortior me, cuius non ſum
dignus ſoluere corrigiam calceamẽtorum
eius: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſan-
cto, & igni. 17 cuius ventilabrum in ma- *Mat. 3. c. 12*
nu eius, & purgabit aream ſuam: & con-
gregabit triticum in horreum ſuum, pa-
leas autem comburet igni inextinguibili.
18 [f] Multa quidem & alia exhortans euan-
gelizabat populo. 19 Herodes autem te-
trarcha cùm corriperetur ab illo de He-
rodiade vxore fratris ſui*, & [g] de omnibus
malis quæ fecit Herodes: 20 [h] adiecit &
hoc ſuper omnia, & incluſit Iohannem in
carcerem. 21 [i] Factum eſt autem cùm ba-
ptizaretur omnis populus, & Ieſu bapti-
zato & orante, apertum eſt cælum:

22 &

a *Reſpondens autem dicebat illis.*] Singulis hominum ordinibus rationem indicabat pœnitentiæ, virtutis exercendæ pro inſtituti ac vitæ genere.

b *Qui habet duas tunicas.*] Duplex eſt pœnitentiæ virtutis pars, abſtinentia ab iniuriis, & beneficentia: illa omnibus communis eſſe debet; hæc iis quibus eſt benefaciendi facultas nedum copia non enim expectanda copia eſt ad beneficẽtiam: ſatis quippe fuerit habere duas tunicas, ex quibus altera donetur egenti.

c *Nihil amplius.*] Altera pars pœnitentiæ virtutis, quæ ab iniuriis abſtinere perſuadet.

d *Exiſtimante autem populo.*] Cùm iam nota eſſent cunctis Iohánis miniſteria & actiones, excitata fuit de Chriſto cogitatio; obſeruãtibus omnibus num vir ille illis actionibus inſignis eſſet Chriſtus illudque tãtum futurum eſſet Chriſti munus, nimirum baptiſmus aquæ, cum pœnitẽtiæ prædicatione, in remiſſioné peccatorum, more tamen antiquo.

e *Ego quidem aqua.*] Exponit Iohannes quid interſit inter iuſtitiæ viam, & iuſtificationis virtutem, ac veram & certam Chriſti definitioné docet.

f *Multa quidem & alia.*] quæ ad viam iuſtitiæ pertinerent, ad orationẽ ſiue precationes facerent, atque ita prædicabat bonum nuntium populo.

g *De omnibus malis quæ fecit Herodes.*] aduerſus publicam iuſtitiam, & priuatæ honeſtatis exemplum, regibus perquam commendatum.

h *Adiecit & hoc ſuper omnia.*] nẽpe intercepit conſilium & reprehenſionẽ, quæ via illi eſſe poterat ad pœnitentiam. Deinde, quantum in ſe fuit, impediuit curſum prædicationis per Iohannem exercitatæ, & miniſterij omni populo vtiliſſimi. Sed tamen Euangelij progreſſum impedire non potuit, neque teſtimonium à Iohanne edendum. Namque Chriſtus voce cælitus audit & Spiritu ſancto immiſſo, comprobatus fuerat apud Iohannem filius Dei, hominumque reconciliator & ſalus.

i *Factum eſt autem.*] Factum fuerat ante Iohannis vincula oportuno ſatis tempore idoneoque loco.

E [22] & deſcendit Spiritus ſanctus corporali
ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox de
*Mat. 13.g.55 Marc. 6.a.3* cælo facta eſt*: Tu es filius meus dilectus,
* dicens, MS. G.5. in te complacuit mihi. [23] [k] Et ipſe Ieſus
erat incipiens quaſi annorum triginta: vt
*Infr. 4.d.22. Ioh. 1.f.45. & 6.e.42.* putabatur, filius Ioſeph, [l] qui fuit Heli,
[24] qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit
Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph,
[25] qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos,
qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit
Nagge, [26] qui fuit Mahath, qui fuit Mat-
F thathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph,
qui fuit Iuda, [27] qui fuit Iohãna, qui fuit
Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Sala-
thiel, qui fuit Neri, [28] qui fuit Melchi,
qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit El-
madan, qui fuit Her, [29] qui fuit Ieſu, qui
fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui fuit Mat-
thath, qui fuit Leui, [30] qui fuit Simeon,
qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Io-
*Melea* G.5. na, qui fuit Eliacim, [31] qui fuit Melcha,
qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui
fuit Nathan, qui fuit Dauid, [32] qui fuit
*Matt. 1.a.6.* Ieſſe, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui
fuit Salmon, qui fuit Naaſſon, [33] qui fuit
Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Eſron,
G qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, [34] qui fuit
Iacob, qui fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui
fuit Thare, qui fuit Nachor, [35] qui fuit
Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg,
qui fuit Heber, qui fuit Sale, [36] qui fuit
Cainã, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem,
qui

k *Et ipſe Ieſus erat incipiens.*] Ieſus ipſe cùm primùm cœpit notus eſſe populo, auctoritate à Deo patre comprobata, & Iohannis teſtimonio publico, tum agebat trigeſimum annum, eatenus populo habitus *filius Ioſeph.*

l *Qui fuit Heli.*] alio nomine Ioachim dicti. Animaduertendum eſt aliam ſeriem à Luca, aliam à Matthæo fuiſſe initam, nam Lucas Mariæ virginis ge[...]s per Nathã ad Dauid, Matthæ[...] verò Ioſephi genealogiam per Salomonem ad eundem Dauid refert. deinde vterq; à Dauid ad Abraham vſque recenſentes concordant. Hoc modo re[...]è obſeruantibus, nulla difficultas creabitur. Pag. 1. f.

[m] *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.*] Vt doceret Euangeliſta Ieſum eſſe filium Adæ, non tamen obnoxium peccato & iræ Dei, quæ per Adæ inobedientiam & culpam peruaſerat ad omnes homines, qui naturali modo procreati ſunt, retulit ſtatum innocentiæ ac iuſtitiæ originalis, in quo Adam creatus fuerat ad imaginem & ſimilitudinem Dei; illo enim tempore Adam *filius Dei* dici potuit iure optimo: non quidem naturalis, ſed ſupernaturali modo à Deo factus, ex puluere terræ formatus, & ſpiraculo vitæ auctus; exterius carneus, interius imaginem & ſimilitudinem Dei continens. imago autẽ illa poſt præuaricationem turbata imminutaque fuit; atque ita ad poſteros tranſlata & propagata. Quamobrem cùm ſæpè ſcriptura oſtenderit Adam initiò ad imaginem Dei fuiſſe factum, poſteà dum Seth ex Adamo procreatũ narrat, apertè illud indicauit Seth non ad illam primæuam ſimilitudinem Dei, ſed ad ipſius Adami ſimilitudinem fuiſſe progenitum. Igitur vt hoc loco intelligeremus Ieſum, quanquam Adæ filiũ confiteri oporteat, non tamen Adæ iam lapſi imaginem & ſimilitudinem retuliſſe, ſed Adæ, *qui fuit Dei*: hoc eſt, in ſtatu iuſtitiæ & innocentiæ primæuæ: eiuſque tanto perfectioris, quanto excellentiori modo, hoc eſt, Spiritu ſancto, & virtute Altiſſimi conceptũ & natum, ſacra oracula tradunt.

CAP. IIII.

[a] *Plenus Spiritu ſancto.*] quatenus homo erat, Spiritu ſancto plenus fuit ad omnia iſta ſibi miniſteria ac negotia peragenda: atque huc pertinent Iſaiæ & aliorum prophetarũ deſcriptiones de Chriſto.

[b] *Agebatur in ſpiritu.*] à Spiritu illo ſancto, quo plenus erat, ductus eſt in deſertum; ibidemque ab eodem Spiritu agebatur per varia deſerti loca inter feras. & alias difficultates tamen tutiſſimus.

[c] *Et tentabatur à diabolo.*] variis modis primùm terrorum & difficultatum in deſerto obiectarum, belluarũ, aliarumque nocentium animantum frequentibus copiis, & poſtremùm illis grauiſſimis tentationum generibus, quæ mox ab Euangeliſta exponuntur.

qui fuit Noë, qui fuit Lamech, 37 qui
fuit Mathuſale, qui fuit Henoch, qui fuit
Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
38 qui fuit Henos, qui fuit Seth, [m] qui fuit
Adam, qui fuit Dei.

## CAP. IIII.

IEſus autem [*] plenus Spiritu ſancto, re- *Mat. 4.a.1. Marc 1.b.12.*
greſſus eſt à Iordane, & [b] agebatur in Spi- A
ritu in "deſerto", 2 diebus quadraginta, [*] deſertum MS. Ambr. G.S.
[c] & [*] tentabatur à diabolo. Et nihil man- — G.
ducauit in diebus illis: & conſummatis il-
lis [*] eſuriit. 3 Dixit autem illi diabolus, [*] poſtea MS. R. G. S.
Si fili' Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.
4 Et reſpondit ad illum Ieſus, Scriptũ eſt,
Quia non in ſolo pane "viuet" homo, [d] ſed *Deut. 8.a.3. Mat. 4.a.4.*
in omni verbo Dei. 5 Et duxit illum dia- [*] viuit MS. Ambr. R.
bolus in montem excelſum, & [e] oſtendit
illi omnia regna orbis terræ in momento
temporis: 6 & ait illi, Tibi dabo poteſta-
tem hanc vniuerſam, & gloriam illorum:
[f] quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa.
7 Tu ergo ſi adoraueris coram me, erunt
tua omnia. 8 Et reſpondens Ieſus, dixit
illi, Scriptum eſt, Dominum Deum tuum *Deut. 6.c.13. & 10.d.20.*
adorabis, [g] & illi ſoli ſeruies. 9 Et duxit B
illum in Ieruſalem, & ſtatuit eum ſuper
pinnam

[d] *Sed in omni verbo Dei.*] In omni vel mandato vel promiſſo Dei exequendo, eſt hominis vita & alimentum, quanquam aliàs *verbum* illud nihil explicet de ratione viuendi, & modo alimentorum, tamen illud verbum obſeruatum & exercitum, omnia opportunè ſuppeditat, quæcunque purè obſeruanti neceſſaria ſunt. [e] *Oſtendit illi omnia regna.*] Hoc potuit effici proſpectiuæ ſiue opticæ artis vi, quam diabolus non ignorat; vt eadem arte à nobis conficiuntur ſpecilla, quæ longiſſimè diſtantes res oculis exactiſſimè ſubiiciunt. [f] *Quia mihi tradita ſunt.*] De terrenis ac mundanis principatibus, & de gloria illa ad quam ambitio contendit, eſt ſermo. Namque alia ratio regnorum eſt, quatenus ea dignitas ad miniſterium pertinet. [g] *Et illi ſoli ſeruies.*] Hæc eſt vera regnandi ratio: nam ſeruire Deo, regnare eſt.

pinnam templi: & dixit illi, Si filius Dei
es, mitte te hinc deorſum. 10 Scriptum
Pſa.90.c.11 eſt enim quòd Angelis ſuis mandauit de
te, vt conſeruent te: 11 & quia in manibus
tollent te, ne fortè offendas ad lapidem
pedem tuum. 12 Et reſpondens Ieſus, ait
Deut.6.c.16 illi, Dictum eſt, Non tentabis Dominum
Deum tuum. 13 [a] Et conſummata omni
tentatione, diabolus receſſit ab illo, vſque
Mat.4.b.12 ad tempus. 14 Et regreſſus eſt Ieſus [b] in
Marc.1.b.14. virtute Spiritus in Galilæá, & fama exiit
Ioh.4.f.45. C per vniuerſam regionem de illo. 15 Et
ipſe docebat in ſynagogis eorum, & ma-
Mat.13.g.54 gnificabatur ab omnibus. 16 Et venit
Marc.6.a.1 Nazareth [c] vbi erat nutritus: & intrauit ſe-
cundùm conſuetudinem ſuam die ſabba-
thi in ſynagogam: & [d] ſurrexit legere,
17 [e] Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetę.
Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi
Iſa.61.a.1. ſcriptum erat, 18 [f] Spiritus Domini ſuper
me; propter quod, vnxit me euangelizare
pauperibus, miſit me ſanare cõtritos cor-
de, 19 prædicare captiuis remiſſionem, &
cæcis viſum, dimittere confractos in re-
miſſionem, prędicare annum Domini ac-
ceptũ, & diem retributionis. 20 Et cùm
D plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, [g] & ſe-
dit. [h] Et omnium in ſynagoga oculi erant
intendentes in eum. 21 Cœpit autem di-
cere ad illos, [i] Quia hodie impleta eſt hæc
ſcriptura in auribus veſtris. 22 [k] Et omnes
teſtimonium illi dabant: & mirabátur in

a *Et conſummata omni tentatione.*] hoc eſt, ſuperato & victo omni genere tentationum.

b *In virtute Spiritus.*] actus illo Spiritu ſancto, quo plenus erat; iamque adductus vt fungeretur munere doctoris & euangelizãtis, illiusque ſpiritus virtute multa docebat & faciebat miranda; quamobrem *fama exiit per vniuerſam regionem de illo.*

c *Vbi erat nutritus.*] In illa ciuitate nutritus fuerat, parentibus ſubditus hactenus: neque vllum anteà exemplum auctoritatis ſuę conciuibus exhibuerat ſuis; ſed religionis omnia exercuerat munia, quæ puerum iuuenem, virumque modeſtũ, & optima indole moribusque præditum, priuatum tamen decebant: inter ea verò exercitia Synagogæ frequentatio enumeratur.

d *Surrexit legere.*] id quod anteà non conſueuerat. Neque enim in ſynagogis ſurgebant lecturi, niſi ij tantùm qui aliquid è lectione ipſa exponere poſſent.

e *Et traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ.*] cuius caput aliquod pro ratione ſabbathi prælegendum erat, vnà cum lectionibus legis, ex more Iſraelitis obſeruato: conſulto autem *traditus eſt illi Iſaiæ liber,* qui doctrinæ ſuæ ſpecimen exhibere vltro tunc primum velle videbatur, & dicebatur multa docuiſſe per Galilæam: periculum igitur factum eſt illius eruditionis in libro myſteriis pleniſſimo, & omniũ ferè propheticorum ſcriptorum difficillimo.

f *Spiritus Domini ſuper me.*] Lectio hæc myſteriis pleniſſima eſt, quæ Chriſtum Euangeliſtam & redemptorem hominibus fore definiebat. eam in Prophetæ ipſius libro, Deo docente, explicabimus ſingulatim.

g *Et ſedit.*] Habitus doctoris eſt maturè & attentè diſputantis.

h *Et omnium oculi.*] propter celebrẽ iam illius famam, & auiditatem illũ audiendi, qui ſic repentè doctor prodire videretur.

i *Quia hodie.*] Non ſolùm hoc dixit, ſed ſermonis initio ex his verbis ſumpto, locum mirabiliter explicuit, exponẽs nimirum quis eſſet ille vnctus Spiritu, qualis vnctio, qualis tantorum perfunctio munerum.

k *Et omnes teſtimonium illi dabãt.*] Teſtabantur locum ſapientiſſimè & elegantiſſimè expoſitum, atque de explicatione, de genere exponendi optimo, de ſermonis & rerum proprietate, de efficacia orationis: quæ omnia *verba gratiæ* dicuntur. omnes quidem conſentiebãt; vrebãtur tamen multi inuidia, quòd opinionis propriæ & gloriæ à ſe affectatæ curſum, illa tãta lux repentè refulgens, obturbaret.

verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ip-
ſius, & dicebant,[a] Nónne hic eſt filius Io-
ſeph? 23 Et ait illis, Vtique dicetis mihi
hanc ſimilitudinē,[b] Medice, cura teipſum:
quanta audiuimus facta in Capharnaum,
fac & hîc in patria tua. 24 Ait autem,[c] A-
men dico vobis, quia nemo propheta ac- *Ioh. 4. f. 44.*
ceptus eſt in patria ſua. 25 In veritate di-
co vobis, multæ viduæ erant in diebus *3. Re. 17. b. 9.*
Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cælum *Iacob. 5. d. 18.*
annis tribus & menſibus ſex, cùm facta
eſſet fames magna in omni terra: 26 & ad
nullam illarū miſſus eſt Elias, niſi in Sa- E
repta Sidoniæ, ad mulierem viduam.
27 Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eli- *4 Reg. 5. d. 14.*
ſæo propheta: & nemo eorum mundatus
eſt niſi Naaman Syrus. 28 Et repleti ſunt
omnes in ſynagoga, ira, hæc audientes.
29 Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra
ciuitatem: & duxerunt illum vſque ad ſu-
percilium montis, ſuper quem ciuitas il-
lorum erat ædificata, vt præcipitarent eū.
30 [d] Ipſe autem tranſiens, per mediū illo-
rum, ibat. 31 Et deſcendit in Capharnaū *Mat. 4. b. 13.* *Mar. 1. [illegible]*
ciuitatem Galilææ: ibíque docebat illos
ſabbathis. 32 Et ſtupebant in doctrina *Matt. 7. d. 28.*
eius:[e] quia in poteſtate erat ſermo ipſius.
33 Et in ſynagoga erat[f] homo habens dę- *Mar. [illegible]*
monium immundum: & exclamauit vo-
ce magna, 34 dicens, Sine, quid nobis & F
tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos?
ſcio te "qui' ſis,[g] Sanctus Dei. 35 Et incre- *quia Sanctus [illegible]*
pauit

a *Nonne hic eſt filius Ioſeph?*] priuatus homo, qui hactenus fabrilem cū patre ſuo artem domeſticè exercuit?

b *Medice cura teipſum.*] Non poteris perſuadere nobis iſtam doctrinam à te profectam, niſi perſuadeas te nobis eſſe doctorem, & auctoritatē tuam nobis ſignis probes manifeſtiſſimis. nobis enim ab infantia notus es: nobis igitur perſuadere primùm debueras iſtam tuam auctoritatē. non Capernaitis, quibus anteà ignotus eras; poterasque admirationē facere illis: nam hominum proprium eſt admirari potius externa, quā familiaria. quæ itaque faciebas apud eos quibus vndique magnus videri poteras, eadem fac in patria tua apud eos qui ſi quid in te requiratur, notare poſſint.

c *Amen dico vobis.*] Illud verè ſcio, vitium ac peruerſum hominum iudicium iſtiuſmodi eſſe, qui inuidia cæci manifeſtam & grauiſſimam veritatis auctoritatem eleuare ſtudioſè conantur: quamobrem multis diuinis beneficiis meritò carēt, quæ Deus in illos confert, qui remoto de perſonis iudicio, de rebus ipſis primùm ſimpliciſſimè iudicāt, atque ex actione perſonam, non autem ex perſona actionem metiuntur. Hoc diuinum iudicium exemplis illuſtribus eſt cōprobatum.

d *Ipſe autem tranſiens.*] Ipſe à nemine impeditus, ſed omnino liber, ita vt quamuis circumſeptus & vallatus, imò ſtipatus à multis, tamen à nemine illorum comprehendi aut detineri potuerit. nondum enim venerat hora vt ille quicquam ab hominibus malis pateretur: tantùm illorum peruerſa voluntas oſtenſa eſt, vt Deus vincat cùm iudicatur; conatus verò illorum omnis eſt repreſſus.

e *Quia in poteſtate erat ſermo illius.*] Auctoritatem planè diuinam probabat ſermo, non ſolùm veritate rerū, quæ docerentur aperta, ſed multorū ſignorum conſequentia, quibus auctoritas illa & legatio diuina planè eſſe confirmabatur.

f *Homo habens ſpiritum immundum.*] Lege quæ à nobis in lib. De arcano ſermone ſcripta ſunt de ſpirituum malorum diſtinctione.

g *Sanctus Dei.*] Ille ab omni aliorū hominum cōparatione longè ſepoſitus atque cōparatus à Deo ad maxima ſibique grauiſſima agenda gerendaque: itaque inter nos non conuenit; nos immundi & à Deo alienati; tu mundiſſimus, & totus Dei. ſine ergo nos, tāquam ad te nihil pertinentes: non enim inter ſanctiſſimū & immundiſſimos conuenit. ſed tātùm diſcrepat, vt metuamus te nos eſſe perditurum, ſi viribus & auctoritate agatur.

pauit illum Ieſus, dicens, Obmuteſce, &
exi ab eo. Et cùm proieciſſet illum dęmo-
nium in medium, exiit ab illo, [a] nihilque
illum nocuit. 36 Et factus eſt pauor in
omnibus, & colloquebantur ad inuicem,
dicentes, Quod eſt hoc verbum, quia [b] in
poteſtate & virtute imperat immundis
ſpiritibus, & exeunt? 37 Et diuulgabatur
fama de illo in omnem locum regionis.
38 Surgens autem Ieſus de ſynagoga, in-
troiuit in domum Simonis. Socrus autem
Mat.8.b.14. Marc.1.c.30. Simônis tenebatur magnis febribus: &
rogauerunt illum pro ea. 39 [c] Et ſtans ſu-
per illam imperauit febri: & dimiſit illã.
Et continuò ſurgens, miniſtrabat illis.
G 40 Cùm autem ſol occidiſſet, omnes qui
habebant infirmos variis lãguoribus, du-
cebãt illos ad eum. At ille ſingulis manus
Marc.1.c.34 imponens curabat eos. 41 Exibant au-
tem dæmonia à multis, clamantia & di-
* Christus G.S. centia, Quia tu es * filius Dei. & increpãs
non ſinebat ea loqui, [d] quia ſciebãt ipſum
eſſe Chriſtum. 42 Facta autem die, egreſ-
Mat.1.d.45. ſus ibat in deſertum locum: & turbæ re-
quirebant eum, & venerunt vſque ad ip-
ſum: & [e] detinebant illum ne diſcederet
ab eis. 43 Quibus ille ait, Quia & aliis ci-
uitatibus oportet me euangelizare regnũ
Dei: quia ideo miſſus ſum. 44 Et erat prę-
dicans in ſynagogis Galilææ. CAP. V.
A FActum [a] eſt autem, cùm turbæ irrue-
rent in eum, vt audirent verbum Dei,

a *Nihilque illi nocuit.*] vtpote ligatus auctoritate iubentis.

b *In poteſtate & virtute.*] Ipſe non exorciſtarum ritu inuocatis nominibus arcanis Dei, aut longis orationibus & contenta imprecatione; ſed auctoritate ſua iubens imperanſque, & virtute, hoc eſt, efficacitate ipſa verbi ſui compellẽs, eiicit dæmonia.

c *Et ſtans ſuper illam.*] habitu imperantis & inſtantis. Primùm enim inſtitit illi, iuſſitque febrem diſcedere: iubens verò apprehendit manum illius, & eleuauit eam, vt faciunt qui attentè aliquid imperare volunt; idémque attentè audiri & fieri: atque ita eleuata illa, continuò ſurrexit, adeò ſana & cõfirmata, vt miniſtraret ſtatim illis cibum.

d *Quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum.*] Nolebat teſtimonium vnctionis ſuæ dæmoniorum voce reddi, ſed virtute potiùs ſua, & oraculorum antiquorum obſeruatione & comparatione cum rebus à ſe gerendis: non egebat laude dęmoniorum, quos ipſe victurus & domiturus erat, non præcones habiturus. nihil ſibi cum illis commune erat. Nullam auctoritatẽ dæmonibus apud Chriſtianos eſſe oportet. hoc docuit manifeſtè Chriſtus.

e *Detinebant illum.*] propter priuatam ipſorum vtilitatem ex beneficiorum acceptorum exemplis. Ieſus autem beneficia illa exhibebat in teſtimonium Euangelij ſui, quod omni Iſraeli erat communicandum.

CAP. V.

a *Factum eſt autem.*] Rem iam præteritam hoc modo narrare incipiunt ſacri auctores, opportuno loco inſerentes. Factum itaque fuerat, vt cùm initiò prædicare cœpiſſet in Galilæa, &c. narrat Lucas ex ordine opportunitatem omnem ſeligendi & vocandi Apoſtolos.

&c ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth.
[2] Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnũ: Mat.4.c.18 Marc.1.b.16
piſcatores autem deſcenderant, & laua-
bant retia. [3] Aſcendens autem in vnam
nauim quæ erat Simônis, rogauit eum [a] à
terra reducere puſillum. Et ſedens, do-
cebat de nauicula turbas. [4] Vt ceſſauit
autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in
altum, & laxate retia veſtra in capturam.
5 Et reſpondens Simon, dixit illi, Præce-
ptor, per totam noctem laborantes, nihil
cepimus: [b] in verbo autẽ tuo laxabo rete.
6 [c] Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſ- B
cium multitudinem copioſam. rumpeba-
tur autem rete eorum. 7 [d] Et annuerunt
ſociis qui erant in alia naui vt venirent &
adiuuarent eos. Et venerunt & impleue-
runt ambas nauiculas, ita vt [*] mergeren- * pené MS. Ant. eq. s.
tur. 8 Quod cùm videret Simon Petrus,
prócidit ad genua Ieſu, dicens, [e] Exi à me,
quia homo peccator ſum Domine. 9 Stu-
por enim circũdederat eum & omnes qui
cum illo erant, in captura piſcium quam
ceperant. 10 Similiter autem Iacôbum
& Iohannem filios Zebedæi, qui erant ſo-
cij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus, No-
li timere: [f] ex hoc iam, homines eris ca-
piens. 11 Et ſubductis ad terram naui-
bus, relictis omnibus ſecuti ſunt eum. C
12 Et factum eſt: cùm eſſet [g] in vna ciuita- Mat.8.a.2. Marc.5.d.40
tum, & ecce vir plenus lepra, & vidẽs Ie-
ſum, & prócidens in faciem, rogauit eũ, = 5 MS. S.
dicens,

a *A terra reducere puſillum.*] vt commodius audiri poſſet oratio à turbis.

b *In verbo autem tuo.*] Cùm tempeſtas omnino piſcationi & induſtriæ noſtræ aduerſetur, neque arte neque hora adiutus, verùm tuo tantũ iuſſu, ac fide mea in verbum tuum fretus, *laxabo rete.*

c *Et cum hoc feciſſent*] ſubitò piſces, qui ab illo loco longè aberant, ita vt nulli retibus per totam noctem comprehenſi eſſent, adnatarunt; tanta copia, vt retis ſpacium ſuperarent. Itaque verbo Ieſu coacti & capti ſunt piſces, vltra omne exemplum anteà piſcatoribus ſpectatum: teſtimonium manifeſtum obedientiæ, quam rerũ natura omnis Ieſu exhiberet.

d *Et annuerunt ſociis.*] atque ita effectum eſt, vt miraculum plurium illius artis peritorum teſtimoniis innoteſceret, & Ieſu virtus eſſet teſtatiſſima.

e *Exi à me.*] Confitetur ſe eſſe peccatorem, & ex argumento ab oppoſitis oſtẽdit Ieſum eſſe ſanctiſſimum, quem natura ipſa inanimatorum & animantium veneretur & obſeruet. Eſt autẽ metus religioſus, & ad pietatem pertinens, eiuſmodi quo Simõ correptus eſt. vt qui cæcutienti & obtuſa oculorum acie ſunt ſolẽ formidant; vtpote perfectiſſimè lucidũ & ſplendentem, ſeſeque tantæ virtuti ſpectandæ impares agnoſcunt.

f *Ex hoc iam eris homines capiens.*] Vides non tua aut arte aut virtute tantã copiam piſcium tibi partã, ſed meo verbo: eodem verbo tibi deinceps cõmiſſo, magnus quæſtus fiet hominũ viuentium in regni cæleſtis ſagenam cogendorum. Hactenus piſces ad mortem capiebas viuos, nunc iam homines mortuos ad vitam reuocãdos capies. Obſeruare oportet verbi Græci arcanam ſignificationem hoc loco, quam aliâs excutiemus, Deo iuuante.

g *In vna ciuitatum.*] non longè à Capharnaum, quò venerat prædicatum Euangelium.

dicens,[a] Domine, ſi vis, potes me mūdare.
13 Et extendens manum, tetigit eum, di-
cens,[b] Volo. Mundare. Et confeſtim lepra
diſceſſit ab illo. 14 & ipſe præcepit illi vt
nemini diceret: ſed, Vade, oſtende te ſacer-
doti, & offer pro emundatione tua ſicut
Leu.14.a.4. præcepit Moyſes, in teſtimonium illis.
15 [c] Perambulabat autem magis ſermo de
illo. & conueniebāt turbæ multæ vt au-
dirēt, & curarētur ab infirmitatibus ſuis.
16 [d] Ipſe autem ſecedebat in deſertum, &
D orabat. 17 Et factum eſt in vna dierum,
& ipſe ſedebat docens. Et erant Phariſæi
ſedentes & legis doctores, qui venerāt ex
omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieru-
ſalem: [e] & virtus Domini erat ad ſanandū
Mat.9.a.2. Marc.2.a.3. eos. 18 Et ecce viri portantes in lecto ho-
minem qui erat paralyticus: & quærebāt
eum inferre, & ponere ante eum. 19 Et
non inuenientes qua parte illum inferrent
præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, &
per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto
in medium, ante Ieſum. 20 [f] Quorum fi-
dem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur
tibi peccata tua. 21 Et cœperunt cogitare
Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quis eſt hic
qui loquitur [g] blaſphemias? quis poteſt di-
mittere peccata, [h] niſi ſolus Deus? 22 Vt
E cognouit autē Ieſus cogitationes eorum,
*mala Ms. Ambr. c.q. reſpondens, dixit ad illos, Quid cogitatis*
in cordibus veſtris? 23 Quid eſt facilius
dicere, Dimittūtur tibi peccata: an dicere,

a *Domine, ſi vis.*] Oratio fidei magnæ index.

b *Volo. mundare.*] Fidei viuæ vis admiranda, quæ Dei volūtatem & virtutem ſibi conciliat.

c *Perambulabat autem magis ſermo.*] Deus enim volebat teſtatiſſimā eſſe Ieſu virtutem, etiā ſi ipſe nollet gloriam aliquam ſibi arrogare; imò omnem occaſionem ſuſpicionis gloriæ captandæ diligenter & ſtudioſè fugeret.

d *Ipſe autem.*] Poſtquam magna & admiranda beneficia impertitus eſſet multis, turbas vitabat, gloriam propriam declinans, & obedientiam Patri exhibens, orabat; ſalutemque hominū ſtudioſè & attentè poſtulabat.

e *Et virtus Domini.*] Conſtabat Ieſu virtus & voluntas ad ſanandum omnes, etiam Phariſæos & legis doctores animi vel corporis morbo laborantes: ſed ipſi ſeſe illius virtute indignos reddebant propria ſtultitia, ambitione, & malitia.

f *Quorum fidem.*] Paralytici, & eorū à quibus portabatur. adiuuat enim aliorum fides alios credentes etiam vel non diffidentes, vt parentum & aduocatorū fides infantibus prodeſt.

g *Blaſphemias.*] certa blaſphemiæ ſignificatio eſt, detractio honoris & gloriæ ac dignitatis ab eo cui debetur.

h *Niſi ſolus Deus.*] Hoc arguebant Scribæ ex illo loco, Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me: Ego ſum, & præter me non eſt alius. Atque illi rectè quidem ſtatuebant, ſed non rectè ſubſumebant. colligentes hoc modo, Si Deus eſt qui delet, & præter eum non eſt alius, ergo nemo homo poteſt dimittere. Sed melius argumentarētur eo modo, quo Ieſus, Si Deus peccata dimittit, & non alius; ergo qui dimittit peccata, Deus eſt, diuinaq; virtute præditus. quòd ſi homo quiſpiam peccata dimiſerit, eundem & Deum eſſe conſtabit. *Vt autem ſciatis,* &c.

Surge & ambula? 24 Vt autē ſciatis quia
filius hominis habet poteſtatem in terra
dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi
dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade
in domum tuam. 25 Et confeſtim cōſur-
gens coram illis, tulit* "in quo iacebat": & * lectum M5q.
abiit in domum ſuam, [a]magnificans Deū. * lectum eq.
26 Et ſtupor apprehendit omnes: & ma- Mat. 9. a. 9. Marc. 2. b. 14
gnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, F
dicentes, Quia [b]vidimus mirabilia hodie.
27 Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum
nomine Leui, ſedentem ad Telónium, &
ait illi, Sequere me. 28 Et [c]relictis omni-
bus, ſurgens ſecutus eſt eum. 29 & fecit
ei cōuiuium magnum Leui in domo ſua:
& erat turba multa publicanorū, & alio-
rum, qui cum illis erant diſcumbentes.
30 Et murmurabāt Phariſæi & Scribæ eo- Mat. 9. b. 11.
rum, dicentes ad diſcipulos eius, Quare Marc. 2. b. 16.
cum publicanis & peccatoribus mandu-
catis & bibitis? 31 Et reſpondens Ieſus,
dixit ad illos, Non egēt qui ſani ſunt, me-
dico: ſed qui malè habent. 32 [d]Non veni 1 Tim. 1. c. 15
vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœniten- Mat. 9. b. 14 Marc. 2. c. 18
tiam. 33 At illi dixerunt ad eum, Quare
diſcipuli Iohannis ieiunant frequenter, &
obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phari-
ſæorum: tui autem edunt & bibunt?
34 Quibus ipſe ait, [e]Nunquid poteſtis fi- G
lios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, fa-
cere ieiunare? 35 Venient autem dies: &
cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc
ieiuna-

a *Magnificans Deum.*] prædicans peccata ſibi eſſe dimiſſa per filium hominis virtute diuina omnino prædi-ti; atque huius rei teſtimonium ſanitatem ſibi reſtitutam referens.

b *Vidimus mirabilia hodie.*] Poteſtatē datam homini dimittendi peccata in terris, & homines Deo familiariter reconciliandi, hominemque datum à Deo ad hanc ſalutem.

c *Relictis omnibus.*] rationibus, pecuniis & negotiis cum negotiatoribus ipſis, neque aliqua ſibi reſeruata re. adeò autem libēti animo ſecutus eſt eum, vt magno etiam & frequenti conuiuio exciperet.

d *Non veni vocare iuſtos.*] De munere ac miniſterio ſuo priuato agit hoc loco Ieſus, non de illo communi redemptoris. verùm prædicatoris, locus explicatur ex adiuncta expoſitione, *ad pœnitentiam.*

e *Nunquid poteſtis filios ſponſi.*] Ieſus diſcipulos ſuos promiſſæ & iam aduentantis ſalutis læto nuntio exhilarabat, cuius ſalutis ipſe pontifex erat, ſpōſus Eccleſiæ iam præſens, & ſpōſalia adornans. Phariſæorum & Iohannis diſcipuli adhuc veteris legis exercitia retinebant & obſeruabant.

ieiunabunt in illis diebus. [36] Dicebat au-
tem & ſimilitudinẽ ad illos, Quia nemo
commiſſuram à nouo veſtimento immit-
tit [f] in veſtimẽtum vetus: alioquin & n[o]-
uum rumpit, & veteri non cõuenit com-
Mat.9.b.17 Marc.2.c.22 miſſura à nouo. [37] Et nemo mittit vinũ
nouum in vtres veteres: alioquin rumpet
vinum nouũ vtres, & ipſum effundetur,
& vtres peribunt. [38] ſed vinum nouum
in vtres nouos mittendum eſt: & vtraque
conſeruantur. [39] Et nemo bibens vetus,
[g] ſtatim vult nouum. dicit enim, [h] Vetus
melius eſt.

## CAP. VI.

Mat.12.a.1. Marc.2.d.23 FActum [a] eſt autem in [b] Sabbatho ſecun-
A do primo, cùm tranſiret per ſata, velle-
bant diſcipuli eius ſpicas, & manducabãt
confricantes manibus. [2] Quidam autem
Phariſæorum dicebant illis, [c] Quid facitis
quod non licet in Sabbathis? [3] Et reſpõ-
dens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis
quod fecit Dauid, cùm eſuriſſet ipſe &
1 Reg.21.b.6 qui cum illo erant? [4] quomodo intrauit
in domum Dei, & panes propoſitionis
* & c. ſumpſit, & manducauit, & dedit * his qui
cum ipſo erant, quos non licet mandu-
Exod.29.e.32 Leu.8.f.32 & 24.b.9. care niſi tantùm ſacerdotibus? [5] Et di-
cebat illis, [d] Quia Dominus eſt filius ho-
minis, etiam ſabbathi. [6] Factum eſt au-
* MS R. G. S. tem * & in alio ſabbatho, vt intraret in ſy-
Mat.12.a.10 Mar.3.a.1 nagogam, & doceret. Et erat ibi homo,
& manus eius dextra erat arida. [7] Obſer-
uabant

f *In veſtimentum vetus.*] Cùm diſciplina ex conſuetudine magis & familiaritate atque imitatione, quàm ex rationis atque vtilitatis veræ conſideratione & comparatione obſeruatur, *veſtimentum vetus* dicitur, & *vter vetus* tam ipſa, quàm ij qui imbuti & aſſueti eo modo ſunt.

g *Statim vult nouum.*] Difficilius eſt vetera dedocẽdo noua docere, quàm rudé nouis imbuere: tantum retardare conſuetudo poteſt.

h *Vetus melius eſt.*] Sententia ex cõſuetudine & affecto iam animo profecta. eſt autem propriè eorum, qui ad ambitionem & contentionẽ magis, quàm ad veritatem & modeſtiã ſeſe diſciplinis addicunt.

CAP. VI.

a *Factum eſt autem.*] Indicãtur aliæ opportunitates oblatæ Ieſu oſtẽdẽdi ſuam virtutem & ſapientiam, etiam aduerſariis redargutis ex ſacrorum librorum interpretatione, atque ex virtute miraculorum.

b *Sabbatho ſecundo primo.*] Secundo hebdomadæ magnæ, atque ideo feſto die poſt ſabbathũ Paſchatis quod primo primũ & magnum dicebatur. Martij lunatione ſegetes iam matureſcere incipiunt in Syria.

c *Quid facitis.*] Reprehendebãt primùm diſcipulos, deinde Ieſum præceptorem arguebant, vt auctorẽ vel doctorem, vel ſaltem diſſimulatorẽ illius tranſgreſſionis, ſuo ipſorum iudicio æſtimatæ.

d *Quia Dominus eſt filius hominis.*] Se ipſum ſignificauit Ieſus illa periphraſi, vt iam aliâs expoſuimus. Argumentatur autem ab exemplo ex contentione hoc modo: Dauidi, quem ſacerdos nouerat Dei miniſtrum, & publicæ rei vtilem, ſicut ſcriptum eſt, Nunquid hodie cœpi conſulere pro eo Dominum. ipſi, inquam, Dauidi vltrò dedit ſacerdos panes propoſitionis propter penuriam viatici illi, illiuſque ſociis neceſſarij; quos aliâs non liceret cuiquam laico, neque ipſi Dauidi comedere. idque factum eſt ſabbatho. Quòd ſi id recte factum fuit & Deo probatum, vt vere fuit, licebit & filio hominis, cuius auctoritatem Deus toties oſtendit & probauit, & populus magnis acceptis beneficiis intellexit, ſabbatho vti nõ ſolùm ſatis ſpicis decerpendis, ſed ſanetis etiam, ſi opus fuerit, comedendis.

uabât autem Scribæ & Phariſæi ſi in ſab-
batho curaret: [a] vt inuenirent vnde accu-
ſarent eum. 8 Ipſe verò [b] ſciebat cogita-
tiones eorum: & ait homini qui habebat
manum aridam, Surge: & [c] ſta in mediũ.
Et ſurgens ſtetit. 9 Ait autem ad illos Ie- B
ſus, "Interrogo vos, ſi [d] licet ſabbathis be- * Interrogabo, MS. G.S.
nefacere an malè: animam ſaluam facere
an perdere? 10 [e] Et circunſpectis omni-
bus dixit homini, Extende manum tuam.
Et extendit: & reſtituta eſt * manus eius *. * ſanitati MS.G.
11 Ipſi autem [f] repleti ſunt inſipientia: & * vt alteri G.S.
colloquebantur ad inuicem, quidnam fa-
cerent * Ieſu. 12 Factum eſt autem in illis * de o.
diebus, exiit in mõtem orare, & erat [g] per-
noctans in oratione Dei. 13 Et cùm dies Mat.10.a.1, Marc.3.b.13, & 6.a.7. Infr.9.a.5.
factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos: &
[h] elegit duodecim ex ipſis (quos & Apo-
ſtolos nominauit:) 14 Simonem [i] quem
cognominauit Petrum, & Andream fra-
trem eius, Iacobum & Iohannem, Philip-
pum & [k] Bartholomæum, 15 Mattheum
& Thomam, Iacobum Alphæi & Simô-
nem qui vocatur Zelótes, 16 & [l] Iudam
Iacóbi, & Iudam Iſcarióté, [m] qui fuit pro-
ditor. 17 [n] Et deſcendens cum illis, ſtetit
in loco campeſtri, & turba diſcipulorum C
eius, & multitudo copioſa plebis ab om-
ni Iudæa & Ieruſalem: & maritima * & * - * MS. & G.S.
Tyri & Sidônis, 18 [o] qui venerant vt au-
dirent eum, & ſanarentur à languoribus
ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus im-
mundis,

a *Vt inuenirent vnde accuſarent eum.*] vel ex oratione, ſi ille interrogatus reſponderet, licere curare in ſabbatho; vel ex actione, ſi curaret. Vtramque autem vel ſaltem alteram expectabant opportunitatem accuſandi, cognita eius in dicendo integritate, & in benefaciendo liberalitate. Vtrũque autem præſtitit Ieſus, eorumque redarguit inſcitiam & malitiam.

b *Sciebat cogitationes eorum.*] qui cùm diſputandi cauſa interrogare viderẽtur, tamen re ipſa intenti erant ad calumniam.

c *Sta in medium.*] Hoc egit Ieſus ſapientiſſimè, vt ſpectaculum miſeri hominis adſtantes ad miſericordiæ opinionem in propoſita quæſtione inclinaret, contra ſententiam calumniatorum.

d *Licet ſabbathis benefacere.*] Hãc prudentiſſimam argumẽtandi rationem in ſacra dialectica indicabimus.

e *Et circunſpectis omnibus*] Quorum ſimplicior pars tacendo aſſentiri; improbior verò cõuicta eſſe videbatur.

f *Repleti ſunt inſipientia.*] Perturbati ita fuêre, vt ſtulti omnino viderẽtur. hinc ſtupefacti pudore aſtantiũ, quibus deriſui eſſe poſſe videbãtur: hinc inuidia in Ieſum conciti, nullã orationem inueniebant, qua vel ficta & ſimulata, vel Ieſum accuſare, vel ſe defendere poſſent.

g *Pernoctans in oratione Dei.*] cui cõmendabat meſſem colẽdam, & operariorum delectum poſtera die faciendum, præſertim eorum qui Apoſtoli erant appellandi.

h *Elegit duodecim*] ad Apoſtolatum: namque ad Euangelij gratiam, hoc eſt, ad ſingulorum ſalutem, omnes diſcipuli electi erant: & quicunque accedere vellent etiã, modò illas partes afferrent, virtutem & pœnitẽtiã.

i *Quem cognominauit*] poſteà, vt ſuo loco narratur.

k *Bartholomæum.*] Idem Nathanael proprio nomiãe à patris nomine Bartholomæus.

l *Iudam Iacobi.*] qui & Thadæus dicitur.

m *Qui fuit proditor.*] Quanquam electus fuerat in Apoſtolatum, quem certè geſſit.

n *Et deſcendens cum illis.*] Summam totius doctrinæ ſuæ auditutis.

o *Qui venerunt vt audirent.*] doctrinam planè cæleſtem, & ſignis beneficentiæ maximæ à Deo confirmatã.

mundis, curabantur. 19 Et omnis turba
quærebat eum tangere: [a] quia virtus de
Mat. 5.a.2. illo exibat, & ſanabat omnes. 20 Et ipſe
eleuatis oculis in diſcipulos ſuos, dicebat,
Iſa. 65.b.12. [b] Beati pauperes: quia veſtrum eſt regnũ
Iſa. 61.a.3. & 66.b.10. Dei. 21 Beati [c] qui nunc eſuritis: quia ſa-
Mat. 5.a.11. turabimini. Beati [d] qui nunc fletis: quia
ridebitis. 22 Beati eritis [e] cùm vos ode-
rint homines, & cùm ſeparauerint vos,
& [f] exprobrauerint, & eiecerint nomẽ ve-
ſtrum tanquam malum, [g] propter filiũ ho-
minis. 23 Gaudete in illa die & exultate:
ecce enim merces veſtra multa eſt in cæ-
lo. ſecundùm hæc enim faciebant Pro-
D phetis patres eorum. 24 Veruntamen [h] vę
Amos 6.a.1 vobis diuitibus, qui MS q. quia [i] habetis conſola-
Ambr. Eccl. 31.a.8. tionem veſtram. 25 Vę vobis qui ſaturati
Iſa. 65.c.12. eſtis: quia eſurietis. Væ vobis qui ridetis
nunc: quia lugebitis & flebitis. 26 Væ
vobis 3 MS G q S. * cùm benedixerint vobis omnes homi-
MS G.S. nes. ſecundùm hæc enim faciebãt pſeu-
prophetis G. doprophetis patres eorum. 27 [k] Sed vo-
Mat. 5.c.44. Mat. 5.f.39. 1 Cor. 6.b.7. bis dico qui auditis, [l] Diligite inimicos ve-
ſtros: benefacite his qui oderunt vos.
MS. R.G.S. 28 Benedicite maledicẽtibus vobis: & o-
rate pro calumniantibus vos. 29 Et qui te
ei MS. S. percutit in maxillam, præbe * & alteram.
Et ab eo qui aufert tibi veſtimentum, etiã
tunicam noli prohibere. 30 Omni autem
petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua
Mat. 7.b.12. Tob. 4.c.16. ſunt, ne repetas. 31 [m] Et prout vultis vt
faciant vobis homines, & vos facite illis
ſimiliter.

a *Quia virtus de illo.*] Hæc omnia indicabant illum, illiusque doctrinam à Deo eſſe.

b *Beati pauperes.*] qui regni cauſa diuitiis ex corde renunciant.

c *Qui nunc eſuritis.*] Ad exitum ex Ægypto alludit hæc ſententia.

d *Qui nunc fletis.*] Intelligentes nihil lætitiæ in humanis rebus eſſe: & etiam coacti flere ob ærumnas acceptas ab Euangelij inimicis.

e *Cum vos oderint homines.*] qui terrena ſapiunt, & vos ſibi diſſimiles moribus & ſtudio oderunt.

f *Exprobrauerint.*] vt timidos, humiles, viles, abiectos, obſcuros, & huiuſmodi epithetis, quæ mundus modeſtis imponere ſolet.

g *Propter filium hominis.*] cuius cauſa vos ea negligitis, quæ mundus curat.

h *Væ vobis diuitibus.*] diuitiarum admiratoribus, cultoribus & amatoribus.

i *Habetis cõſolationem veſtram.*] quam vos vobis definiſtis & exoptaſtis: cũ vera tamen conſolatio non ſit, ſed veſtra conſolatio.

k *Sed vobis dico, qui auditis.*] animo vera & honeſta cognoſcendi & colendi.

l *Diligite inimicos veſtros.*] Chriſti diſciplina, pietatis exercitatio, damnatio ſæculi, Heu, heu, heu.

m *Et prout vultis vt faciant.*] Mira & ſole clarior æquitas & honeſtas Chriſtianæ doctrinæ.

ſimiliter. 32 Et ſi diligitis eos qui vos di- *Mat.5.g.46.*
ligunt,[a] quæ vobis eſt gratia? nam & pec-
catores, diligentes ſe diligunt. 33 Et ſi E
benefeceritis his qui vobis benefaciunt:
quæ vobis eſt gratia? ſiquidem & pecca-
tores hoc faciunt. 34 Et ſi mutuum de- *Mat.5.g.42. Deut.15.a.8.*
deritis his à quibus ſperatis recipere: quæ
gratia eſt vobis? nam & peccatores pec-
catoribus fœnerantur, vt recipiant æqua-
lia. 35 Veruntamen diligite inimicos ve- *Mat.5.g.44.*
ſtros:* benefacite & mutuum date,[b] nihil * & MS.c.
inde ſperantes: &[c] erit merces veſtra mul-
ta, &[d] eritis filij Altiſſimi, quia ipſe beni-
gnus eſt ſuper ingratos & malos. 36 Eſto-
te ergo miſericordes, ſicut & pater veſter
miſericors eſt. 37[e] Nolite iudicare, & *Mat.7.a.1.*
non iudicabimini. nolite condemnare, &
non condemnabimini. Dimittite, & di-
mittemini. 38 Date, & dabitur vobis.
menſuram bonam" & confertam & coa- " MS.o.
gitatam & ſupereffluentem dabunt in ſi-
num veſtrum. Eadē quippe menſura qua *Mat.7.a.2. Marc.4.c.24.*
menſi fueritis, remetietur vobis. 39 Di-
cebat autem illis & ſimilitudinem:[f] Nun-
quid poteſt cæcus cæcum ducere? nónne *Mat.15.b.14*
ambo in foueam " cadunt? 40 Non eſt " cadent 5 MS a.o.
diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus au- *Mat.10.c.24. Ioh.13.b.16. & 15.c.20.*
tem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. F
41 Quid autem vides feſtucam in oculo *Mat.7.a.3.*
fratris tui: trabem autē quæ in oculo tuo
eſt, non conſideras? 42 Aut quomodo
potes dicere fratri tuo, Frater, ſine, eiiciā
feſtucam

a *Quæ vobis eſt gratia*] apud Deum? Gratia enim & gratitudo, non tantum officia, quantum beneficia reſpicit.

b *Nihil inde ſperantes*] ab hominibus ipſis.

c *Erit merces veſtra multa.*] copia, magnitudine & præſtantia.

d *Eritis filij Altiſſimi.*] Verè filij Altiſſimi imitatione primùm, deinde & adoptione. alludit ad Abrahæ factum erga regem Sodomæ, &c.

e *Nolite iudicare.*] res veſtras aduerſus alios agere: permittite iudicium Deo.

f *Nunquid poteſt cæcus cæcum ducere.*] Cæcus eſt, qui mentem aliquo modo ſui ipſius commodi mundani cauſa turbatam habet: hic ab huius doctrinæ ſimplicitate alienus admodū eſt, idemque alios non poteſt ſe meliores reddere.

feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo
trabem non videns? Hypocrita, eiice pri-
mùm trabem de oculo tuo: & tunc per-
ſpicies vt educas feſtucam de oculo fratris
Mat.7.c.17 tui. 43 [g] Non eſt enim arbor bona quę fa-
cit fructus malos: neque arbor mala, fa-
ciens fructum bonum. 44 Vnaquæque
Mat.7.c.16 & 12.c.33. enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur.
Neque enim de [h] ſpinis colligũt ficus: ne-
que de rubo vindemiãt vuam. 45 [i] Bonus
homo de bono theſauro cordis ſui profert
G bonum: & malus homo de malo theſau-
ro profert malum. Ex abundantia enim
cordis, os loquitur. 46 [k] Quid autem vo-
Mat.7.c.21. Rom.2.b.13. Iac.1.d.22. catis me, [l] Domine, Domine: & [m] non fa-
citis quæ dico? 47 Omnis qui venit ad
me, & audit ſermones meos, & facit eos:
oſtendam vobis cui ſimilis ſit. 48 ſimilis
eſt homini ædificanti domum, qui fodit
in altum, & poſuit fundamentum ſuper
petram: [n] inundatione autem facta, illi-
ſum eſt flumen domui illi, & non potuit
eam mouere: fundata enim erat ſuper pe-
tram. 49 Qui autem audit, & non facit:
ſimilis eſt homini [o] ædificanti domũ ſuã
ſuper terram ſine fundamento: in quam
illiſus eſt fluuius: & continuò cecidit, &
facta eſt ruina domus illius magna.

g *Non eſt enim arbor bona.*] quãquam ſpecie ipſa niteat & elegans videatur. ita doctrina & doctor.

h *Neq; de ſpinis colligũt ficus: neq; de rubo vindemiant vuã.*] Et viridis eſt ſpina, & roſas profert odoratas. & rubus pulchrius vite floret, & lenta eſt, foliaſque diuturniora habet. vtraque tamen vel nullos vel viles fructus fert: & tractata planta nocet.

i *Bonus homo.*] Boni hominis bona cogitatio, bona voluntas, bonus conatus, bonum ſtudium, bonũ opus, bonus ſermo. Mali hominis omnia his diuerſa, quamuis aliter videâtur.

k *Quid autem vocatis me.*] Chriſtiani boni, & qui re ipſa Chriſtianus appellari meritò debeat, certiſſimum examen Chriſti iudicio.

l *Domine, Domine.*] Ad vtramque diſcipulorum profeſſionem, & qui imperfecti adhuc ſunt, & qui perfectionẽ profitẽtur, refertur repetitio.

m *Non facitis quæ dico.*] Altera pars pœnitentiam exercere, altera fructus illos admirabiles edere debet, quos edunt qui filij Dei ſunt, ſpirituque Chriſti aguntur. aliâs non ſunt id quod profitentur.

n *Inundatione autem facta.*] vel propriarum concupiſcentiarum, vel externarum tentationum.

o *Ædificanti domum ſuam.*] non ſine ſtudio, cura & labore, ſed tandem incaſſum. Heu, heu, heu.

## CAP. VII.

Mat.8.a.5. Ioh.4.f.46. CVm autem impleſſet [a] omnia verba ſua
A in aures plebis, intrauit Capharnaum.
2 Centurionis autẽ cuiuſdam ſeruus malè

CAP. VII.

a *Omnia verba ſua.*] in quibus doctrinæ ſuæ ſumma con[illegible]: in *aures plebis*, apertè, publicè & palam, docendi & proficiẽdi ſtudio magno.

habens, erat moriturus: qui illi erat pre-
tioſus. 3 Et [a] cùm audiſſet de Ieſu, miſit
ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum
vt veniret, & "ſaluaret' ſeruum eius. 4 At [* ſanaret, MS.]
illi cùm veniſſent ad Ieſum, rogabãt eum
ſolicitè, dicẽtes * ei, Quia dign⁹ eſt vt hoc [* MS. G. 2.]
illi præſtes. 5 [b] diligit enim gentem no-
ſtram: & ſynagogã ipſe ædificauit nobis.
6 Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm iam
non longè eſſet à domo, miſit ad eum Cẽ-
turio amicos, dicẽs, [c] Domine, noli vexa- [Mat. 8. a. 8.]
ri. Non enim ſum dignus vt ſub tectum
meũ intres. 7 propter quod & meipſum
non ſum dignum arbitratus vt venirẽ ad
te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus.
8 nam & ego homo ſum ſub poteſtate cõ- B
ſtitutus, habens ſub me milites: & dico
huic, Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit:
& ſeruo meo, Fac hoc, & facit. 9 Quo au-
dito, Ieſus [d] miratus eſt: & conuerſus, ſe-
quentibus ſe turbis, dixit, Amen dico vo-
bis, [e] nec in Iſrael tantam fidem inueni.
10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, domum:
inuenerunt ſeruum qui languerat, ſanum. [Pſa. 106. b. 20. Sap. 16. c. 12.]
11 [f] Et factum eſt, deinceps ibat * in ciui- [* Ieſus MS. Amb.]
tatem quæ vocatur "Naim': & ibant cum [" Naim 6. 5.]
eo diſcipuli eius & turba copioſa. 12 Cùm
autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, * ec- [* & MS. G.]
ce defunctus efferebatur, filius vnicus ma
tris ſuæ: & hæc vidua erat: & turba ciui-
tatis multa cum illa. 13 [g] Quam cùm vi-
diſſet Domin⁹, [h] miſericordia motus ſuper
eam,

a *Cùm audiſſet de Ieſu.*] audiſſet illius virtutem in ſanandis morbis, & dæmonibus eiiciendis, quam planè diuinam eſſe intellexit.

b *Diligit enim gentem noſtram.*] Signũ hoc erat fidei Centurionis erga verbum Dei, quod apud illam gentem ſeruabatur, erga veram religionem quæ tunc in profeſſione Iudæorum erat.

c *Domine, noli vexari.*] Anteà ſeniores, aut ſuo tantùm conſilio rogauerant Ieſum vt veniret ad Centurionem, aut ipſius Centurionis hortatu, qui non poſtulauerat vt veniret, quaſi intelligeret beneficium à Ieſu, niſi præſenti, præſtari non poſſe: verùm vt ex illius aduentu cognoſceret ipſum velle ſibi beneficium exhibere, quod ſi ſe velle declararet, ſatis ſibi id eſſe intelligebat, vt id quod cupiebat eueniret.

d *Miratus eſt.*] Illa admiratione attentionem mouit turbis, ad magnam cognoſcendam rem: neque admiratio nouam in Ieſu notitiam arguit.

e *Nec in Iſrael.*] quem ex nomine etiam ipſo per Deum impoſito, fide maxima præditum eſſe ſperare oportuerat.

f *Factum eſt deinceps.*] certo poſt tempore, eoque breui.

g *Quam cùm vidiſſet Dominus.*] Qui iam ſeſe probauerat vitæ mortiſque dominum, & diuina virtute præſtãtem. Ad huiuſmodi rem indicandã ſolet Ieſus ab Euangeliſtis & Apoſtolis *Dominus* appellari.

h *Miſericordia motus.*] qui tanta virtute & efficacitate præſtabat, non expectat, vt rogetur, ſed ipſe vltrò miſericordia motus, beneficium cõtulit. Ad miſericordiæ exercitationẽ poteſtatem illam ſuam è cælo detulerat.

eam, dixit illis, Noli flere. 14 Et acceſſit,
C & tetigit loculum. (Hi autem qui porta-
bant, ſteterunt:) Et ait, Adoleſcens, [a] tibi
dico, ſurge. 15 [b] Et reſedit qui erat mor-
tuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri
ſuæ. 16 Accepit autem omnes timor. &
magnificabant Deũ, dicentes, Quia [c] pro-
*Luc.24.c.19 Iob.4.c.19 & 6.b.14. & 7.f.40.* pheta magnus ſurrexit in nobis: & quia
Deus viſitauit plebem ſuam. 17 [d] Et exiit
hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, &
in omnem circa regionem. 18 Et nuntia-
uerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus
*Mat.11.a.2.* his. 19 [e] Et conuocauit duos de diſcipulis
ſuis Iohannes: & miſit ad Ieſum, dicens,
Tu es qui venturus es: an alium expecta-
mus? 20 Cùm autem veniſſent ad eum
viri, dixerunt, Iohãnes Baptiſta miſit nos
ad te, dicens, [f] Tu es qui venturus es: an
alium expectamus? 21 [g] (In ipſa autem
hora, multos curauit à lãguoribus & pla-
gis, & ſpiritibus malis: & cæcis multis
donauit viſum.) 22 Et reſpondens, dixit
D illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ au-
*Iſa.29.f.18 & 35.a.5.* diſtis & vidiſtis: Quia cæci vident, claudi
ambulant, leproſi mundantur, ſurdi au-
*Mat.15.d.30 Iſa.61.a.1.* diunt, mortui reſurgunt, 23 pauperes eu-
angelizantur: & beatus eſt [h] quicunque
*Mat.11.a.7.* non fuerit ſcãdalizatus in me. 24 Et cùm
diſceſſiſſent nuntij Iohannis, cœpit de Io-
hanne dicere ad turbas, Quid exiſtis in de-
* agitatam M.S.R.G.S. ſertum videre? arundinem vẽto * moueri?
25 Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollib⁹
vestimentis

a *Tibi dico.*] Verbo quo condita ſunt omnia; imò quo euocata quæ non erant anteà, vt eſſent: eodem homo ex morte ad vitam reuocatur, nimirum mortuus audit verbum, quod ea quæ non fuerant, audiere.

b *Et reſedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.*] Reſuſcitatus eſt validus, ſanus, & vitæ functionibus ſubeũdis aptus. ita etiam viſus & auditus eſt turbis remotioribus perinde ac proximis.

c *Propheta magnus.*] ille promiſſus & expectatus. *Deus viſitauit plebem ſuam* ad ſalutem per hunc prophetam afferendam.

d *Et exiit ſermo.*] publica fama, quę teſtata eſt prophetam illum adeſſe.

e *Et conuocauit duos*] teſtes legitimè futuros Ieſu Chriſti virtutis.

f *Tu es qui venturus es.*] Non dubitãtis, ſed gaudentis & gratulantis Iohannis interrogatio eſt; & præ gaudio ita pronuntiata, ad maiorẽ confirmationem diſcipulorum.

g *In ipſa autem hora.*] Moſes ita probatus eſt Dei nuntius & populi dux.

h *Quicunque non fuerit ſcandalizatus.*] ſed ſuſtinuerit vſque in finem.

veſtimentis indutum? Ecce, qui in veſte
pretioſa ſunt & delitiis, in domibus regũ
ſunt. 26 Sed quid exiſtis videre? prophe-
tam? Vtique dico vobis, & pluſquã pro-
phetam. 27 hic eſt de quo ſcriptum eſt,
Ecce mitto angelum meum ante faciem *Mala. 3. a. 1.*
tuam, qui præparabit viam tuam ante te. *Mat. 11. b. 10* *Marc. 1. a. 2.*
28 Dico enim vobis, [a] maior inter natos mu
lierum propheta Iohanne Baptiſta nemo
eſt. qui autẽ minor eſt in regno Dei, ma-
ior eſt illo. 29 [b] Et omnis populus audiẽs
& publicani, [c] iuſtificauerunt Deum, ba- E
ptizati baptiſmo Iohannis. 30 Phariſæi
autem & legis periti [d] conſilium Dei ſpre-
uerunt in ſemetipſos, nõ baptizati ab eo.
31 ⌐ Ait autem Dominus⌐, Cui ergo ſimi- ⌐ 12 MS. G G. S.
les dicam homines generationis huius? &, *Mat. 11. b. 16*
cui ſimiles ſunt? 32 Similes ſunt pueris
ſedentibus in foro, & loquentibus adin-
uicem, & dicentibus, Cantauimus vobis
tibiis, & non ſaltaſtis: lamentauimus, &
non ploraſtis. 33 Venit ⌐ autem⌐ Iohannes ⌐ enim 6 MS. G S.
Baptiſta neque manducans panem, neque *Mat. 3. a. 4.* *Marc. 1. a. 6.*
bibens vinum: & dicitis, [e] Dæmoniũ ha-
bet. 34 Venit Filius hominis manducans
& bibens: & dicitis, Ecce homo deuora-
tor & bibens vinum, amicus publicano-
rum & peccatorum. 35 [f] Et iuſtificata eſt
ſapientia ab omnibus filiis ſuis. 36 Ro- F
gabat autem illum quidam de Phariſæis
vt manducaret cum illo. Et ingreſſus do- *Mat. 26. a. 7.*
mũ Phariſæi diſcubuit. 37 Et ecce mulier *Mar. 14. a. 3.* *Ioh. 12. a. 3.*
quæ

a *Maior inter natos.*] Propheta nemo eſt maior, vtpote qui indicarit præſentem eum, quem cæteri prophetæ prædixerant: & qui prophetiæ ac teſtimonij ſui auctoritatem certiſſimis admirandiſque ſignis probarit. Sed efficacitate ac virtute lõgè maior eſt illo is qui in regno Dei, hoc eſt, in eccleſia hac & congregatione Iſraelitica, cui Deus præeſt, habetur minor Iohanne. vel ipſo Iohanne teſtante, Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis: ipſe eſt qui poſt me ventutus eſt, qui ante me factus eſt; cuius ego non ſum dignus, &c.

b *Et omnis populus audiens.*] teſtimonium Iohannis, indicantis digito cũ qui tollit peccata mundi.

c *Iuſtificauerunt Deum.*] agnouerũt Dei veritatem, ſuam inopiam; & cõfeſſi ſunt egere ſe illo lotore, qui tolleret peccata mundi: ideoque pœnitentiæ baptiſmum ſubiere.

d *Conſiliũ Dei ſpreuerunt in ſemetipſos.*] Noluerunt admittere diuinum conſilium in ſuam ipſorum ſalutem cœptum.

e *Dæmonium habet.*] Malitioſa calliditas omnia perperam interpretatur, illam perpetuam & admirandã continentiam Iohannis, quæ ſuam ipſorum vitæ auſteræ profeſſionem longo ſuperabat interuallo: quoniã ſuis moribus & ſtudiis nihil conferre intelligebant Phariſæi, dæmonis potius illuſioni, quàm diuinæ gratiæ & baptiſtæ virtuti adſcribebant.

f *Et iuſtificata eſt ſapientia.*] ex vtraq; parte vicit, productis aliis qui auſteriſſimam vitã colerent, aliis qui modeſtam & ciuilem conſuetudinem inirent. vtriſque verò eandem rem teſtantibus, hoc eſt regnum Dei appropinquaſſe, fidem & pœnitentiam neceſſariam eſſe.

quæ erat [a] in ciuitate, peccatrix, vt cogno-
*Ieſus MSq. uit quòd * accubuiſſet in domo Phariſæi,
attulit alabaſtrum vnguenti: 38 [b] & ſtans
retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit ri-
gare pedes eius, [c] & capillis capitis ſui ter-
gebat, & oſculabatur pedes eius, & vn-
guento vngebat. 39 Videns autem Pha-
riſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, di-
cens, Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique
[d] quæ & qualis eſt mulier quæ tangit eum,
quia peccatrix eſt. 40 [e] Et reſpondens Ie-
ſus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi ali-
quid dicere. At ille ait, Magiſter, dic.
41 [f] Duo debitores erant cuidam fœnera-
tori: vnus debebat denarios quingentos,
G & alius quinquaginta. 42 [g] Non haben-
tibus illis vnde redderent, donauit vtriſ-
*eorum G.S. ‶diliget MS.G.S. que. [h] Quis ergo * eum plus ‶diligit?
43 Reſpondens Simon dixit, Æſtimo quia
is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè
iudicaſti. 44 Et conuerſus ad mulierem,
dixit Simóni, Vides hanc mulierem? In-
traui in domum tuam, [i] aquam pedibus
meis non dediſti: hæc autem lachrymis
rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit.
45 Oſculum mihi non dediſti: hæc autem
‶intrauit MS.GS.S. ex quo ‶intraui, nō ceſſauit oſculari pedes
meos.

a *In ciuitate peccatrix.* ] in illa ciuitate. Fœmina noti exempli, non tam impudicitiæ, quàm licentiæ, quę honeſtis fœminis dedecori & probro eſſe debet, tametſi nulla accedat impudicitia.

b *Et ſtans retro ſecus pedes.* ] Gratiſſimum officium erga Ieſum, quod ex vera ac ſolida pœnitentia proficiſcitur. namque huiuſmodi peccatores ita ex corde reuerſi ac mutati, abluti pœnitentiæ lachrymis, iuſtificant Deum; à quo poſteà baptizátur Spiritu per Ieſum filium, huius ſalutis pontificem.

c *Et capillis capitis.* ] quæcunque ipſa ad vanas delitias, & muliebris licentiæ fomenta atque apparatum anteà parauerat, ad pœnitentiæ exercitationem & ſatisfactionem, quam vocat, tranſtulit.

d *Quæ & qualis.* ] Iuuenem fœminam ætate, atque adeò ſtultiorem & petulantiorem, prætereà ſtudio atq; conſuetudine improbiorem eſſe cognoſceret: à qua tanquam impura minimè pateretur ſe tangi, ſi propheta eſſet; imò ſi Phariſæus eſſet, dicere debuit.

e *Et reſpondens Ieſus.* ] occupans illius cogitationem.

f *Duo debitores.* ] Argumētatio paulo difficilior eſt, quā ſic explicamus. Simonis argumentum fuerat, Peccator non debet admitti; ideóque iſta admitti non debuit. Ieſus verò aliud argumentum arripit, Peccati deteſtator, fide & charitate inſtructus, debet admitti omnino; eóque magis, quo maiori fide & charitate inſtructus eſt. Tu peccatum, cui tamē obnoxius es, execraris; idq́ue tibi à Deo condonatum iri confidis: eſto ita: at verò fœmina hæc te & hoc nomine antecedit, & illis aliis fidei & charitatis longè vincit. Ergo dignior eſt cōſuetudine & familiaritate prophetæ, quàm tu: dignior venia & condonatione peccati, quàm tu. Si dignior, ergo maiori dono frui debet. Omnia argumentationis membra probat Ieſus à ſigno, quæ fortiſſima probatio eſt.

g *Non habentibus.* ] & ſuam inopiam agnoſcentibus, ac ſupplicantibus.

h *Quis ergo eum plus diligit?* ] Ex liberalitate creditoris tanquam efficiēte probatur amor conſequutus in animis debitorum, quando vterque expertus eſſet creditoris benignitatem. Hæc eſt prior argumentatio, quam rurſus vertens Ieſus, à debitoris perſona & officio rationem inchoat: Si, inquit, creditor ipſe antequam condonet, cognouerit debitorum animos: & intellexerit ſe ab altero magis diligi quàm ab altero; ei nimirum ex tua ſententia plus dimittet, à quo magis diligi ſe cognouerit. *Vides autem hanc mulierem?*

i *Aquam pedibus meis.* ] Hæc omnia à Ieſu commemorata officia ex humanitatis vi, & illarum regionum more, amoris atque affectus maximi argumenta erant. Inuitatio ex vulgari tantùm conſuetudine aliquando, interdum verò ex faſtu, nonnunquam ex dolo proficiſci poteſt. ſaltem præcipuum dilectionis ſignum non eſt.

meos. 46 Oleo caput meum non vnxiſti:
hæc autem vnguento vnxit pedes meos.
47 Propter quod dico tibi, Remittuntur ei
peccata multa, [k] quoniam dilexit multum.
[l] Cui autem minus dimittitur, minus di-
ligit. 48 [m] Dixit autem ad illam, Remit- Mat. 9.a.2.
tuntur tibi peccata. 49 Et cœperunt, qui
ſimul accumbebãt, dicere intra ſe, [n] Quis
eſt hic qui etiam peccata dimittit?
50 Dixit autem ad mulierem, [o] Fides tua te Mat. 5.c.34.
ſaluam fecit, vade in pace.

## CAP. VIII.

ET factum eſt deinceps, & ipſe iter fa- A
ciebat per ciuitates & caſtella prædi-
cans & euangelizãs regnum Dei: [a] & duo-
decim cum illo, 2 & [b] mulieres aliquę quę
erant curatæ à ſpiritibus malignis & in-
firmitatibus, Maria [c] quę vocatur Magda- Marc. 16.a.9
léne, de qua ſeptem dæmonia exierant,
3 & Iohãna [d] vxor Chuſę procuratoris He-
rodis, & Suſanna, & aliæ multæ quæ mi-
niſtrabant ei de facultatibus ſuis. 4 Cùm
autem turba plurima cõueniret, & de ci-
uitatibus properarent ad eum, dixit per ſi- Mat. 13.a.1. Mar. 4.a.1.
militudinem: 5 Exiit qui ſeminat, ſemi-
nare ſemen ſuum. & dum ſeminat, aliud
cecidit

k *Quoniam dilexit multum.*] Hîc iam argumentatione variata, declarauit Ieſus ſe verè prophetam eſſe, qui probè cognouiſſet quæ & qualis eſſet mulier, nimirum iuuenis certi nominis & familiæ non ſibi ignotæ, præteritam conſuetudinẽ deteſtata, pœnitentiæ ſolidæ, atque fidei plena dilectioneq́ue feruentiſſima: ideoq́ue permiſſa ſeſe tangere, in ipſius ſalutem, & liberationẽ à peccatis multis, quibus anteà infecta fuerat. adeò illam cognouerat exactiſſimè Ieſus.

l *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.*] hoc eſt, quia minus diligit, minus illi dimittitur: & quia tu minus diligis, minus etiam credis dimiſſionem tibi per me faciendam; eamq́ue minus habes. Dignior ergo eſt illa vt me tãgat, me alloquatur, mecũ conuerſetur, quàm tu. in illa maior fides, maior dilectio, amplior dimiſſio, quàm in te eſt.

m *Dixit autem ad illam.*] Ieſus animorum medicus nihil magis optabat, quàm vt peccatores, morbũ ſentientes ſuum, curandũ ſtudioſè proponerent. ideoq́ue nemini hoc beneficium negare, aut differre, aut nõ declarare viſus eſt.

n *Quis eſt hic.*] Qui bona mente cãdidaq́ue eſſent, poterant huiuſmodi oratione audita, intelligere Ieſum maius aliquid propheta eſſe; immò vltra omnem humanam aleam præſtare, quippe qui non modò cognouiſſet quæ & qualis eſſet mulier, & quid Simon intra ſe cogitaſſet, ſed & peccata remiſiſſet. Verùm calumniatores & malitioſi hanc partem admiratione digniſſimam, ad inuidiam rapiebant.

o *Fides tua te ſaluam fecit.*] Hac aſſeueratione Ieſus doctrinam ſuam cõfirmauit, qua ſæpius fidem & dilectionem neceſſarias eſſe docebat ad peccatorum remiſſionẽ. Deinde mulierem ad vitæ melioris ſtudium animauit, vtpote cui nihil iam obſtaret præterita cõſuetudo, quominus oblata à Deo pace frui liceret. Præterea fidei illius viuæ vim & efficacitatem hoc exemplo probauit; ac demum eos notauit ac reprehendit, qui eiuſmodi exemplo in propriam ipſorum ſalutem non vterentur.

CAP. VIII.

a *Et duodecim cum illo.*] Prædicabant illi duodecim etiam per ciuitates & caſtella, & euangelizabant regnum Dei qui ſumma ſua miſericordia decreuit hoc donum maximum hominibus largiri; idemq́ue apertè, ſedulò ac diligenter per miniſtros delectos annuntiari. b *Mulieres aliquæ.*] teſtes virtutis Ieſu, vtpote magnis beneficiis affectæ, & ipſius iam factæ diſcipulæ: quæ cùm diuites eſſent, *miniſtrabant ei de facultatibus ſuis*; ita vt Ieſus nihil ab homine quoquam exigeret, ſed omnibus gratis & euangelium enuntiaret, & beneficia conferret. & cùm multæ eſſent, facillimè ſuppeditabant ſumptus frugaliſſimo magiſtro, & ipſius comitibus.

c *Quæ vocatur Magdalene.*] Omnes fœminæ notæ, quarum conditio & vitæ ac valetudinis genus inſignia fuerãt anteà, & præſens etiam ſtatus, quantum ab illo differret priori, cognoſci poterat.

d *Vxor Chuſæ.*] Ita vt in aula quoque regia Ieſu virtutis ac doctrinæ fama celebrari poſſet; atque ita omnibus in locis omnibus hominum ordinibus cognoſci.

cecidit ſecus viam, & [a] conculcatum eſt, &
volucres cæli comederũt illud. 6 Et aliud
cecidit ſupra petram: & natum aruit, quia
non habebat humorem. 7 Et aliud ceci-
dit inter ſpinas, & [b] ſimul exortę ſpinę ſuf-
focauerũt illud. 8 Et aliud cecidit in ter-
ram bonam: & ortum, fecit fructum cẽ-
B tuplum. Hæc dicens clamabat, Qui ha-
bet aures audiendi, audiat. 9 Interroga-
Mat. 13. a. 10 Mar. 4. b. 10 bant autem eum diſcipuli eius, quæ eſſet
hæc parabola. 10 Quibus ipſe dixit, Vo-
bis datum eſt noſſe myſterium regni Dei,
Iſa. 6. c. 9. cæteris autẽ in parabolis, vt videntes non
Mat. 13. b. 14 Mar. 4. b. 12 videant, & audientes non intelligant.
Io. 12. f. 40 Act. 28. f. 26 Rom. 11. b. 8. 11 Eſt autem hęc parabola: Semen, eſt ver-
bum Dei. 12 Qui autem ſecus viam: hi
ſunt [c] qui audiunt, deinde venit diabolus,
& tollit verbum de corde eorum, ne cre-
dentes ſalui fiant. 13 Nam qui ſupra pe-
tram: qui cùm audierint, cum gaudio ſuſ-
cipiunt verbum: & hi radices non habẽt:
qui à ius. c. quia ad tempus credunt, & [d] in tempore
tentationis recedunt. 14 Quod autem in
ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierunt, & [e] à
ſolicitudinibus & diuitiis, & voluptati
bus vitæ, euntes, ſuffocantur. & non re-
ferunt fructum. 15 Quod autem in bo-
nam terram: hi ſunt qui in corde bono &
optimo audientes verbum retinẽt, & fru-
Mat. 5. b. 15 Mar. 4. c. 21 ctum afferunt in patientia. 16 Nemo au-
tem lucernam accendens, [f] operit eam va-
ſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra cã-
d delabrum

a *Conculcatum eſt.*] contemptum & neglectum, conſuetudine & frequẽtia vulgari, hoc eſt, perditiſſimum hominum genus, qui negligunt doctrinam omnino callo iam obducto in vulgaris vitæ conſuetudine.

b *Simul exortæ.*] Quanquam etiam triticum natum fuerit & creuerit, tamen quia permiſſæ etiam ſunt ſpinæ ſimul oriri & creſcere, illæ ſuffocarunt triticum.

c *Qui audiunt.*] & non intelligunt, vt apud Matthæum: namque hi negligunt & conculcant.

d *In tempore tentationis.*] tribulatio, perſecutio & oppreſſio propter verbi obſeruationem exorta, quamuis ab hominibus excitatur, tamen Deo permittẽte fit ad examinationem & periculum faciendum de iis qui ſolidis fidei & charitatis fundamentis innitũtur. ideoque eiuſmodi aduerſitas *tentatio* vocatur. Tentari enim Deus permittit ſuos huiuſmodi periculis. Inſtabiles tempore tentationis recedunt à fide aut à fidei profeſſione: atque adeò ab exercitationibus & documentis iis, quæ ex verbi præſcripto iniri & præſtari debent.

e *A ſolicitudinibus.*] ſeculi huius, ex Matthæo exponimus. hæc pars ſpinarum ambitionis ſemine oritur.

f *Operit eam vaſe.*] genus pro quacunque ſpecie caua: ita candelabri ipſius baſis vas eſt, vt terebra quædã medicis familiaris, qua capitis oſſa latiori foramine pertunduntur, *modiolus* dicitur.

delabrum ponit, vt intrantes videant lu- C
men. [17] Non eſt enim occultum quod *Mat.10.c.26* *Marc.4.c.22*
non manifeſtetur: nec abſcõditum quod
non cognoſcatur, & in palam veniat.
[18] [a] Videte ergo quomodo "audiatis". Qui *Mat.13.b.12* & 25.c.29. "auditis ? MS.G.
enim habet, dabitur illi: & quicunque
non habet, etiã quod putat ſe habere, au-
feretur ab illo. [19] Venerunt autem ad il- *Marc.4.c.25* *Mat.12.d.46* *Marc.3.a.31.*
lum mater & [b] fratres eius: & non poterãt
adire eum præ turba. [20] Et nũtiatum eſt
illi, Mater tua & fratres tui ſtant foris, vo-
lentes te videre. [21] Qui reſpondens, dixit
ad eos, Mater mea & fratres mei, hi ſunt
qui verbum Dei audiunt & faciunt.
[22] Factum eſt autem [c] in vna dierum: & *Mat.8.c.23.* *Marc.4.d.35.*
ipſe aſcendit in nauiculã, & diſcipuli eius,
& ait ad illos, Trãsfretemus trans ſtagnũ.
Et aſcenderunt. [23] Et nauigantibus illis
obdormiuit: & deſcẽdit procella venti in
ſtagnum, & "complebantur", & periclita- "compellebantur G.
bantur. [24] Accedentes autem ſuſcitaue-
runt eum, dicentes, * Præceptor, perimus. * Præceptor G.S.
At ille ſurgens, increpauit ventum & tem-
peſtatẽ aquæ: & ceſſauit, & facta eſt tran-
quillitas. [25] Dixit autem illis, Vbi eſt fi-
des veſtra? Qui timentes, mirati ſunt ad D
inuicem, dicẽtes, Quis putas, hic eſt, quia
& ventis & mari imperat, & obediunt ei?
[26] "Et nauigauerunt" ad regionem Geraſe- *Mat.8.d.28* *Marc.5.a.1.*
norum, quæ eſt contra Galilæam. [27] Et "Enauigauerunt autem MS.G.S.
cùm egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi
vir quidam qui habebat dæmonium iam
temporibus

a *Videte ergo quomodo audiatis.*] Nam hæc vobis dicta ſunt & expoſita ad veſtram & aliorum per vos inſtruendorum doctrinam.

b *Fratres eius.*] Hebraici & Syriaci ſermonis vſus obtinuit, vt nomen fratrum propinquos ſignificet.

c *In vna dierum.*] Poſtridie quàm à matre & propinquis fuiſſet quæſitus iam veſperi, poſt propoſitam atque explicatam parabolam ſeminis.

temporibus multis, & veſtiméto non in-
duebatur, neque in domo manebat, ſed in
monumentis. 28 Is vt vidit Ieſum, pró-
cidit ante illum: & exclamans voce ma-
gna, dixit, Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili
Dei Altiſſimi? obſecro te ne me torqueas.
29 Pręcipiebat enim ſpiritui immundo vt
exiret ab homine. Multis enim tempori-
bus arripiebat illum, & vinciebatur cate-
nis, & cõpedibus cuſtoditus: & ruptis vin-
culis agebatur à dæmonio in deſerta.
30 Interrogauit autem illum Ieſus, dicens,
E Quod tibi nomen eſt? At ille dixit, [d]Legio:
[e]quia intrauerãt dæmonia multa in eum.
31 Et rogabant illum ne imperaret illis vt
Mat.8.d.30 Mar.5.a.11. in abyſſum irent. 32 Erat autem ibi grex
porcorũ multorum paſcentium in mõte:
& rogabãt eum, vt permitteret eis in illos
ingredi. Et permiſit illis. 33 Exierũt ergo
dæmonia ab homine, & intrauerunt in
porcos: & impetu abiit grex per præceps
in ſtagnum, & ſuffocatus eſt. 34 Quod vt
viderunt factum qui paſcebant, fugerunt:
& nuntiauerunt in ciuitatem & in villas.
35 Exierũt autem videre quod factum eſt:
& venerunt ad Ieſum, & inuenerunt ho-
minem ſedenté à quo dæmonia exierant,
veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, &
timuerunt. 36 Nuntiauerunt autem illis
& qui viderãt, [f]quomodo ſanus factus eſ-
ſet à legione. 37 Et rogauerunt illum om-
nis multitudo regionis Geraſenorum vt

d *Legio.*] Nomen militare à Græcis etiam, atque adeò à dæmonibus vſurpatum.

e *Quia intrauerant.*] Duo erãt à dæmonibus vexati, ſed alter à legione, alter verò ab vno vel paucis dæmoniis tenebatur. Lucas perſecutus eſt legionis narrationem, vt oſtenderet maximam Ieſu virtutem, cui tanta dæmoniorum multitudo, vis & cõcordia reſiſtere non poſſet: ideoque illos victos ac deditos apertè indicauit illa oratione, *Rogabant illum ne imperaret illis*. & illa etiam, *vt permitteret*: nam ſingularium dæmonum victorum & expulſorũ exempla iam plura à Ieſu fuerant edita.

f *Quomodo ſanus factus eſſet à legione.*] Quemadmodum ſolo iuſſu & imperio legio tota fuiſſet expulſa.

diſcederet ab ipſis: [a] quia magno timore
tenebantur. Ipſe autem aſcendens nauim,
reuerſus eſt. 38 Et rogabat illum vir à quo F
dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimi-
ſit autẽ eum Ieſus, dicens, 39 Redi in do-
mum tuã, & narra quanta tibi fecit Deus.
Et abiit [b] per vniuerſam ciuitatem, predi-
cans quanta illi feciſſet Ieſus. 40 Factum
eſt autem, [c] cùm rediiſſet Ieſus, excepit illũ
turba. erant autem omnes expectãtes eũ.
41 Et ecce vênit vir cui nomen Iairus, & Mat.9.c.18. Marc.5.c.22.
ipſe princeps ſynagogæ erat: & cécidit ad
pedes Ieſu, rogãs eum vt intraret in domũ
eius, 42 quia vnica filia erat ei ferè [d] anno-
rũ duodecim, & hæc moriebatur. Et con-
tigit, dum iret, à turbis comprimebatur.
43 Et mulier quędam erat in fluxu ſangui-
nis ab annis duodecim, quæ in medicos
erogauerat omnem ſubſtantiã ſuam, [e] nec
ab vllo potuit curari: 44 acceſſit retrò, &
tetigit fimbriam veſtimenti eius: & cõfe-
ſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius. 45 Et ait
Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Negãtibus
autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum
illo erant, Præceptor, turbæ te cõprimunt
& affligunt, & dicis, Quis me tetigit?
46 Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis. nam* * & a.
ego noui virtutem de me exiſſe. 47 Vidẽs
autem mulier quia non latuit, tremẽs vê-
nit, & prócidit ante pedes eius: & [f] ob quã
cauſam tetigerit eum, indicauit corã om-
ni populo: & quemadmodum confeſtim
ſanata

a *Quia magno timore.*] Religioſo timore agnoſcentes virtutem prorſus diuinam, cui dæmonum multitudo ſuſtinendæ nulla ratione par eſſe potuiſſet. Sapientiùs hi de Ieſu ſentiebant, quàm Scribæ & Phariſæi peruicaces.

b *Per vniuerſam ciuitatem.*] per omnem Decapolin.

c *Cùm rediiſſet Ieſus.*] traiecto rurſum freto in regionem Iſraelitarum, oſtẽſo virtutis ſuæ lumine vicinis, ad æmulationem ſuorum.

d *Annorum duodecim*] Ideò iam charior, quia grandior. Ea ætas puellis periculoſa eſt, & morbis obnoxia; qui non animi deliquiis, vt minori ætate, ſed vel morte, vel diuturna poſt valetudine ac difficili terminãtur. Cauſa à mediticis petatur.

e *Nec ab vllo potuit curari.*] vel remedio vel conſilio. Signum naturæ à morbo ſuperatæ, & à medicinæ arte deſperatæ.

*Ob quam cauſam tetigerit eum.*] quòd videlicet agnouerit ſuam curationẽ non pendêre iam à naturæ vi, ſed à diuina virtute, quam in Ieſu eſſe crediderat.

G ſanata ſit. 48 At ipſe dixit ei, Filia, [g] fides
tua ſaluã te fecit: vade in pace. 49 Adhuc
[a] à principe e.s. illo loquẽte, venit quidam "ad principem"
ſynagogæ, dicens ei, Quia mortua eſt filia
tua, noli vexare illum. 50 Ieſus autem au-
dito hoc verbo, reſpõdit patri puell[illegible], Noli
timere: crede tantùm, & ſalua erit. 51 Et
cùm ven[illegible] domũ, non permiſit intrare
ſecum q[illegible]am, niſi Petrum, & Iacôbũ,
& Iohann[illegible] & patrem & matrẽ puellæ.
52 [h] Flebant autem omnes, & plangebant
illam. At ille dixit, Nolite flere: non eſt
mortua puella, ſed dormit. 53 Et deride-
bant eum, ſcientes quòd mortua eſſet.
54 Ipſe autem tenens manum eius, clama-
uit, dicens, Puella, ſurge. 55 [i] Et reuerſus
eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuò. Et
[a] dari 6 MS. e. iuſſit illi "dare" mãducare. 56 [k] Et ſtupue-
runt parentes eius, quibus præcepit ne ali-
cui dicerent quod factum erat.

## CAP. IX.

Mat.16.a.1 Marc.3.b.13 CONuocatis autem [a] duodecim Apoſto-
A lis, dedit illis virtutem & poteſtatem
ſuper omnia dæmonia, & vt lãguores cu-
rarent. 2 Et miſit illos [b] prædicare regnũ
Mat.10.a.9 Marc.6.a.8 Dei: & ſanare infirmos. 3 Et ait ad illos,
[a] in viam MS.e.s. Nihil tuleritis "in via", [c] neque virgã, neq;
peram, neque panem, neque pecuniã: ne-
que duas tunicas habeatis. 4 Et in quam-
cunque domum intraueritis, ibi manete,
[a] ne MS.e.s. & inde "ne" exeatis. 5 Et quicunque non
Act.13.g.51 receperint vos: exeuntes de ciuitate illa,

g *Fides tua ſaluam te fecit.* ] Tanta fides tibi fuit, vt quæ nullum remedium, nullum medicum tibi opem ferre poſſe, iã longo experimento cognoueras; credideris à me nullo adhibito naturali remedio, nulla medica arte, ſed ſolo veſtimentorum tactu, id quod naturale eſſe nõ poteſt, repẽtè ſanari omninoque reſtitui te poſſe. Solent qui multa experti fruſtrà ſunt, minus credere, quam qui nõdum quicquam ſunt experti. ideò maior huius fœminæ fides, quàm ſi nondum periculum factũ eſſet medicæ efficacitatis.

h *Flebant.* ] verè iam mortuã omnibusque conclamatam.

i *Et reuerſus eſt ſpiritus eius.* ] qui iam longè aberat ab illius corpore: audiuit tamen vocem Ieſu reuocantis: adeoque celeriter reuerſus in corpus totum denuò ſeſe inſinuauit, vt puella continuò ſurgeret.

k *Et ſtupuerunt.* ] tantæ virtutis, tam efficacis, tãque præſentis ſpectaculo.

CAP. IX.

a F[illegible] diſcipulorũ multitudine *duodecim* delegit, quibus legationẽ Dei, cuius ipſe magnus nuntius erat, ſingulariter committeret: additis diuinæ auctoritatis teſtimoniis, nempe miraculorum efficiendorum facultate. his auctoramẽtis Apoſtoli creati & appellati ab illo ſunt.

b *Prædicare regnum Dei.* ] Euangelicæ legationis ſumma, Regnum Dei appropinquare: ad quod admittentur, qui legationi credentes, pœnitentiæ propoſitam conditionem ſubierint. *Regnum Dei*, eſt victoria parta de poteſtate tenebrarum, in admirabilem Dei lucem homines deduci, credẽtes & obedientes Euangelio. Huius beneficij diuini ſignum erat hominum à dæmoniis, & grauiſſimis morbis oppreſſorum liberatio.

c *Neque virgam.* ] Apud Marcũ permittitur virga tantùm; ſed nulla eſt pugnãtia. namque Matthæus & Lucas ea referunt, quæ curari poterant ab Apoſtolis, niſi prohibita eſſent: curari, inquam, in ipſa via ad commeatum vel viaticum futurę dici vel horæ. Marcus autem ea etiam refert, quæ quanquam non curata, tamen forte oblata tolli poſſent: ex quibus nihil conceditur etiam præter baculum fortè inuentum, aut ex ligno aliquo ſterili in via exciſum, ſi eo fortè indigere accideret.

a *Audiuit autem Herodes* ] diebus aliquot, poſtquam Apoſtoli creati ac delegati fuiſſent.

b *Hæſitabat* ] quòd ſciret Iohannem occiſum à ſe qui ſi reſurrexiſſet, multò quàm anteà fortior & efficientior redire videbatur ex reſurrectione; quippe priùs viuens nullum ſignum fecerat, ſed baptizauerat tantùm, & prædicauerat pœnitentiam. hic verò de quo audiebat, neminem baptizabat; prædicabat verò & miracula edebat. ita diſpar munus alterá à Iohãne perſonam arguebat. quamobrem hæſitabat. *Et quærebat videre eũ:* nam facilè dignoſceret Iohannésne an alius eſſet.

c *Et reuerſi Apoſtoli.* ] eodem ferè tempore quo Iohannis diſcipuli renuntiauêre Ieſu ipſorum magiſtrum occiſum fuiſſe ab Herode.

etiam puluerem pedum veſtrorum excu-
tite in teſtimonium ſupra illos. 6 Egreſſi
autem circuibant per caſtella, euãgelizan-
tes & curãtes vbique. 7 a Audiuit autem Mat. 14. a. 1. Marc. 6. b. 14
Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab
eo: & b hæſitabat eò quòd diceretur à qui-
buſdã, Quia Iohannes ſurrexit à mortuis:
8 à quibuſdam verò, Quia Elias apparuit:
ab aliis autẽ, Quia Propheta vnus de an-
tiquis ſurrexit. 9 Et ait Herodes, Iohannẽ
ego decollaui: Quis eſt autem iſte de quo
ego talia audio? Et quærebat videre eum.
10 c Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi Mat. 14. b. 13 Mat. 6. d. 31
quæcunque fecerunt: & aſſumptis illis ſe-
ceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt
Bethſaidæ. 11 Quod cùm cognouiſſent
turbæ, ſecutę ſunt illum: & excepit eos, & B
loquebatur illis de regno Dei: & eos qui
cura indigebant ſanabat. 12 Dies autem
cœperat declinare. Et accedentes duode-
cim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt eun- Mat. 14. b. 15 Marc. 6. a. 36
tes in caſtella, villaſque quæ circa ſunt, di-
uertãt, & inueniant eſcas: quia hîc in loco
deſerto ſumus. 13 Ait autẽ ad illos, Vos
date illis manducare. At illi dixerũt, Non Ioh. 6. b. 9.
ſunt nobis plus quàm quinque panes, &
duo piſces: niſi fortè nos eamus, & ema-
mus in omnẽ hanc turbam eſcas. 14 Erãt
"autem' ferè viri quinque millia. Ait autẽ " enim G.
ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbe-
re per conuiuia quinquagenos. 15 Et ita
fecerunt. Et diſcumbere fecerunt omnes.

Acceptis

16 Acceptis autem quinque panibus &
duobus piſcibus, reſpexit in cælum, &
[d] benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſ-
cipulis ſuis, [e] vt ponerent ante turbas.
17 Et manducauerunt omnes: & ſaturati
ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis,
fragmẽtorum cophini duodecim. 18 [f] Et
Mat. 16. b. 13 Marc. 8. c. 27 factum eſt: cùm ſolus eſſet orans, erant cũ
illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicẽs,
Quem me dicunt eſſe turbæ? 19 At illi
*Alij 1 MS. reſponderũt, & dixerunt, *Iohannẽ Bapti-
C ſtam, alij autẽ Eliam, alij verò quia vnus
Propheta de prioribus ſurrexit. 20 Dixit
autem illis, Vos autem quem me eſſe di-
citis? Reſpondens Simon Petrus, dixit,
[g] Chriſtum Dei. 21 At ille increpãs illos,
præcepit ne cui dicerent hoc, 22 dicens,
Mat. 17. c. 23 Marc. 8. d. 31 [h] Quia oportet filium hominis multa pati,
& reprobari à ſenioribus & principibus
ſacerdotũ & Scribis, & occidi, et tertia die
Mat. 10. d. 38 & 16. d. 24 Marc. 8. d. 34 Infr. 14. f. 27 & 17. g. 33 reſurgere. 23 Dicebat [i] autẽ ad omnes, Si
quis vult poſt me venire, abneget ſemet-
ipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, &
Ioh. 12. d. 25 ſequatur me. 24 Qui enim voluerit ani-
mam ſuam ſaluam facere, perdet illam:
nam qui perdiderit animam ſuã propter
me, ſaluam faciet illam. 25 Quid enim
proficit homo, ſi lucretur vniuerſum mũ-
dum, ſe autem ipſum perdat, & detrimen-
Mat. 10. e. 33 Marc. 8. d. 38 2 Tim. 2. b. 12 tum ſui faciat? 26 Nam qui me erubue-
rit & meos ſermones, hunc filius hominis
erubeſcet [k] cùm venerit in maieſtate ſua &
patris,

d *Benedixit illis.*] Benedictionis ac benedicẽdi verbum, cùm ad Dei auctoritatem refertur in ſacro ſermone, amplificationis facultatẽ & vim ſignificat.

e *Vt ponerent ante turbas.*] Abundantiam maximã hæc oratio ſignificat: ita enim apponi debebant, vt vnuſquiſque ex diſcumbentibus ante ſe habere, acciperetque poſſet. ad minimum autem quinquageni diſcumbebant.

f *Et factum eſt.*] non eodem tẽpore, ſed poſt exaturatam bis multitudinem ſeſe ſequentium, cùm eſſet in agro Cæſareæ Philippi. Namque hoc ad eam rem retulit Lucas, vt indicaret poſt tot generum miracula edita, cuiuſmodi hominum iudicium de Ieſu eſſet.

g *Chriſtum Dei.*] Vnctum Dei. Breuiter præſtrinxit teſtimoniũ de Chriſto illud, quod nemo poteſt edere, niſi Spiritu ſancto dictante. Eius expoſitio petenda eſt ex noſtris elucidationibus in Matthæum.

h *Quia oportet filium hominis.*] Ratio quamobrem vetaret publicari teſtimonium illud, erat, quòd ante publicationem oportebat à ſe ea ſubire omnia; quæ ad veri Chriſti negotiũ pertinerent. anteà enim teſtimoniũ illud capi non poterat ab hominibus adhuc animalibus: neque conſtare ſpiritualibus, quia nondum Spiritus ſanctus erat datus ante Chriſti clarificationem.

i *Dicebat ad omnes.*] Solebat dicere omnibus, vt ſe ſequerentur, imitarẽturque ſuam patientiam & tolerantiam laborum & iniuriarum vſque ad mortẽ. ſe enim, qui de regno Dei hominibus communicando ageret, perpetuò in eo verſari, vt multa pateretur ab improbis, & beneficentiſſimus eſſet erga omnes. hancque cõditionem proponere omnibus qui ſequi ſe vellent, vt forti animo virtutis & pietatis iter inſtituerent: idq; ſibi proponerent negotij, vt Deo placerent per omnia: nec cogitarẽt de difficultate rerum, sed ſperarent optimum exitum Deo auctore, cui ipſorum ſalus curæ erat. Nunc verò hãc doctrinam opportunè repetit diſcipulis, cùm ſignificatum illis ſit eſſe ipſum eſſe filium Dei, & vnctũ Dei, quẽ tanta gloria maneret. [illegible] propoſita [illegible] & regni.

k *Cum venerit in [illegible].*] Tanti faciunt homines quidam caducam [illegible] apud homines, vt [illegible] Chriſti [illegible] hac [illegible] exiſtimationem apud [illegible] Dei & Chriſti, & [illegible] Angelorum coronam illuſtriſſimam & nobiliſſimam.

patris, & ſanctorum angelorum. 27 Dico
autem vobis verè, ſunt aliqui hîc ſtantes,
qui non guſtabunt mortem, donec videãt
regnum Dei. 28 Factum eſt autem poſt *Mat.16.d.28. Marc.9.a.1.*
hæc verba [a] ferè dies octo, & aſſumpſit D
Petrum & Iacôbum & Iohannẽ, & aſcen-
dit in montem vt oraret. 29 Et facta eſt,
dum oraret, ſpecies vultus eius altera: &
veſtitus eius albus & refulgens. 30 Et ec- Ms. 6.
ce duo viri loquebantur cum illo. Erant
autem Moyſes & Elias, 31 [b] viſi in maie-
ſtate: & dicebant exceſſum eius, quem
completurus erat in Ieruſalem. 32 Petrus
verò & qui cum illo erant, grauati erant
ſomno. Et euigilantes, viderunt maieſta-
tem eius, & duos viros qui ſtabant cũ illo.
33 Et factum eſt: [c] cùm diſcederent ab illo,
ait Petrus ad Ieſum, Præceptor, Bonũ eſt
nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacula,
vnum tibi, & vnum Moyſi, & vnũ Eliæ:
neſciens quid diceret. 34 Hæc autem illo
loquente, [d] facta eſt nubes, & obumbrauit
eos: & timuerunt, intrantibus illis in nu-
bem. 35 Et vox facta eſt de nube, dicens,
Hic eſt filius meꝰ dilectus: ipſum audite. *Mat.3.d.17 2.Pet.1.d.17*
36 Et dum fieret vox, [e] inuẽtus eſt Ieſus ſo-
lus. Et ipſi tacuerunt, [f] & nemini dixerunt
in illis diebus quicquam ex his quę vide-
rant. 37 Factum eſt autẽ: in ſequenti die, *Mat.17.b.14. Marc.9.c.17*
deſcendentibus illis de monte, occurrit
illi turba multa. 38 Et ecce vir de turba
exclamauit, dicens, Magiſter, obſecro te,
reſpice

a *Ferè dies octo*] poſt ſex dies ante octauum, ſeptimo iam ferè exacto.

b *Viſi in maieſtate.*] Magnam auctoritatem præferebant in illo ſpectaculo Moſes & Elias, vt planè videretur alter legiſlator à Deo conſtitutus magna cum dignitate, alter legis interpres & prophetico ſpiritu plenus, atque adeò ad docendum inſtructus magna animi conſtantia, magnoque ſtudio. ſed vterque apertè declarabat ſe non eſſe ſummum & perfectiſſimum illum Dei legatum, ſed indicẽ & prędictorem ac prædicatorem Ieſu, qui præſens aderat: quandoquidẽ illi colloquebãtur cum illo, tanquam cum maiore, atque eo ipſo, de quo ipſi vaticinati fuerant, vt prænuntij. id quod etiam colloquij argumento declarabatur, *De exceſſu quem completurus erat.* Græcè eſt, *de exodo* ſignificat expeditionem. Eam expeditionẽ intelligebant, quam Moſes per figurã geſſerat in Ægypto & rubro mari: cuius figuræ veritas illa exodus erat, quam Ieſus in Ieruſalem morte & reſurrectione ſua completurus erat. nam Moſes cœperat tantùm exodũ in figura & vmbra; Ieſus re & veritate, hoc eſt, animorum allata ſalute & liberatione completurus erat, vt multos filios in gloriam adduceret. Decebat enim eum auctorem conſummare, vt D. Paulus docet.

c *Cum diſcederent ab illo.*] iubẽte Deo, cedẽtes illi omnem auctoritatem, & lampada tradentes, quod mox voce cælitus edita declarandum erat.

d *Facta eſt nubes.*] Singularis pręſentiæ Dei ſignum: nam nubes currus Dei eſſe dicitur.

e *Inuentus eſt Ieſus ſolus.*] Quem ſolum filium ſuum, & orbis magiſtrũ vnicum Deus appellauerat.

f *Et nemini dixerunt.*] ita iuſſi à Ieſu, quia teſtimonium illud diuinitatis & virtutis Ieſu, quod ſingulari quadam gratia exhibere voluit Deus tribus teſtibus, quo tempore Ieſus à Scribis & Phariſæis vt ſeductor traducebatur, à ſimplicioribus verò hominibus nõ maior eſſe putabatur, quàm aut Iohannes, aut Propheta aliquis ſummus. Id verò teſtimonium publicè edẽdum erat omni orbi, poſt illius à mortuis reſurrectionem.

reſpice in filium meum, quia vnicus eſt
mihi. 39 & ecce ſpiritus apprehēdit eum,
& ſubitò clamat, & elidit, & diſſipat eum
cum ſpuma, & vix diſcedit dilanians eum.
40 & rogaui diſcipulos tuos vt eiicerēt illū,
& non potuerunt. 41 Reſpondens autem
Ieſus, dixit, O generatio infidelis & per-
uerſa, vſquequo ero apud vos, & patiar
vos? Adduc huc filium tuum. 42 Et cùm
accederet, [a] eliſit illum dęmonium, & diſ-
ſipauit. Et increpauit Ieſus ſpiritum im-
mundum, & ſanauit puerum: & reddidit
illum patri eius. 43 Stupebāt autem om-
nes [b] in magnitudine Dei: omnibusque
mirantibus in omnibus quæ faciebat, di-
xit ad diſcipulos ſuos, 44 [c] Ponite vos in
cordibus veſtris ſermones iſtos, Filius e-
nim hominis futurum eſt vt tradatur in
manus hominum. 45 At illi ignorabant
F verbum iſtud, & erat velatū ante eos, [d] vt
non ſentirent illud: & timebant eum in-
*Infr.22.c.24 Matt.18.a.1 Marc.9.c.34* terrogare de hoc verbo. 46 Intrauit autē
cogitatio in eos, quis eorum maior eſſet.
47 At Ieſus vidēs cogitationes cordis illo-
rum, apprehēdit puerum, & ſtatuit illum
ſecus ſe, 48 & ait illis, Quicunque ſuſce-
perit puerum iſtum in nomine meo, me
recipit: & quicunque me receperit, recipit
eum qui me miſit. [e] Nam qui minor eſt in-
ter vos omnes, hic maior eſt. 49 Reſpon-
dens autem Iohānes, dixit, Præceptor, [f] vi-
dimus quendam in nomine tuo eiicientē

a *Eliſit illum dæmonium.*] teſtimonia manifeſto quòd non anteà exierat, & quòd timebat Ieſum. Quid ſit dęmonium immundum, docuimus in apparatu in lib. Ioſeph.

b *In magnitudine Dei.*] Manifeſtum enim erat dæmonium illud non alia virtute, quā diuina, fuiſſe expulſum. Mirabantur autem tantam virtutem à Deo datam Ieſu, vt ſola increpatione dæmonium tam pertinax eſſet expulſum, & puer multis modis læſus, ſubitò reſtitueretur ſanitati.

c *Ponite vos in cordibus veſtris.*] Obſeruate quæ hic aguntur, & quā præclarum teſtimonium editur ab hominibus admirantibus ea quæ facio, & videbitis poſteà quemadmodum conuertatur iudicium vulgi, cùm filius hominis tradetur in manus hominum, ne & veſtrum iudicium etiā labet cum vulgaribus: memineritis autem eiuſdem Dei, cuius auctoritate hæc nunc miranda fiunt, iudicio & conſilio illa etiam futura eſſe.

d *Vt non ſentirent illud.*] myſterium illud humanæ redemptionis, quod Ieſu traditum erat efficiendum, tam frequenter ab ipſo prædictum, non intelligebant diſcipuli: & cùm non planè cognoſcerent an de morte ſua apertè loqueretur, an allegoricè mortem & traditionem, &c. nominaret; non audebant interrogare, ne aut illum, vt verebantur, offenderent; aut ſi de periculo manifeſto agi intelligerent, ipſorum animi, quales in ea re eſſent, patefierent. Vnuſquiſque enim metu communis periculi turbari facilè poterat, vt tunc adhuc fragiles erant. Sed interea cùm de regno, ab ipſo toties nominato, cogitarent, ambitioſis cogitationibus tētati ſunt.

e *Nam qui minor eſt inter vos.*] Qui ſe minimum omnium geſſerit, atque ſimplicitatem, innocentiam, puritatē huic ætati ſimillimam, complexus atque ſecutus fuerit; hic mihi ſimilis reddetur. adeò vt qui illum ſuſceperit, alterum me ſuſcipiat. Hæc de magnitudine contentio apta eſt regno cælorum, hoc eſt, de magnitudine modeſtię & charitatis atq; obedientiæ erga Deum, & officij erga proximos faciendi.

f *Vidimus quendam.*] Cùm Ieſus dixiſſet omnem fidelem, ſimplicem & innocentem virum, qui ſuam doctrinam ſequeretur, ſuum eſſe diſcipulum, & regno Dei aptum, eoq; magis quo minorem & modeſtiorem ſe præberet eo aptum eſſet: meminit Iohannes ab ipſis fuiſſe prohibitum *quendam*, qui Ieſu nomine eiiceret

dæmonia, eo quòd non eſſet ex numero ipſorum, neque ſequeretur eos, ſed videretur ad aliud collegium pertine-re: atque hæc res nec ambitionis neque contentionis expers fuit apud diſcipulos. Ieſus autem docuit nullam inui-diam, nullam contentionem debere eſſe inter eos, qui in ſe crederent: ſiquidem omnibus vna cura eſſe debebat, vt humanarum & priuatarum commoditatum cogitatione depoſita, ad regnum Dei multis hominibus locuple-tandum, ſine vlla contentione omnis opera nauaretur. quibus hoc proprium & certum negotium ſuſcipitur, ita nemo impeditur aut prohibetur, qui in eandem rem vbicunque ſit incumbit.

dæmonia,& prohibuimus eum: quia non
ſequitur nobiſcum. 50 Et ait ad illum Ie-
ſus, Nolite prohibere. qui enim non eſt
aduerſum "vos, pro vobis' eſt. 51 Factum
eſt autem [a] dum complerentur dies aſſum-
ptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauit
vt iret in Ieruſalem. 52 Et miſit nuntios
ante conſpectum ſuum: & eũtes intraue-
runt in ciuitatem Samaritanorum, vt pa-
rarent illi. 53 Et non receperunt eũ, [b] quia
facies eius erat euntis in Ieruſalẽ. 54 Cùm
vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus &
Iohannes, dixerunt, Domine, [c] vis "dica-
mus' vt ignis deſcendat de cælo, & conſu-
mat illos*? 55 Et conuerſus increpauit il-
los, dicens, [d] Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.
56 Filius hominis non venit animas per-
dere, ſed ſaluare. Et abierunt in aliud ca-
ſtellum. 57 Factum eſt autem: ambulan-
tibus illis in via, [e] dixit quidam ad illum,
Sequar te quocunque ieris*. 58 * Dixit illi
Ieſus, [f] Vulpes foueas habent, & volucres
cæli nidos: filius autem hominis non ha-
bet vbi caput * reclinet. 59 Ait autem ad
alterum, Sequere me. Ille autẽ dixit, Do-
mine, permitte mihi primùm ire, & ſepe-
lire patrem meum. 60 Dixitque ei Ieſus,
[g] Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos:
tu

G

" nos, pro nobis 6 MS. R.G.

" dicamus o.

* ſicut & E-lias fecit 8 MS. G. S.

Ioh. 3. b. 17 & 12. g. 47 Mat. 8. c. 19

* Domine MS. G. S.
* Et MS G.

* ſuum MS Ambr. S.

a *Dum complerentur dies aſſumptionis eius* ] Dies expediendi negotij à ſe ſuſcepti, recto & contento itinere Ieruſalem petere cœpit; illa actione declarãs negotium illud ſibi cordi maximè eſſe.

b *Quia facies eius erat euntis in Ieruſalẽ.* ] Quia illi non communicabant cum Iudæis, maximè verò eo tẽpore quo ſacrorum ritus ab alteris curarentur, quia ſumma contentio inter vtrumque populum de ſacris erat, ne viderentur eos iuuare cibo, potu, & hoſpitio, ad cultum ſibi non probatum euntes.

c *Vis dicamus.* ] vis petamus. ſic illud, Dic vt lapides iſti panes fiant.

d *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis* ] Videmini vobis moueri ſtudio ac zelo pietatis & gloriæ Dei, ſed reuera veſtrarũ rerum cogitatione mouemini, & humanæ contẽtionis ac victoriç ſtudio. Ego meas ipſius res non curo, vt homines omnes ad ſalutem vocem, etiã cum vitæ meæ periculo. videte vos an meo ſpiritu ducamini.

e *Dixit quidam ad illum.* ] Quidam qui cogitabat de regno temporali, de potentia & opibus, cùm videret Ieſum tam ſtudioſè illud iter inſtituiſſe, exiſtimauit breui fore, vt qui illũ ſequerentur, diteſcerent: ideò ſeſe comitem vltrò offerebat.

f *Vulpes.* ] Vulpes, quia nocent, odio habentur hominibus; & tamen locũ habent in quo tutç quieſcant. Volucres naturâ vagæ, tamen quò appellunt nidos ponunt, vbi ſoboles ſuas propagent, & ipſæ recreentur. Filius hominis perpetuis laboribus, propter hominum vtilitatem ſuſceptis, nihil in hoc mundo aut habet aut petit. neque tantum loci ſibi adſcribit, quãtum ad caput reclinandum ſatis eſſe poſſit; imò moriturus caput in corpus ſuum inclinabit. huiuſmodi animo & ſtudio inſtructum oportet eũ eſſe, qui me quocũque euntem ſequi velit.

g *Sine vt mortui.* ] Ego te ad regnum viuentium voco, in quo de vita, non de morte agitur: iſta officia ſunt eorum, quibus hæc vitæ ratio ignota vel neglecta eſt. Iſtiuſmodi multi ſunt, qui humanas res curare poſſint, ſcilicet mortui, qui de vita cæleſti parum ſoliciti ſunt. rari qui meam rationem exactè ſequantur. te volo inter hos raros eſſe, & annuntiare regnum Dei, quod maximè excellit iſta omnia quæ ab hominibus filiis Adæ curantur.

1 & c. tu autem vade, *annuntia regnum Dei.
61 Et [h] ait alter, Sequar te Domine, ſed per-
quæ M. mitte mihi primùm renuntiare his "qui"
domi ſunt. 62 Ait ad illum Ieſus, Nemo
mittens manum ſuam ad aratrum, & re-
ſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei.

## CAP. X.

A POſt hæc autem [a] deſignauit Dominus
& alios ſeptuaginta duos: & miſit illos
[b] binos ante faciem ſuam in omnem ciui-
tatem & locum [c] quò erat ipſe venturus.
Mat.9.d.37 2 Et dicebat illis, [d] Meſſis quidem multa:
operarij autem pauci. Rogate ergo domi-
nũ meſſis, vt mittat operarios in meſſem
Mat.10.b.16 ſuã. 3 Ite: ecce ego mitto vos [e] ſicut agnos
Mar.6.a.8 4 Reg.4.c.29 inter lupos. 4 Nolite portare ſacculum,
neque peram, neque calceamenta: & [f] ne-
minem per viam ſalutaueritis. 5 In quã-
cunque domum intraueritis, primùm di-
cite, Pax huic domui. 6 & ſi ibi fuerit fi-
lius pacis, requieſcet ſuper illũ pax veſtra:
ſin autem, ad vos reuertetur. 7 In eadem
autem domo manete edentes & bibentes
Mat.10.b.10 Deut.24.c.14 1 Ti.5.d.18 [g] quæ apud illos ſunt. dign⁹ eſt enim ope-
rarius [h] mercede ſua. Nolite tranſire [i] de
B domo in domum. 8 Et in quamcunque
ciuitatem intraueritis, & ſuſceperint vos,
[k] manducate quæ apponuntur vobis: 9 &
curate infirmos qui in illa ſunt: & dicite
illis, Appropinquauit in vos regnum Dei.
10 In quamcũque autem ciuitatem intra-
ueritis, & non ſuſceperint vos, exeũtes in



h *Ait alter.*] vocatus ad annuntiandum regnum Dei, *renuntiare his qui domi ſunt*: illis valedicere, & rationem eorum habere, atque cum ipſorum beneplacito diſcedere. Hæc omnia impedimenta potius ſunt, quàm adiumenta iis qui regno Dei amplificando operam nauare ſtudent. Alludit ad Heliſei hiſtoriam. Sunt maiora munera & officia quæ ad miniſterium & multorum ſalutem pertinent, quàm quæ priuatam, eamque humanam rationem tangunt.

CAP. X.

a *Deſignauit Dominus.*] Declaratus à Deo patre futurus Euãgelij miniſter & magnæ auctoritatis, idq; plurimis & frequentibus ſignis atque teſtimoniis vocis diuinę ſingulariter editis.

b *Binos.*] qui firmius teſtimonium legitimè darent.

c *Quò erat ipſe venturus.*] vt pręmiſſis nuntiis moniti paratiores homines eſſent, & ſe venturum auidius expectarent, venientem attentius cognoſcerent, & certius atque conſultius exciperent. ſimul vt breui tempore adiuuatoribus multis illa magna legatio expediretur.

d *Meſſis quidem multa.*] Multi homines, ad quos ſalutis nuntius eſt perferendus, & cupio ad omnes perferri: rogandus igitur dominus meſſis vt deligat & conducat operas.

e *Sicut agnos inter lupos.*] qui veſtro periculo aliis vtilitatem afferatis.

f *Neminem per viam ſalutaueritis.*] Ne diuertamini ad priuatas amicitias & ſalutationes colendas: nam tempus breue eſt, & opus magnum, cui diligenter ſine vlla cunctatione vacare debetis.

g *Quæ apud illos ſunt.*] contenti familiari & facili cibo ac potu, qui non curioſè aut ſumptuoſè aliunde petatur.

h *Mercede ſua.*] quæ ad vitam alendam ſatis eſſe poſſit, qualis merces eſt cibus facilis & familiaris. ſic locus hic ex Matthæo exponitur.

i *De domo in domum.*] Conuiuiorum aut commodioris apparatus ſectatores minimè eſtote.

k *Manducate quæ apponuntur vobis.*] Ne curetis quidnam apponatur, ſed ſimpliciter quocũque cibo contenti, alia quæ magis expediunt diligenter agite, veſtram commoditatem negligẽtes, aliorum vtilitatem diligenter ſuſcipite pertractandam; *infirmos curate*, &c. & illo ſigno apoſtolatus veſtro edito, exponite illis Euangelij ſummam.

platéas eius, dicite, 11 [a] Etiam puluerem *Act.13.d.51*
qui adhęſit nobis de ciuitate veſtra, exter-
gimus in vos. [b] tamen hoc ſcitote quia ap-
propinquauit regnum Dei. 12 Dico * vo- ** autẽ MS.6.*
bis quia Sodomis in die illa remiſſius erit
quàm illi ciuitati. 13 Væ tibi Corozáim, *Mat.11.c.21*
væ tibi Bethſaida: quia [c] ſi in Tyro & Si- C
dône factæ fuiſsẽt virtutes quæ factę ſunt
in vobis, olim in cilicio & cinere ſedẽtes
pœniterent. 14 Veruntamen Tyro & Si-
dóni remiſſius erit in iudicio, quã vobis.
15 Et tu Capharnaum vſque ad cęlum ex-
altata, vſque ad infernum demergêris.
16 [d] Qui vos audit, me audit: & qui vos *Mat.10.d.40* *Ioh.13.c.20*
ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit,
ſpernit eum qui miſit me. 17 Reuerſi ſunt
autem ſeptuaginta ~ duo cum gaudio, di- *~ vt ſuprà v.1.*
centes, Domine, etiã dæmonia ſubiiciun-
tur nobis [e] in nomine tuo. 18 Et ait illis,
[f] Videbam ſatanam ſicut fulgur de cælo
cadentem. 19 Ecce, dedi vobis poteſtatẽ
calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, &
ſuper omnem virtutem inimici, & nihil
vobis nocebit. 20 [g] Veruntamen in hoc
nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubii- D
ciuntur: gaudete autem quòd nomina ve-
ſtra ſcripta ſunt in cælis. 21 In ipſa hora *Mat.11.d.25*
exultauit * [h] ** ſpiritu, & dixit, Confiteor ti- ** Ieſus 1 MS. G. 5.* *** in ſpiritu ſancto MS. 5.*
bi pater, Domine cæli & terræ, quòd [i] abſ- ** ſpiritu ſancto 1 MS. 49.*
condiſti hæc à ſapientibus & prudenti-
bus, & reuelaſti ea paruulis. Etiam pa-
ter, quoniam ſic placuit ante te.

Omnia

a *Etiam puluerem.*] Tantùm abeſt vt à vobis aliquid commodi nobis appetierimus.

b *Tamen*] ſalutis veſtræ, non commodi noſtri cauſa huc miſſi veneramus, quam vobis denuntiare vel breuiter volumus, ſi quis eam cupiat & accipere ſtudeat: ſin minus, & Deus pacto promiſſóque ſuo, & nos officio noſtro functi ſatisfecerimus.

c *Si in Tyro & Sidone.*] in quibus id agendum curauit Deus quod ſatis eſſet: verùm noluit tot fieri miracula & ſigna atque in vobis, idque iuſto iudicio. in vobis multa fieri voluit ex abundanti miſericordia. dabunt illi pœnas iuſtitiæ contemptæ: vos verò maiores miſericordię etiam neglectę.

d *Qui vos audit.*] Euangelium meũ denuntiantes, vt à me miſſos, me audit à patre miſſum: qui me audit, patrem audit.

e *In nomine tuo.*] auctoritate ex te accepta, & dæmonia non ſubiiciuntur niſi auctoritati diuinæ: ergo tua diuina eſt auctoritas.

f *Videbam ſatanam.*] aduerſarium illum gloriæ Dei & ſalutis humanæ, eo tempore quo Euangelium prædicari cœptum eſt. videbam viſione interna & vera cadentem de poteſtatis ſuæ ſolio tanquam fulgur de cælo apertiſſimè & manifeſtiſſimè, vnoq; temporis momento, quod ſignũ fuit illius imperij ruinæ.

g *Veruntamen in hoc nolite gaudere.*] Veſtrum ipſorum gaudium non debet proficiſci ex iſto imperio in ſpiritus malos, & ex poteſtate ſignorum, quę ad miniſterium magis ſpectãt, quàm ad ipſius miniſtri ſalutem: ſed gaudete quòd mihi credentes & obediẽtes nomina veſtra in cælis conſcripta confirmatis; vosque regni cælorum ciues adſcripti eſtis admittendi, cùm apertum iam fuerit.

h *In Spiritu ſancto.*] Spiritu ſancto quo ſecundùm humanitatem plenus erat, ſuggerente hanc laudem, tanquã oraculum pronuntiauit.

i *Abſcondiſti hæc à ſapientibus.*] Sapiẽtia & prudentia humana intelligere non potuit rationem conſilio diuino initam de hominibus ſanctificandis ac deificandis per Ieſu Chriſti humanitatem & diuinitatem, eiuſdemque mortem & reſurrectionem. namque hæc ratio omnem ſapientiæ hominũ ac prudentiæ modum excedit, neque cognoſci poteſt, niſi ab iis tãtùm quibus diuino munere cõtigit. ij autem ſunt paruuli, modeſti & mites, humileſque corde, contriti & trementes ſermones Dei; quoniam ſic placitum fuit ante Patrem, qui ſic pronũtiauerat, Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & contritum & trementem ſermones meos?

22 [a] Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.
Et nemo ſcit quis ſit fili⁹, niſi pater: & quis
ſit pater, niſi filius, & cui voluerit filius re-
uelare. 23 Et cōuerſus ad diſcipulos ſuos,
Mat.13.b.16 dixit, Beati oculi qui vident quę vos vide-
tis. 24 Dico enim vobis, quòd multi pro-
phetæ & reges voluerunt videre [b] quę vos
videtis, & non viderunt: & audire quę au-
Mat.11.d.35 ditis, & non audierunt. 25 Et ecce quidā
Mar.12.c.28 Legiſperitus ſurrexit [c] tentans illum, & di-
E cens, Magiſter, quid faciendo vitam æter-
nam poſſidebo? 26 At ille dixit ad eum,
In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis?
Deut.6.a.5 27 Ille reſpondens dixit, Diliges Dominū
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
anima tua, & ex omnibus viribus tuis, &
ex omni mente tua: & proximum tuum
ſicut teipſum. 28 Dixitque illi, Rectè re-
ſpondiſti, [d] hoc fac & viues. 29 Ille autem
[e] volēs iuſtificare ſeipſum, dixit ad Ieſum,
Suſpiciens Et quis eſt meus proximus? 30 Suſcipiēs
autem Ieſus, dixit, Homo quidam deſcen-
debat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit
F in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eū:
& plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo re-
licto. 31 Accidit autem [f] vt ſacerdos qui-
dam deſcenderet eadem via: & viſo illo,
præteriuit. 32 Similiter & Leuita, cùm
eſſet ſecus locū, & videret eum, pertrāiit.
33 [g] Samaritanus autem quidam iter fa-
ciens, vênit ſecus eum: & videns eū, miſe-
ricordia motus eſt. 34 [h] Et appropians al-
ligauit

a *Omnia mihi tradita.*] Omnis poteſtas aduocandi ad regnum cælorum homines, indicandique eis patris voluntatem, credentibus & obedientibus tradendi me ipſum cognoſcendū non ſolùm miraculis ac doctrina, ſed virtute interna, & renouatione animi & mentis & totius interioris hominis. Qui me ſic norit, nouerit & patrem meum, alio modo quàm per ſapientiam & prudētiam humanam cognoſci poſſumus pater & ego. omnis Euangelij ſumma in hoc oraculo Chriſti continetur.

b. *Quæ vos videtis.*] Videtis Euangelij miniſtrum ipſum ſummum, auctoremque illius ſalutis, quam antiqui omnes cupierunt & expetiuerunt. Auditis Euangelium ipſum veſtræ ſalutis & ſanctificationis, regnum Dei iam propinquum cernitis: ergo beata hæc ætas veſtra, & ſingulari Dei beneficio aucta, cui contigit hoc bonū: vosque beati quicunque fide & obedientia me excipitis.

c *Tentans illum.*] An aliquam ſententiam diceret propriam, vel à ſacræ ſcripturæ norma, vel à Magiſtrorum iudicijs alienam: & an doctrinaliter, vti dicitur, procederet in reſponſo. frequens huius interrogationis exemplum in Miſnaioth.

d *Hoc fac & viues.*] Nam vitæ æternæ initium in hoc ſeculo, & ſpem firmam in alterum, facit perfecta charitas, qualis in iis duobus præceptis exigitur Sed nemo homo eſt qui primum illud præceptum ſolidè obſeruet exacteq; præſtet, niſi Spiritu ſancto auctus, quod regni cęleſti pignus Deus per Chriſtum donat.

e *Volens iuſtificare ſeipſum.*] Doctrinalis oratio eſt, in Miſnaioth ſæpè vſurpata: id eſt, volens exactam rationem cognoſcere ad ſuam ipſius diſciplinam & iuſtificationem. Aiebat cupere ſe intelligere definitioné *proximi*, quatenus, inquam, pertineret *proximi* nomen Sic ſæpè in exactione pręceptorum & inſtitutorum rogabant illi Scribæ & ſapientum diſcipuli [illegible]. Sic Petrus aliquando Ieſum rogauit.

f *Vt ſacerdos.*] Sacerdos non exiſtimauit ſe proximum eſſe illi miſero, ſed fortaſſe ſuperiorem, contempſitque illum præ ſe. ſi verò exiſtimauit, non dilexit ſicut ſe ipſum.

g *Samaritanus.*] habitus & exiſtimatus non ſolùm [illegible] & profanus, verùm & infidelis aut hæreticus, & tamen corde & animo pientior erat illis duobus, à quibus pietate ſuperari oportebat.

h *[illegible]*] Fortaſſis Sacerdos & Leuita hominis miſeri eſſe [illegible]

ligauit vulnera eius, infundens oleum &
vinum: & imponens illum in iumentum
ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius
egit. 35 Et altera die protulit duos dena-
rios, & dedit ſtabulario, & ait, Curam il-
lius habe: & quodcunque ſupererogaue-
ris, ego cùm rediero reddã tibi. 36 Quis
horum trium videtur tibi proximus fuiſ-
ſe illi qui incidit in latrones? 37 At ille
dixit, Qui fecit miſericordiam in illum.
Et ait illi Ieſus, [i] Vade, & tu fac ſimiliter.
38 Factum eſt autem dum irent, & ipſe in-
trauit in quoddam caſtellum: & mulier
quędam Martha nomine, excepit illum in G
domum ſuam, 39 & huic erat ſoror no-
mine Maria. quæ etiam ſedens ſecus pe-
des Domini, [k] audiebat verbum illius.
40 Martha autem ſatagebat [l] circa frequẽs
miniſterium. quæ ſtetit & ait, Domine,
non eſt tibi curæ quòd ſoror mea reliquit
me ſolam miniſtrare? dic ergo illi, vt me
adiuuet. 41 Et reſpondens dixit illi Do-
minus, Martha, Martha, ſolicita es, &
[m] turbaris erga [n] plurima. 42 Porrò vnum [n] plura MS.
eſt neceſſarium. Maria optimam partem
elegit, quæ non auferetur ab ea.

## CAP. XI.

ET factum eſt: cùm eſſet in quodam lo- A
co orans. vt ceſſauit, dixit vnus ex diſ-
cipulis eius ad eum, Domine, [a] doce nos
orare. ſicut docuit & Iohannes diſcipulos
ſuos. 2 Et ait illis, [b] Cũ oratis, dicite, Pater, Mat.6.b.9
ſanctificetur

---

...xeatur; ſed non ſatis eſt charitatem & miſericordiam ſolo affectu, ſed etiã conatu atque effectu, quantum in nobis eſt, oſtendere. Noſtram enim commoditatem non affectu tantùm, ſed ſtudio & conatu proſequimur.

i *Vade, & tu fac ſimiliter.*] Vt nulla habita ratione ordinis aut conditionis tuæ, ſed miſeriæ alienæ ſpecie motus, hominem te eſſe agnoſcas, & nihil humanum à te alienum putes; neque dimittas eum cui præſtare beneficium poſſis.

k *Audiebat verbum illius.*] de regno Dei loquentis.

l *Circa frequens miniſterium.*] Affectu quodam pio cupiebat ſumptuoſum conuiuium, & multis ferculis plenũ, idque lautè & mundè parare. id autem curam affert & ſolicitudinem, exercetque totam domum, aliudque grauius agi non ſinit.

m *Turbaris erga plurima.*] Tu tibi ſuſcepiſti curam hoc tempore ſuperuacaneã, non quæ me ea cauſa qua huc veni excipias, ſed quæ tuam erga me curam & voluntatem opulẽti conuiuij officio demonſtrare velis. itaque tu teipſam turbas, & alios etiam turbare vis re non neceſſaria, nimirum plurium ferculorum ſtructura. ad vitam autem corporis tuendam vnum ſatis eſt ferculum, multa non ſolùm non officiunt, ſed occupãt hominem, & ab aliis agendis grauioribus abſtrahunt. Maria non adeò curans quali conuiuio corporis ego exciperer, *optimam partem elegit*; vt ſedẽs me euangelizantem exciperet, audiretque: hoc eſt quam ob cauſam ego venio, hoc eſt quod curo: ideoque hæc pars, quæ me ſummopere tangit, *non auferetur ab ea.* Nec dicam ei, vt relicta Euangelij audiendi cura, ſuperuacanea curet; quæ tu etiam omittere poſſes, & me cum illa ſedẽs audire. facilè autem vnum aliquid parari poſteà poſſet ad cibi vſum.

CAP. XI.

a *Doce nos orare.*] Aliqua orationis formula certi argumenti nos imbue, vt cæteri magiſtri ſuos diſcipulos, vtque Iohannes, qui ex doctrinæ ſuæ de pœnitentia præceptis, precationes opportunas compoſuit.

b *Cum oratis, dicite.*] Hoc precũ veſtrarum argumentum hæc formula ſit ex ſacris ſcripturis petita, quę omnium expetendorũ ſummã continet.

ſanctificetur nomen tuum. Adueniat re-
(* Fiat volũtas tua, ſicut in cælo & in terra 4 MS. G.S.) gnum tuum, 3 * panem noſtrum ᵉ quoti-
dianum da nobis ᵛhodie', 4 & dimitte no-
(* quotidie 21 MS.G.S.) bis peccata noſtra, ſiquidem & ipſi dimit-
timus omni debenti nobis. Et ne nos in-
(* Sed libera nos à malo. 25.G.S.) ducas in tentationem*. 5 Et ait ad illos,
Quis veſtrûm habebit amicum, & ibit ad
illum media nocte, & dicet illi, Amice,
commoda mihi tres panes, 6 quoniã ami-
cus meus vênit de via ad me, & non habeo
quod ponam ante illum: 7 & ille deintus
reſpondẽs dicat, Noli mihi moleſtus eſſe,
iam oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei mecũ
ſunt in cubili: non poſſum ſurgere & da-
(⊢ 2 MS.G.S.) re tibi. 8 Et ⊢ ſi ille perſeuerauerit pulſans':
dico vobis, etſi non dabit illi ſurgens
eo quòd amicus eius ſit, ᵈ propter impro-
B bitatem tamen eius ſurget, & dabit illi
(*Mat.7.a.7 & 21.b.22 Marc.11.c.24 Ioh.14.b.13 & 15.a.7 & 16.c.23 Iacob.1.a.5 Mat.7.b.9*) quotquot habet neceſſarios. 9 Et ego di-
co vobis, Petite, & dabitur vobis: quæri-
te, & inuenietis: pulſate, & aperietur vo-
bis. 10 Omnis enim qui petit, accipit: &
qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur.
11 Quis autem ex vobis patrem petit pa-
nem, nunquid lapidem dabit illi? Aut
piſcem: nunquid pro piſce ſerpentem da-
bit illi? 12 Aut ſi petierit ouum: nunquid
porriget illi ſcorpionem? 13 Si ergo vos
cùm ſitis mali, noſtis bona data dare filiis
(* cæleſtis 21sq.) veſtris: quanto magis pater veſter * de cęlo
ᵉ dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?
(*Mat.9.d.32 & 12.b.22*) 14 Et erat eiiciens dęmonium, & illud erat
mutum.

c *Quotidianum.*] Panem illum cæleſtis conuiuij quo egemus, quotidieque, vbi acceperimus, habere cupiemus, habiturique ſumus, *da nobis hodie*, ne differas in longum.

d *Propter improbitatem.*] perſeuerantem & conſtantem audaciam, vt
Labor omnia vincit
Improbus.

e *Dabit ſpiritum bonum.*] quem ipſe cupit donare, & offert vltrò. Eſt autem *ſpiritus bonus*, id quod in tota oratione Dominica exigitur.

mutum. Et cùm eieciſſet dæmonium, lo-
cutus eſt mutus: & [a] admiratæ ſunt turbæ.
15 Quidam autem ex eis dixerũt, In Beel- *Marc. 3.c.22*
zebub principe dæmoniorum eiicit dæ-
monia. 16 Et alij [b] tentantes, ſignum de
cælo quærebant ab eo. 17 Ipſe autem vt
vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne C
regnũ in ſeipſum diuiſum, "deſolabitur', [5] deſolatur MS.G.
& domus ſupra domum, "cadet'. 18 Si [5] cadit MS.G.
autem & Satanas in ſeipſum diuiſus eſt:
quomodo ſtabit regnum eius? quia dici-
tis in Beelzebub me eiicere dæmonia.
19 Si autem ego in Beelzebub eiicio dæ-
monia, filij veſtri in quo eiiciũt? Ideo ipſi
iudices veſtri erunt?. 20 Porrò ſi in digi-
to Dei eiicio dæmonia: profectò peruênit
in vos regnum Dei. 21 [c] Cùm fortis ar-
matus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt
ea quæ poſſidet. 22 Si autem fortior eo
ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma
eius "auferet' in quibus cõfidebat, & ſpo- [9] aufert MS.G.S.
lia eius "diſtribuet'. 23 Qui non eſt me- [7] diſtribuit MS.G.S.
cum, cõtra me eſt: & qui non colligit me-
cum, diſpergit. 24 [d] Cùm immundus ſpi-
ritus exierit de homine, perambulat per
loca inaquoſa, quærens requiem. Et non
inueniens, dicit, Reuertar in domum meã
vnde exiui. 25 Et cùm venerit, inuenit * * eam MS. R.S.
ſcopis mundatam & ornatam. 26 Tunc
vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ne-
quiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiũt
nouiſſima hominis illiꝰ peiora prioribus. D
27 Factum

a *Admiratæ ſunt turbæ.*] audito hominis ſermone, quod ſignum manifeſtum fuit dæmonij eiecti.

b *Tentantes.*] Non qui neceſſarium putarent ſignum de cælo in re tam clara, ſed illum turbare cuperent, & præter rationẽ cogere, vt ſignum de cælo ederet, aut fateretur ſe non poſſe dare: idque perſuaderet rudi populo illum nihil habere auctoritatis à cælo, ſed à principe dæmoniorum, vt alij dicebant.

c *Cùm fortis armatus.*] Si Beelzebub fortis eſt, & armis inſtructus, vt atriũ ſuum cuſtodire poſſit, non eſt cur patiatur ſe diripi: ipſe nunquam gratis dabit aliquid eorum quæ poſſidet. Ergo ſi expoliandus eſt, a fortiori aliquo eſt vincendus. Huius mundi imperium tyrannide quadam occupabat Beelzebub, atque ſuis militibus & miniſtris vtebatur ad capiendos homines, & expoliandos animi & corporis virtutibus. Nunc videtis arma eius in quibus confidebat auferri, hoc eſt dæmoniorum malefi[illegible] à vim denci, ſpolia ab ipſo ablata diſtribui, aliis reſtitui viſum, aliis auditũ, aliis [illegible] & ſermonis vſum. Conſequens igitur eſt illum vinci à fortiori, & virtutem in fortiori eſſe eiiciendi dæmonia, non autem in ipſo victo.

d *Cùm immundus ſpiritus.*] Cùm ſpiritus erroris & ignorantiæ, aut aliâs animo ac menti noxius exit ab homine, eiectus manifeſta ſpiritus diuini illuſtratione ac virtute, cùm ille non poſſit quieſcere, aut à malo inferendo abſtinere, inuadit alios fatuos & ineptos, abalienatos à ſenſu Dei, ac veræ pietatis, cuiuſmodi gẽtiles & idolorum cultores ſunt. ſed cùm pro ſua ipſius malignitate minus idonea loca illa exiſtimet ad maleficentiæ ſuæ exercitationem, non poteſt conſiſtere. quamobrem ad illa maiora ingenia, quæ priùs occupauerat, redire cogitat, vnde manifeſta diuini ſpiritus veritate fuerat eiectus. ibidem inuenit ſpiritus veritatẽ agnitam impugnatam & repulſam fuiſſe. videt totam domum ſibi expeditam, gratia Dei vtpote reiecta, vacantem; aſſumit ſecum ſpiritus confuſionis, cæcitatis, indurationis, inuidiæ, malitiæ; aliosque ſe etiam nocentiores huius generis: & ingreſſi, domiciliũ collocant ibi, redduntque hominem veri indocilem, ineptum, ſtupidum, cæcum, atque adeò induratum. diuino iudicio id permittente, in punitionem eorum qui veritatem non exceperunt, ſed conſenſerũt iniquitati.

27 Factum eſt autem: cùm hęc diceret, ex-
tollens vocem quædam mulier de turba,
dixit illi, Beatus venter qui te portauit, &
vbera quę ſuxiſti. 28 At ille dixit, Quin-
imò [a] beati qui audiunt verbum Dei, &
cuſtodiunt illud. 29 Turbis autem con-
*Mat.12.c.39* currentibus, cœpit dicere, Generatio hęc,
[b] generatio nequam eſt: ſignum quærit, &
ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ
*Ionæ 2.a.2* prophetæ. 30 Nam ſicut fuit Ionas ſignũ
Niniuitis, ita erit & filius hominis gene-
*3.Reg.10.a.1* *2.Par.9.a.1* rationi iſti. 31 [c] Regina Auſtri ſurget in
iudicio cum viris generationis huius, &
condemnabit illos: quia vênit à finibus
terræ audire ſapientiam Salomonis. & ec-
ce plus quàm Salomon hîc. 32 [d] Viri Ni-
niuitæ ſurgent in iudicio cum generatio-
*Ionæ 3.b.5* ne hac, & condemnabũt illam, quia pœ-
nitentiam egerunt ad prædicationem Io-
næ. & ecce plus quàm Ionas hîc. 33 Ne-
*Matt.5.b.15* *Marc.4.c.21* mo lucernam accendit, & in abſcondito
E ponit, neque ſub modio: ſed ſupra cande-
labrum, vt qui ingrediuntur, lumen vi-
*Mat.6.c.22* deant. 34 Lucerna corporis tui, eſt oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum
corpus tuum lucidum erit: ſi autem ne-
quàm fuerit, etiam corpus tuũ tenebro-
ſum erit. 35 Vide ergo ne lumen quod in
te eſt, tenebræ ſint. 36 Si ergo corpus tuũ
totum lucidum fuerit, non habens aliquã
partem tenebrarum: erit lucidum totum,
" & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.

*" vt ſi cum. Ex G. s. & ſillabarum vicinitate videri poteſt interpretem ſic verſiſſe.*

f 37 Et

a *Beati qui audiunt verbum Dei.*] Hoc enim ad veram & ſolidam animorũ beatitudinem facit, cuius cauſa ipſe Euangelium prędico.

b *Generatio nequam.*] malum hominum genus, & ſeculum peruerſum: quòd quę apertè videt bona & audit, non recipit; & tentat, quæritque ea quæ non oportet, neque in diuinis oraculis habet. Non enim ſignis de cęlo editis verus Chriſtus confirmandus eſt, ſed ſigno efficientiæ mortis ac reſurrectionis illius in hominum animis.

c *Regina Auſtri.*] non tot tantaque pericula fecit ſapientiæ Salomonis, quam tamen ſummopere admirata confeſſaque eſt, quot quantaque generatio hæc fecit ſapientiæ meæ, quã omnibus argumẽtis certiſſimam cõperit. Itaque ſi de Sapientia quæratur, *plus quàm Salomon hîc* eſt.

d *Viri Niniuitæ*] Si verò de ſignis quęratur, Niniuitæ habuerunt Ionã, narrantem ſe fuiſſe in ventre ceti tribus diebus ac noctibus. id verum fuit, ſignumque acceperunt Niniuitæ voluntatis Dei erga ſe, vt pœnitentiam agerent, aliâs perituri breui: ſed ſigni illius rem ipſe Ionas in ſe expertus eſt: nulli alij communicauit ſenſum illũ mortificationis & reditus in lucem & vitam, niſi narratione tãtùm. Hîc verò plus quàm Ionas erit: nam filius hominis communicabit hominibus aliis, in ſe credẽtibus, mortificationis & reſurrectionis ſuę virtutem & ſenſum. Magnum myſterium.

37 Et cùm loqueretur, rogauit illum qui-
dam Phariſæus vt pranderet apud ſe. Et
ingreſſus recubuit. 38 Phariſæus autem
cœpit intra ſe reputans dicere, quare non
baptizatus eſſet ante prandium. 39 Et ait
Dominus ad illum, [a] Nunc vos Phariſæi Mat.23.c.25
quod déforis eſt [b] calicis & catini, munda-
tis: quod autem intus eſt veſtrum, plenum
eſt rapina & iniquitate. 40 Stulti, [c] nón-
ne qui fecit quod déforis eſt, etiã id quod F
déintus eſt, fecit? 41 [d] Veruntamẽ quod
ſupereſt, date eleemoſynam: & ecce om-
nia munda ſunt vobis. 42 Sed væ vobis
Phariſæis, quia [e] decimatis mentam & ru-
tam & omne olus: & præteritis iudicium
& charitatem Dei. hęc autem oportuit fa-
cere, & illa non omittere. 43 Væ vobis Inf.20.g.46 Mat.23.a.6 Mar.12.d.38
Phariſæis, quia diligitis [f] primas cathedras
in ſynagogis, & ſalutationes in foro.
44 Væ vobis quia eſtis vt monumẽta quæ
non apparent, & homines ambulãtes ſu-
pra, neſciunt. 45 Reſpõdens autem quidã
ex

a *Nunc vos.*] Erat illud de frequenti ablutione manuum non nimis antiquum in traditionibus: verùm quia facile & in ſpeciem puritatis religioſum erat, facileque accuſari poterat ſi omitteretur, ſtudioſè obſeruabatur illo tempore.

b *Calicis & catini.*] Allegoricôs dixit pro corporis, cuius ſignificationem purificatio vaſorum & calicum referebat.

c *Nonne qui fecit.*] Si puritas eſt vt conſeruetis animam in corpore puro, corpus enim animi domicilium & tabernaculum eſt: atqui animum puriorem eſſe oportet, præcipuè factum in tabernaculum & domiciliũ Dei. Quamobrem maximum ſtudiũ impendi oportet in animo huiuſmodi immunditiis purgando. quod verò ad corpus etiam purgandum attinet, ſi id ſtudiũ quod in manibus aqua abluendis ponitis, in pauperũ inopia manibus veſtris ſubleuanda ponatis; omnia profectò munda ſint vobis, quanquam aquæ lotionem prætermittentibus.

d *Veruntamen quod ſupereſt.*] Non ſignificatur hoc loco propriè eleemoſynam erogandam eſſe ex abundantibus & ſuperfluis: facilè enim admittit hanc exceptionem humana auaritia, & egeſtatem ſuam excuſat opinione rerum commodarum, non veritate æſtimata. Sed vtraque dictio *Veruntamen quod ſupereſt*, expoſitionẽ, concluſionem & aſſeuerationem abſolutamque ſummam indicant. Græcè eſt πλὴν τὰ ἐνόντα, id eſt, vt id quod res habet dicam, ſic Syrici [illegible] verũ id quod eſt: in hanc ſententiam Latinus ſermo eandem orationem vſurpat etiam: vt Virgil. Georg. 2. Quod ſupereſt, quæcunque premes virgulta per agros, Sparge fimo pingui.

e *Decimatis mentham & rutam & omne olus.*] Curioſam & nimis exactam interpretationem & obſeruationem in præceptis minoribus & facilioribus, quæ magis ad ſignificationem, & ad exteriorem iuſtitiam, quàm ad internam referebantur, notat Ieſus; cum reprehenſione negligentiæ, & affectatæ ignorationis maiorũ præceptorũ. Sed quia locus exigit, ipſam rẽ breuiter aperiamus: Scribæ accuratè nimiũ expendentes præceptum illud, Omnes decimæ terræ, ſiue de frugibus, ſiue de pomis arborum, Domini ſunt. quod ad verbum ex Hebræo ſic ſonat, Omnis decima terræ ex ſemine terræ, & ex fructu ligni, Domino eſt: interpretati ſunt, debere dari decimas ex omni fructu ligni. atqui lignum apud eos etiam herbarum caules & culmos, atque adeò ipſarum herbarum plantam ſignificat. Ex quo ſequitur, iuxta illorum definitionem, deberi decimas omnium herbarum, quarum vſus aliquis & fructus eſt in caulibus. Ergo olera decimabãt viridia in ſpecie, quia oleris vſus communis non eſt ex ſemine, ſed ex ipſo olere: lactucarum, braſſicarum ſemina non decimabantur, quia eorum non eſt vſus communis. braſſicæ lactucæ &c. decimabantur. Sunt autem quædam, quorum vſus eſt & viridium & aridorum, vt menthę, anethi, & cumini. ideò expreſſa expoſitione in tractatu De patribus, & De polluta, & De primogenitis, ſtatuitur, vt qui exactè decimare velit mentham, & cuminum, & anethum, bis decimet, in olere, & in ſemine: cætera olera omnia in herba. Hoc indicabat Ieſus.

f *Primas cathedras.*] Ambitioſi, arrogantes & ſuperbi eſtis: idque iam decretis ſtatutiſque in veſtram auctoritatem ſanxiſtis, cuiuſmodi illud eſt, Populus terræ, id eſt, ſeculares homines, eſſe debent ſcabellum pedum Phariſæorum, & de conſeſſu & auctoritate ac loco ſedium Phariſæorum & Scribarum multa conſtituta ſunt, quæ leguntur in Miſnaioth tractatu de HHAGIGA, id eſt, De feſto, cap. 2.

ex Legiſperitis, ait illi, Magiſter, hæc
dicens etiam [a] contumeliam nobis facis.
46 At ille ait, Et vobis Legiſperitis væ: quia
Mat.23.a.4 [b] oneratis homines oneribus quæ portare
non poſſunt, & ipſi vno digito veſtro non
tangitis ſarcinas. 47 Væ vobis, qui ædifi-
catis monumenta Prophetarum: patres
autem veſtri occiderũt illos. 48 Profectò
teſtificamini quòd conſentitis operibus
G patrum veſtrorum: quoniam ipſi quidem
eos occiderunt, vos autem ædificatis eo-
Mat.23.d.34 rum ſepulchra. 49 Propterea & ſapientia
Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas &
Apoſtolos, & ex illis occident & perſe-
quentur: 50 vt inquiratur ſanguis omniũ
Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitu-
Gen.4.b.8 tione mundi à generatione iſta, 51 à ſan-
guine Abel, vſque ad ſanguinem Zacha-
2.Par.24.c.21 riæ, qui periit inter altare & ædem. Ita di-
co vobis, requiretur ab hac generatione.
52 Væ vobis Legiſperitis, quia tuliſtis [c] cla-
uem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos
qui introibant prohibuiſtis. 53 Cùm au-
tem hæc ad illos diceret, [d] cœperunt Pha-
riſæi & Legiſperiti grauiter inſiſtere, &
[e] os eius opprimere de multis, 54 inſidiã-
tes ei, & quærentes aliquid capere de ore
eius, vt accuſarent eum.

a *Contumeliam nobis facis.*] quorum doctrina & auctoritate Phariſæorum res firmantur, & noſtræ etiã dignitatis ratio habetur. Nam Phariſæi tãtùm erant rigidi obſeruatores doctrinę Scribarum. Phariſæus, vt Phariſæus, nihil docebat; ſed ipſe diſciplinam obſeruabat; alioſque exẽplo magis, quàm præceptis & inſtitutis, inſtruere profitebatur. Scribatũ erat docere ac declarare. Poterat tamen idem eſſe Scriba & Phariſæus, & Sacerdos etiam: non pugnabant hæc ſecum.

b *Oneratis homines.*] Vſus eſt verbo ipſorum proprio. nam præcepta & inſtituta ab illis vocantur TARHA: id eſt, onus, laſſitudo, & labor. cumque huiuſmodi ceremonialia aſſidua præcepta, onera quædam eſſent, illis adiuncta certa ſignificatione, illi non ſolùm alia addebant onera pręceptorum, ſed onera ipſa vel ex lege, vel ex ipſorum doctrina impoſita, nouis & excogitatis circunſtantiis accumulãtes grauiora reddebant. vnde frequẽtiſſima illa oratio eſt in GAMARA, hoc eſt, in libro Additionum ad Miſnaioth, Eleazar ſic præcepit, aut decreuit, &c. Sed venit Rabbi Iehuda, & aggrauauit, addens illud, &c. vt in tractatu De benedictionibus, cap. 3.

c *Clauem ſcientiæ.*] Duæ claues ſunt, altera ſcientiæ ſacrarum ſcripturarũ, altera virtutis & poteſtatis ſpiritualis. Illa prior & communior traditur ordinariis & legitimis miniſtris, quã oportet ſtudioſè obſeruare, & diligenter in aliorum vtilitatem exercere; vos eam vobis arrogaſtis, neque patimini aliquem legere aut exponere ſcientiam ſacram, præter vos; quam ita interpretamini, vt difficillimum reddatis ingreſſum ad veram ſcientiam, tot ſeptis, tot vallis, tot præceptis circunſtantiarum & nouarũ rerum à vobis circũſeptam, ita vt ſemper addiſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis perueniant. Neque vos intratis, quoniam in his rebus immoramini nimium, quæ minus neceſſariæ ſunt; neque alios quicquã præter hæc ſolidum ſcire ſinitis.

d *Cœperunt Phariſæi & Legiſperiti.*] Alteri, quòd ſanctitatis æſtimationẽ ſuæ minui; alteri, quòd doctrinæ auctoritatem propriam eleuari illa oratione Ieſu metuerent.

e *Os eius opprimere de multis.*] arguere verba eius multis deductionibus, & conſequẽtiis, quę inde colligi argumentabantur, vt quòd perfectionem Phariſaicam improbaret, quòd nullos magiſtros eſſe vellet, aut omnes docere poſſe diceret; quòd ſepta ab ipſis ita appellata legis euerteret, non diſtingueret inter ſacrum & profanum, quòd honorum & dignitatum rationes peruerteret: hoc eſt *os opprimere*, & grauiter inſiſtere; *inſidiantes ei*, & captantes aliquem vel extortum errorem, vel verbum ſubitum, vel ambiguum, quod in malam partem verti & firmari poſſet. Inſtabant autem ſic: Ergo, vis dicere hoc; ergo illud ſignificas, &c. Hæc phraſis viitatiſſima eſt in Gamara, hoc eſt

in ſupplemento Miſnaioth. Rabbi N. dixit hoc, & R. N. errare fecit eum, vel errare fecit os eius: id eſt, conſequentia & argumentatione adiuncta illum cepit & redarguit. Præſtaret magis illis dialecticam neſcire, ſicut quidam ex illorū numero iam moriturus diſcipulis ſuis dixit. nāque ab illis rogatus, Magiſter, doce nos ſemitas vitæ; ait, Curate honorem proximorum veſtrorum, auertite filios veſtros à logica, & ſedere eos iubete inter genua ſapientum: & cùm oraueritis, conſiderate coram quo ſtatis.

## CAP. XII.

MVltis [a] autem turbis circunſtantibus, *Mat. 16. a. 6 Marc. 8. b. 15*
ita vt ſeinuicem conculcarent, cœpit A
dicere ad diſcipulos ſuos, Attendite à fer- *Mat. 10. c. 26 Marc. 4. c. 22*
mento Phariſęorum, quod eſt hypocriſis.
2 [b] Nihil "autem' opertum eſt, quod non [a] enim MS. R. Ambr.
reueletur: neque abſconditum, quod non
ſciatur. 3 Quoniam quæ in tenebris di-
xiſtis, in lumine dicentur: & quod in au-
rem locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur
in tectis. 4 Dico autem vobis [c] amicis
meis, Ne terreamini ab his qui occidunt
corpus, & poſt hæc non habent amplius
quid faciant. 5 Oſtendam autem vobis
quem timeatis: timete eum qui poſtquam
occiderit, habet poteſtatē mittere in ge-
hennam. ita dico vobis, hunc timete.
6 Nónne quinque paſſeres veneunt dipō-
dio: & vnus ex illis non eſt in obliuione
coram Deo? 7 Sed & capilli capitis veſtri
omnes numerati ſunt. Nolite ergo time-
re: multis paſſeribus pluris eſtis. 8 [d] Dico *Mat. 10. c. 32 Marc. 8. d. 38 2 Ti. 2. b. 12*
autem vobis, Omnis quicunque confeſ-
ſus fuerit * me coram hominibus, & filius * in G. S.
hominis confitebitur "illum' coram an- [a] in illo 3 MS. G. S.
gelis Dei. 9 qui autem negauerit me co- *Mat. 10. c. 33 Marc. 8. d. 38*
ram hominibus, "negabitur' corā angelis [a] denegabitur 6 MS. G.
Dei.

### CAP. XII.

a *Multis autem turbis circunſtātibus.*] ſtudio videndi & audiendi Ieſum: namque hic mos turbarū eſt, in quibus varia ingenia, variæque ſententiæ. hoc autem fuit paulo poſt diſceſſum illius à Scribis & Phariſæis, recenti adhuc memoria diſputationis cum Phariſæis habitæ: id quod turbæ non ignorabant.

b *Nihil autem opertū eſt.*] Oratio hæc frequenter vſurpabatur à Scribis & Magiſtris veteribus, in doctrinæ pręceptis tradendis: cùm diſcipuli priuatè interrogabant magiſtros ſententiam aliquam, ipſi autem priuatè reſpondebant. dicere ſolebant, Quod audiſtis in cubiculo, dicite in plateis: id eſt, hoc ego non ſolùm priuatè ſentio, ſed publicè profiteri poſſum, atque meo nomine etiam appellato edi volo: namque ipſe meam ſententiam agnoſcam & confirmabo. Ita fit vt Phariſæorum fermētum ſemel priuatè exceptum, & fotum, tumeat, & maſſam omnem peruadens corrūpat, atque nimium dilatetur. tunc erit publicum odium mei & meorū omnium, qui doctrinam docemus hypocriſi Phariſæorum inuiſam; tum odium dilatabitur per turbas. Videte ergo vt quæ dixeritis, certa ſint, & à Phariſæorum corruptis rationibus aliena; ita vt pura prodeant in publicum. nam proditura tandem ſunt, quamuis in cubiculis & in aurem à vobis ſint dicta. Cùm autem in publicum prodierint, inuidiam mouebunt Phariſæis aduerſum vos amicos meos. Sed *ne terreamini*, &c.

c *Amici mei.*] Qui nunc diſcipuli & ſerui eſtis, breui autem appellandi *amici*, cùm omnia quæ audiui à Patre meo, nota fecerim vobis. Tūc illa nota fient aliis, ex quibus aliqui veſtræ vitæ inſidiabuntur: ſed ne timueritis eos: namque non ſuo, non alieno, ſed veſtro tempore moriemini: idque curabitur à Patre meo, cui omnium capillorum capitis veſtri ratio certa conſtat: ex quibus neque vnus euelletur inſcio Patre, aut non permittente: idque in gloriam vtilitatemque veſtram.

d *Dico autem vobis.*] amicis meis, quibus reuelauero omnia, & virtute ſpiritus ſancti, ea quæ reuelata fuerint, confirmauero, ex his qui me confitebitur, aut qui me negauerit coram hominibus, ſimile experietur meum erga ſe teſtimonium *coram angelis Dei.*

*Mat.10.b.19* *Mar.13.b.11* Dei. 10 Et omnis qui dicit verbum [e] in
filium hominis, remittetur illi: ei autem
qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit,
non remittetur. 11 [f] Cùm autem indu-
cent vos in ſynagogas, & ad magiſtratus
& poteſtates, nolite ſoliciti eſſe qualiter,
aut quid reſpondeatis, aut quid dicatis.
12 Spiritus enim ſanctus docebit vos in
[a] quæ 3 MS. Ambr.g. ipſa hora "quid' oporteat ‾vos' dicere.
‾ 3 MS. Ambroſ.G. 13 Ait autem ei quidã de turba, Magiſter,
dic fratri meo vt diuidat mecum hæredi-
tatem. 14 At ille dixit ei, Homo, [g] quis me
conſtituit iudicem aut diuiſorẽ ſuper vos?
15 Dixitque ad illos, Videte & cauete ab
omni auaritia: quia, non in abundantia
[a] *aliquam G.* "cuiuſquam' vita eius eſt, ex his quæ poſ-
ſidet. 16 Dixit autem ſimilitudinem ad
*Eccl.11.c.19* illos, dicens, Hominis cuiuſdam diuitis
huberes fructus ager attulit. 17 & cogi-
C tabat intra ſe, dicens, Quid faciam, quia
non habeo quò cõgregem fructus meos?
18 Et dixit, Hoc faciam, Deſtruam horrea
mea, & maiora faciam: & illuc congrega-
bo omnia quæ nata ſunt mihi, & bona
mea, 19 & dicam animæ meæ, Anima,
habes multa bona poſita in annos pluri-
mos: requieſce, comede, bibe, epulare.
20 Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte
animam tuam repetant à te: quæ autem
paraſti, cuius erunt? 21 Sic eſt qui ſibi
theſaurizat, & non eſt in Deum diues.
22 Dixitque ad diſcipulos ſuos, Ideo dico

e *In filium hominis.*] Aperte diſtinxit hoc loco Ieſus tempora & conditiones hominum: nam duæ conditiones ſunt eorum qui Ieſum norũt: altera eorum qui filium hominis eſſe certiſſimè credunt; quoniam ſciunt eum eſſe hominem natum in hoc mundo, factum ex muliere: & hi bifariam diſtinguuntur; quidã enim eum agnoſcunt hominem, & filium Dei non credunt, vt Iudæi. quidam verò præter hæc filium Dei credunt, adducti ad credendum miraculis, lectionibus Euangeliorum, & auctoritate Eccleſiæ. alij autem accepta à Spiritu ſancto virtute & reuelatione, illum filium Dei credunt eſſe longè præſtantius, quàm illi priores; quia adiuti dono diuino habet teſtimoniũ Dei in ſe. Igitur qui verbum *dixerit in filium hominis* primo vel ſecundo modo creditum aut cognitum, remittetur illi, pœnitentia tamen præcedente, vt remiſſum eſt Petro. *ei autem qui in Spiritum ſanctum blaſphemauerit, non remittetur.* Sed hæc longiorem adhuc diſputationem poſtulant.

f *Cum autem inducent.*] prædicit diſcipulis id quod euenturum erat poſt acceptum Spiritum ſanctum, qui virtute magna teſtimonium darent reſurrectionis ipſius. Itaque futuri paulo pòſt temporis, præſenti conditione longè excellentes, imaginẽ quandam ipſis ob oculos depingit.

g *Quis me conſtituit iudicem.*] Euãgelium meum & doctrina mea non vſurpat officia magiſtratuum aut miniſtrorum reipub. qui poſſunt eiuſmodi munia præſtare, cauſas decidere & componere, vel ex iure vel ex æquitate, iuxta leges ciuiles, à Deo vel à legitimis latoribus latas. Non agit de poſſeſſione & appetitione rerum temporalium Euangelium, ſed potius de contemptu iſtiuſmodi rerum quæ poſſunt occupare hominũ animos, ac diuertere ab ſtudio regni cælorum, quod per Euangelium annuntiatur. id verò eſt partium mearum docere & agere, vt videatis & caueatis ab omni auaritia, quæ fallit homines ac ſtultos efficit: nimiũque ſolicitos rerum, non ſolùm malè partarum, ſed honeſta & inculpata etiam ratione contingentium. id quod ſubiũcto exemplo oſtendetur.

vobis : Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ Pſa.54.d.25 Mat.6.d.25 1 Pet.5.b.7
quid manducetis : neque corpori quid in-
duamini. 23 Anima plus eſt quàm eſca,
& corpus plus quàm veſtimentum.
24 [a] Conſyderate coruos, quia non ſeminát
neque metunt, quibus non eſt cellarium
neque horreũ, & Deus paſcit illos. Quan-
to magis vos pluris eſtis illis? 25 Quis
autem veſtrûm cogitando poteſt adiicere
ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?
26 [b] Si ergo neque quod minimum eſt po-
teſtis, quid de cæteris ſolliciti eſtis?
27 Cõſyderate lilia quomodo creſcũt: non D
laborant, neque nent. dico autem vobis,
nec Salomon in omni gloria ſua veſtieba-
tur ſicut vnum ex iſtis. 28 Si autem fœ-
num quod hodie eſt in agro, & cras in cli-
banum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto
magis vos, [c] puſillæ fidei? 29 Et vos noli-
te quærere quid manducetis, aut quid bi-
batis: & nolite [d] in ſublime tolli: 30 hæc
enim omnia [e] gentes mundi quærunt. Pa-
ter autem veſter ſcit quoniã his indigetis.
31 Veruntamẽ quærite primùm regnum
Dei*: & hæc omnia adiicientur vobis. * & iuſtitiam eius.
32 Nolite timere [f] puſillus grex, quia com-
placuit patri veſtro dare vobis regnum.
33 Vendite

a *Conſiderate coruos.*] qui cùm pulli ſunt, dies aliquot à parentibus neglecti, Dei prouidentia aluntur: poſtquam adoleuerunt, voraciſſimi ſunt, nec vno ſimplici eſcarum genere cõtenti. præterea & diutius viuunt, & tamen neque cellaria habent, in quibus varios cibos ad breue; neque horrea, in quibus ſeruatu faciliores ad longum tempus reponant. neq; ideò & commodo & opportuno & vario atque ipſis grato cibo deficiũtur; nec diu etiam viuere deſinunt ob repoſiti ad multos annos victus defectum. nam Deus paſcit illos. Habet nomen hæc auis Hebraicè ex appetentia cibi, atque ex ſuauitatis & voluptatis vſu factum.

b *Si neque quod minimum eſt.*] Staturæ incrementum inter vitæ opportunas res minimum eſt, noſtroque ſtudio non eget, ſponte enim ſua id efficitur certis temporibus ac modis, pro ratione corporum & geniturę initio, atque locorum ac temporũ varietate: anima autem ipſa ſtaturæ incrementum efficit, nõ humana cogitatione aut ſtudio, ſed virtute ſua nutritiua & vegetatiua. Qui ergo animã præbet, conſeruat ac fouet, is cætera etiã ex conſequenti efficit: nam qui maiora facere poteſt & vult, minora etiã cùm poſſit optimè ac ſciat efficere, vult & efficit: permittenda eſt ergo cura illi qui poteſt & vult vobis conſulere & hoc agendum, vt illi ſeruiamus omni ſtudio; non vt in otio ſimus, ſed vt ab auaritia, cupiditate, & futuri temporis cura alieni ſimus, ac præſentibus quibuſcunque contẽti quod ad victum & cultum attinet, ad curam pietatis promouendæ & amplificandæ, in poſterum nos conferamus.

c *Puſillæ fidei.*] Sic vocabantur in ſcholaſticis diſceptationibꝰ ij qui vel ob ignorantiam rerum diuinarum, vel ob animi deiectionem minus altè ſentirent de Deo, obſcurius crederent, & minus attentè ac firmiter ſperarent. habebaturque minimus gradus, imò poſtremus in profectu pietatis ac religionis: atqui in hoc gradu conſtituit Ieſus eos qui mundana ac terrena ſtudioſè quærunt.

d *In ſublime tolli.*] cogitatione, inuentione, atque inchoatione longæ ſpei, aut metus longi.

e *Gentes mundi quærunt.*] hæc omnia: & qui quærunt, gentes mundi ſunt.

f *Puſillus grex.*] in ſpeciem contemptibilis mundo, vtpote paruus, tenuis, ſimplex, atque rerum humanarum parum ſtudioſus; à pompa, auaritia, ambitione que alienus grex: quanquam his omnibus mundo iudicatis incommodis affecti, tamen nolite timere futuram inopiam aut indigentiam & miſeriam aliquam: quia vobis eiuſmodi affectu, animo & ſtudio fueritis, complacuit Patri dare regnum: ideò omnem veſtram curam, omne ſtudium ab aliis cogitationibus & actionibus, ad regni cæleſtis deſiderium & cupiditatem expetendam neque transferte: & ſi quid habetis in terra poſſeſſionum, vendite, & precium in cælos mittite: ibique negotiamini, quo permanere cupitis, & vbi perpetuò vobis cooptatis fuerit manendum.

Mat.19.c.21 33 Vendite quę poſſidetis, & date eleemo-
Mat.6.c.20 ſynam. Facite vobis ſacculos qui non ve-
teraſcunt, theſaurum non deficientem in
cælis: quò fur non appropiat, neque tinea
E corrumpit. 34 Vbi enim theſaurus veſter
eſt, ibi & cor veſtrum erit. 35 [a] Sint lum-
36 MS. Ambr.6.8. bi veſtri præcincti, & lucernæ ardētes ⁻ in
manibus veſtris', 36 & vos ſimiles homi-
nibus expectātibus dominum ſuū quan-
do reuertatur à nuptiis: vt cùm venerit &
pulſauerit, cōfeſtim aperiant ei. 37 [b] Beati
ſerui illi, quos cùm venerit dominus, in-
uenerit vigilantes. amē dico vobis, quòd
præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere,
& tranſiens miniſtrabit illis. 38 Et ſi ve-
nerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vi-
gilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt
Mat.24.d.43 ſerui illi. 39 Hoc autem ſcitote, quoniam
ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur veni-
Apoc.16.c.15 ret, vigilaret vtique, & non ſineret per-
fodi domum ſuam. 40 Et vos eſtote pa-
rati: quia qua hora non putatis, filius ho-
minis veniet. 41 Ait autē ei Petrus, Do-
mine, [c] ad nos dicis hanc parabolam, an
& ad omnes? 42 Dixit autem Dominus,
[d] Quis, putas, eſt fidelis diſpēſator & pru-
constituet 3 MS.G.S. dens, quem "cōſtituit' dominus ſupra fa-
miliam ſuam, vt det illis in tempore tri-
tici menſuram? 43 Beatus ille ſeruus, quē
cùm venerit dominus, inuenerit ita faciē-
F tem. 44 Verè dico vobis, quoniam [e] ſupra
omnia quæ poſſidet, conſtituet illum.

45 Quòd

a *Sint lumbi veſtri.*] Non diuturna expectatio regni cæleſtis erit; propè eſt in ianuis illud tempus, & Regis nuptiæ breui celebrabuntur: vos fide integra, ac pœnitentia paratı eſtote, non negligentes, verùm lampadibus accenſis, vt hi ſolent qui nuptias comitantur. Vos itaque miniſterium munuſque veſtrum ſumma fide & ſedulitate præſtate.

b *Beati ſerui illi.*] Certus eſt aduentus Domini Sponſi, ſed hora hominibus incerta. hoc ita Deus voluit, ad continendum in officio famulos, atque bonos & fideles ab improbis diſtinguendum. ... ex ſeruis amicos ... eos, quos fideles ipſa vigilantia ac diligentia probauerit. aliàs ſi ad ... certam horam tantùm ſalus afferretur, nemo eſſet qui ad illā ... tam imparatus eſſe vellet, vtpote ... tempus ac ſibi notum. vt verò periculorum ac damnorum contemptus & ſecuritas non niſi ſumma cura atque vigilantia conſtat, ſic illa præſtantiſſima felicitas iis tantùm affertur, à quibus ſtudio ſummo omnique cura expectatur.

c *Ad nos dicis.*] Ad nos, quos doctrina tua ſingulariter inſtruis, diſcipuloſque tuos, aliorumque doctores eſſe vis, an ad omnes tū huius, tum futuri tēporis homines? & ſi ad nos, an ad eos qui nobis in miniſterio ſuccedent? Nam cùm dicas de ſeruis vigilantibus, huiuſmodi ſimilitudo noſtrum ordinem præcipuè ſpectare videtur.

d *Quis putas.*] Ad omnes pertinet parabola: namque omnes ſerui ſunt; ſed alij aliorum miniſtri, hoc eſt, cōſtituti ad diſtribuenda penſa atque munia aliis. omnes oportet officium facere, ac paratos eſſe: nullus ex negligentibus pœna immunis erit: nullus ex ſedulis præmio ſuo ſua debitur: vniuſcuiuſque in ordine ſuo habebitur ratio. Ergo vos veſtrique ſucceſſores doctrinam puram & ſolidā ſuo quiſque tempore illis miniſtrabit, ſuper quos conſtitutus eſt diſpenſator.

e *Supra omnia quæ poſſidet.*] dona ac munera ſpiritualia, quorum diſ... [illegible] ... cedet certiſſimam.

45 Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo,
[a] Moram facit dominus meus venire: &
cœperit percutere ſeruos & ancillas, & e-
dere & bibere, & inebriari: 46 veniet do-
minus ſerui illius in die qua non ſperat, &
hora qua neſcit, & diuidet eum, partéque
eius cum infidelibus ponet. 47 [b] Ille autẽ
ſeruus qui cognouit voluntatem domini
ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſe- 6 MS. Ambr. c.
cũdùm voluntatẽ eius, vapulabit multis.
48 [c] qui autem non cognouit, & fecit digna
plagis: vapulabit paucis. Omni autem [d] cui
multum datum eſt, multum quęretur ab
eo: [e] & cui commendauerunt multum,
plus petent ab eo. 49 Ignem veni mittere
in terram: & quid volo, niſi vt accẽdatur?
50 Baptiſmo autem habeo baptizari: & G
quomodo coarctor, vſque dũ perficiatur?
51 Putatis quia pacem veni dare in terrã? Mat. 10. d. 34 terra Ms. 6.
Non, dico vobis: ſed ſeparationem.
52 Erunt enim ex hoc, quinque in domo
vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres:
53 diuidentur pater in filium, & filius in
patrem ſuum, mater in filiam, & filia in
matrem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus
in ſocrum ſuam. 54 Dicebat autem & ad Mat. 16. a. 1
turbas, Cùm videritis nubem orientem
ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit:
& ita fit. 55 Et cùm auſtrum flantem, di-
citis, Quia æſtus erit: & fit. 56 Hypocri-
tæ, faciẽ cæli & terræ noſtis probare: [f] hoc
autem tempus quomodo non probatis?
57 Quid

a *Moram facit dominus venire.*] Iam videtur omiſiſſe aduẽtum illum promiſſum, ad inhabitandum in hominibus: inibo aliam rationem gubernandæ familiæ, per vim & ſeueritatem, auctoritatéque mihi vſurpabo non miniſtri, ſed domini inhumanioris.

b *Ille autem ſeruus.*] ex ordine communi familiæ qui edoctus fuerat, & nouerat quid Dominus propoſuiſſet in ſalutem & amplificationem eorum qui fideliter ſeruirent.

c *Qui autem non cognouit.*] vel propter miniſtrorum negligentiam, vel propter temporum ruditaté & ignorantiam, quod diuturna inſcitia regnauerit in domo.

d *Cui multum datum eſt.*] priuato omni cui datum eſt multum cognitionis & operæ.

e *Et cui commendauerunt multum.*] miniſtro, diſpenſatori, atque conſtituto ſuper familiam. Itaque omnium erit ac ſingulorum, officio ſuo inuigilare. meum autem eſt ignem mittere, cuius mittendi & accendendi ſtudio amoréque teneor magno. & ad accendendum hunc ignem, baptizari me oportet baptiſmo ſanguinis proprij, idque quamprimum vt fiat cupio. Reliquum eſt, vt ſemotis omnibus affectibus contrariis, ſe quiſque paret ad ſuum munus præſtandum: neque curet oppoſitum ſuadentes vel ſocios, vel domeſticos, vel patrẽ vel matrem, vel filium vel filiam.

f *Hoc autem tempus.*] aduentãtis iam regni, quod tot miraculis anteà prædictis, ac nunc editis tantis doctrinæ & ſapientiæ argumentis vobis conſtare poſſit. Si non conſtat, quomodo de tempeſtatibus iudicatis, quæ non adeò certè ſignis reſpondẽt ſuis, atque tempus hoc ſuis: ſin verè conſtat, quid eſt quod non agnoſcitis, atque excipitis tantum beneficium Dei? an quia id Phariſæis & Scribis non excipitur, vbi manifeſta res eſt, quid expectatis corruptorum inuidia laborantium hominum iudicium?

57 Quid autem & à vobiſipſis non iudica-
Mat.5.d.25 tis quod iuſtum eſt? 58 g Cùm autem va-
dis cum aduerſario tuo ad principem, in
via da operam liberari ab illo: ne fortè
trahat te ad iudicẽ, & iudex tradat te ex-
actori, & exactor mittat te in carcerem.
59 Dico tibi, Non exies inde, donec etiam
nouiſſimum minutum reddas.

## CAP. XIII.

A Aderãt autem quidam ipſo in tempo-
re, nuntiantes illi a de Galilæis, quorũ
ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrifi-
ciis eorum. 2 Et reſpondens dixit illis,
Putatis quòd hi Galilęi præ omnibus Ga-
lilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi
ſunt? 3 Non, dico vobis: ſed niſi pœni-
tentiam habueritis, omnes ſimiliter peri-
bitis. 4 b Sicut illi decem & octo ſupra
quos cecidit turris in Silóe, & occîdit eos:
putatis quia & ipſi debitores fuerint præ-
ter omnes homines habitantes in Ieruſa-
lem? 5 Non, dico vobis: ſed ſi pœniten-
egeritis 4 ias. tiam nõ habueritis, omnes ſimiliter pe-
B ribitis. 6 Dicebat autem hanc ſimilitu-
dinem, c Arborem fici habebat quidam
plantatam in vinea ſua: & venit quærens
fructum in illa, & non inuenit. 7 Dixit
autem ad cultorem vineæ, d Ecce anni tres
ſunt ex quo venio quærens fructum in fi-
culnea hac: & non inuenio. Succîde ergo
illam: vt quid etiam terram occupat?
8 At ille reſpondens dicit illi, Domine, di-

g mitte

g *Cùm autem vadis cum aduerſario tuo.*] Lis eſt Deo aduerſum vos inſtitura, niſi illi reddideritis quod à vobis iure exigitur, fidem videlicet & pœnitentiam.

CAP. XIII.

a Galilæi illi delati fuerant apud Pilatum ſceleris admiſſi magni; quos ille, cùm ſacrificij cauſa Ieroſolymam veniſſe sciret, comprehenſos in ipſo ſacrificio occidi iuſſit. id ſignum Dei irati fuit, qui permiſiſſet homines Iſraelitas gentilis iudicis iuſſu necari, idque in ipſo ſacrificio, reprobás videlicet ſacrificia illorum. Ij ſermones tum vulgi erant audito hoc nuntio. Ieſus rem diuina permiſſione geſtam confirmans, populum docet illo exẽplo debere ſibi proſpicere, ac pœnitentiæ operam dare: non enim id accidiſſe ob ſingulare aliquod odium in illos præcipuè Galilęos; ſed ob clementiam, qui cùm omnes iuſtè poſſet puniendos tradere Gentibus, tamen paucos quoſdam occidi permiſerit, in exemplum aliorum omniũ, quibus ſimile iudicium paratum erat, niſi pœnitentiæ ſtudio & cura id auerteretur. Nõ enim fides ſatis eſt ad reconciliandum Deum iis qui offenderunt, niſi & pœnitentia adhibeatur, in qua continentur omnia opera pia Deoque probata. *Omnes*, inquit, *ſimiliter peribitis*, reprobati cum ſacrificiis veſtris, & Romanorum poteſtati ad interitum traditi.

b *Sicut illi decem & octo.*] Non ſolùm Galilæos, ſed Ieroſolymitanos, Deo ob peccata inuiſos eſſe Ieſus declarabat: atque adeò Iudęos omnes. & docebat homines pœnitentiæ ſtudium, ſemoto temerario iudicio de aliis, quos quòd affligi aut perdi viderint, damnatos putent, ac damnatione prę cæteris digniſſimos. Eſt autem abſoluta ſententia Ieſu filij Dei hominum magiſtri, omnes peccatores debere pœnitentiam agere; aliâs perituros grauiori interitu, quàm fuerit ille Galilęorum vel Ieroſolymitanorum. Docet etiam nihil fortuna aut caſu hominibus accidere, ſed iuſto Dei iudicio, & manifeſta prouidẽtia cum erga eos aduerſum quos, tum erga illos quibus exemplum editur.

c *Arborem fici.*] Pertinere exempla illa Ieroſolymitanorum octodecim, & Galilæorum, ad totum populum Iſraeliticum; atque ex illo ad omnes peccatores hac ſimilitudine oſtendit.

d *Ecce anni tres.*] tertio anno prædicationis ſuæ hæc Ieſus dixit, qua fructus ex Iudæis, fructus, inquam, pœnitentiæ dignus petebatur.

mitte illam & [a] hoc anno, vſque dum fo-
diam circa illam, & mittam ſtercora. 9 &
ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in
futurum ſuccídes eam. 10 Erat autem
docens in ſynagoga eorum ſabbathis.
11 Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum C
infirmitatis annis decem & octo: & erat
inclinata, nec omnino poterat ſurſum re-
ſpicere. 12 Quam cùm videret Ieſus, vo-
cauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier, dimiſſa ~ MS. e.
es ab infirmitate tua. 13 Et impoſuit illi
manus, & confeſtim erecta eſt, & [b] glori-
ficabat Deum. 14 Reſpondens autem ar-
chiſynagogus, indignans quia ſabbatho
curaſſet Ieſus, dicebat turbę, Sex dies ſunt
in quibus oportet operari. in his ergo ve-
nite, & curamini: & non in die ſabbathi.
15 Reſpondens autem ad illum Dominus, D
dixit, Hypocritæ, vnuſquiſque veſtrûm " Hypocrita: MS. Amir.
ſabbatho [c] nõ ſoluit bouem ſuum aut aſi- G.
num à præſepio, & ducit adaquare?
16 Hanc autem filiam Abrahæ quam alli-
gauit ſatanas, ecce, decem & octo annis
non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſab-
bathi? 17 Et cùm hæc diceret, erubeſce-
bant omnes aduerſarij eius: & omnis po-
pulus gaudebat in vniuerſis quæ glorioſè
fiebant ab eo. 18 Dicebat ergo, [d] Cui ſi- Matt. 13. d. 31 Marci 4. c. 30
mile eſt regnum Dei, & cui ſimile * " æ- * eſſe 4 MS " exiſtimabo
ſtimabo illud? 19 Simile eſt grano ſinâ- 4 MS.
pis, quod acceptum homo miſit in hortũ
ſuum, & creuit: & factum eſt in arborem
magnam,

a *Hoc anno.*] Eodem anno quo Ieſus Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit, maxima cultura ficulneæ eſt adhibita, virtute Spiritus ſancti in eos qui crediderunt, immiſſa: quorum exemplo cæteri & credere, & pœnitentiam agere debuerunt; aliâs perituri: ſicut Petrus dicebat, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm baptiſmo pœnitentiæ. & paulò pòſt: Saluamini â generatione iſta praua. Maxima ſiquidem & præſtantiſſima arboris cultura, foſſio atque ſtercoratio eſt.

b *Glorificabat Deum.*] Publica confeſſione gratulabatur Deo, beneficiumque illud ſummum prædicabat, quod ſabbathiſmi ſanctificationis genus eſt probatiſſimum.

c *Non ſoluit bouem ſuum aut aſinum*] Argumẽtum eſt ſumptum ex doctrina traditionum & ſynagogæ veteris, cui plurimum ab illis tribuebatur. Eſt autem communis & conſtans traditio, ea quæ pertinent ad periculum vitæ prohibendum & auertendum; ſiue, vt ipſi ſuo dicendi modo pronũciant, ea quæ pertinent ad animæ diſcrimen, ea etiam quæ ad vitam tuendam ſiue alendam pertinent, nõ violare ſabbathũ ſi curentur, Miſnaioth tractatu de Sabbatho, cap. 22. & de Ioma cap. 8. Duo, inquit, fiunt opera in Sabbatho circa animas iumentorum, ſolutio ex vinculis, ad recreationem; & actio ad aquas. Poterat tamen id deferri ad poſterum diem: ſed quia eſt in animæ beneficium, eodẽ die permittitur fieri; idque rectè, approbante tota ſchola & conſuetudine. Igitur veſtro argumentãdi modo à leui ad graue, id eſt, ex contentione ſiue à fortiori, huic animę mulieris filiæ Abrahæ beneficium hoc fieri oportuit, vt ſoluta à vinculo grauiſſimo, ſponte ſua vtroque laudaret Deum: hinc iumenti recreatio, hinc ſalus huius, & Dei gloria ſequitur.

d *Cui ſimile eſt, & cui ſimile æſtimabo.*] Oratio eſt in doctrinalibus ſermonibus frequentiſſima in Miſnaioth & Complemento, ad diligentem ſimilitudinis inquiſitionem oſtendendã, & attentionem parandam, memoriamque coi firmandam.

magnam, & volucres cæli requieuerũt in
ramis eius. [20] Et iterum dixit, Cui ſimile
Mat.13.e.33 ‖exiſtimabo 3 M6. ‖æſtimabo' regnũ Dei? [21] Simile eſt fer-
E mento, quod acceptum mulier abſcõdit
[a] in farinæ ſata tria: donec fermentaretur
totum. [22] Et ibat per ciuitates & caſtel-
la docens, & iter faciens in Ieruſalem.
[23] Ait autem illi quidã, Domine, [b] ſi pauci
ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad il-
Mat.7.b.13 los, [24] [c] Contendite intrare per anguſtam
portam: quia multi, dico vobis, quærent
Mat.25.a.10 intrare, & non poterunt. [25] [d] Cùm autem
intrauerit paterfamiliâs, & clauſerit oſtiũ,
& incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium,
dicentes, Domine, aperi nobis: & reſpon-
dens dicet vobis, [e] Neſcio vos vnde ſitis:
[26] tunc incipietis dicere, [f] Manducauimus
coram te & bibimus, & in platéis noſtris
Mat.7.c.23 & 25.d.41 Pſal.6.b.9 docuiſti. [27] Et dicet vobis, Neſcio vos,
vnde ſitis: diſcedite à me omnes operarij
F iniquitatis. [28] Ibi erit fletus & ſtridor dẽ-
tium: cùm videritis Abraham & Iſaac &
Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei,
vos autem expelli foras. [29] [g] Et venient
ab Oriente & Occidente, & Aquilone &
Mat.19.d.30 & 20.b.16 Austro: & accumbent in regno Dei.
Mar.10.d.31 ‖erant o. [30] Et ecce ſunt nouiſſimi qui ‖erũt' primi,

a *In farina ſata tria.*] Regnum cælorum paucis primùm communicabitur, eo quòd à cæteris negligatur & repudietur: ſed per illos paucos tãta illius regni virtus oſtendetur, vt ad plurimos tantùm pertineat, eos videlicet qui illius doctrinæ capaces & participes ſeſe effecerint fide & pœnitentia.

b *Si pauci ſunt.*] Cùm audiſſe ille de grano ſinapis, ac de fermento abſconſo in farina, & de aliis ſimilitudinibus, quæ pietatis puritaté anguſtis terminis definire videbantur, rogat *ſi pauci ſunt qui ſaluantur* nam ex illis intelligebat non eſſe volentis neque currentis, ſed Dei opus miſerentis, qui granum ſeminaret, qui fermentum abſconderet. argumentabatur igitur apud ſe, ergo non omnes ſeruabũtur: imò fortaſſis pauci. quãdoquidem non eſt noſtrum opus vt ſaluemur, ſed Dei beneficium eſt.

c *Contendite intrare.*] Reſpondet Ieſus paucos eſſe quidem, ſed hoc non ex abbreuiatione manus Dei, ſed ex hominum ipſorum culpa atque negligentia euenire; quòd vocati, quanquam veniant ad regnũ, nolunt vocationem ſuam proſequi, ea via quæ à Deo munita eſt ad ſalutem, videlicet pœnitentia; cuius porta anguſta eſt, vitiorum omnium, pompæ & operum ſatanæ fuga & abrenuntiatio ex corde: & via ipſa hominibus mundi amatoribus difficilis & arcta videtur, quæ perambulatur exercitatione virtutis pietatiſque omnis erga Deum & proximum: ſed ad hoc firmo propoſito & animi contentione opus eſt.

d *Cum intrauerit paterfamiliâs.*] Intrauerit in regni ſui poſſeſſionem, ſibiq; adoptauerit eos quos viderit illa porta ingreſſos, claudet oſtium contumacibus & pertinacibus, & illis in vniuerſum qui non ingreſſi fuerint per anguſtam portam, ſed per aliam latam, quam vulgus mundi ſubit.

e *Neſcio vos vnde ſitis.*] Vos alia porta & via veniſtis, quàm quæ à me munita fuerat.

f *Manducauimus.*] Quomodo dicis te nos non cognoſcere, cùm docueris in plateis noſtris publicè, id quod teſtari poſſumus, tuam doctrinam, ſi opus fuerit, recitantes: deinde in eadem domo, in eodem loco, vbi tu eras, viximus, comedimus & bibimus: quæ maior familiaritas eſſe poteſt, quàm ſeſe appellare Chriſtianos, profiteri diſciplinam Chriſti, communicare in vita atque adeò in ſacramentis apud Eccleſiam Chriſti domumque Dei? & tamen reſpondebit, *Neſcio vos: diſcedite à me.* Quamobrem? quia noui vos operarios iniquitatis & per arctam portam minimè ingreſſos: hos non agnoſco, etiam ſi *Dominum* ab illis vocet. atqui ſumus plurimi huius notæ, *Diſcedite*, inquit, *a me omnes.*

g *Et venient*;] ex gentibus quæ 1 eum ignorabant multi, ex omni orbis parte vocati per Euangelium venient, & cooptabuntur in filios Dei, & poſſidebunt regnum; eritque eius rei ſignum videre accumbentes illos cum rege ipſo, & aliis regni filiis.

& ſunt primi qui "erunt' nouiſſimi. "erant G.
31 In ipſa die acceſſerunt quidam Phari-
ſæorum, [h] dicentes illi, Exi & vade hinc:
quia Herodes vult te occidere. 32 Et ait
illis, Ite, & dicite [i] vulpi illi, Ecce eiicio G
dæmonia, & ſanitates perficio hodie &
cras, & tertia die conſummor. 33 Verun-
tamen oportet me hodiè & cras & ſequé-
ti - die' ambulare: quia non capit prophe- - 4 MS. G.
tam perire extra Ieruſalem. 34 Ieruſalem, Mat. 23. d. 37
Ieruſalem quæ occîdis Prophetas, & lapi-
das eos qui "mittuntur' ad te, quoties vo- "miſſi ſunt MS. G. S.
lui cõgregare filios tuos quemadmodum
auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti?
35 Ecce "relinquetur' vobis domus veſtra "relinquitur G. S.
- deſerta'. Dico autem vobis, quia non - 2 MS. GG.
videbitis me donec veniat cũ dicetis, Be- Inf. 19. f. 38
nedictus qui venit in nomine Domini.

## CAP. XIIII.

ET factum eſt: cùm intraret - Ieſus' in - MS. G.
domum cuiuſdam principis Phariſæo- A
rum ſabbatho manducare panem, & [a] ipſi
obſeruabant eum. 2 Et ecce homo qui-
dam hydropicus erat ante illum. 3 [b] Et
reſpondens Ieſus dixit ad Legiſperitos &
Phariſæos, dicẽs, Si licet ſabbatho curare?
4 At illi tacuerunt. ipſe verò apprehẽſum
ſanauit eum: ac dimiſit. 5 Et reſpondens
ad illos, dixit, Cuius veſtrûm aſinus aut
bos

h *Dicentes illi.*] Cùm disputationibus, auctoritate & opinione apud populum obtenta, eum non poſſent auertere à ſtudio & contentione diſſeminandæ in populos doctrinę, metu absterrere conantur, & animi cõſtantiam tentant, quam populus etiã admirari ſolet; & ſi minorem experiatur, huius rei cauſa doctrinã contemnere. Illi autem illum nuntium illaſque minas ab Herode referendi auctores erant. Agnouit autem Ieſus quo animo illi veniſſent: indicauit illis ſe bene cognoſcere hoc' mandatum ab illis fuiſſe cu[...]tum & cerlatum; ideò iis ipſis referendum reſpõſum dedit.

i *Vulpi illi.*] qui non virtute, ſed fraude ac dolo & regnum obtinet, & rem gerit: neque poteſt quicquam fraus aduerſus eum cui detecta eſt. Dicite nihil me morari illius fraudes & artes quibus me deterrere conãtur, vnà cum ſtudio veſtro, vt qui norim quid ille agat, & quid mihi agendum ſit: & poteſtatem habeam agendi quæ iuſſus ſum agere: aduerſus hanc poteſtatem ille nihil poteſt calliditate ſua. nihil enim mihi imponere ſalli poteſt, nihil malè interpretari, vtpote qui in beneficiis faciendis, in ægrotis ſanandis, in hac regione occuper. id autem *hodie & cras* faciam: namque temporum opportunitates in mea manu ſunt; neque ab illo intercipi poſſunt. loca etiam in quibus agendum mihi, viuendum aut moriendum, certa ſunt mihi. non illi itaq; neque ſuę calliditati, neque conſilio ſu[o], imò neque regioni ſuæ quicquam in me conceditur. Ero ergo hîc benefaciens, & publicæ vtilitati conſulens per hos paucos dies: pòſt cùm mihi conſtitutum eſt, tunc abſoluar hoc opere, & diſcedam, redibóque Ieroſolymam, ibique occidar, poſtquam miniſterium meum in hominum beneficium conſummauero. tunc veniam Ieroſolymam, ſcio vos meam mortem quærere, continget Ieroſolymis, quæ iam eſt facta Prophetarum macellum. ex domo Dei, quæ olim vobis fuit: cui grauiſſima ruina impendet, quam ego auertere ſtudui, ſed ipſa noluit. Vobis autem Ieroſolymitanis Phariſæis prædico, quòd non videbitis me, donec me vobis publicè regem acclamatione & appellatione diuino Spiritu excitata, [...] ulero.

CAP. XIIII.

a *Obſeruabant eum*] an in menſa, in benedictionibus atque aliis rebus, quæ ſabbatho ſtudioſè curabantur & obſeruabantur ab illis ip[ſe] deficeret, vel contra ſcrupuloſam interpretationem legis, vel conſuetudinem receptam, an ſeruile opus aliquod faceret. hoc ſtudio fuerat inuitatus ab illis.

b *Reſpondens.*] Proponens quæſtionem, vt fieri ſolebat inter Scribas & Phariſæos.

bos in puteum cadet: & non continuò ex-
trahet illum die ſabbathi? 6 [c] Et non po-
terant ad hæc reſpondere illi. 7 Dicebat
B autem & ad inuitatos parabolam, inten-
dens quomodo primos accubitus elige-
rent, 8 dicēs ad illos, [d] Cùm inuitatus fue-
* ab aliquo. 6.5. ris * ad nuptias, non diſcumbas in primo
loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus
ab illo: 9 & veniens is qui te & illum vo-
cauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc
incipias cum rubore nouiſſimum locum
tenere. 10 ſed cùm vocatus fueris, vade,
recumbe in nouiſſimo loco: vt cùm ve-
Prou.25.a.7 nerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice,
C aſcende ſuperiùs. Tunc erit tibi gloria co-
Mat.23.b.12 Infr.18.c.14 ram ſimul diſcumbentibus: 11 quia om-
nis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe
humiliat, exaltabitur. 12 Dicebat autem
Tob.4.b.7 Prou.3.a.9 & ei qui ſe inuitauerat, Cùm facis pran-
dium aut cœnā, noli vocare amicos tuos,
neque fratres tuos, neque cognatos, neq;
vicinos diuites: ne fortè te & ipſi reinui-
tent, & fiat tibi retributio. 13 ſed cùm
facis conuiuium, voca pauperes, debiles,
claudos, & cæcos: 14 & beatus eris, quia
non habent retribuere tibi: retribuetur
enim tibi [e] in reſurrectione iuſtorum.
D 15 Hęc cùm audiſſet quidam de ſimul diſ-
* manducat R. cumbentibus, dixit illi, Beatus [f] qui * man-
ducabit panem in regno Dei. 16 At ipſe
Mat 22.a.2 Apoc.19.c.9 dixit ei, Homo quidam fecit cœnam ma-
gnam, & vocauit multos. 17 Et miſit

c *Et non poterant reſpondere illi.*] Quia ex ipſorum tra[d]itionibus & conſuetudine licet, imò oportet iumento periclitanti ſuccurrere die ſabbathi, ſed conſequētiam ignorabant ſtultè ſatis; cuius ſtultitię arguuntur à Ieſu.

d *Cùm inuitatus fueris.*] Ambitionis morbo, quo maximè laborabant, curare eos volebat Ieſus, & ad modeſtiam & contemptum ſui traducere, quæ prima ſapientiæ ianua eſt: ita fieret, vt facilè meliora docentē audirent & ſuſciperent. Namque ambitio tollit diſciplinæ modeſtiam & docilitatem omnem.

e *In reſurrectione iuſtorum.*] Oratione Scribis & Phariſæis vſitatiſſima vtitur Ieſus: namque in doctrinali ſermone *reſurrectio iuſtorum* dicitur ſtatus & conditio iuſtorum poſt reſurrectionem: iniuſti non tam aptè dicuntur reſurgere: quanquam enim reſurrecturi ſunt, tamen reſurgent ad mortem, hoc eſt, ad ignem æternum, quod eſt mors ſecunda. Erat autem Scribarum & Phariſæorum doctrina in hoc argumento recta & vera, Saducæis contraria: nam & reſurrectionem & præmium bonorum operū Scribæ & Phariſæi credebant, quod Ieſus probat: Saducæi vtrumque negabant.

f *Qui manducabit panem in regno Dei.*] Quòd audiret dicentem Ieſum beatum futurum, qui pauperes & debiles, & c[æcos] in[uit]aret, reſpondit, Atqui ſi ita eſt, [mu]ltum melius conuiuiū eſt, quam pauperum & claudorū, quod [ex]pectatur in menſa regni Dei.

ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis
vt venirent, quia iam parata ſunt omnia.
18 Et cœperũt ſimul omnes excuſare. Pri-
mus dixit ei, [a] Villam emi, & neceſſe ha-
beo exire & videre illam, rogo te habe me
excuſatum. 19 Et alter dixit, [b] Iuga boum
emi quinque, & eo probare illa, rogo te
habe me excuſatum. 20 Et alius dixit,
[c] Vxorem duxi, & ideò nõ poſſum venire.
21 Et reuerſus ſeruus, nũtiauit hæc domi-
no ſuo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit E
ſeruo ſuo, [d] Exi citò in plateas & vicos ci-
uitatis: & pauperes ac debiles, & cæcos &
claudos introduc huc. 22 Et ait ſeruus,
Domine, factum eſt vt imperaſti: & adhuc
locus eſt. 23 Et ait dominus ſeruo, Exi in
vias & ſepes, & [e] compelle intrare, vt im-
pleatur domus mea. 24 [f] Dico autem vo-
bis, quòd nemo virorum illorum qui vo-
cati ſunt, guſtabit cœnam meam.
25 Ibant autem turbæ multæ cum eo: &
conuerſus dixit ad illos, 26 Si quis venit *Mat.10.d.37*
ad me, [g] & non odit patrem ſuum & ma-
trem, & vxorem & filios, & fratres & ſo-
rores, adhuc autem & animam ſuam: non
poteſt meus eſſe diſcipulus. 27 Et qui nõ *Mat.10.d.38 & 16.d.24*
baiulat crucem ſuam, & venit poſt me: nõ *Marc.8.d.34*
poteſt meus eſſe diſcipulus. 28 Quis e- F
nim ex vobis [h] volens turrim ædificare,

non

a *Villam emi.*] diuitiarum & opum ſtudium.

b *Iuga boum quinque.*] negotiatio & rei augendæ ſtudium. *Habe me excuſatum*, non depellas me à gratia tua.

c *Vxorem duxi.*] cognationis & amicitiarum impedimenta, quibus homines perſæpè à pietatis ſimplici & puro cultu auertuntur. huc pertinent honores, ambitiones, & mundi gloria. hæc ita auertunt à conuiuio animos, vt abſolutè dicat, *Non poſſum venire.*

d *Exi citò in plateas.*] Cùm præcipui inter inuitatos, hoc eſt, Scribæ & Phariſæi & ſeniores, quorum erat cognoſcere Dei beneficium & accipere, caducarum rerum cauſa recuſauerint conuiuium atque deſpexerint, vocati ſunt piſcatores, meretrices, & alij mundo contemptibiles ex Iſraelitis, & in conuiuium regni cæleſtis admiſſi.

e *Compelle intrare.*] Vocatione euangelica refertum eſt conuiuium gentium nationibus variis aduenientibus. Illud autem *compelle*, non vim ad trahendum inuitos, ſed multitudinem vocatorum & venientium ſignificat, qui tot futuri erant, vt ad intrandum cogendi eſſent; magna copia ac frequentia, id quod ſtatim exponitur, *vt impleatur domus mea.* Namque infideles non compelluntur, ſed inuitãtur & vocantur ad Eccleſiam: ſecus eſt de iis qui cõuiuium anteà cognouerant, probarant, promiſerant ſe eò venturos, & poſteà cùm tempus adeſſet, noluerunt: in eos paterfamiliâs iraſcitur. Si qua compulſio eſt aliorũ, ea eſt Baptiſmus pœnitentię, hoc eſt, deteſtatio prioris erroris.

f *Dico autem vobis, quod nemo, &c.*] Horrenda ſentẽtia reprobationis: verùm iuſtiſſima in Iudæos, qui noluerunt obedire Euangelio gloriæ Chriſti; & in eos qui illorum exemplum fuerint ſecuti.

g *Et non odit.*] Examen diſcipulorũ à Chriſto probandorum. quod per parabolam dictum fuerat de Scribis, Phariſæis, &c. apertè declaratur pertinere ad omnes Chriſti diſcipulos.

h *Volens ædificare turrim.*] Ex recepta & nota conſuetudine rerum gerendarum ea docet Ieſus, quæ in negociatione ſalutis iniri ac teneri magis oportuerit. Nemo, inquit, magnas res ſuſcipit, niſi conſtituto rerum fine prouideat & paret ea ſine quibus res confici nequit. Hęc res omnium maxima eſt, vt quis ſalutem æternam aſſequatur, & regnum cæleſte contra tot diaboli ac mundi impedimenta & pugnas. huius expeditionis apparatus eſt, credere Euangelio, & renuntiare ex corde omnibus quæ poſſidet, ita vt ſit tanquã nihil poſſidens: neque illis magis afficiatur, quàm ſi omnino careret: nihilque omnino illis detineatur, cùm relinquere ea expedierit doctrinæ meæ cauſa.

e nónne MS.q.R.

ᵉnon prius ſedẽs, computat ſumptus qui
neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum:
29 ne poſteà quàm poſuerit fundamentũ,
& non potuerit perficere, omnes qui vi-
dent, incipiant illudere ei, 30 dicentes,
Quia hic homo cœpit ædificare, & non
potuit conſummare? 31 Aut quis rex itu-
G rus committere bellum aduerſus alium
regem, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit
cum decem millibus occurrere ei, qui cũ
viginti millibus venit ad ſe? 32 alioquin
adhuc illo longè agente, legationem mit-
tens, rogat ea quæ pacis ſunt. 33 Sic ergo
omnis ex vobis qui non renuntiat omni-
bus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe
Mat.5.b.13 Marc.9.g.50 diſcipulus. 34 ⁱBonum eſt ſal. Si autẽ ſal*
* quoque MS.5. euanuerit: in quo condietur? 35 Neque
in terram, neque in ſterquiliniũ vtile eſt,
ſed foras mittetur. Qui habet aures au-
diendi audiat.

## CAP. XV.

A Erant ᵃautem appropinquãtes ei publi-
cani & peccatores vt audirent illum.
2 Et murmurabant Phariſæi & Scribę, di-
centes, ᵇQuia hic peccatores recipit, &
Mat.18.b.12 manducat cum illis. 3 Et ait ad illos pa-
rabolam iſtam, dicens, Quis ex vobis ho-
mo qui habet centũ oues: 4 & ᶜſi perdide-
rit vnam ex illis, nónne dimittit nonagin-
ta nouem in deſerto, & vadit ad illam quę
perierat donec inueniat eam? 5 Et cùm
inuenerit eam, imponit in humeros ſuos
gaudens:

i *Bonum eſt ſal.*] Fuit in ore Ieſu hęc ſententia frequens, ad varia argumẽta eiuſdem rationis. Hoc in loco illã argumentationẽ facit per parabolã. Bonum eſt, inquit, cognoſcere me ac doctrinam meã: & is qui cognoſcit, & cognoſcendo facit ea quæ oportet, bonus eſt & vtilis. is verò qui tãtùm nomine & verbis, orationeque meã profitetur diſciplinã, diſcipulus quidem in ſpeciem videtur, virtute autem non eſt meus diſcipulus, neque magis ſibi vtilis, neque mihi ad vllã rem gratus, quàm ſal, qui conſeruata ſpecie & facie ſalis, euaneſcit: id enim inutile prorſus eſt, omninoque abiici oportet. Et quoniam hoc durum, vti videtur, & graue hominibus ſui ipſorum amantibus; atque etiam iis qui ſapientes ſibi videntur, tamen veriſſimum certiſſimumque eſt. Quamobrem, *qui habet aures audiendi audiat.*

CAP. XV.

a *Erant autem.*] Admirabilis Dei miſericordia lætiſſimum peccatoribus Euangelium, atque ſummo ſtudio audiendum, omnique diligentia excipiendum.

b *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.*] Iudaici populi ratio trifariam d[iui]ſa erat, quod ad religionis attinet obſeruationem. Erant primo in gradu opinionis & æſtimationis Phariſæi: ſecundo loco Sapientũ diſcipuli, hoc eſt, ij qui non adeò auſteram vitam atque Phariſæi profitebãtur; tamen in mandatorum & traditionum obſeruatione nihil faciendũ in vita ducebant, niſi quod ex Scribarum & Sapientum ſententia aut interpretatione profectũ eſſet. tertio loco habebantur ij qui Populus terrę dicuntur, in quibus non manife[ſ]tarij peccatores, ſed communis vitæ homines continebantur: nam publicani & peccatores noti, nullum gradũ tenebant in opinione iſtorũ: ſed indigni omnino habebãtur conſortio aut colloquio duarũ illarũ primarũ cl[a]ſſiũ. Ieſus autẽ à Phariſęis & Scribis reprehẽdebatur & inſimulabatur apud populum, quòd non ſolùm ſapientum perfectionem, ſed neq; Diſcipuli ſapiẽtum mediocritatem ſeruaret: quippe in traditionibus vnum ex ſex opprobriis, quæ Sapientũ diſcipuli vitare iubebantur, erat conuiuium & comeſſatio cum populo terræ; nedum cum publicanis & peccatoribus. Traditio extat in lib. de Benedictionib. cap. [illegible]

c *Si perdiderit vnam ex illis.*] Vos negligitis, ſpernitis, deteſtamini peccatores & publicanos, ex illa regula veſtra, Turpe eſt Diſcipulo ſapientum veſci

cum populo terræ. ergo, graue & leue, vt vos arguere ſoletis, turpius eſt cum publicanis & peccatoribus comeſſari; ne videlicet is fiat illis ſimilis. Atqui vos cupitis pietatem propagari vt cupere debetis: oportet ergo operam dare vt quamplurimi ſalui fiant. atque in iis qui ſeſponte diſciplinæ pietatis dedunt ducendos & agendos, nullus eſt ferè labor, ſed hi pauci ſunt. Non igitur committẽdum eſt vt illi alij multi vel populus terræ, vel peccatores manifeſtarij, eorum qui ſeſe meliores exiſtimant, vel negligentia pereant, vel ſuperbia ac deſpectione à pietate omnino abalienentur: maximè cùm ipſi doceri cupiant, & doctrinam non contemnant aut repudient. ſed vltrò etiã doctorem ſequantur, & doceri ſe gaudeant. Quærendi huiuſmodi homines erant ad ipſorum ſalutẽ magno ſtudio ac labore, etiam ſi pauci, atque adeò ſi vnus tantùm eſſet: nedum tam multi cùm ſint, & facilè reuocari ab errore poſſint, atque ipſi vltrò paſtorem petere & quærere cernantur, ſint repudiandi: id quod in minori exemplo veſtræ ſententiæ iudiciis confirmabo: Nam *quis ex vobis*, &c. &, *Homo quidam*, &c. Tertia ſimilitudo amplificationem cõtinet, & complexionem totius diſputationis.

gaudens: 6 & veniens domum conuocat B
amicos & vicinos, dicens illis, Congratu-
lamini mihi, quia inueni ouem meam quę
perierat? 7 Dico vobis, quòd ita gaudium
erit in cælo ſuper vno peccatore pœniten-
tiam agẽte, quàm ſuper nonagintanouem
iuſtis qui non indigent pœnitentia.
8 Aut quæ mulier habens drachmas de-
cem: ſi perdiderit drachmam vnam, nõne
accendit lucernam, & "euertit' domum, & "euertit. MS. R. G. S.
quærit diligenter, donec inueniat*? 9 Et *eam, MS. G.
cùm inuenerit, conuocat amicas & vici-
nas, dicens: Congratulamini mihi, quia
inueni drachmam quam perdideram?
10 Ita, dico vobis, gaudium erit coram an- C
gelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã
agente. 11 Ait autem, Homo quidã ha-
buit duos filios: 12 & dixit adoleſcentior
ex illis patri, Pater, da mihi portionẽ ſub-
ſtantiæ quæ me contingit. Et diuiſit illis
ſubſtantiam. 13 Et non poſt multos dies,
congregatis omnibus, adoleſcẽtior filius
peregrè profectus eſt in regionem longin-
quam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam
viuendo luxurioſè. 14 Et poſtquàm om- D
nia "conſummaſſet', facta eſt fames vali- "conſumpſiſ[illegible] G. S.
da in regione illa, & ipſe cœpit egere. [illegible] diſſipaſſet 1 MS.
15 Et abiit, & adhęſit vni ciuium regionis
illius. Et miſit illum in villam ſuam vt
paſceret porcos. 16 Et cupiebat implere
ventrem ſuum de ſiliquis quas porci man-
ducabant: & nemo illi dabat. 17 In ſe
autem

* in domo ui.s. autem reuerſus dixit, Quanti mercenarij*
patris mei abundant panibus: ego autem
hîc fame pereo! 18 Surgam, & ibo ad pa-
trem meum, & dicam ei, Pater, peccaui
* & Mt. 8. 8. in cælum & coram te: 19 * iam non ſum
dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ
de mercenariis tuis. 20 Et ſurgens vênit
ad patrem ſuum. [a] Cùm autem adhuc lõ-
gè eſſet, vidit illum pater ipſius, & miſe-
ricordia motus eſt, & accurrens cecidit
ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum.
21 Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cæ-
lum & coram te: iam non ſum dignus vo-
cari filius tuus. 22 Dixit autem pater ad
ſeruos ſuos, Citò proferte ſtolam primã,
& induite illum, & date annulum in ma-
num eius, & calceamenta in pedes eius:
F 23 & adducite vitulum ſaginatum, & oc-
cidite, & manducemus, & epulemur:
24 quia hic filius meus mortuus erat, &
reuixit; perierat, & inuentus eſt. Et cœpe-
runt epulari. 25 Erat autem filius eius ſe-
nior in agro. & cùm veniret & appropin-
quaret domui, audiuit ſymphoniam &
chorum: 26 & vocauit vnum de ſeruis,
& interrogauit quid hæc eſſent. 27 Iſque
dixit illi, Frater tuus venit, & occîdit pa-
ter tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluum
illum recepit. 28 Indignatus eſt autem,
& nolebat introire. Pater ergo illi' egreſ-
ſus cœpit rogare illum. 29 At ille reſpõ-
dens, dixit patri ſuo, Ecce tot annis ſeruio

a *Cùm autem adhuc longè eſſet.*] Non ſolùm non eſt repudiatus & neglectus, ſed vltro etiam obuiam facto patre ſuſceptus & deductus. Hoc miſericordiæ humanæ in bono patre erga pœnitentem filium exemplum, cur negare debetis Deo, quem omnium hominum parentem, eundémque miſericordiſſimum eſſe fatemur? Cur ergo vos inuidetis vel diuinæ miſericordiæ, vel fratrum veſtrorũ ſaluti? quos non ſolùm auerſari, ſed ſummo gaudio & publica lætitia excipi oportuerat? nam pater optimus filium bonum ſtultæ inuidentiæ meritò arguit.

tibi, & nunquam mandatum tuum præ- G
teriui, & nunquam dediſti mihi hœdum
vt cum amicis meis epularer: 30 ſed poſt-
quam filius tuus hic, qui deuorauit ſub-
ſtantiam "ſuam' cum meretricibus vênit, [illegible]
occidiſti illi vitulũ ſaginatum. 31 At ipſe
dixit illi, Fili, tu ſemper mecũ es, [b] & om-
nia mea tua ſunt. 32 epulari autem & gau-
dere oportebat, quia frater tuus hic mor-
tuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus
eſt.

## CAP. XVI.

DIcebat autẽ & ad diſcipulos ſuos, Ho- A
mo quidã erat diues qui habebat villi-
cum: & hic diffamatus eſt apud illũ, qua-
ſi diſſipaſſet bona ipſius. 2 Et vocauit il-
lum, & ait illi, Quid hoc audio de te? red-
de rationem villicationis tuæ: iam enim
non poteris villicare. 3 Ait autem villicus
intra ſe, Quid faciam quia dominus meus
aufert à me villicationem? fodere non va-
leo, mendicare erubeſco. 4 Scio quid fa-
ciam, vt cùm amotus fuero à villicatione,
recipiant me in domos ſuas. 5 Conuoca-
tis itaque ſingulis debitorib⁹ domini ſui,
dicebat primo, Quantum debes domino B
meo? 6 At ille dicit, Centum "cados' olei. [illegible]
Dixitque illi, Accipe cautionem tuam: &
ſede, citò ſcribe quinquaginta. 7 Deinde
alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui
ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe
literas tuas, & ſcribe octoginta. 8 [a] Et lau-
dauit dominus villicum iniquitatis, quia
prudentes

b *Et omnia mea tua ſunt.*] Nihil tibi deſit ex bonis meis, quod vtile aut iucundum eſſe poſſit, ſtudio piè atque officioſè erga me agenti.

a *Et laudauit dominus.*] Miratus eſt prudentiam iniqui villici ſui, quòd aliqua rerum ſibi commiſſarum parte non ita malè abuſus eſſet, vt non aliquando frueretur. nam anteà neque in ſuos, neque in domini vſus res expoſuerat ſibi creditas.

prudenter feciſſet: [b] quia filij huius ſeculi,
prudentiores filiis lucis in generatione ſua
ſunt. 9 Et ego vobis dico, facite vobis a-
C micos [c] de mammóna iniquitatis: vt cùm
defeceritis, [d] recipiant vos in æterna taber-
nacula. 10 Qui fidelis eſt in minimo, &
in maiori fidelis eſt: & qui in modico ini-
quus eſt, & in maiori iniquus eſt. 11 Si
ergo in iniquo mammóna fideles nõ fui-
credet MS. R. G S. ſtis: [e] quod verum eſt, quis "credat' vobis?
12 Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod
Mat.6.c.24 veſtrum eſt, quis dabit vobis? 13 [f] Nemo
ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire, aut
enim vnum odiet, & alterum diliget: aut
vni adhærebit, & alterum cõtemnet. non
poteſtis Deo ſeruire & mammónæ.
g & e. 14 Audiebant autem omnia hæc * Phari-
ſæi [g] qui erant auari: & deridebant illum.
D 15 Et ait illis, Vos eſtis [h] qui iuſtificatis vos
coram hominibus, Deus autẽ nouit cor-
da veſtra, quia quod hominibus altũ eſt,
Mat.11.b.12 abominatio eſt ante Deum. 16 [i] Lex &
Prophetæ vſque ad Iohannem. ex eo re-
gnum Dei euãgelizatur, & omnis in illud

h 2 vim

b *Quia filij huius ſeculi.*] In rebus huius vitæ commoditatẽ & vſum ſpectantibus callidiores & prudentiores multo ſunt perditi etiam homines, qui religionis cancellos & metas prętergrediuntur, quam ij qui à vero & æquo cognoſcendo & obſeruando diſcedere nolunt.

c *De mammóna iniquitatis.*] de diuitiis quæ cumulari innocẽter vix poſſunt: & ſi iuſtè partæ fuerint, non poſſunt tamen ſine ſcelere retineri. Neque ſolùm pecuniarum diuitias ſed omne donum, omnis copia, omnis a Deo tributa facultas hoc loco ſignificatur, quibus cùm aliquãdo ſimus abuſi, rectè tandem & in aliorum vtilitatẽ noſtramque ſalutem vti oportet & expedit: nam hæc pietatis exercitatio erga alios, plurimum habet momẽti apud Deum ad condonationem prętentorum delictorum.

d *Recipiant vos in æterna tabernacula.*] Multum valere bene merita erga pauperes, multumque eorum qui beneficium acceperint, preces & commendationes poſſe apud Deum, apertiſſimè hoc loco docemur.

e *Quod verum eſt quis credat vobis?*] Vos eſſe diffamatos apud Deũ, quòd bona ipſius diſſipaueritis, ex hoc arguitur, quòd abuſi fueritis diuitiis, facultatibus & aliis donis ab ipſo acceptis. Sed quis credet illud maximum & veriſſimum donum quod nemo ſcit, niſi qui accipit, iis quorum fides & diligentia atque induſtria in minimarum & fluxarum rerũ vſu factis periculis eſt deſiderata?

f *Nemo ſeruus.*] Nemo ſe poteſt ita addicere duobus dominis pugnantia inter ſe iubentibus, vt vtrique ſatisfaciat & placeat. Nam profectò odij eſt aperti nolle placere alicui. ſed mammona petit rem, quocũque modo rem: Deus petit, Frange eſurienti panem tuum; &, diuitiæ ſi affluant, noli cor apponere. Qui vtrumuis amarit, alterũ oderit, hoc eſt, alterius doctrinam & iuſſa: ſi quammaximè quis Deum odiſſe non poſſit, vtpote ſummè bonum, & qui nulla ex parte odio haberi poſſit, tamen illius diſciplinam & imperium qui reſpuit, alterius rei amore & ſtudio, odiſſe dicendus eſt verè: & non totùm odeit, ſed tandem abalienatus contemnet poſthabitũ imperio illius cui adhærebit. Hæc dura videntur multis, ſed veriſſima ſunt, ſi amorem ex ſtudio cognoſcere oporteat, vti cognoſci oportere Ieſus aliâ docuit.

g *Qui erant auari.*] manifeſtæ auaritiæ notati, quòd ſibi tantum ſi[...] ſimillimis quàm commodiſſimè eſſe cuperent, cæterorũ commodis, aut etiam inopiæ minimè omnium conniuerent.

h *Qui iuſtificatis vos.*] Qui affirmatis veſtrum vitæ inſtitutum eſſe omnium optimum, vnuſquiſque ſe ob eam rem populo vti iuſtum venditat: atqui Deus alia ratione ſingulorum hominum ſanctitatem & iuſtitiam metitur, quàm hominum filiorum Adam ſententia metiri ſoleat. Quædam enim hominibus, nihil præſtantius quàm pro humano ingenio ſapientibus, videntur laudãda & in ſublime tollenda, quæ Deus abominatur.

i *Lex & Prophetæ.*] Summa ratio inueniendæ veræ definitionis vtriuſque iuſtitiæ & legis & Chriſti. In Lege & Prophetis vſque ad Iohannem apertiſſima fuit diſciplina eius iuſtitiæ, qua iuſtus quiſ[...] poſſet, eo iuſtitiæ genere quod ex libero arbitrio & gratia Dei contingere hominibus poteſt. Iohannes hanc iuſtitiam cùm deficeret, pœnitentiam indicebat, *Ex illo tempore regnum Dei euangelizatur*: & cùm non adeatur à filiis regni, omnis hominum conditio inuadere conatur illud, tandemque obtinebit fide & pœnitentia.

vim facit. 17 [a] Facilius eſt autem cælum *Mat.5.c.18*
& terram præterire, quàm de lege vnum
apicem cadere. 18 Omnis qui dimittit *Mat.5.c.32 Mar.10.b.11 1 Cor.7.b.10*
vxorem ſuam, & alterá ducit, mœchatur:
& qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur.
19 [b] Homo quidam erat diues, ʺ& ʼindue- ʺqui &
batur purpura & byſſo: & epulabatur E
quotidie ſplendidè. 20 Et erat quidam
mēdicus nomine Lazarus, qui iacebat ad
ianuam eius, vlceribus plenus: 21 cupiens
ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa
diuitis, * ſed & canes veniebant, & linge- ** & nemo illi dabat Msq.*
bant vlcera eius. 22 [c] Factum eſt autem vt
moreretur mendicus, & portaretur ab an-
gelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt au-
tem & diues: & ſepultus ʺ eſt in inferno. ʺeſt. Et in inferno ele-
23 Eleuans autemʼ oculos ſuos cùm eſſet in uans. *Aug. ſerm.25. de*
tormentis, vidit Abraham álonge, & La- *diuerſis. & alibi.*
zarum in ſinu eius: 24 & ipſe clamãs di- F
xit, Pater Abraham, miſerere mei, & mit-
te Lazarum vt intingat extremum digiti
ſui in aquam, vt refrigeret linguã meam,
quia crucior in hac flamma. 25 Et dixit
illi Abraham, Fili, recordare quia recepi-
ſti bona in vita tua, & [d] Lazarus ſimiliter
mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò
cruciaris. 26 & in his omnibus, inter nos
& vos ʺchaosʼ magnum firmatum eſt: vt ʺ chaſma eſt Græcè, quod
hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non hiatum ſigni-
poſſint, neque inde huc tranſmeare. [illegible]
27 Et ait, Rogo ergo te, pater, vt mittas eũ G
in domũ patris mei; [e] habeo enim quinque
fratres:

a *Facilius eſt autem.*] Non dixi legem fuiſſe vſque ad Iohannem in eam ſententiam, vt poſt Iohannem abrogatam aut otioſam legem eſſe puteris, imò vt poſteà in regni cælorum tempore multo diligentius obſeruãdam eſſe ſciatis. namque conſtantior eſt legis ſanctitas, quàm cæli ac terræ duratio. Erit autem adeò exactè cognoſcenda & obſeruanda lex ab iis qui regni Dei compotes fuerint, vt intelligatur neque minimum apicẽ eſſe prętermittendum aut latè producendũ, quin omnia obſeruentur: id quod dimiſſionis vxoris ratio apertiſſimè tunc docebit, vtpote quæ maiori religione & intelligi & caueri debeat, quàm hoc tempore à vobis vel intelligitur vel cauetur.

b *Homo quidam.*] Duæ partes ſunt iuſtitiæ eius, quam lex diuina exigit ab hominibus qui iuſtitiam Dei expetunt; altera in fuga malorum, altera in bonorum ſtudio verſatur: illa exactè ac diligenter obſeruari, hæc ſtudioſè præſtari debet. nam ſi quis alteram obſeruet, alteram verò negligat, videlicet beneficentiam, non poterit ſeruari, vt *Homo quidam* qui *erat diues*, &c.

c *Factum eſt.*] Contigit mendico prior mors, cuius labores morte finiti fuêre at verò diues poſterior mortuus eſt, eiuſque honor vſque ad funeris pompã eſt productus: de cetero autẽ miſerrima conditione exceptus. namque in inferno *eleuans oculos ſuos, vidit Abraham álonge, & Lazarum in ſinu eius*, quem ille neque micis de mẽſa cadentibus leuare curauerat, & tamen nouerat.

d *Lazarus ſimiliter.*] Eodem tempore quo tibi bene & ſuauiter erat in vita, cum Lazaro miſerè & laborioſè agebatur. *nunc autem, &c.* hic nondũ fruitur æternis illis bonis, verùm cõſolationem accipit ex fide atque ſpe illorum, & ex conditione qua nunc vtitur longiſſimè à veſtra iſta diſtãte.

e *Habeo enim quinque fratres*] diuites etiam, qui omnes periclitantur eadẽ cauſa qua ego in hanc miſeriarum extremam ſortem deueni.

fratres: 28 vt teſtetur illis, ne & ipſi veniãt
in hunc locum tormentorum. 29 Et ait
illi Abraham, [f]Habẽt Moyſen & Prophe-
tas: audiant illos. 30 At ille dixit, Non,
pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ie-
rit ad eos, pœnitentiam agent. 31 Ait au-
tem illi, [g]Si Moyſen & Prophetas non au-
diunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexe-
rit, credent.

## CAP. XVII.

A ET ait ad diſcipulos ſuos, [a]Impoſſibile
eſt vt non veniant ſcandala: væ autem
Mat.18.a.7 Mar.9.f.42 illi per quem veniunt. 2 [b]Vtilius eſt illi ſi
lapis molaris imponatur circa collũ eius,
& proiiciatur in mare, quàm vt ſcandali-
zet vnum de puſillis iſtis. 3 [c]Attendite
Mat.18.c.21 Leu.19.d.17 Eccl.19.b.13 vobis, Si peccauerit in te frater tuus, in-
crepa illum: & ſi pœnitentiam egerit, di-
mitte illi. 4 Et ſi ſepties in die peccauerit
in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad
te, dicens, Pœnitet me, dimitte illi.
5 Et dixerunt Apoſtoli Domino, [d]Adauge
Mat.17.c.20 nobis fidem. 6 Dixit autem Dominus,
Si haberetis fidem [e]ſicut granum ſinâpis,
B diceretis huic arbori moro, Eradicare &
tranſplantare in mare: & obediret vobis.
7 Quis autem veſtrûm habẽs ſeruũ aran-
tem aut paſcentem*, qui regreſſo de agro
dicat illi, Statim, tranſi, recumbe: 8 &
non *dicit ei, Para quod cœnem, & præ-
cinge te & miniſtra mihi donec manducẽ
& bibam, & poſt hæc tu manducabis &
bibes?

*boues, *oues, Ambr. *dicat

f *Habent Moyſen & Prophetas.*] Pleniſſimè doceri poſſunt Legis ac Prophetarum lectione, quid expediat, quid deceat, quid nõ; quæ ſit natura boni & mali, quę ſumma, quis vtriuſque finis.

g *Si Moyſen & Prophetas non audiunt.*] Manifeſta eſt & grauiſſima illorum librorum auctoritas, certiſſima doctrina ſæpiſſimè confirmata, aperta in illis conſpicitur Dei voluntas. prę-mia propoſita ſunt maxima obſeruãtibus, ſupplicia horrenda negligentibus. His rebus quicũquè non docetur & mouentur, neque priuatis miraculis, neque priuata magiſtri alicuius, quanquam etiam è mortuis extantis, auctoritate commouebuntur, vt credant, & credentes obediant.

CAP. XVII.

a *Impoſſibile eſt vt non veniant ſcãdala.*] Offenſiones & impedimenta perſæpe accidunt hominibus in veræ diſciplinæ atque iuſtitiæ via, propter maximam calliditatem ſerpentis antiqui, & procliuitatem humani cordis ad malum.

b *Vtilius eſt illi.*] Phraſis doctrinalis, qua ſignificatur aliquid quod vehementer caueri vitarique oporteat. Optare, inquit, potius debuit eiuſmodi homo mortem grauem, ignominioſam & ſine ſepulchro, quàm ſeſe auctorem aut impulſorẽ vel promotorẽ alicuius offenſionis præbere.

c *Attendite vobis.*] Cauete omnino quenquam hominem obiecto ſcandalo præcipitem dare, quanquam ab eo vel læſi vel offenſi, grauique iniuria irritati, tamen etiam ſæpius acceptam iniuriam condonare fratri pręſtat, quàm vel vindicta vel delatione maleuola, vel ira, & odio, vel temerario iudicio, vel alio quouis ſcandalo obiecto, viam ad ſalutẽ præcludere.

d *Adauge nobis fidem.*] Da nobis abũdè illam ſingularem fidem, quę hanc quam habemus ita amplificare poſſit, vt propter illam neque ſcandalum ponere cuiquam, neque ab alio poſitũ metuere poſſimus.

e *Sicut granum ſinapis.*] quod in quantitate notabili minimum eſt, illam adeò præſtantem adeoque efficacem experiemini, vt vel montes iuſſu trãſferre poſſitis. Eſt autem adeò neceſſaria vobis, vt ſine huius fidei virtute & facultate, nunquam poſſitis vel filij rite appellari, vel aliquid maximum & præſtantiſſimum efficere, cuiuſmodi ij qui verè filij Dei ſunt faciũt.

bibes? [9] Nunquid gratiam habet ſeruo
illi, quia fecit quę ei imperauerat? [10] Non C
puto. Sic & vos [a] cùm feceritis omnia quę
præcepta ſunt vobis, dicite, Serui inutiles
ſumus: quod debuimus facere, fecimus.
11 Et factum eſt, dum iret in Ieruſalem,
tranſibat per mediam Samariam & Gali-
læam. [12] Et cùm ingrederetur quoddam
caſtellũ, occurrerunt ei decem viri lepro-
ſi, qui ſteterunt álonge: [13] Et leuauerũt
vocem, dicentes, Ieſu præceptor, miſerere D
noſtri. [14] Quos vt vidit, dixit, Ite, oſten- *Leu. 14. a.*
dite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum
irent, mundati ſunt. [15] Vnus autem ex
illis, vt vidit quia mundatus eſt: regreſſus
eſt, cum magna voce magnificãs Deum:
16 & cécidit in faciem ante pedes eius, gra-
tias agens: & hic erat Samaritanus.
17 Reſpondens autem Ieſus, dixit, Nónne
decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt?
18 Non eſt inuentus qui rediret, & daret
gloriam Deo, niſi hic alienigena. [19] Et
ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluũ
fecit. [20] Interrogatus autem à Phariſæis,
[b] Quando venit regnum Dei? reſpondit
eis, & dixit, [c] Non venit regnum Dei cum
obſeruatione: [21] neque dicent, Ecce hîc,
aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei in-
tra vos eſt. [22] Et ait ad diſcipulos ſuos, E
[d] Venient dies quando deſideretis videre
vnum diem filij hominis: & nõ videbitis.
23 Et dicent vobis, Ecce hîc & ecce illic. *Mat. 24. b. 23. Mar. 13. c.*
Nolite

a *Cùm feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis.*] Nõ ſatis eſt legis præcepta obſeruare, & opere actioneque exequi, vt dicamini filij Dei: omnis enim homo vel eo ipſo quod homo eſt, & rationis compos, debet honeſtè viuere ſecundùm normam ipſa natura hominis dignam: aliâs brutorum ac belluarum deteriore nomine vocandus, non homo. Cùm autem fecerit quæ hominem facere oportet, non ob id Dei filius eſt dicendus, ſed homo, ſiue bonus homo ac rectus, & ex cõſequẽti famulus ſiue ſeruus Dei ideò autem inutilis, quòd non adeò rectè adeoq́ue purè & ſanctè atq; par fuerat, ea fecerit quę facere debuerit vbi verò hic idem fide inſtructus, & diuina gratia adiutus ſeruum bonum ſe exhibuerit præceptis pro virili obſeruandis, & prætereà ſuam imperfectionem confeſſus fuerit, adeò placebit Domino ſuo, vt ex ſeruitutis ſpiritu ad ſpiritum adoptionis filiorum tranſlatus Dei dono & gratia maxima, atque vt fide auctus diſcipuli poſtulabant, ſedeat, & comedat & bibat in menſa regni cum Chriſto; & clamet, Abba pater.

b *Quando venit regnum Dei?*] Quem terminum vel dierum, vel exercitationum, vel examinationum, aut exemplorum aliorum præſcribis ad obtinendum regnum Dei?

c *Non venit regnum Dei cum obſeruatione.*] Id quod verè ac rectè dici poteſt regnum Dei, non eſt certi temporis aut horæ, aut normæ & probationis; neque etiam certi loci, in quo neceſſariò illud adiri & obtineri debeat. Nam quantum ad locum, regnũ Dei purum & legitimum in animis hominũ in ipſis viſceribus collocatur; idq́ue repentè fit. De loco certiſſimè hæc docere poſſum, Spiritum illum, qui verè & non per imputationem aut imaginariam perſuaſionem obtinetur, intra animos hominum eſſe. De tempore nihil vobis affirmabo; ſed tantùm illud dicam, ea tempora & momenta poſita eſſe in Patris poteſtate, qui nemini donum negabit à ſe promiſſum, quicunque ad illud accipiendum ſeſe fide ac pœnitentia comparauerit. Hæc omnis ratio quod ad Spiritum ſanctum pertinet, arcana eſt, atque ſapientibus huius ſeculi difficilis, intellectuque obſcura, modeſtis & ſimplicibus facilior apertiorq́ue redditur.

d *Venient dies.*] Tempus erit quo regnum Dei manifeſtum ſit multis argumentis & exemplis aliorum, in quibus Spiritus ſanctus, & filij hominis virtus manebit. Sed poſt illud

tempus venient dies quando rariſſima vel pauciſſima exempla illius virtutis & efficientię atque præſtantiæ filij hominis in hominibus ſpectentur: ſi quis autem eo tempore illo diuino modo auctus fuerit, non videbitur ita manifeſtè ab aliis, propter ſummam & hominum cæcitatem, & ipſius modeſtiam in quo donum hoc fuerit. Tunc erunt, qui cùm neſciant quid ſit regnum, cuiuſmodi nam ſint filij hominis dies, tamen promittant aliis regnum, & duces ſeſe præbeant ad illud certò ſubeundum.

Nolite ire, neque ſectemini. 24 [e] nam ſi-
cut fulgur coruſcãs de ſub cælo, in ea quę
ſub cælo ſunt, fulget: ita erit filius homi-
nis in die ſua. 25 Primùm autem oportet
illum multa pati, & reprobari à genera-
Mat.24.e.73 Gen.7.d.5 tione hac. 26 Et ſicut factum eſt in diebus
Noë, ita erit & in diebus filij hominis.
F 27 Edebant, & bibebant, vxores ducebãt,
& dabãtur ad nuptias, vſque in diem qua
intrauit Noë in arcam: & vênit diluuium,
& perdidit omnes. 28 Similiter ſicut fa-
Gen.19.c.24 ctum eſt in diebus Lot: Edebant & bibe-
bant, emebant, & vendebant, plantabant,
4 MS.G. & ædificabant: 29 qua die autem exiit
Lot à Sódomis, pluit ignem & ſulphur de
cælo, & omnes perdidit: 30 ſecundũ hæc
erit [f] qua die filius hominis reuelabitur.
die 3 MS. R.C.S. 31 In illa hora qui fuerit in tecto, & vaſa
G eius in domo, ne deſcendat tollere illa: &
qui in agro, ſimiliter non redeat retrò.
Sup.9.c.24 Mat.10 d.39 Marc.8 d.35 Ioh.12 d.25 Mat.24 d.40 1 Thes.4.d.17 32 Memores eſtote vxoris Lot. 33 Qui-
cunque quæſierit animam ſuam ſaluam
facere, perdet illam: & quicunque perdi-
derit illam, viuificabit eam. 34 Dico vo-
bis, in illa nocte [g] erunt duo in lecto vno:
vnus aſſumetur, & alter relinquetur.
35 [h] duæ erunt molentes in vnum: vna aſſu-
8 MS cq. metur, & altera relinquetur. duo in agro:
vnus aſſumetur, & alter relinquetur.
36 Reſpon-

e *Nam ſicut fulgur.*] Explicatum eſt apud Matthæum.

f *Qua die filius hominis reuelabitur.*] Dies regni Dei, quod filij hominis præſentia, virtute & efficientia cognoſcitur, donaturque à Deo non oſcitantibus, ſed vigilantibus, & in officio permanentibus.

g *Erunt duo in lecto vno.*] Filius hominis ſecernit aliter quàm Scribarũ ratio, quæ dicit pares & ſocios in iugo pro eodem vnoque reputari: pares & ſocios in labore & ſtudio vitæ, pro eodem reputari in illo ſtudio, quanquam in religionis puritate impares ſint. Deinde ait ſeruos non cenſeri in numero eorum, qui congregationem Iſrael faciunt: neque etiam fœminas. à Deo autem ex duobus in lecto viro & fœmina, quanquam pro vno reputatis in iugo, tamẽ ille aſſumetur, qui ſeſe fide ac pœnitentia legitimè præparauerit. Neque reiicietur a regno Dei hoc modo deſcripto, vel fœmina, vel conditio aliqua ſeruilis.

h *Duæ molentes.*] quanquam fœminæ, quanquam ancillæ, ſeruiliſque conditionis ſint, tamen ea aſſumetur quæ officium ſuum, vt dictum eſt, purè ſancteque obſeruauerit.

36 Reſpondētes dicunt illi, Vbi Domine?
37 Qui dixit illis, Vbicunque fuerit cor-
pus, illuc congregabuntur & aquilæ.

## CAP. XVIII.

DIcebat autem & parabolam ad illos, Eccl.18.c.22 1 Theſ.5.c.17
[a] quoniā oportet ſemper orare & non A
deficere, 2 dicens, Iudex quidam erat in
quadam ciuitate, qui Deum non timebat,
& hominem non reuerebatur. 3 Vidua
autem quædam erat in ciuitate illa: & ve-
niebat ad eum, dicens, Vindica me de ad-
uerſario meo. 4 Et nolebat per multum
tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe, Et-
ſi Deum non timeo, nec hominem reue-
reor: 5 tamen quia moleſta eſt mihi hæc
vidua, vindicabo illam, ne in nouiſſimo
veniens ſuggillet me. 6 Ait autem Do- B
min9, Audite quid iudex iniquitatis dicit.
7 [b] Deus autem non faciet vindictam ele-
ctorum ſuorum clamantium ad ſe die ac
nocte: & patientiam habebit in illis?
8 Dico vobis quia citò faciet vindictam
illorum. Veruntamen filius hominis ve-
niens, [c] putas, inueniet fidem in terra?
9 Dixit autem & ad quoſdam qui in ſe cō-
fidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur
cæteros, parabolam iſtam:* 10 Duo ho- * dicēs, μου
mines aſcendebant in templū vt orarent:
vnus Phariſæus, & alter Publicanus.
11 Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat:
Deus [d] gratias ago tibi, quia nō ſum [e] ſicut
cæteri hominū: raptores, iniuſti, adulteri:
velut

CAP. XVIII.

a *Quoniam oportet ſemper orare.*] Vigilantiam & diligentiā in pietatis officiis à Deo exigi ex hominibus expectantibus regnū Dei, iam ſatis oſtendit Ieſus: huic autem vigilantiæ coniunctam eſſe oportere perpetuam & indefeſſam animi attentionem & affectionem erga Deum, & feruentem petitionem, cuius argumentum illud ſit, Adueniat regnum tuum. Hoc loco docet idem per exemplum & argumentationem ex contentione ſuſceptam namque orationis & orandi verbis illæ res nobis indicatæ ſignificantur.

b *Deus autem non faciet vindictam.*] Non liberabit à malo à quo vexantur? profectò vindicabit illos à malo, & in libertatem filiorum Dei aſſeret; quippe qui malum oderit, bonum diligat. quando & iudex iniquus qui bonum non diligebat, malū ſequebatur, tamen efflagitantem viduam vindicauit.

c *Putas, inueniet fidem in terra?*] Fidem illam, cuius portio, quantū granum ſinapis, transferre poteſt montes. hæc venienti filio hominis ad viſitādam terram, non inuenietur, culpa hominum qui vigilare & orare noluerint, vt illud fidei augmentum à Deo acciperent. Vigilare autem oportet perpetua pœnitentiæ exercitatione, & orare ſemper, petentes à Deo peccatorum remiſſionem, & illius fidei donum.

d *Gratias ago tibi.*] Huiuſmodi multæ gratulationes in Miſnaioth diſputatione De benedictionibus legūtur, præſcriptæ à Scribis, appellanturque ab illis Confeſſiones. hoc genus imitatus eſt Ieſus, iuxta ſuſcepti argumenti rationem.

e *Vt cæteri homines.*] vt populus terræ; ac multo minus vt hic publicanus, omnibus excello hoc vitæ genere & ſtatu in quo dego, quod ad præcepta negatiua attinet: quod verò ad affirmatiua, illos etiam longè ſupero: namque multa etiam ipſe mihi indixi ex animi mei certo conſilio & ſtudio facienda, quæ aliàs non tenebar facere ex lege, ſed ex abundāti ad meam conſummationem ſuſcepi.

velut etiam hic publicanus. 12 [a]Ieiuno
C bis in ſabbatho: [b]decimas do omniũ quæ
poſſideo. 13 Et publicanus à longe ſtans,
nolebat nec oculos ad cælum leuare: ſed
[c]percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus
propitius eſto mihi peccatori. 14 Dico
vobis, [d]deſcendit hic iuſtificatus in domũ
Sap.14.b.11 Mat.23.b.12 ſuam ab illo. quia omnis qui ſe exaltat,
humiliabitur: & qui ſe humiliat, exalta-
Mat.19.b.13 Mar.10.b.13 bitur. 15 Afferebant autem ad illum &
infantes, vt eos tangeret. Quod cùm vi
derent diſcipuli, increpabant illos.
16 Ieſus autem conuocans illos, dixit, Si-
nite pueros venire ad me, & nolite vetare
eos. talium eſt enim regnum Dei.
17 Amen dico vobis, [e]quicunque non ac-
D ceperit regnum Dei ſicut puer, non intra-
Mat.19.c.15 Mar.10.b.17 bit in illud. 18 Et interrogauit eum qui-
dam princeps, dicens, [f]Magiſter bone,
quid faciens vitam æternam poſſidebo?
19 Dixit autem ei Ieſus, Quid me dicis
bonum? nemo bonus niſi ſolus Deus.
Exo.20.b.13 20 Mãdata noſti: Non occides, Non mœ-
chaberis, Non furtum facies, Nõ falſum
teſtimonium dices, Honora patrem tuum
& matrem. 21 Qui ait, [g]Hæc omnia cu-
ſtodiui

a *Ieiuno bis in ſabbatho.*] in hebdomada, quæ incipit à ſabbatho, & deſinit in ſabbathum, *bis ieiuno*, cùm ex lege non obligentur Iſraelitę ieiunare, niſi ſemel tantùm in anno. vt verò ad orationem & macerationẽ carnis ieiunium vtile eſſe nouimus, ideoque propoſui mihi ſingulis hebdomadibus binis diebus ieiunare.

b *Decimas do omnium quæ poſſideo.*] Sapientum omnium qui de religionis & mandatorum obſeruatione ſcripſerunt, communis ſententia eſt, non deberi decimas, niſi ex fructibus terræ: quia ſic ſcriptum eſt, Fructus terræ tuæ decimabis. ſed hos non ſatis exactè ſolet decimare populus terræ; vnaque ex illius notis hæc eſt, vt in lib. Benedictionum cap. 7. traditur: in libro verò de NIDA cap. 6. excipiuntur à decimationis debito oua, & piſces, & lac, & caſeus, quia non ſunt fructus terræ, ſed fructus aquæ, aut fructus fructuum: ſed vt ibidem docetur, qui integriorem legis obſeruationem profitentur, omnia hæc etiam decimant. Eam igitur obſeruationem ſibi hac confeſſione gratulatur Phariſæus.

c *Percutiebat pectus.*] Seipſum debitorem peccatoremque confeſſus accuſabat, diuinamque miſericordiam appellabat.

d *Deſcendit.*] Ex templo rediit iuſtificatior illo: quia ille iuſtificatus erat ſua opinione & obſeruatione Phariſaica in oculis ſuis & vulgi, à quo nõ poterat accuſari vel admiſſi delicti, vel omiſſi ieiunij, &c. Sed Publicanus, qui publicè reprehendi poterat actæ in illis negotiis vitæ, & ipſe etiã ſe peccatorem accuſabat, deſcendit iuſtificatior, quippe diuina miſericordia implorata, exauditus eſt, & dimiſſa ſunt illi apud Deum peccata. Magis igitur iuſtificatus hic deſcendit, nempe iuſtificatione diuina affectus, quàm ille ſua tantùm & externa. Tanti refert animi modeſtiam in omni vitæ parte & actione ſeruare.

e *Quicunque non acceperit.*] Quicunque non reductus fuerit ad puerilem ſimplicitatem & probitatem, atque hoc vitæ genere & exemplo regni cæleſtis compos non fuerit, ſpiritu adoptionis accepto, non intrabit poſtea in illud poſſeſſurus iam poſt vitæ huius finem. Grauiſſima Ieſu ſententia & veriſſima.

f *Magiſter bone.*] Huiuſmodi elogiis & blanditiis ſalutari ſolent Sapientes Hebræorum à diſcipulis, vt in lib. Benedictio c. 3. Eum morem reprehendit Ieſus ex adulationis deteſtatione: quippe iam obtinuerat, vt vnuſquiſque ita affectus eſſet erga ſuos magiſtros, vt ex illorum exemplo & dicto tanquam diuino penderet: cùm tamen, quamuis bona ſententia cuiuſque hominis ſit ſi ex diuina non deducatur, non adeò laudanda eſt: vita verò nullius ita bona eſt, vt exceptionem non admittat. ſolus Deus bonitatem habet in ſe, & communicare aliis poteſt.

g *Hæc omnia cuſtodiui.*] Hæc cuſtodierat ſtudio vitæ æternæ. ille autem cupiebat vitam æternam poſſidere etiam in hac vita, quam à Ieſu ſæpè hoc modo promitti audierat. Namque ex iis quidif gentius de hac ratione diſputauerant, acceperat, Non eſſe vitam æternam ipſam mandatorum obſeruantiam, ſed eſſe vicinam vitæ æternæ. Ergo ſi vicina, nondum incola aut ciuis.

ſtodiui à iuuentute mea. 22 Quo audito,
Ieſus ait ei, [a] Adhuc vnum tibi deeſt: om- Mat. Mar
nia quæcunque habes vende, & da pau-
peribus, & habebis theſaurum in cælo:
& veni, ſequere me. 23 His ille auditis,
contriſtatus eſt: quia diues erat valde.
24 Videns autem Ieſus illum triſtem fa- E
ctum, dixit, Quàm difficile, qui pecu-
nias habent, in regnum Dei intrabunt!
25 [b] Facilius eſt enim camelum per fora-
men acus tranſire, quàm diuitem intra-
re in regnum Dei. 26 Et dixerunt qui
audiebant, Et quis poteſt ſaluus fieri?
27 Ait illis, Quæ impoſſibilia ſunt apud
homines, poſſibilia ſunt apud Deum.
28 Ait autem Petrus, Ecce, nos dimiſimus
omnia, & ſecuti ſumus te. 29 Qui dixit
eis, Amen dico vobis, nemo eſt qui reli-
quit domum, aut parentes, aut fratres,
aut vxorem, aut filios propter regnum
Dei, 30 & non recipiat multo plura [c] in
hoc tempore, & in ſeculo venturo vitam
æternam. 31 Aſſumpſit autem Ieſus duo- Matt. 20 Mar. 10
decim, & ait illis, Ecce aſcendimus Iero- F
ſolymam, & conſummabuntur omnia
quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio
hominis. 32 tradetur enim Gentibus, &
illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur:
33 & poſtquam flagellauerint, occident
eum, & tertia die reſurget. 34 [d] Et ipſi
nihil horum intellexerunt, & erat ver-
bum iſtud abſconditum ab eis, & non in-
telligebant

a *Adhuc vnum tibi deeſt.*] Legat hoc & obſeruet attentè Chriſtianus homo.

b *Facilius eſt enim camelum.*] Comparatio in doctrinalibus Iudæorum libris frequenter vſurpata, ad maximam rei aut negotij difficultatem arguendam.

c *In hoc tempore.*] Duo verba frequentiſſima in doctrinalibus ſermonibus, vbi de bonorum & malorum finibus agitur. בעולם הזה ובעולם הבא, id eſt, in ſeculo hoc & in ſeculo futuro. nam ſunt quæ tam quę præmium & mercedem habent in ſeculo hoc, alia verò in venturo, alia in vtroque.

d *Et ipſi nihil horum intellexerūt.*] quid eſſet conſummari omnia quæ ſcripta erant per Prophetas de filio hominis: quæ forma tradendi illum Gentibus, quo modo occidendus: quid eſſet tertia die reſurgere: & myſterium hoc erat abſcōditum illis, videlicet quorſum hæc omnia tenderent.

telligebant quæ dicebantur. [35] Factum
Mat. 20. d. 29 Mar. 10. g. 46 eſt autem, cùm appropinquaret Iericho,
cæcus quidam ſedebat ſecus viam, men-
G dicans. [36] Et cùm audiret turbam præ-
tereuntem, interrogabat quid hoc eſſet.
[37] Dixerunt autem ei, quòd Ieſus Naza-
renus tranſiret. [38] Et clamauit, dicens,
Ieſu fili Dauid miſerere mei. [39] Et qui
præibant, increpabant eum vt taceret.
Ipſe verò multò magis clamabat, Fili Da-
uid, miſerere mei. [40] Stans autem Ieſus,
iuſſit illum adduci ad ſe. Et cùm appro-
pinquaſſet, interrogauit illum, [41] dicens,
Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domi-
ne vt videam. [42] Et Ieſus dixit illi, Reſpi-
ce, fides tua te ſaluum fecit. [43] Et confe-
ſtim vidit, & ſequebatur illum magnifi-
cans Deum. Et omnis plebs vt vidit, [e] de-
dit laudem Deo.

e *Dedit laudem Deo.*] Confeſſi ſunt illud eſſe diuinum beneficium, ac diuina virtute factum, tale quæ fuêre efficacitatis Ieſu atque auctoritatis.

## CAP. XIX.

A ET ingreſſus perambulabat Iericho.
[2] Et ecce vir nomine Zachæus: & hic
princeps erat publicanorũ, & ipſe diues.
[3] & quærebat videre Ieſum, quis eſſet: &
non poterat præ turba, quia ſtatura puſil-
lus erat. [4] Et præcurrens aſcendit in ar-
borem ſycomorum vt videret eum: quia
inde erat tranſiturus. [5] Et cùm veniſſet
ad locum, [a] ſuſpiciens Ieſus vidit illum, &
dixit ad eum, Zachæe, feſtinans deſcẽde:
quia hodie in domo tua oportet me ma-
nere. [6] Et feſtinans deſcendit, & excepit

a *Suſpiciens illum Ieſus.*] qui nouerat hominis in ſe fidem & affectum probauerat, quippe ſciebat quid eſſet in homine. id quod & res ipſa declarauit, ſuſceptus enim eſt à Zachæo gaudẽte.

illum gaudens. 7 Et cùm viderent om-
nes, [a] murmurabant, dicentes quòd ad ho-
minem peccatorem diuertiſſet. 8 Stans
autem Zachæus, dixit ad "Dominum', Ec- 'Ieſum MS.S.
ce [b] dimidium bonorum meorum, Do- B
mine, do pauperibus: & ſiquid aliquem
defraudaui, reddo quadruplum. 9 Ait Ie-
ſus ad eum, Quia hodie ſalus domui huic
facta eſt: [c] eo quòd & ipſe filius ſit Abrahę.
10 [d] Venit enim filius hominis quærere & Mat.18.b.11
ſaluum facere quod perierat. 11 Hæc illis
audientibus adiiciens, dixit parabolam,
eo quòd eſſet prope Ieruſalem: [e] & quia
exiſtimarent quòd confeſtim regnum Dei
manifeſtaretur. 12 Dixit ergo, Homo Mat.25.b.14
quidam nobilis abiit in regionem longin- C
quam accipere ſibi regnum, & reuerti.
13 Vocatis auté decem ſeruis ſuis, dedit eis
decé mnas, & ait ad illos, Negotiamini
dum venio. 14 Ciues autem eius oderant
eum: & miſerunt legationem poſt illum,
dicentes, Nolumus hunc regnare ſuper
nos. 15 Et factum eſt, vt rediret accepto
regno: "& 'iuſſit vocari ſeruos, quibus de- "6 MS. 6.A.
dit pecuniam: vt ſciret quantum quiſque
negotiatus eſſet. 16 Vênit autem primus,
dicens, Domine, mna tua decem mnas
acquiſiuit. 17 Et ait illi, Euge bone ſerue,
quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſta-
tem habens ſuper decem ciuitates. 18 Et
alter vênit, dicens, Domine, mna tua fe-
cit quinque mnas. 19 Et huic ait, Et tu
eſto

a *Murmurabant.*] Omnes murmurabant, vtpote qui exteriori tantùm ſpecie iudicantes neſcirent quid in homine eſſet. & murmurabāt quòd tam ſapiens vir, & qui ſanctitatem vitæ perſuaderet aliis, cōſuetudinem iniret cum peccatore publico. ſed ille vt medicus erat ingreſſus, qui hominem peccatorem curaret.

b *Dimidium bonorum.*] quæ propriè mea dici poſſunt, hoc eſt, in quorum ratione nulla fraus interceſſerit, id nunc adſcribo pauperibus: & de malè partis volo abundè ſatisfacere, & plus etiam quàm ſatis eſt reddere.

c *Eo quod & ipſe.*] Quanquam peccator hic haſtenus vitiisque laborans fuerit, tamen filius Abrahæ erat ſecundum carnem, ſicut & cæteri; & curandus erat, non ſpernendus aut abiiciendus. Manifeſtum ergo iam fit meum ingreſſum in hanc domū ſalutis afferēdæ cauſa laudandū eſſe, non vituperandum, damnarique debere hominum temerarium iudiciū, en hic filius Abrahæ ſecundum carnem factus eſt integrè filius Abrahæ etiam ſecundum ſpiritum.

d *Venit enim filius hominis.*] quærere quod ab aliis reiiciebatur & negligebatur vt perditum, & ſanare, idque maximi medici opus eſt. nam leuiores morbi & leuius ægrotantes qui ſanari cupiunt, & vltro ſe offerunt medicis, promptum eſt curari, & tamen qui curant laudantur vulgò vehementer.

e *Et quia exiſtimarent.*] quòd audiſſent illum ſæpiſſimè diſſerentem de regno Dei, & nunc ſtudiosè petētem Ieroſolymam, & paulo ante præfatum de aſcenſu, & de toto illo negotio filij hominis parato. quod cùm non intellexiſſent quorſum euaderet, exiſtimarunt regnum Dei quocūque modo illud eſſet, ſiue externum, vt vulgò putabatur, ſiue alicuius maximæ dignitatis & ſplendoris cum ſpirituali amplitudine coniuncti, fore ſtatim iacundum. hac cogitatione diſcipuli ferè ſtatim atque effectum eſſet, beatos & regni illius compotes fore arbitrarentur: edocti autem ſunt à Ieſu, non eſſe regnū Dei ad certum tempus ac diem hominibus expectādum, etiam cùm illius ratio a rege ipſo confecta ſit & conſolidata: ſed perſiſtendum ſemper in officio ſingulis credito atque mandato, donec regi ipſi placeat, qui tamen nūquam negliget eos qui ſe diligenti ſtudio & vigilanti cura expectauerint: ſed opportunè aduenieſ ſuos in regnū adoptabit, & vnicuique addet gratiam pro ratione preſtiti officij, quod vnicuique fuerat creditum.

eſto ſuper quinque ciuitates. 20 Et alter
vênit, dicens, Domine, ecce mna tua quã
habui repoſitã in ſudario. 21 timui enim
te, [f] quia homo auſtêrus es: tollis quod nõ
poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti.
22 Dicit ei, De ore tuo te iudico, ſerue ne-
D quam. ſciebas quòd ego homo auſtêrus
ſum, tollens quod non poſui, & metens
quod non ſeminaui: 23 & quare non de-
diſti pecuniam meam ad menſam, & ego
veniens cum vſuris vtique exegiſſem illã?
24 Et aſtãtibus dixit, Auferte ab illo mnã,
& date illi qui decem mnas habet. 25 Et
dixerunt ei, Domine, habet decem mnas.
Sup 8.c.18 Mt.13.b.12 25.c.29 Mar.4.c.25 26 Dico autem vobis, quia [g] omni haben-
ti dabitur*: ab eo autem qui non habet, &
*& abundabit Mt. eq. quod habet auferetur ab eo. 27 Verun-
tamen [h] inimicos meos illos qui noluerũt
me regnare ſuper ſe, adducite huc: & in-
terficite ante me. 28 Et his dictis, præce-
E debat aſcendens Ieroſolymam. 29 Et fa-
Mt.21.a.1 Mar.11.a.1 ctum eſt, cùm appropinquaſſet ad Beth-
phage & Bethaniam ad montem qui vo-
catur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos,
*vos c. 30 dicens, Ite in caſtellum quod contra*
eſt: in quod introeuntes, inuenietis pul-
lum aſinæ alligatum, cui nemo vnquam
hominum ſedit: ſoluite illum, & addu-
cite. 31 Et ſiquis vos interrogauerit, Qua-
re ſoluitis? ſic dicetis ei, [i] Quia Domi-
nus operam eius deſiderat. 32 Abierunt
autem qui miſſi erant: & inuenerũt ſicut

f *Quia homo auſterus es.*] In antiquis de Deo diſputationibus, quas Iudæi diligenter obſeruabant, tradebatur Deum non eſſe ſimilem homini: nãque homo cadum plenum ferre non poteſt, inane ferre poteſt: Deus autẽ cadum vacuum ferre non poteſt neque ſuſtinere, plenum verò libenter ſuſtinet & fert. hoc ex illa ſententia prolatum erat, אם שמוע תשמע, ſi audire audieris, &c. locus eſt in lib. Benedictionum, cap. 6.

g *Omni habenti dabitur.*] Quicunque antequam in regni conſortium cooptetur habuerit integritatem fidei & diligentiæ, tam in iis quæ ad priuatã ſuam vitam, quàm in iis quæ ad creditum ſibi miniſterium pertinent, augebitur etiam multis gratiis, donibus & virtutibus, poſtquam cooptatus fuerit.

h *Inimicos meos.*] Sententia indurationis & excæcationis in perniciem Iudæorum, quæ mortem illis illatura erat.

i *Quia Dominus operam eius deſiderat.*] Apertè appellabatur iam *Dominus*, qui ſeſe paulò pòſt regem ex diuino decreto exhibiturus erat expectantibus redemptionem Iſrael.

dixit illis, ſtantem pullum. 33 Soluenti-
bus autem illis pullum, dixerunt domini
eius ad illos, Quid ſoluitis pullum? 34 At
illi dixerunt, Quia Dominus eum neceſ-
ſarium habet. 35 Et duxerunt illum ad Ioh. 12. b. 14
Ieſum. Et iactantes veſtimenta ſua ſupra
pullum, impoſuerunt Ieſum. 36 Eunte F
autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua
in via. 37 Et cùm appropinquaret iam
ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt
omnes [a] turbæ " deſcendentium ' gauden- discipulorum; MS. c. 5
tes laudare Deum voce magna, ſuper om-
nibus quas viderant virtutibus, 38 dicen-
tes, Benedictus qui venit rex in nomine
Domini, pax in cælo: & gloria in excelſis.
39 Et quidam Phariſæorum de turbis, di-
xerunt ad illum, Magiſter, increpa diſci-
pulos tuos. 40 Quibus ipſe ait, Dico vo-
bis, quia ſi hi tacuerint, lapides clama-
bunt. 41 Et vt appropinquauit, videns G
ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens,
42 Quia ſi "cognouiſſes' & tu, [b] & quidem [illegible]
in hac die tua, quæ ad pacem tibi. nunc
autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.
43 Quia venient dies in te: & circundabũt
te inimici tui vallo, & circundabunt te,
& coanguſtabunt te vndique, 44 & ad
terram proſternent te, & filios tuos qui in
te ſunt. & non relinquent in te lapidem [illegible]
ſuper lapidem: eo quòd non cognoueris [illegible]
[c] tempus viſitationis tuæ. 45 Et ingreſſus
in templum, cœpit eiicere vendentes in [illegible]
illo

a *Turbæ deſcendentium.*] diſcipulorum qui iam multi erant, præter Apoſtolos & ſeptuaginta duos illos electos ad annunciandum Euangelium.

b *Et quidem in hac die tua.*] nam hæc eſt dies illa de qua ſcriptum eſt, Surge, illuminare Ieruſalem, &c. ſi tu cogitares & cognouiſſes quæ ad ſalutē tuam vltrò à Deo ſunt oblata, vtique beata fores. eſt ellipſis in oratione pręaffectu dicentis animique dolore.

c *Tempus viſitationis tuæ.*] quo viſitata es à Deo miſſo tibi ſalutis nuntio & auctore.

illo & ementes, 46 dicens illis, Scriptum
Iſa.56.c.7 eſt, Quia domus mea, domus orationis
Ier.7.b.11 eſt. Vos autem feciſtis illam ſpeluncam
latronum. 47 [d] Et erat docens quotidie
in templo. Principes autem ſacerdotum
& Scribæ & Principes plebis quærebant
illum perdere: 48 & non inueniebãt quid
facerent illi. Omnis enim populus [e] ſuſ-
penſus erat, audiens illum.

d *Et erat docens.*] quotidie docebat munus Euangeliſtæ, quod iam conſummabatur diligenter abſoluens.

e *Suſpenſus erat.*] Verè commouebantur omnis populi animi doctrina illius, qua vehementer afficiebantur, & tamen Pontificum & Principum metu, Scribarumque auctoritate retinebantur, ne eum publicè appellarent. rurſus verò Pontifices, Scribæ & Principes tam irreprehenſibilem illius doctrinam accuſare non poterant, tum vi quicquam aggredi non audebant, veriti populum, qui manifeſtam Ieſu doctrinam admirabatur; ipſumque laudabat, & à Deo miſſum prophetam prædicabat.

## CAP. XX.

Mat.21.b.23 Mar.11.d.27 ET factum eſt: [a] in vna dierum docente
A illo populum in templo & euangeli-
zante, cõuenerunt principes ſacerdotum
& Scribæ cum ſenioribus, 2 & aiunt di-
centes ad illum, Dic nobis, [b] in qua pote-
ſtate hæc facis? aut, Quis eſt qui dedit ti-
bi hanc poteſtatem? 3 Reſpõdens autem
MS.e. Ieſus, dixit ad illos, Interrogabo vos &
ego vnum verbum. Reſpondete mihi,
4 Baptiſmus Iohannis de cælo erat, an ex
hominibus? 5 At illi cogitabant intra ſe,
dicentes, Quia ſi dixerimus, De cælo; di-
cet, Quare ergo non crediditis illi? 6 Si
autem dixerimus, Ex hominibus; plebs
Mat.11.c.33 vniuerſa lapidabit nos: certi ſunt enim Io-
hannem prophetam eſſe. 7 Et reſponde-
Mar.12.a.1 runt ſe neſcire vnde eſſet. 8 Et Ieſus ait il-
Iſa.5.a.1 Ier.2.d.21 lis, Neque ego dico vobis in qua poteſta-
B te hæc facio. 9 Cœpit autem dicere [c] ad
* quidam MS.eq.s. plebem parabolam hanc, Homo * planta-
uit [d] vineã, & locauit eam colonis: & ipſe
peregre fuit multis temporibus. 10 Et in
tempore

## CAP. XX.

a *In vna dierum.*] illius hebdomadæ qua venerat vectus pullo, & conſpicuum ſe præbuerat populo.

b *In qua poteſtate.*] quod nomen in ſynagoga & populo, quod munus, quod miniſteriũ profiteris? & ſi profiteris, quo auctore habes id muneris, num populo, aut concilio ſynagogæ, an ſingulariter te eligente & mittente Deo?

c *Ad plebem*] Profiteri cœpit ſuam auctoritatem apud plebem, vtpote ſimpliciorem, & quæ veritate in ſuã ſalutem audita, melius ac libentius vti poſſet. id autem ſub parabola quę veri cognoſcendi ſtudioſos & candidos inſtrueret, doloſos autem & captioſos eluderet.

d *Vineã.*] Eccleſiam. *Colonis.*] miniſtris ordinatis legitimeque inſtitutis, qui tamen munere ſuo propter cupiditatem & ambitionem abuſi ſunt.

tempore * miſit ad cultores ſeruum, vt de * vindemiæ 6 MS. Ambr. legiſſe videtur fructuum.
fructu vineæ darent illi. Qui cęſum dimi-
ſerũt eum inanem. 11 Et addidit alterum
ſeruum mittere. Illi autem hunc quoque
cædentes & afficientes contumelia, dimi-
ſerunt inanem. 12 Et addidit tertiũ mit-
tere: qui & illum vulnerantes eiecerunt.
13 Dixit autem dominus vineæ, Quid fa-
ciam? mittam filium meum dilectum: for-
ſitan cùm hunc viderint, verebuntur.
14 Quem cùm vidiſſent coloni, cogitaue-
runt intra ſe, dicentes, Hic eſt hæres*, oc- * Venite 6. 5.
cidamus illum, vt noſtra fiat hæreditas. C
15 Et eiectum illum extra vineam, occide-
runt. Quid ergo faciet illis dominus vi-
neæ? 16 veniet, & perdet colonos iſtos,
& dabit vineam aliis. Quo audito, dixe-
runt illi, a Abſit. 17 Ille autem aſpiciens
eos, ait, b Quid eſt ergo hoc quod ſcriptũ
eſt, Lapidem quem reprobauerunt ædifi- Pſal. 117. c. 22 Act. 4. b. 11 Rom. 9. g. 33 1 Pet. 2. b. 18 Iſa. 28. c Mat. 21. d. 42
cantes, hic factus eſt in caput anguli?
18 Omnis qui ceciderit ſuper illum lapi-
dem, conquaſſabitur: ſuper quem autem
ceciderit, comminuet illum. 19 Et quæ-
rebant principes ſacerdotum & Scribæ
mittere in illum manus illa hora: & ti-
muerunt populum. cognouerunt enim
quòd ad ipſos dixerit ſimilitudinẽ hanc.
20 Et c obſeruantes, miſerunt inſidiatores Mat. 22. b. 15 Mar. 12. b. 13
qui ſe iuſtos ſimularent: vt caperent eum
in ſermone, * & traderent illum principa- * vt 6 MS. S.
tui & poteſtati præſidis. 21 Et interroga- D
uerunt

a *Abſit.*] [illegible], auertat Deus, id non fiet, neque dici debet, neque fidem vllam te auctore mereri.

b *Quid eſt ergo*] Si mihi & doctrinæ parabolæque à me pronunciatæ; non eſt adhibenda fides; nunquid adhibẽda eſt ſacræ ſcripturæ prędictionibus, quæ idem quod ego interpretatus nunc ſum, præmonuerunt? nã quorſum ſpectant illa, *Lapidem*, &c. niſi huc ſpectant?

c *Obſeruantes.*] deliberantes conſilio inito, miſerunt inſidiatores diſcipulos ſuos, cũ his qui Herodianas partes agebant, vt hi eum Herodianis inuiſum redderent, negantem tributum ſoluendum eſſe, aut plebi affirmantem. Atque ita tentarunt eum primùm in politicis rationibus, quæ multos tangebant, & ab omnibus intelligi poterant.

uerunt eum, dicentes, Magiſter, ſcimus
quia [a] rectè dicis & doces: & non accipis
perſonam, ſed viã Dei in veritate doces.
22 licet nobis tributũ dare Cæſari, an non?
23 Conſiderans autem dolum illorum, di-
xit ad eos, Quid me tentatis? 24 Oſtendi-
te mihi denarium. Cuius habet imaginẽ
& inſcriptionem? Reſpõdentes dixerunt,
Rom. 13. b. 7 Cæſaris. 25 Et ait illis, Reddite ergo quæ
ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei,
Deo. 26 Et non potuerunt [b] verbum eius
reprehendere coram plebe: & mirati in re-
Mat. 22. c. 23 Mr. 12 b. 18 ſponſo eius, tacuerũt. 27 Acceſſerunt au-
E tẽ quidam Sadducæorum qui negant eſſe
reſurrectionem, & interrogauerunt eum,
28 dicentes, Magiſter, Moyſes ſcripſit no-
Deut. 25. a. 5 bis, Si frater alicuius mortuus fuerit ha-
bens vxorẽ, & hic ſine liberis fuerit, vt ac-
cipiat eam frater eius vxorem, & ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. 29 ſeptem ergo fratres
erant: & primus accepit vxorem, & mor-
tuus eſt ſine filiis. 30 Et ſequens accepit
illam, & ipſe mortuus eſt ſine filio. 31 Et
tertius accepit illam. Similiter & omnes
ſeptem: & non reliquerunt ſemẽ, & mor-
tui ſunt. 32 Nouiſſimè omnium mortua
eſt & mulier. 33 In reſurrectione ergo,
cuius eorum erit vxor? ſiquidem ſeptem
habuerunt eam vxorem. 34 Et ait illis Ie-
F ſus, Filij huius ſeculi nubunt, & tradũtur
ad nuptias: 35 illi verò [c] qui digni habe-
bũtur ſeculo illo & reſurrectione ex mor-

k tuis,

a *Rectè dicis.*] in iis quæ ad contẽplationem & cognitionem, & in iis etiã quæ ad actionem & mores, tum priuatos tum publicos pertinet, rectè doces.

b *Verbum.*] Reprehẽdere non potuerunt verbum, id enim erat quod captabant. namque ſententiam illius omnino irreprehenſibilem fore conſtabat: ſed verbum aliquod quærebant, quo iure, quáve iniuria illum accuſare poſſent, & plebi indoctæ fucum facere.

c *Qui digni habebuntur ſeculo illo*] venturo ſeculo, & ſtatu hominum poſt hãc vitã, & reſurrectione ex mortuis, ſpirituali videlicet reſurrectione ex mortuis, peccato & cõcupiſcẽtiæ. nã alij erunt qui reſurgent in illud ſeculum, ſed non reſurgent hac ſpirituali reſurrectione ex mortuis, ſed reſurgent ad mortem & damnationem.

tuis, neque *nubunt, neque ducunt vxo- * nubent, neque ducent MS.R.G.

a *Æquales enim angelis ſunt.*] In hoc æquales ſunt angelis, quòd nuptiis non indigent, & perpetuò viuunt In hoc ſuperiores angelis, quòd filij ſunt Dei, cuius virtute & Spiritu facti ſunt filij reſurrectionis illius.

res, 36 neque *vltrà mori poterunt. ᵃæqua- * enim 4 MS.G.S.
les enim angelis ſunt: & filij ſunt Dei, cũ
ſint filij reſurrectionis. 37 Quia verò re-
ſurgant mortui, & Moyſes oſtendit, ſecus
rubum ſicut dicit Dominum, Deũ Abra- *Exod 3.b.6 Mat.22.d.32 Mar.12.c.26*
ham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob.
38 Deus autem non eſt mortuorum, ſed
viuorũ. omnes enim viuunt ei. 39 Reſpõ-
dentes autem quidam Scribarum, dixerũt
ei, Magiſter, ᵇbene dixiſti. 40 Et amplius
non audebant eum quicquã interrogare.

b *Benedixiſti.*] Optima eſt ſententia tua in hoc fidei articulo de reſurrectione & reſurgentium ſtatu.

41 Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt
Chriſtum, filiũ eſſe Dauid? 42 & ipſe Da- G
uid dicit in libro Pſalmorum, Dixit Do- *Mat.22.d.44 Mar.12.d.36 Pſa.109.a.1*
minus Domino meo, ſede à dextris meis,
43 donec ponam inimicos tuos, ſcabellum
pedum tuorum? 44 Dauid ergo Domi-
num illum vocat: & quomodo filius eius
eſt? 45 Audiente autem omni populo, di-
xit diſcipulis ſuis. 46 ᶜAttẽdite à Scribis, *Mat.23.a.5 Mar.12.d.38 Sup.11.f.43*
qui volunt ambulare in ſtolis, & amant
ſalutationes in foro, & primas cathedras
in ſynagogis, & primos diſcubitus in con-
uiuiis. 47 qui deuorãt domos viduarum:
ᵈſimulantes longam orationem. Hi acci-
pient damnationem maiorem.

c *Attendite à Scribis* quorum mens & animus ad ambitionem & auaritiam tendit.

d *Simulantes longam orationem.*] perſuadẽtes difficultatem eſſe in doctrina, quæ niſi longa oratione ab ipſis audita ſuperari non poſſit, opus eſſe longiſſimis & argumentis varij precibus & benedictionibus, idque conceptis verbis per ipſosque dictatis eſſe præſtandum: quibus illi magnos implent libros, vt videre eſt in ſupplemento Miſnaioth tractatu De benedictionibus.

## CAP. XXI.

REſpiciens autem, vidit eos qui mitte-
bant munera ſua in gazophylacium A
diuites. 2 Vidit autem & quandam viduã
pauperculam mittentem æra minuta duo.

3 Et

3 Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hęc
pauper, plus quàm omnes miſit. 4 nam
omnes hi, ex abundanti ſibi miſerunt in
munera Dei: hæc autem ex eo quod deeſt
illi, omnem victum ſuum quem habuit,
B miſit. 5 Et quibuſdam dicentibus de tẽ-
plo quòd bonis lapidibus & donis orna-
*Mat. 24.a.1* *Mar. 13 a.1* *Sup. 19.g.44* tum eſſet, dixit, 6 *Hæc quæ videtis*, ve-
nient dies in quibus non relinquetur lapis
ſuper lapidem qui non deſtruatur. 7 In-
terrogauerunt autem illum, dicẽtes, Præ-
ceptor, quando hæc erunt: & quod ſignũ
cùm fieri incipient? 8 Qui dixit, Videte
ne ſeducamini. multi enim veniẽt in no-
mine meo, [e] dicẽtes quia ego ſum: & tem-
pus appropinquauit, nolite ergo ire poſt
eos. 9 Cùm autem audieritis prelia & ſe-
ditiones, nolite terreri: oportet primùm
hæc fieri, ſed [f] nondũ ſtatim finis. 10 Tũc
C dicebat illis, Surget gens contra gentem,
& regnum aduerſus regnum. 11 Et terrę-
motus magni erunt per loca, & peſtilẽtiæ
& fames, terroreſq; de cælo, & ſigna ma-
gna erunt. 12 Sed ante hæc omnia inii-
cient vobis manus ſuas: & perſequentur
tradentes in ſynagogas & cuſtodias, tra-
hentes ad reges & præſides propter nomẽ
meum. 13 continget autem vobis [g] in te-
ſtimonium. 14 Ponite ergo in cordibus
veſtris non præmeditari quemadmodum
reſpondeatis. 15 ego enim dabo vobis os
& ſapientiam: cui non poterunt reſiſtere

e *Dicentes quia ego ſum: & tempus appropinquauit.*] Dicentes ſe eſſe compotes virtutis & auctoritatis meæ, & ſua doctrina efficere poſſe id quod per me promittitur, ad ſalutem animorum, & iuſtificationem hominũ. & dicentes quòd tempus mundi extremum appropinquauit

f *Nondum ſtatim finis.*] Huius ciuitatis & gentis non erit finis in primis bellorum & ſeditionum tumultibus.

g *In teſtimonium.*] In teſtimonium mei, quo notum fiet me veniſſe, & præſtitiſſe quæ de me ſcripta erant, & fuiſſe illis oblatum vltro, & effeciſſe in credentibus & obtemperantibus mihi, id quod verus Chriſtus erat effecturus.

& contradicere omnes aduerſarij veſtri.
16 Trademini autem à parentibus & fra- D
tribus, & cognatis & amicis: & morte af-
ficient ex vobis. 17 & eritis odio omni-
bus * propter nomẽ meum: 18 & capillus * hominis usq.
de capite veſtro non peribit. 19 a In pa-
tientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
20 Cùm autem videritis circundari ab ex- Mat. 24. b. 15 Mar. 13. b. 14 Dan. 9. g. 27
ercitu Ieruſalem, tunc ſcitote quia appro-
pinquauit deſolatio eius. 21 tunc qui in
Iudæa ſunt, fugiant ad montes: & qui in
medio eius, diſcedant: & qui in regioni-
bus, non intrent in eam. 22 quia dies vl-
tionis hi ſunt, vt impleantur omnia quæ
ſcripta ſunt. 23 Væ autem prægnantibus E
& nutrientibus in illis diebus. erit enim
preſſura magna ſuper terram, & ira popu-
lo huic. 24 Et cadent in ore gladij: & ca-
ptiui ducentur in omnes gentes. & Ieruſa-
lem calcabitur à Gentibus: donec impleã-
tur b tempora nationũ. 25 Et erunt ſigna Mat. 24. c. 29 Mar. 13. c. 24
in ſole, & luna & ſtellis: & in terris preſſu- Isa. 13. b. 10
ra gentium præ confuſione ſonitus maris Ezec. 32. c. 7 Ioel. 3. c. 15
& fluctuum, 26 areſcentibus hominibus
præ timore & expectatione, quæ ſuperue-
nient vniuerſo orbi. nam virtutes cælorũ
mouebuntur: 27 & tunc videbũt filium
hominis venientem in nube cum pote-
ſtate magna & maieſtate. 28 His autem
fieri incipientibus, reſpicite & leuate ca- F
pita veſtra: quoniã appropinquat redem- Rom. 8. d. 23
ptio veſtra. 29 Et dixit illis ſimilitudinẽ,
Videte

a *In patientia veſtra.*] Ad conſeruandam vitam veſtram & animam, nullam vos artem, nullam vim, nullam curam ex vobis adhibeatis, præter tolerantiam: cætera mihi permittite, qui teſtimoniũ de me in vobis quẽadmodum confirmandum ſit probè noui, & opportunè curabo ac præſtabo.

b *Tempora nationum*] vocandarũ per Euangelium, & adducendarum ad Eccleſiam. deinde poſt aliquot tempora *erunt ſigna in ſole, &c.*

Videte ficulneã & omnes arbores: [30] cùm
producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quo-
niam propè eſt æſtas. [31] Ita & vos cùm
videritis hæc fieri, ſcitote quoniam propè
eſt regnum Dei. [32] Amen dico vobis,
quia [c] non præteribit generatio hæc, do-
nec omnia fiant. [33] Cælũ & terra tranſi-
G bunt: verba autem mea non tranſibunt.
Rom.13.b.13 [34] Attendite autem vobis, ne fortè grauē-
tur corda veſtra in crapula & ebrietate &
curis huius vitæ: & ſuperueniat in vos re-
pentina dies illa. [35] tanquam laqueus
enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſu-
per faciem omnis terræ. [36] Vigilate ita-
que, omni tempore orantes, vt digni ha-
beamini [d] fugere iſta omnia quæ futura
ſunt, & ſtare ante filiũ hominis. [37] Erat
autem diebus docens in templo: noctibus
verò exiens, morabatur in monte qui vo-
[a] manè ibat MS. catur Oliueti. [38] Et [e] omnis populus [b] ma-
[b] manè acſcelerabat 1 MS. nicabat [a] ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII.

Mat.26.a.2. Marc.14.a.1 APpropinquabat [a] autem dies feſtus A-
A zymorũ, qui dicitur Paſcha: [2] & quę-
rebant principes ſacerdotum & Scribæ,
quomodo eum interficerent: timebant
Mat.26.b.14 Mar.14.b.10 verò plebem. [3] Intrauit autem ſatanas
in Iudã qui cognominabatur Iſcariótes,
vnum de duodecim. [4] & abiit, & locutus
eſt cum principibus ſacerdotum & magi-
ſtratibus, quemadmodum illum traderet
eis. [5] Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniã

c *Non præteribit generatio hæc.* ] ſeculi huius, & ætas quæ nunc agitur non finietur, antequam fiant quæcunque de hac ciuitate & gente facienda eſſe prædixi.

d *Fugere omnia*] ſupplicia, vltiones diuinas, tentamenta etiam à falſis prophetis afferenda, omnia inquam, quæ futura ſunt, & poſſitis ſtare ante filium hominis, quando venerit iudicaturus & daturus vindictam omnibus qui non obedierunt Euangelio gloriæ Dei, & admirabilis demonſtrandus in iis qui crediderunt & obtemperauerunt illius mandatis.

e *Omnis populus.* ] Summo mane ſurgebant omnes, & ille maturè veniebat; atque ita vtraque ex parte teſtimonium confirmabatur præſtiti iam per Deum promiſſi de mittendo Ierosolymam Euangeliſta.

CAP. XXII.

a *Appropinquabat autem* ] Opportunitas negotij illius maximi à Chriſto obeundi iam ſeſe offerebat. oportebat enim illum immolari eodẽ tempore quo Paſcha ab Iſraelitis celebrabatur; cuius ſignificatio propriè ad Chriſtum pertinebat. Res autem apparata eſt hoc modo, *Quærebant principes ſacerdotum, &c.*

illi dare. [6] Et ſpopondit. Et quærebat op-
portunitatem vt traderet illũ ſine turbis.
7 Venit autem dies Azymorum, [a] in qua Mat.26.b.17 Mar.14.b.12
neceſſe erat occidi paſcha. [8] Et miſit Pe-
trum & Iohannem, dicens, Euntes parate
nobis paſcha, vt manducemus. [9] At illi
dixerunt, Vbi vis paremus? [10] Et dixit ad
eos, Ecce, introeuntibus vobis in ciuita- B
tem, occurret vobis homo * amphoram * quidam M sq.
aquæ portans: ſequimini eum in domum
in quam intrat, [11] & dicetis patrifamilâs
domus, Dicit tibi Magiſter, Vbi eſt diuer-
ſoriũ vbi paſcha cum diſcipulis meis mã-
ducem? [12] Et ipſe oſtendet vobis cœna-
culum magnum ſtratum: & ibi parate.
13 Euntes autem inuenerunt ſicut dixit il-
lis, & parauerunt paſcha. [14] Et cùm facta Mat.26.b.20 Mar.14.c.17
eſſet hora, diſcubuit, & duodecim Apo-
ſtoli cum eo. [15] & ait illis, [b] Deſiderio de-
ſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum,
antequam patiar. [16] Dico enim vobis,
quia [c] ex hoc non manducabo illud, donec
impleatur in regno Dei: [17] [d] Et accepto
calice, gratias egit, & dixit, Accipite & di-
uidite inter vos. [18] dico enim vobis quòd
[e] non bibam de generatione vitis, donec
regnum Dei veniat. [19] [f] Et accepto pane, 1 Cor.11.e.24
gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens,
Hoc

a *In qua neceſſe erat.* ] ex lege ceremoniali, quam Chriſtus omnino conſummaturus erat.

b *Deſiderio deſideraui* ] A conſtitutione mundi deſideraui impleri tempus quo hoc paſcha ſemel vobiſcum ederem. nam arcana ratio humanæ ſalutis in huius cœnæ myſterio inſtituenda eſt, & abſoluenda cùm paſſus fuero.

c *Ex hoc non manducabo illud.* ] Nunc ſemel in conſummationem omnium ſæculorum in hac cœna inſtituetur ſacramentum ſalutis publicæ totius generis humani, quod ſuſcepturus hodie ſum, veſtram & multorũ perſonam ſuſtinens, pro quibus mortem obibo. hoc autem modo coniungẽdo in vnum corpus omnes homines qui ad regnum Dei coniungẽdi ſunt, non iterum manducabo paſcha, donec quos nunc arcano myſterio ſuſcipio, re ipſa & conſummato exẽplo tum demum repetam, cùm tradidero meos omnes Deo in regnum ſempiternum. Atque hac admonitione præmiſſa ac demonſtrata, paſcha diuiſum eſt & comẽſum.

d *Et accepto calice.* ] calice benedictionis, qui bibi inter omnes conſueuerat poſt agni eſum. præmiſſa benedictione, hoc modo: Benedictus ſis tu Domine creator cæli & terræ, Deus Iſrael, propter fructum vitis. Sed hæc benedictio non poterat pronuntiari ſuper ſolum vinum ſed ſuper vinum cui aqua immixta erat, vt habetur in Miſnaioth tractatu De benedictione, cap. 7.

e *Non bibam amplius de generatione vitis.* ] de vino materiali, cuius vis ex vitis virtute proficiſcitur, donec regnum Dei veniat, abſolutumque ſit tempus tradendi regnum in poſſeſſionem vobis, quibus vinũ hoc naturale, & aliis quibus ſpiritualem virtutem propino tunc enim conſummabitur omnino & perficietur in omnibus filiis regni, id quod nunc per ſacramentum veſtro & omnium nomine vobis exhibeo. Atque hactenus cùm paſcha actum eſt, quod erat veteris Teſtamenti myſteriũ à Chriſto conſummandũ: deinceps verò noui Teſtamenti ſacramentum initum inſtitutumque eſt, in pane & calice. Nam Chriſtus duas cœnas celebrauit eodẽ veſperi; alteram legalem paſchatis, ſtans cum diſcipulis ſtantibus & baculos in manu habentibus, in qua agnus paſchalis eſus eſt cum lactucis amaris, & cæteris ceremoniis ex legis ritu, & calix benedictionis eſt omnibus libatus: alteram verò feſtiuam & communem, poſt agnum peractum, quam ſedens cum diſcipulis diſcumbentibus cœnauit, additis aliis epulis. inter vtramque diſcipulorum pedes lauit: deinde ſecit, & incipiens à pane & vino, Teſtamenti noui ſacramentum inſtituit admirandum, cuius arcanam & myſteriis refertiſſimam rationem vt explicatiorem habeant Chriſtiani homines dabit aliquando Dominus.

f *Et accepto pane.* ] In poſteriori cœna accepit panem, in quo voluit ſacramentum corporis ſui tum veri tum myſtici inſtituere. *Gratias egit.* Benedixit pani, atque eadem opera ſpiritualiter benedixit omnibus contentis ſub illo pane corporis ſui myſtici membris, vt in iis benedictio Abrahæ impleretur.

[g] Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis
datur. hoc facite in meam commemora-
tionem. 20 Similiter & calicem, poſtquã
cœnauit, dicens, Hic eſt calix nouum te-
ſtamentum in ſanguine meo, qui pro vo-
Mat.26.b.21 Mar.14.c.20 Ioh.13.b.18 Pſal.40.b.10 bis fundetur. 21 Veruntamẽ ecce manus
tradentis me, mecum eſt in menſa. 22 Et
C quidem filius hominis ſecundum quod
definitum eſt, vadit: veruntamen væ ho-
traditur g. M.S. mini illi per quem "tradetur'. 23 Et ipſi
cœperunt quærere inter ſe, quis eſſet ex eis
qui hoc facturus eſſet. 24 Facta eſt autem
& contentio inter eos, quis eorum vide-
retur eſſe maior. 25 Dixit autem eis, Re-
Mat.20.d.25 Marc.10.f.42 ges gentium dominantur eorum. & qui
poteſtatem habẽt ſuper eos, [h] benefici vo-
cantur. 26 Vos autem non ſic: ſed qui
minor M.S. 6. maior eſt in vobis, fiat ſicut "iunior': &
qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator.
27 [i] Nam quis maior eſt, qui recumbit, an
qui miniſtrat? nónne qui recumbit? Ego
autem in medio veſtrûm ſum, ſicut qui
miniſtrat: 28 vos autem eſtis qui permã-
ſiſtis mecum in tentationibus meis.
29 Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit
mihi pater meus, regnum: 30 vt edatis &
bibatis ſuper menſam meã in regno meo,
& ſedeatis ſuper thronos iudicantes duo-
decim tribus Iſraël. 31 Ait autem Domi-
Simoni, Simon o. nus, [k] "Simon, Simon', ecce ſatanas expe-
tiuit

g *Hoc eſt corpus meum.*] Verum corpus meum in hoc ſacramento panis continetur ſacramentaliter, & corpus etiam myſticum meum: vtrúque enim corpus, & verum meum in me ipſo perſonaliter & myſticum à me ſuſceptum myſticè datur pro vobis debitoribus: ita vt dum me trado in mortem & hoſtiam, vos in me tradimini in remiſſionem & ſalutem. atque hoc volo à vobis fieri & repeti, ac frequẽtari in commemorationem tanti beneficij à me accepti. & cùm vos hoc feceritis, credite me præſentem eſſe inter vos, ac ſi ego ipſe conſpicuus eſſem, qui id facerem quod nunc facio. Erit itaque hæc commemoratio mea quòd ipſe inter vos ſim & adſim vnà vobiſcum in hoc ſacramento, ſed ipſe tanquam auctor verè & reipſa qui vos ſuſcipio, vos verò tanquam myſticum corpus à me ſuſceptum. Et quemadmodum de corpore dixi, de calice etiam dico, in quo ſanguis eſt meus verus, & veſter myſticus; vterque ſimul effundetur pro vobis. ego enim veſtras partes in hac effuſione agam, veſtra debita ſuſtinebo. Et tamẽ non proderit hoc omnibus vobis, quia *ecce manus tradentis me*, &c.

h *Benefici vocantur.*] NEDIBIM dicuntur, qui pro arbitrio alijs imperant, id quod vos ad publicæ rei à me inſtituendæ rationes accommodandum fore non rectè putatis. nam lõgè mea diſcrepat iſtis & vox & ratio.

i *Nam quis maior eſt.*] In communi conſuetudine, & in conſuetæ diſciplinæ inſtitutis poſitum & definitũ eſt, miniſtrũ menſæ non annumerari in ſocietate recumbentium: ideóque rationem illius non haberi vt ſocij, ſed vt miniſtri, nullo modo æquandi locus. atqui ego longè aliter facio, qui cùm ſim regni princeps, & totius ſocietatis caput à Patre conſtitutus, tamẽ miniſtro omnibus, miniſtraui, & miniſtraturus ſum vſque ad animæ meæ expoſitionem, & ſanguinis effuſionem. Atque huius rei teſtes vos eſtis, qui perſeueraſtis mecum in omnibus tentationibus, quibus Pater tentauit obedientiam in hac parte meam, & vidiſtis miniſterij mei perpetuam & conſtantem rationem, idéque vſque in finem videbitis. Igitur ſi vultis regni mei compotes participeſque euadere, eius obtinendi eandẽ rationem vobis diſpono, quam Pater mihi diſpoſuit: quam cùm tenuè obſeruaueritis, tandem aſſequemini vt edatis & bibatis, vt regni filij in regno meo effecti fruamini ea dignitate eaque beatitudine, quam regni cohæredibus Pater promiſit.

k *Simon, Simon, ecce ſatanas.*] Multis modis aduerſarius ille diuini honoris & humanæ ſalutis ſtuduit vos à regno

hoc obtinendo procul abigere, alios ambitione, cupiditate & auaritia, alios quoſdam metu ac terrore, ſicut te: ego autem te in exemplum poſui aliorum; & rogaui Patrem, vt quamuis metu turbatus fueris, tamen fide in me non deſtituaris. ita autem continget; nam tu præcipuè tentaberis grauiſſimè; ſed cùm conuerſus fueris ad me, oratione & exemplo tuo cõfirma fratres tuos: ita adeò fiet, vt ſatanæ ſtudium irritum euadat, quũ ille te, quem grauiter ad ruinam impulerat, fratrum tuorum confirmatorem extitiſſe viderit.

a *Quando miſi vos ſine ſacculo.*] Nunc videbitis magnam rerum mutationem: nam tunc nihil deſiderabatis, nihil timebatis: me credebatis poſſe abundè vobis conſulere quocunque veniretis; itaque contingebat vti credebatis: nunc verò breui fiet, vt vobis conſulendum putetis & victũ parandum, vt poſſitis latentes vitã tueri; & gladium quærendum etiã vendito pallio, ad veſtri defenſionẽ, qua egere vos exiſtimabitis: namque in me ea fieri videbitis, quæ vobis maximum terrorem, magnamque de vobis curam incutient. Sed ſi conferatis præſentia cum præteritis, intelligetis profectò hæc etiam ad diuinam prouidentiam referenda eſſe, & eodẽ auctore atque conſilio profecta eſſe cum illis præteritis exemplis, & magnæ Dei in meos prouidentiæ, & virtuti meæ quæ ex diuini conſilij ratione & tunc alio, & nunc alio modo exercita ſit.

b *Duo gladij hic*] Quid dicerent neſciebant, vtpote qui non intelligerẽt quorſum tenderet illa oratio de pera tollenda, & gladio emendo: exiſtimabant enim illum ea parari iubere ad ſuam ipſorum & illius defenſionem. Sed Christus reſpondit *Satis eſt*; ſatis de hac ratione vobis expoſui, quam cùm non planè intelligatis, vlterius promouendam non cenſeo, ne magis etiam turbemini: ſatiſque eſt vos habere duos gladios; nihil enim amplius vobis prodeſſent plures, ſi plures haberetis, vbi dimicatione eſſet experiundum: nam aduerſum tantam vim & manum, quantam videbitis, quid vobis duodecim gladij prodeſſent? nempe non plus quàm duo. ſatis ergo eſt.

c *Apparuit angelus.*] Nam relictus fuerat à Patre in infirmitate humanę carnis, vt illa hora poteſtatis tenebrarum indigeret confortãtis angeli miniſterio & oratione, tanquam homo ſimplex, in quo & omnia illa patiebatur, qui aliàs angelis dominaretur, & à Patre perpetuò audiretur, & cõfortaretur omni tempore; ſed id ſignum fuit conditionis recens ſuſceptæ ab illo, ſuſtinente peccatorum & debitorum mũdi nomen & perſonã. hac in parte paulo minus ab angelis minoratus eſt, qui tanto ſuperior angelis fuit, quanto excellentius præ illis nomen hæreditauit, vt ait Paulus.

tiuit vos vt cribraret ſicut triticũ: 32 ego
autem rogaui pro te vt non deficiat fides D
tua: & tu aliquando conuerſus, confirma
fratres tuos. 33 Qui dixit ei, Domine, te-
cum paratus ſum & in carcerẽ & in mor-
tem ire. 34 "Et ille dixit, Dico tibi Petre, "At MS.c. Mat.26.e.34
non cantabit hodie gallus, donec ter ab- Mar.14.c.30
neges noſſe me. 35 Et dixit eis, *Quando Mat.10.b.9
miſi vos ſine ſacculo & pera, & calceamẽ-
tis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi
dixerunt, Nihil. 36 Dixit ergo eis, Sed
nunc qui habet ſacculum, "tollat', ſimili- "tollet MS. eq.s.
ter & peram: & qui non habet, "vendat' "vendet e.s.
tunicam ſuam, & "emat' gladiũ. 37 Dico "emet e
enim vobis, quoniam adhuc hoc quod
ſcriptum eſt, oportet impleri in me, Et cũ Iſa.53.d.12
iniquis deputatus eſt. Etenim ea quę ſunt
de me, finem habent. 38 At illi dixerũt,
Domine, ecce [b] duo gladij hîc. At ille dixit
eis, Satis eſt. 39 Et egreſſus ibat ſecundũ Mat.26.d.36 Mar.14.d.32 Ioh.18.a.1
conſuetudinem in montem oliuarum. Se-
cuti ſunt autem illum & diſcipuli*. 40 Et * eius MS.e.
cùm peruenisset ad locũ, dixit illis, Ora- E
te, ne intretis in tentationem. 41 Et ipſe Mat.26.d.39 Mar.14.d.35
auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt lapi-
dis: & poſitis genibus, orabat, 42 dicens,
Pater, ſi vis, transfer calicem iſtum à me.
Veruntamen non mea voluntas, ſed tua
fiat. 43 [c] Apparuit autem illi angelus de
cælo,

cælo, confortás eum. Et factus in agonia,
prolixius orabat. [44] Et factus eſt [a] ſudor
[a] decurrentes a. eius ſicut guttæ ſanguinis "decurrentis' in
terram. [45] Et cùm ſurrexiſſet ab oratio-
ne, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit
eos dormientes præ triſtitia. [46] Et ait illis,
Quid dormitis? ſurgite, orate, ne intretis
Mat.16.c.47 Mar.14.c.43 Ioh.18.a.8 in tentationem. [47] Adhuc eo loquente,
ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus
de duodecim, antecedebat eos, & appro-
pinquauit Ieſu, vt oſcularetur eum.
[48] Ieſus autem dixit illi, Iuda, oſculo filiũ
hominis tradis? [49] Videntes autem hi
qui circa ipſum erant, quod futurũ erat,
[b] percutiemus a.s. dixerunt ei, Domine, [b] ſi "percutimus' in
gladio? [50] Et percuſſit vnus ex illis ſeruũ
F principis ſacerdotum: & amputauit auri-
culam eius dexteram. [51] Reſpondens au-
tem Ieſus, ait, Sinite vſque huc. Et cùm
tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum.
[52] Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant
ad ſe, principes ſacerdotum & magiſtra-
tus templi, & ſeniores, Quaſi ad latronem
exiſtis cum gladiis & fuſtibus? [53] Cùm
quotidie vobiſcum fuerim in tẽplo, non
extendiſtis manus in me: ſed hæc eſt hora
Mat.26.f.47 Mar.14.f.43 Ioh.18.a.12. & 14. veſtra, & poteſtas tenebrarum. [54] Com-
prehendentes autẽ eum, duxerunt ad do-
mum principis ſacerdotum: Petrus verò
Mat.26.g.69 Mar.14.g.66 Ioh.18.c.25 ſequebatur à longe. [55] Accenſo autẽ igne
in medio atrij, & circunſedentibus illis,
erat Petrus in medio eorum. [56] Quem

a *Suder eius.*] Adeò premebatur ille peccatorum omnium pondere ſuſcepto, ac iræ diuinæ aduerſus mundi peccata in ſe explendæ, vt in illo cogitationum conflictu vehemẽti ſanguinis ſudore, præ membrorum omnium tremore, & interno æſtu effunderetur.

b *Si percutimus in gladio?*] Attulerant ſecum vel vtrumque gladium, vel alterum in cœnaculo paulo antè monſtratum.

cùm vidiſſet ancilla quædam ſedentem
ad lumen, & eum fuiſſet intuita, dixit,
Et hic cum illo erat. 57 At ille negauit
eum, dicens, Mulier, non noui illum.
58 Et poſt puſillum [a] alius videns eum, di- *Mat.26.g.73* *Mar.14.g.70*
xit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O ho-
mo, nõ ſum. 59 Et interuallo facto, qua-
ſi horæ vnius, alius quidam affirmabat, *Ioh.18.c.26*
dicens, Verè & hic cum illo erat. nam &
Galilæus eſt. 60 Et ait Petrus, Homo, G
neſcio quid dicis. Et continuò adhuc illo
loquente cantauit gallus. 61 Et conuer-
ſus Dominus [b] reſpexit Petrum. Et recor-
datus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixe-
rat, Quia prius quàm gallus cãtet, ter me *Mat.26.e.34* *Mar.14.e.30*
negabis. 62 Et egreſſus foras Petrus fle- *Ioh.13.d.38*
uit amarè. 63 Et viri qui tenebãt [c] illum, [c] Ieſum Ms. R.C.S.
illudebant ei, cædentes. 64 Et velauerunt
eum, & percutiebant faciem eius: & in-
terrogabant eum, dicentes, Prophetiza,
quis eſt qui te percuſſit? 65 Et alia multa
blaſphemantes dicebant in eum. 66 Et vt *Mat.27.a.1* *Mar.15.a.1*
factus eſt dies, conuenerunt ſeniores ple- *Ioh.18.c.28*
bis & [illegible]ipes ſacerdotum & Scribæ, &
duxeru[illegible] illum in concilium ſuum, di-
centes, 67 Si tu es Chriſtus dic nobis. Et
ait illis, Si vobis dixero, nõ credetis mihi:
68 ſi autem & interrogauero, non reſpon-
debitis mihi, neq; dimittetis. 69 Ex hoc
autem erit filius hominis ſedens à dextris
virtutis Dei. 70 Dixerunt autem om-
nes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait,
Vos

a *Alius videns eum.* ] ab altera ancil-la indicatum.

b *Reſpexit Petrum.* ] atque hoc geſtu docuit illum reſpicere & animaduertere quantula ſit hominis virtus & conſtantia, & quàm ſtulta iactatio: ſimul vt ſibi pœnitentia conſuleret admonuit.

[c] Vos dicitis, quia ego ſum. 71 At illi di-
xerũt, Quid adhuc deſideramus teſtimo-
nium? ipſi enim audiuimus de ore eius.

## CAP. XXIII.

*Mat.27.a.2.* A ET ſurgens omnis multitudo eorum,
duxerunt illum ad Pilatum. 2 Cœpe-
runt autem illum accuſare, dicentes, Hũc
*Mat.22.b.21* *Mar.12.b.17* *Mat.17,b.11* *Mar.15.a.8* *Ioa.18.f.33* inuénimus [a] ſubuertentem gentem no-
ſtram, & prohibentem tributa dare Cæ-
ſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe.
3 Pilatus autem interrogauit eum, di-
cens, [b] Tu es rex Iudæorum? At ille reſpõ-
dens ait, [c] Tu dicis. 4 Ait autem Pilatus
ad principes ſacerdotum & turbas: [d] Nihil
inuenio cauſæ in hoc homine. 5 At illi
*Commo-uet* inualeſcebant, dicentes, Commouet po-
pulum docẽs per vniuerſam Iudæam, [e] in-
cipiens à Galilæa vſque huc. 6 Pilatus
autem audiens Galilæam, interrogauit ſi
homo Galilæus eſſet. 7 Et vt cognouit
quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit
eum ad Herodem, qui & ipſe Ieroſolymis
erat illis diebus. 8 Herodes autem viſo
Ieſu, gauiſus eſt valde: erat enim cupiens
B ex multo tempore videre eum, eo quòd
audiret multa de eo: & [f] ſperabat ſignum
aliquod videre ab eo fieri. 9 Interrogabat
autem eum [g] multis ſermonibus. At ipſe
nihil illi reſpondebat. 10 Stabant autem
principes ſacerdotum & Scribæ [h] conſtan-
ter accuſantes eum. 11 [i] Spreuit autem
illum Herodes cum exercitu ſuo: & illuſit,

c *Vos dicitis.*] Oratio ciuiliter concedentis & aſſentientis, Hebraica phraſi. *Vos dicitis* id quod res habet, & ex argumento à me pronuntiato à vobiſque obſeruando tãdem cognoſcetis ita eſſe: nam dextera virtutis Dei ſoli Dei filio conſtat.

CAP. XXIII.

a *Subuertentem gentem noſtram.*] contra legis noſtræ decreta, & cõtra Romana ſtatuta *prohibentem tributã dare Cæſari*: & contra poteſtatem tuam & auctoritatem aſſerentem ſe eſſe vnctum Regem; id maximè aduerſatur Cæſari, cuius tu miniſter es.

b *Tu es rex Iudæorum?*] Iſto habitu & apparatu non maiori profiteris te eſſe illum Iudæorum ſpectatum regẽ?

c *Tu dicis.*] Sic eſt vt dicis, me nullo alio mundano apparatu eſſe regẽ Iudæorum, & nihil aliud quærere, quã quod hactenus docens quæſiui. id quantum veſtris rebus aduerſetur, facilè iudicabis.

d *Nihil inuenio cauſæ.*] Nam illa quæ vos proponitis, & ille ait, nihil ad forum meum attinent, quippe qui neque turbas moueat aduerſum rẽpublicam veſtrã, neque aduerſum Romanum imperium. neque ego quicquam audiui ſiniſtræ rei aut criminis aduerſum hunc.

e *Incipiens à Galilæa.*] Ille, inquiunt, incepit ab extrema regione noſtra: ſi tu nihil inueniſti, ideo eſt, quia nunc primum paucos ante dies hic commouit gentem; & recẽs facinus nondum ad tuas peruenit aures: ſed iam omnia ſunt cõmota, ita vt ſi hic non compeſcatur, citò videas & hanc ciuitatem turbatam; ſi in Galilæa & omni Iudæa doceri velis, intelliges quæ acta fuerint.

f *Sperabat ſignum aliquod videre.*] Curioſitate, & imperio regio magis quã pietate, eiuſmodi ſignorum ſpectacula cupiebat.

g *Multis ſermonibus.*] de regno, de doctrina deinde de ſignis, quid poſſet facere, quid non poſſet. & an vellet in gratiam ipſius aliquid mirandum efficere.

h *Conſtanter accuſantes eum.*] tãquam ſeductorẽ populi, nouaſque res molitum aduerſus regnum & regem, aduerſus Romanum imperium.

i *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu ſuo.*] contempſit illius accuſatam rerum nouarum molitionem, quanquam probari poſſe ſperaret; id quod minimè credebat, cùm videret accuſati conditionẽ nihil apparatus, nihil opis humanæ, nihil diuitiarũ, copiarum nihil habentis, deinde hominis (vt iudicia principũ aliquando ſunt)

indutum veſte alba, & remiſit ad Pilatū.
12 Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus Mat.
in ipſa die. nam antea inimici erant adin- C Mar.
uicem. 13 Pilatus autē conuocatis prin-
cipibus ſacerdotum & magiſtratibus, &
plebe, 14 dixit ad illos, Obtuliſtis mihi
hunc hominem, quaſi auertentem popu-
lum, & ecce ego coram vobis interrogās,
a nullam cauſam inueni in homine iſto ex Ioh. 18.g.38 19.a.4.
his in quibus eum accuſatis. 15 Sed ne-
que Herodes. nam remiſi vos ad illum, &
ecce, nihil dignum morte actum eſt ei.
16 b Emendatum ergo illum dimittam.
17 Neceſſe autem habebat dimittere eis
per diem feſtum, vnum. 18 Exclamauit
autem ſimul vniuerſa turba, dicens, Tol-
le hunc, & dimitte nobis Barabbam:
19 qui erat propter ſeditionem quandam
factam in ciuitate & homicidium, miſſus
in carcerem. 20 Iterum autem Pilatus
loquutus eſt ad eos, volens dimittere Ie-
ſum. 21 At illi ſucclamabant, dicentes,
Crucifige, crucifige eum. 22 Ille autem
tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit Mat.27.c.23
iſte? nullam cauſam mortis inuenio in eo. Mar.15.b.14
corripiam ergò illum, & dimittam.
23 At illi inſtabant vocibus magnis c poſtu- D
lantes vt crucifigeretur: & inualeſcebant
voces eorum. 24 Et Pilatus adiudicauit
fieri petitionem eorum. 25 Dimiſit au-
tem illis eum qui propter homicidium &
ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quē
petebant,

ſemifatui, qui nihil omnino reſponderet ad rogata, tanquā ignarus omnino & exp[er]s rerum publicarum, & rationum regni: cùm ipſe haberet & conſilia callida, & exercitum quo ſuū regnum tueretur, Ieſus nihil haberet horum, ſtultum potius eſſe illum iudicauit, quàm facinoroſum; atque demonſtrauit, illuſione & veſte induta.

a *Nullam cauſam inueni.*] quæ ad præfecturæ meæ iuriſdictionem attineret. nihil enim nouarum rerum ab illo motum hic docere poteſtis: *ſed neque Herodes*, à cuius regno illum cœpiſſe aiebatis.

b *Emendatum.*] Corripiam hominē flagellis cæſum & verberibus affectū, ita vt vobis & ego ſatisfaciam, & ille deincep[s] magis obtemperet in iis rebus, de quibus controuerſiæ ſunt apud vos.

c *Poſtulantes.*] Quandoquidē Præſes negabat legibus poſſe illum damnari, curatū & actum eſt per principes ſacerdotum & ſeniores, vt poſtulatum, ex poſtulationis publicæ cōſuetudine, quāuis iniqua, tamen concederet. Itaque Pilatus non iudicauit quidem, neque ſententiam protulit vt Iudex, ſed vt Præfectus, & publici tumultus auctor, illis potius illum permitteret poſtulantibus, quàm ſeditionem aut turbam in ciuitate fieri pateretur.

petebant, Ieſum verò tradidit voluntati
*Mat.17.d.32 Mar.15.b.21* eorum. 26 Et cùm ducerent eum, appre-
henderunt Simonem quędam Cyrenen-
ſem venientem de villa: & impoſuerunt
illi crucem portare poſt Ieſum. 27 Seque-
batur autem illum multa turba populi &
mulierum: quæ plangebant & lamenta-
bantur eum. 28 Conuerſus autem ad illas
Ieſus, dixit, Filiæ Ieruſalẽ, nolite flere ſu-
per me: ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper
filios veſtros. 29 Quoniam, ecce, venient
dies, in quibus dicent, Beatæ ſteriles, &
ventres qui non genuerunt, & vbera quę
E non lactauerunt. 30 Tunc incipient di-
*Iſa.2.d.19 Oſea 10.b.8 Apoc.6.d.16 9.a.6.* cere montibus, Cadite ſuper nos: & col-
libus, Operite nos. 31 Quia [d] ſi in viridi
ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?
32 Ducebantur autem & alij duo nequam
*Mat.27.d.33 Mar.15.b.22 Ioh.19.c.17* cum eo, vt interficerentur. 33 Et poſt-
quam venerũt in locum qui vocatur Cal-
uariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones,
vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris.
34 Ieſus autẽ dicebat, Pater, dimitte illis.
non enim ſciunt quid faciunt. Diuidẽtes
verò veſtimenta eius, miſerunt ſortes.
*ſpectans MS.R.G.S.* 35 Et ſtabat populus "expectans", & deri-
debant eum principes cum eis, dicentes,
Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat, ſi hic
eſt Chriſtus, Dei electus. 36 Illudebant
autem ei & milites accedentes, & acetum
** & 3 MS. G.S.* offerentes ei, * 37 dicentes, Si tu es rex Iu-
dæorum, ſaluum te fac. 38 Erat autem &

d *Si in viridi ligno.*] Si Romana potẽtia & militum licentia tantum ſæuit & ardet in homine, cui nihil culpæ, aut vitij aut criminis, multum verò virtutis & pietatis, multum benemeritorum de omni populo & gradu atque ordine ineſſe conſtat, quid fiet in arido populo, ac virtute carente, vitiiſque ſcatente?

ſuperſcriptio ſcripta ſuper eũ ᵉliteris Grę-
cis, & Latinis, & Hebraicis: Hic eſt rex F
Iudæorum. 39 Vnus autē de his qui pen-
debāt latronibus, blaſphemabat eum, di-
cens, Si tu es Chriſtus, ſaluum fac temet-
ipſum, & nos. 40 Reſpondens autem al-
ter, increpabat eum, dicens, Neq; tu times
Deum, "quòd' in eadem damnatione es? [illegible]
41 Et nos quidem iuſtè, nam digna factis
recipimus: hic verò nihil mali geſſit.
42 Et dicebat ad Ieſum, Domine, memen-
to mei, cùm veneris in regnum tuum.
43 Et dixit illi Ieſus, Amen dico tibi: Ho-
die mecum eris in paradiſo. 44 Erat autē
ferè hora ſexta: & tenebræ factæ ſunt in
vniuerſam terram vſque in horam nonā.
45 Et obſcuratus eſt ſol: & velum templi
ſciſſum eſt medium. 46 Et clamans voce
magna Ieſus, ait, Pater, in manus tuas "cō-
mendo' ſpiritū meum. Et ᶠhæc dicens ex-
pirauit. 47 Videns autem Centurio quod
factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, G
Verè hic homo iuſtus erat. 48 Et omnis
turba eorum qui ſimul aderant ad ſpecta-
culum iſtud, & videbant quæ fiebāt, per-
cutientes pectora ſua reuertebantur.
49 Stabant autem omnes noti eius à lōge:
& mulieres quæ ſecutæ eum erant à Ga-
lilæa hæc videntes. 50 Et ecce vir nomi-
ne Ioſeph qui erat decurio, vir bonus &
iuſtus, 51 hic non conſenſerat conſilio &
actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate
Iudææ,

ᵉ *Literis Græcis, &c.*] Sic omnibus orbis nationibus illarum trium cōmunium linguarum expoſitione publicè teſtatum eſt, illum qui crucifixus eſſet, Regem Iudæorum eſſe: idque Præſidis ipſius auctoritate firmatum fuit.

ᶠ *Hæc dicens expirauit.*] Ita apparuit certiſſimo argumento illum eſſe filiū Patris appellari, & ſpiritum ipſius Patri fuiſſe ſuſceptum, cùm reſiduata orationis ſententiam eueniret.

"qui es [illegible] "quia [illegible]

[illegible] "commendabo [illegible]

Iudææ, qui expectabat & ipſe regnũ Dei.
52 hic acceſſit ad Pilatum, & petiit corpus
Ieſu: 53 & depoſitum inuoluit ſindone,
Ibid c.5. & poſuit "eum' in monumento exciſo, in
quo nondum quiſquam poſitus fuerat.
54 Et dies erat paraſcéues, [g] & ſabbathum
illuceſcebat. 55 Subſequutæ autem mu-
lieres quæ cum eo venerãt de Galilæa, vi-
derunt monumentum, & quemadmodũ
poſitum erat corpus eius. 56 Et reuerten-
tes parauerunt aromata & vnguenta: &
ſabbatho quidem ſiluerunt ſecundum
mandatum.

g *Et ſabbathũ illuceſcebat.* ] Feria ſexta veſpero iam propè apparente: nãque ita dies definiebatur ab Iſraelitis, qui feriæ ſextæ ad veſperam tempus appellabant vel cœnam ſabbathi, ſabbathi verò ipſius veſperam exitum ſabbathi nominabant.

## CAP. XXIIII.

Mat.28.a.1 Mar.16.a.2 Ioh.20.a.1
VNa [a] autẽ ſabbathi valde diluculo ve-
nerunt ad monumentum, portantes
A quæ parauerant aromata: 2 & inuenerũt
lapidem reuolutum à monumento. 3 Et
ingreſſæ, non inuenerunt corpus Domi-
ni Ieſu. 4 Et factum eſt: dum mente cõ-
ſternatæ eſſent de iſto, ecce duo viri ſtete-
runt ſecus illas in veſte fulgenti. 5 Cùm
timerent autem, & declinarent vultum in
terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis
viuentem cum mortuis? 6 non eſt hîc, ſed
ſurrexit. recordamini qualiter loquutus
eſt vobis, cùm adhuc in Galilæa eſſet,
Mat.16.c.21 17.c.13. Marc.9.c.31 Sup 9.d.22
7 dicens, Quia oportet filiũ hominis tra-
di in manus hominum peccatorum, &
crucifigi: & die tertia reſurgere. 8 Et re-
cordatæ ſunt verborũ eius. 9 Et regreſſæ
B à monumento, nunciauerunt hæc omnia

CAP. XXIIII.

a *Vna autẽ ſabbathi.* ] poſtera die poſt ſabbathum propriè dictum, & prima die ſeptimanæ, quæ ſabbathum quoque denominatur à præcipuo die.

illis vndecim, & cæteris omnibus.
10 Erat autem Maria Magdaléne, & Iohã-
na, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum
eis erant, quæ dicebãt ad Apoſtolos hęc.
11 Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramen-
tum verba iſta, & non crediderunt illis.
12 Petrus autem ſurgens cucurrit ad mo-
numentum: & procumbens vidit lintea-
mina ſola poſita, & abiit ſecum mirans
quod factũ fuerat. 13 Et ecce duo ex illis
ibant ipſa die in caſtellum quod erat in *Mar. 16. a. 12.*
ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem,
nomine Emmaus. 14 & ipſi loquebãtur
adinuicé de his omnibus quæ acciderant.
15 Et factum eſt: dum fabularentur & ſe-
cum quærerent, & ipſe Ieſus appropin- C
quans ibat cum illis. 16 oculi autem illo-
rum tenebantur ne eum agnoſcerent.
17 Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones
quos confertis ad inuicem ambulantes,
& eſtis triſtes? 18 Et reſpondens vnus cui
nomen Cléophas, dixit ei, [b] Tu ſolus pere-
grinus es in Ieruſalem, & non cognouiſti
quę facta ſunt in illa his diebus? 19 Qui-
bus ille dixit, Quæ? Et dixerũt*: De Ieſu * ei MS. G.F.
Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in
opere & ſermone coram Deo & omni po
pulo: 20 Et quomodo eum tradiderunt
ſummi ſacerdotes & principes noſtri in
damnationem mortis, & crucifixerunt eũ.
21 nos autẽ ſperabamus quia ipſe eſſet re-
dépturus Iſraël: & nunc ſuper hæc omnia,
tertia

[b] *Tu ſolus peregrinus es.*] Exiſtimamus nemini hoſpitum omnium qui Ieroſolymis ſunt, ignotam eſſe hanc hiſtoriam, quæ in omnium ore verſatur: & miramur tibi eſſe ignotum, id quod tibi ſoli accidit, ſi ita eſt.

tertia dies eſt hodie quòd hæc facta ſunt.
[22] Sed & mulieres quędam ex noſtris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad
D monumentum, [23] & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum
viuere. [24] Et abierunt quidam ex noſtris
ad monumentum: & ita inuenerunt ſicut
mulieres dixerunt, ipſum verò non "inuenerunt. [25] Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti,
& tardi corde ad credendum in omnibus
quæ locuti ſunt Prophetę. [26] Nónne hęc
oportuit pati Chriſtum, [c] & ita intrare in
gloriam ſuam? [27] Et incipiens à Moyſe
& omnibus Prophetis, interpretabatur
illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo
erant. [28] Et appropinquauerunt caſtello
quò ibant: & ipſe ſe finxit longius ire.
[29] Et coëgerunt illum, dicentes, Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit * cum illis.
[30] Et factum eſt, dum recũberet cum eis,
accepit panem, & benedixit ac fregit, &
E porrigebat illis. [31] Et aperti ſunt oculi
eorum, & cognouerunt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum. [32] Et dixerunt ad
inuicem, [d] Nónne cor noſtrum ardens erat
in nobis, dum loqueretur * in via, & aperiret nobis ſcripturas? [33] Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos
qui cum illis erant, [34] dicentes, Quòd ſurrexit

" viderunt M.G.I.

* vt maneret G.S.

* nobis G. S.

c *Et ita intrare in gloriam ſuam?*] In gloriam veſtri regis, & regni poſſeſſionem cum membris ſuis.

d *Nonne cor noſtrum ardens erat.*] Nõne videbatur cor noſtrũ moueri maximè, & illum velle agnoſcere ex lætitia & gaudio percepto manifeſta ac aperta ſcripturarum interpretatione, quæ ſimul vim habebat permouẽdi nos, quanquam oculi noſtri tenebantur, cor tamen illuſtrabatur.

rexit Dominus verè, & apparuit Simóni.
35 Et ipſi narrabant quæ geſta erãt in via.
& quomodo cognouerunt eum [a] in fra-
ctione panis. 36 Dum autẽ hæc loquun- *Mar. 16.c.14. Ioh. 20.c.19*
tur, ſtetit Ieſus in medio eorum, & dicit F
eis, Pax vobis: ego ſum. nolite timere.
37 Conturbati verò & conterriti, exiſti-
mabant ſe ſpiritum videre. 38 Et dixit
eis, Quid turbati eſtis, & * cogitationes a- * quare me. o.s.
ſcendunt in corda veſtra? 39 Videte ma-
nus meas, & pedes *, quia ego ipſe ſum. * meo. ; Ms. c. i.
palpate, & videte: quia ſpiritus carnem
& oſſa non habet, ſicut me videtis habere.
40 Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus
& pedes. 41 Adhuc autem illis non cre-
dentibus & mirãtibus præ gaudio, dixit,
Habetis hîc aliquid quod manducetur?
42 At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi,
& fauum mellis. 43 Et cùm manducaſſet
coram eis, ſumens reliquias dedit eis.
44 Et dixit ad eos, [b] Hæc ſunt verba quę lo-
cutus ſum ad vos cùm adhuc eſſem vo-
biſcum, quoniam neceſſe eſt impleri om-
nia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Pro-
phetis, & Pſalmis de me. 45 Tunc ape- G
ruit illis ſenſum, vt intelligerent ſcriptu-
ras. 46 Et dixit eis, Quoniam ſic ſcriptũ *Eſa. 53.*
eſt, & [c] ſic oportebat Chriſtum pati, & re-
ſurgere à mortuis tertia die: 47 & prædi-
cari in nomine eius pœnitẽtiam & remiſ-
ſionem peccatorum in omnes gentes, in-
cipientibus ab Ieroſolyma.

48 Vos

a *In fractione panis.*] in menſa cùm frangeret ille panem, & non anteà.

b *Hæc ſunt verba.*] Huc pertinebant ſermones, quos ego ſæpe apud vos habui: quorum ſumma illa fuit, oportere *impleri omnia*, &c.

c *Quoniam ſic oportebat.*] Humanæ ſalutis ratio omnis ita conſtituta fuit diuino conſilio, vt vnctus ille pateretur mortem pro omnibus, & propter iuſtificationem omnium reſurgeret à mortuis peccato, vt ſuos ſecum ſuſcitaret in nouitatem vitæ. Deinde vt ad propagandam ſalutis huius communicationem pœnitentia prædicaretur in omnes gentes in nomine vncti illius, iſque nuntius à Ieroſolymis inciperet per alias nationes deferri. vos autẽ teſtes fuiſtis paſſionis Chriſti, teſtes eſtis reſurrectionis eius, teſtes etiam eritis gloriæ, clarificationis illius & remiſſionis peccatorum, non imputatione tantùm, ſed re & virtute exhibendæ. Hoc teſtimonium vos reddetis apertiſſimum, cùm in vobiſmetipſis habueritis: habebitis autem me auctore, idque certiſſimè: nã hoc eſt promiſſum illud maximum Patris, quod ego breui mittam vobis.

Act.1.b.8 48 Vos autem teſtes eſtis horum.
Ioh 14.d.26 15.d.26. 49 Et [*] ego mitto promiſſum patris mei
*ecce 1 MS. B.G. in vos: [d] Vos autem ſedete in ciuitate, quo-
Act.1.a.4 *mittā MS 3. ad vſque induamini virtute ex alto.
Ioh.15.d.35 50 Eduxit autem eos foras in Bethaniam,
& eleuatis manibus ſuis [e] benedixit eis.
Mar 16.d.19 Act.1.b.9. 51 Et factum eſt: dum benediceret illis,
receſſit ab eis, & ferebatur in cælum.
*cū MS 6.3. 52 Et [f] ipſi adorantes [*] regreſſi ſunt in Ieru-
ſalem cum gaudio magno: 53 & erant
ſemper in templo, [g] laudantes & benedi-
*Amen MS. B.G.S. centes Deum [*].

d Vos autem vt plenum & conſtās teſtimonium efficientiæ paſſionis ac reſurrectionis meæ afferre poſſitis per orbem, ne feſtinetis aut ſurgatis ante lucem. ſed *ſedete, quoad vſque induamini virtute ex alto*, quam nemo homo ſibi ipſe induere poteſt. donum enim Dei ex alto mittendum eſt. Tunc poſtquam ita ſederitis & quieueritis, illa virtute accepta, ſurgentes eritis mihi teſtes in Ieruſalem, Iudæa & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

e *Benedixit eis.*] manibus ad cælum ſublatis, bene precantis & petentis habitu, commendauit diſcipulos Patri ſalutaribus precationibus.

f *Ipſi adorantes.*] gratias agentes Deo & Chriſto eius, petentesque ratum fieri id quod à Patre promiſſum, à filio expoſitum ac denuntiatum erat, *regreſſi ſunt in Ieruſalem*, acti fide accipiendi donū ſibi promiſſum magno gaudio, quod ſpes efficiebat in illis.

g *Laudantes & benedicentes Deum.*] propter expeditam hominum ſalutem, & tot ſæculis expectatam redemptionem, atque huius rei manifeſtum teſtimonium propediem edendum. Dumque alij benedicerent, alij omnium piorum nomine reſpondebant, *Amen*.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS ANTVERPIÆ, ANNO M. D. LXXV.

# SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM SECVNDVM IOHANNEM.

## CAPVT I.

A

IN [a] PRINCIPIO [b] erat
[c] Verbum, [d] & Verbum
erat apud Deũ, & Deus
erat Verbum. 2 [e] Hoc
erat in principio apud
Deum. 3 [f] Omnia per
ipſum facta ſunt: [g] & ſine ipſo factum eſt
nihil. 4 Quod factum eſt, in MS. Aug. eq. — [*] nihil quod factum eſt. 4 [h] In ipſo vita
erat, & vita erat lux hominum: 5 & lux
in tenebris lucet, & tenebræ eam non
Mat. 3. a. 1 Mar. 1. a. 1 — cõprehenderunt. 6 [i] Fuit homo miſſus
à Deo,

*Operis partitio.*

A primo verſu, *In principio erat Verbum*, &c. vſque ad decimumquintum, *Iohannes teſtimonium perhibet*, ſumma cõtinetur totius Euangelij, & conſilij de humana ſalute cœpti & abſoluti, atq; in publicum editi. à decimoquinto verſu, huius ſummæ ratio per ſingulas partes continuata ſerie exponitur. Eſt itaque pars illa prior capitis huius totius Euangelij argumentum, repetitum ab initio hominis à Deo efformati, deductũque ad finem ipſius per Verbum reformati.

CAP. I.

a *In principio.*] mundi conſtituti & ſæculorum omnium initio.

b *Erat.*] Si erat in principio, conſequens eſt ante principium fuiſſe. Nam ex linguę certiſſima ſignificatione imperfectum præteritum ad tria tempora refertur, præteritum, præſens, & futurum. Igitur ſi erat in principio rerum omnium aliarum, atque adeò tẽporis, ante principium fuiſſe neceſſe eſt, id quod ante principium fuit, æternum eſt, quippe quod principio caret. nam cùm principiũ extitit, iam illud erat; ergo ſine principio erat.

c *Verbum.*] Virtus, ſapientia, & bonitas ipſa infinita in ſemetipſa, & infinita duratione, ratio admirabilis, lumen, ſplẽdor, realitas, vt ita loquamur, atque adeò res ipſa rerum realiſſima, infinitudo, plenitudo, expreſſio, conceptum, pronuntiatum, lumen de lumine, claritas, & expeditio, omnia ſimul vnum in vno, idemque Filius dictus. Hæc omnia, quę maioribus commentariis explicabuntur, ſignificat Hebræa vox דבר.

d *Et verbum erat apud Deum.*] idem potens, idem ſapiens, idemque volens cum Deo, quem auctorem & gubernatorem vniuerſi credimus. erat adeò idem volens, ſapiens, & potens, quia idem erat etiam naturâ & eſſentiâ, quanquam perſona alter, nẽpe Filius, tamen natura idem, nempe Deus ipſe ſimpliciſſimus.

e *Hoc erat in principio apud Deum.*] Inſeparabiliter manebat apud Deũ, cùm vna eadẽq; natura ſimpliciſſima impartibilis indiuiſibiliſq; eſſet, vna eademque virtus, ſapientia & bonitas inſeparabilis, ſplendorque ipſius ſubſtantiæ diuinæ ſubſtantialis ipſe ſplendor, atque Deus ipſe. Quidquid enim eſt in Deo, ſubſtantia eſt, non accidens, atq; adeò ipſemet Deus. Hoc erat in principio conditionis omnis creaturæ apud Deum conditorem, ſicut idem Verbum teſtatur, dicens, Cum ipſo eram cuncta componens.

f *Omnia.*] tam viſibilia quàm inuiſibilia, ſuperiora & inferiora, quæcũque facta ſunt & extiterunt huius verbi virtute, ſapientia & bonitate extiterunt auctore patre Deo, Verbo, inquam, præſente, & tanquam medio quodam: nam de diuinis ſermone familiari pronuntiare fas eſt, ita omnia ſuo quæq; in genere valde bona prodierunt, vtpote à Patre per Verbum facta.

g *Et ſine ipſo.*] Ex iis quæ facta fuerant, vnum genus præcipuum quod factum eſt, videlicet homo conditus ad imaginem & ſimilitudinem Dei per Verbũ, & per idem Verbum conſtitutus dominus & princeps terræ, & omnium quæ in terra ſunt; & Deo charus & totus ac perpetuò fouendus, hoc genus à verbo Dei ſeparatum, per inobedientiam factum eſt nihil: incidit enim in mortem, damnationem, abalienationem à Deo, captiuitatem & ſeruitutem diaboli, carentiam gratiæ, imminutionem multarum virtutum: quæ omnia non ad Verbum, ſed ad nihilum referuntur, atque ita ex abalienatione à Verbo, factum eſt nihil, id quod magnum, bonum & pulchrum factum fuerat. Nam, vt aliquid eſſe perſeueraret, à Verbo nunquam diſcedere oportuit: in Verbo enim vita erat; & extra Verbum mors habitabat, à Verbo alieniſſima & remotiſſima in infinitum. Atque hactenus de prima rerum omnium electione & conſtitutione per Verbum.

h *In ipſo vita erat.*] Secunda electio, inſtitutio & conſtitutio ſic habet: Cùm Deus propter ſuam ſummam miſericordiam, ad laudem & gloriam nominis ſui, & ad damnationem inuidiæ & inſipientiæ eius qui mortem & nihil in mundum inuexerat, eligeret ſecundò hominem è tenebris in quibus inuolutum repererat, in admirabile lumen ſuum deducere, Verbum ſuum quod arbor vitæ erat, per quod omnia creârat, miſit in tenebras mundi, factum hominem, vt homines illuſtraret. qui totius mundi tenebris & debitis in ſe ſuſceptis, nunquam tamen obtenebratus eſt: ſed in tenebris ipſis ita luxit & valuit, vt tenebrarum opera diſſolueret, & tenebras diſcuteret; atque eos qui ſibi purè ſanctéque adhærerent, ſuæ lucis virtute & efficientia in admirabile lumen ſuum traduceret.

i *Fuit homo.*] huius rei atque ſalutis huius mundo allatæ nuntiandæ cauſa, *fuit homo miſſus à Deo*, tantis tamque apertis ſignis illuſtratus, vt nemo dubitare poſſet illum à Deo miſſum.

à Deo, cui nomen erat Iohannes. 7 [a] Hic
venit in teſtimonium: vt teſtimonium
perhiberet de lumine, vt omnes crede-
rent per illum. 8 [b] non erat ille lux: ſed
vt teſtimonium perhiberet de lumine.
9 [c] Erat lux vera, quæ illuminat omnem Infr. 3. c. 19
hominem venientem in hũc mundum.
10 in [‡] mundo erat, & mundus per ipſum B
factus eſt, & mundus eũ non cognouit. Heb. 11. a. 3
11 [d] In propria venit, & ſui eum non rece-
perunt. 12 quotquot autem receperunt
eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,
his qui credunt in nomine eius. 13 qui
non ex ſanguinibus, neque ex voluntate
carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Matt. 1. c. 16
Deo nati ſunt. 14 [e] Et verbum caro fa- Luc. 2. a. 7
ctum eſt, & habitauit in nobis, (& vidi-
mus gloriam eius, gloriam quaſi vnige-
niti à patre) plenum gratiæ & veritatis.
15 [f] Iohannes teſtimonium perhibet de
ipſo, & clamat, dicens, Hic erat quem
dixi, Qui poſt me venturus eſt, ante me
factus

a *Hic venit*] vt aperto teſtimonio indicaret lumen illud quod tenebras eſſet diſcuſſurum.

b *Non erat ille lux.*] Quanquam nemo ſanctior illo in veteris Teſtamenti hominibus indicari poterat, tamẽ ille ſe lumen non eſſe profeſſus eſt, & teſtatus alterum virum in mundo natũ eſſe verum lumen, quod tenebras amoueret.

c *Erat lux vera.*] Ille de quo Iohãnes teſtatus eſt, *erat lux vera*; cuius lumine & Iohannes ipſe & omnes homines illuſtrarentur, erat autem lux vltrò nata & orta in hoc mundo, cui ſe veniens exhibebat.

‡ Et fuit illa lux, illud verbum, illud lumen, apertè in mundo inter homines qui facti olim per illum fuerant, & ſui initium ab illo agnoſcere debebãt tam ex ſcripturis, quam ex virtutibus & miraculis; ſed adeò cæcus erat mũdus, vt auctorem ſui non cognouerit, qui idem inſtaurator, imò perfector & conſummator aduenerat: ſed dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: itaque ſua ipſius culpa peribit mundus, id eſt, mundani.

d *In propria venit*] Venit in ea loca quæ ipſe ſibi ad aduentus ſui manifeſtationem delegerat, & multis ac frequentibus ſignis ſanctificarat, promiſſiſque plurimis præparauerat: ſed *ſui eum non receperũt*. itaque ſalus ipſa apertè conſtitit & conſtat, miſericordia vltrò oblata eſt. ſed quòd non omnibus hominibus Iudæis & Græcis facta ſit, ipſorum culpa eſt, partim quòd venientẽ non cognouerint, partim quòd ſatis indicatam non acceperint. Namque illa omnibus propoſita eſt, & reipſa verè præſtita & exhibita iis à quibus recepta eſt per fidem & pœnitentiam: fuit autẽ ſalutis & luminis illius effectus, vt qui illud lumẽ reciperent, non homines, vt antè, ſerui manerent, ſed filij Dei fierent, nouique homines redderentur, non ex ſanguinibus humanis corruptis & commixtis; neque ex carne aut modo naſcendi naturali, ſed ex Dei tranſmutantis & perficientis virtute & efficientia, ita vt opus & donum Dei eſſet.

e *Et verbum caro.*] Modus autem quo hæc hominum regeneratio facta eſt, ille fuit, quòd Verbum illud, per quod omnia facta fuerant, factũ eſt caro mortalis quidem, ſed incorruptibilis, quia integra caro fuit, ab omni labe & inquinamento immunis: & arcano quodam modo ſeſe dedit & inſinuauit nobis, qui illum recepimus; atque ita inſinuatus habitauit in nobis, ita vt ipſum in nobis viuentem & habitantem habeamus, atque in ipſo viuamus. Illo igitur ſic habitante vidimus & ſentimus gloriam eius & præſtantiam: cognouimus ipſum eſſe verbum per quod omnia facta ſunt, & idem per quod regenerati, iuſtificati, & deificati ſumus. nãque habitauit in nobis plenũ gratiæ, qua nobis communicata effecti ſumus grati Deo, & veritatis apertiſſimę, quæ conuenit exactiſſimè cum promiſſis omnibus Dei à mundi conſtitutione factis; & ſanctitatem nobis non imputatione, ſed re & efficientia communicat. ita vidimus apertè hanc illius gloriam, [illegible] gloriam non ſerui, aut famuli, aut miniſtri alicuius qui homo tantum eſſet, quanquam ſanctiſſimus, ſed gloriam vnigeniti filij Dei à Patre acceptam, quam ille nulli mero homini conceſſit. ſicut ſcriptum eſt, Gloriam meam alteri non dabo. Gloriam itaque ſuam Deus filio vnigenito dedit, quam ipſe membris ſuis communicauit.

f *Iohannes teſtimonium perhibet.*] Igitur huius boni nuntii ſeries ita habet: Principiò Iohannes ille, qui teſtimonium de lumine daturus erat, publicè dedit: cuiuſque illius teſtimonij ſumma hæc ratio, fuit & formula, cùm videret Ieſum Iohannes, indicauit digito, dicens, Hic erat, &c.

1 Ti.6.d.17 factus eſt: quia prior me erat. 16 [a] Et de
plenitudine eius nos omnes accepimus,
& [b] gratiam pro gratia. 17 [c] quia lex per
Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ie-
1 Ioh.4.c.12 ſum Chriſtum facta eſt. 18 [d] Deum ne-
1 Ti.6.c.16 Infr.3.c.26 mo vidit vnquam: vnigenitus Filius qui
C eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. 19 Et
hoc eſt teſtimonium Iohannis, [e] quando
miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdo-
tes & Leuitas ad eum, vt interrogarent
eum, [f] Tu quis es? 20 Et confeſſus eſt,
Infr.3.d.28 & [g] non negauit: & confeſſus eſt, Quia
[h] non ſum ego Chriſtus. 21 Et interro-
gauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu?
Et dixit, Non ſum. [i] Propheta es tu? Et
reſpondit, Non. 22 Dixerunt ergo ei,
[k] Quis es, vt reſponſum demus his qui
miſerunt nos? quid dicis de teipſo?
Eſa.40.a.3 Mat.3.a.3 Mar.1.a.3 Luc.3.a.4 23 Ait, Ego vox clamantis in deſerto, Di-
rigite viã Domini, ſicut dixit Iſaias Pro-
pheta. 24 Et qui miſſi fuerant, [l] erant ex
Phariſæis. 25 Et interrogauerunt eum,
& dixerunt ei, [m] Quid ergo baptizas, ſi tu
non es Chriſtus, neque Elias, neque Pro-
pheta?

a *Et de plenitudine.*] Quia in eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & ille nos patri reconciliandos & in filios adoptandos ſuſcepit.

b *Gratiam pro gratia.*] Nos grati ſumus Deo ex gratia qua hic gratiſſimus eſt, quam nobis communicabit ipſe credentibus & obtemperantibus: atque hæc gratia nos Deo gratos reddit, ſanctos & irreprehenſibiles, vtpote quibus ſpiritus ille adoptionis filiorũ continget, per quem Spiritum ea agemus & faciemus quæ Deo grata ſunt.

c *Quia lex.*] Moſes miniſter fuit legis, in qua lege communicata eſt hominibus cognitio voluntatis diuinæ, & obligationis humanæ; cognitio cõcupiſcentiæ, quæ legis integræ & irreprehenſibili obſeruationi aduerſatur. Iuſſi ſunt homines eam legem obſeruare omni ſtudio: atque eadem lege moniti ſunt expectare aliũ miniſtrũ, qui legem in cordibus ipſorum inſcriberet: indicataque ſunt multa promiſſa ad huius miniſtri expectationẽ pertinentia. Dictum eſt fore veram & puram legis obſeruationem, nõ ſolùm externa actione, ſed in ſpiritu & veritate, vbi ille miniſter munus expleuerit ſuum. Itaque Moſes miniſter fuit oſtenſionis infirmitatis humanæ, & fidei in eum qui mittẽdus eſſet à Deo, ad veritatem afferendã & conſtituendam illius legis, quam ipſe externam miniſtrabat: Chriſtus verò gratiæ miniſter fuit & veritatis promiſſorũ Dei.

d *Deũ nemo*] nemo ante Chriſtũ adduxit hominibus Deũ aut conſpiciendũ aut ſentiendũ: nam Moſes legẽ ab Angelis accepit, homines à Moſe. At vnigenitus filius chariſſimus Patri, & in ſinu eius fotus, atque conſiliorũ illius particeps æternus, ipſe aperuit hominibus veritatis myſterium, & Deum inſinuauit in illorum animis, ita vt cognito ipſo Ieſu Chriſto cognitione interna, videatur & cognoſcatur Pater interna etiam cognitione. Decimus ſeptimus & decimus octauus verſus orationem & expoſitionem continẽt Euangeliſtæ ipſius.

e *Quando miſerunt.*] Duplex teſtimonium Iohannis fuit, alterum publicum, aſſiduum & frequens: illud prius iam expoſitum, quod promiſcue omnibus edebatur, ſapientibus & populis ipſis: eratque prædicatio ipſius Iohannis ſummam continens totius Euangelij: vltro igitur ille hoc teſtimonium dabat. Sed alterum fuit iudiciale ac legitimum, quod rogatus exhibuit miniſtris ad eum tum miſſis, deleciſque à ſynagoga literatum ac legis peritis, & grauiſſimæ auctoritatis, tum ob Sacerdotalem dignitatem, tum ob vitæ & religionis obſeruantiam.

f *Quis es.*] Nouerant enim illum eſſe incognitum, & intelligebant à Deo nullum ꝟoluerunt ergo teſtimonium & profeſſionem certam habere muneris ſui. g *Non negauit.*] Confeſſus eſt quid non eſſet, non celauit quid eſſet, & quod illum facere oportebat, ſecit: expoſuit namque legatis ſuæ rationem muneris.

h *Non ſum Chriſtus.*] non ſum ille vnctus in regem & ſeruatorem. Non ſum Elias ille, qui ſublatus eſt è terris curru igneo. i *Propheta es tu?* ille de quo ſcriptum eſt. Prophetam ſuſcitabit tibi Dominus de medio tui.

k *Quis es.*] quo munere fungeris? l *Erant ex Phariſæis.*] qui exiſtimabant ſe eſſe in ſupremo gradu perfectionis humanæ, neque præter vitæ ſuæ perfectionem aliquid addi poſſe humano ingenio aut iudicio, ſecus verò ſi Meſſias, aut Elias, aut Propheta ille adeſſet, per quos nouũ aliquid & magnũ mandari & inſtitui à Deo poſſe non dubitabant. m *Quid ergo baptizas.*] Quis eſt baptiſmus tuus, quæ vtilitas, quid affers mundo perfectionis vltra noſtram?

pheta? 26 Reſpondit eis Iohãnes, dicens, D
Ego *[a] baptizo in aqua: medius autem ve- *Mat. 3. c. 11 Mar. 1. b. 7*
ſtrûm ſtetit quem vos neſcitis. 27 Ipſe *Luc. 3. d. 16 Act. 1. a. 5*
eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante *2. a. 2. 11. b. 16. 19. a. 4*
me factus eſt: cuius ego non ſum dignus,
vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.
28 Hęc in "Bethania' facta ſunt trans Ior- * Bethabara
danem, [b] vbi erat Iohannes baptizans.
29 [c] "Altera die vidit' Iohannes Ieſum ve- *Poſtera die videt 3 MS. G.
nientem ad ſe, & ait, Ecce agnus Dei, ec-
ce qui tollit "peccatum' mundi. 30 Hic * peccata MS q.
eſt de quo dixi, Poſt me venit vir, qui an-
te me factus eſt: quia prior me erat: 31 &
ego neſciebam eum, ſed vt manifeſte-
tur "in Iſraël', propterea veni ego in aqua *Iſraeli MS. Aug. G. S.
baptizans. 32 Et teſtimonium perhi-
buit Iohannes, dicens, Quia vidi ſpiri- *Mat. 3. d. 16 Mar. 1. b. 10*
tum deſcendentem quaſi columbam de *Luc. 3. c. 22*
cælo, & manſit ſuper eum. 33 Et [d] ego E
neſciebam eum: ſed qui miſit me bapti-
zare in aqua, ille mihi dixit, Super quem
videris Spiritum deſcendentem & ma-
nentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat
in Spiritu ſancto. 34 [e] Et ego vidi: & te-
ſtimonium perhibui quia hic eſt filius
Dei. 35 Altera die iterum ſtabat Iohan-
nes, & ex diſcipulis eius duo. 36 Et re-
ſpiciens Ieſum ambulantem, dicit, Ecce
agnus Dei. 37 Et audierunt eum duo
diſcipuli loquẽtem, & ſecuti ſunt Ieſum.
38 Conuerſus autem Ieſus, & videns eos
ſequẽtes ſe, dicit eis, Quid quæritis? Qui
dixerunt

a *Baptizo in aqua.*] in confeſſionem peccatorum, quæ cùm baptizati à me confitentur, agnoſcũt ſe indigere peccatorum ablutione & remiſſione, quã expectant à Deo efficiendam per eum quem ego prædico, maximum & efficaciſſimum.

b *Vbi erat Iohannes baptizans.*] certis teſtibus præſentibus, & examinatoribus arbitriſque, certo & publico loco in Bethabara, ipſo eodem loco vbi Iohannes munere ſuo fungebatur. Legitimum itaque fuit omni ex parte teſtimonium.

c *Altera die.*] Præter duplex illud teſtimonium à Iohanne datum de Chriſti virtute, efficacitate, ac præſentia in terris: alia etiam data ſunt, quibus ſingulariter indicatus eſt Ieſus ille eſſe Chriſtus, qui aliàs ab ipſo prædicaretur orbis ſaluator.

d *Ego neſciebam eum.*] Non noueram ego illum illa cognitione reuelationis, quam nunc habeo. Nemo enim poteſt virtutem Chriſto adſcriptam alicui tribuere, niſi à Deo inſtructus. & antequam hoc teſtimonium à Deo haberem, miſſus ſum ad munus baptiſmi & prædicationis pœnitentiæ, vt teſtarer illum expectatum eſſe iam inter Iſraelitas, & ſuo tempore indicarẽ, vbi ego ex Dei teſtimonio & auctoritate cognouiſſem. namque meum teſtimonium inſtruendum erat Dei auctoritate, vt apud Iſraelem graue eſſet. Itaque ego non teſtor de illo tanquam ex me, aut nomine meo, ſed tanquam vox Dei, qui me vtitur pro voce ad inſtructionem Iſraelis.

e *Et ego vidi.*] Inſtructus à Deo Iohãnes ſignum certiſſimum accepit ad cognoſcendum verum Meſſiam. nam verus Meſſias ille eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto, quippe hoc eſt opus & munus Meſſiæ; cætera ſunt Prophetæ munera: Prophetæ, inquam, maximi, & à Deo miſſi omnium Prophetarũ præſtantiſſimi. Oportuit ergo à Spiritu ſancto indicari eum, per quẽ Spiritus ipſe ſanctus hominibus datur. Ita autẽ factum eſt, vt præſente Iohanne Spiritus ſanctus ſuper Ieſum deſcẽderet & maneret; atque hoc modo teſtaretur ſeſe communicãdi poteſtatẽ Ieſu conſtare, approbante & confirmante id Patre, voce delapſa è cælo, qua Ieſus Dei filius appellaretur.

dixerunt ei, [a] Rabbi (quod dicitur, inter-
pretatum, Magiſter) vbi habitas?
39 Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt,
F & viderunt vbi maneret: & apud eum
manſerunt die illo: hora autem erat qua-
ſi decima. 40 Erat autem Andreas fra-
ter Simônis Petri vnus ex duobus qui
audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant
eum. 41 Inuenit hic primùm fratrem
ſuum Simônem, & dicit ei, [b] Inuenimus
Meſſiam. (quod eſt, interpretatũ, Chri-
ſtus.) 42 Et adduxit eum ad Ieſum. In-
tuitus autem eum Ieſus, dixit, Tu es [c] Si-
mon filius Iona: tu vocaberis Cephas.
(quod interpretatur, Petrus.) 43 In cra-
ſtinum voluit exire in Galilæam: & in-
uenit Philippum. Et dicit ei Ieſus, Seque-
re me. 44 Erat autem Philippus à Beth-
ſaida, ciuitate Andreæ & Petri. 45 In-
uenit Philippus [d] Nathanael, & dicit ei,
Quem ſcripſit Moyſes in lege & Prophe-
tæ: inuénimus [e] Ieſum filiũ Ioſeph à Na-
zareth. 46 Et dixit ei Nathanael, [f] A Na-
zareth poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei
Philippus, [g] Veni & vide. 47 Vidit Ieſus
G Nathanael venientem ad ſe, & dicit de
eo: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non
eſt. 48 Dicit ei Nathanael, Vnde me
noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei, Prius
quàm te Philippus vocaret, cùm eſſes
ſub ficu, [h] vidi te. 49 Reſpõdit ei Natha-
nael, & ait, Rabbi, tu es [i] filius Dei, tu es
rex Iſrael.

Iohanna 1.50. Iohannis eq.

Gen.3.c.15 49.b.10 Deut 18.c.18 Iſa.40.a.10 45.b.8. Iere.13.a.5 Ezec.34.e.23 37.f.24 g.25 Dan.9.f.24 g.25.

a *Rabbi.*] Teſtimonio Iohannis non ſolùm agnus Dei, ſed magiſter hominum à Iohannis diſcipulis cognoſcitur Chriſtus. namque Iohannes tantùm docebat pœnitentiam, ſed regni Dei myſteria à Chriſto aperienda eſſe Iohãnes ſignificauerat, & diſcipulis ſuis ſeorſum & palã in illa prædicatione, *illum oportet creſcere, me verò minui.*

b *Inuenimus Meſsiam.*] Inuentũ aiunt à ſe vnctum illum expectatum ab antiquis, prædictum à vatibus, indicatũ à Iohanne: vnctum, inquam, pontificem ſalutis, & regem regni cælorum.

c *Simon filius Iona.*] Tanta futura eſt tuæ conditionis, quã ſubibis, præſtantia, vt nomen mutes in præſtantiorem ſignificationem; nam diceris, Auditor filius gratiæ. quòd audiſti autem adeſſe gratiam in terris, ſenties in te ipſo effectu certiſſimo; & poteris teſtari aliis, non tanquam auditor, ſed tanquam veritatis ipſius compos factus, & illa veritate inſtructus eris petra firmiſſima fidei in me; & ex ea firmitudine vocaberis *Petrus*.

d *Nathanael.*] qui cognominatur Bartholomæus.

e *Ieſum filium Ioſeph*] Illum quem cognoſcebamus Ieſum, & appellabamus Ioſephi filium, inuenimus eſſe declaratum à Deo expectatũ illum, à Moſe indicatum, & à Prophetis prædictum.

f *A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe?*] Cùm audiuerimus ex Iudæa futurum, atque adeò ex ciuitate Dauid, illum quem ſcripſit Moſes & Prophetæ, exiſtimas à Nazareth patria humili & obſcura nobis vicina eſſe poſſe, non ſolùm Meſſiam, ſed aut prophetam aut miniſtrum aliquem egregium, ex hac regione neminem ſimilem ortum audiuimus, aut oriturum intelleximus.

g *Veni & vide.*] Vide virum ipſum, cuius virtus tibi manifeſtabitur: atque ita non ex patria, ſed ex virtute & veritate auctoritatem ipſius agnoſces.

h *Vidi te.*] quanquam corpore abſens, tamen cognitione præſens. *Videre* hoc loco etiam *prouidere* ſignificat.

i *Filius Dei, tu es rex Iſrael.*] Tribus nominibus credit Philippus Ieſum appellandum, Magiſtri, Filij Dei, & Regis Iſrael.

rex Iſraël. 50 Reſpondit Ieſus, & dixit
ei,[k] Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, cre-
dis: *maius his videbis. 51 Et dicit ei, *maiora M.S.C.
Amen, amen dico vobis, *videbitis [l] cæ- *amodo a. c. s.
lum apertum, & angelos Dei aſcenden- Mat. 24. c. 30. 28. d. 18
tes & deſcendentes, ſupra Filiũ hominis.

k *Quia dixi tibi.*] Prophetæ tantùm argumento oblato, credis me plus etiã eſſe quàm Prophetam: ſed videbis & ſenties virtutem ipſam filij Dei quem credis; quæ longè maior eſt quàm virtus prædictionis & prophetiæ.

l *Cælum apertum.*] magnam communicationem cæleſtium cum hominibus, & magnum atque frequens miniſterium angelorum erga filium hominis interioris hominis filium ſanctiſſimum; atque hoc modo regni Iſraelis veram rationem & virtutem atque praxin tenebitis.

## CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ ſunt in Ca- A
na Galilææ: & erat mater Ieſu ibi.
2 Vocatus eſt autem & Ieſus & diſcipuli
eius ad nuptias. 3 Et deficiente vino, di-
cit mater Ieſu ad eum, Vinũ non habent.
4 Et dicit ei Ieſus, [a] Quid mihi & tibi eſt
mulier? nondum venit hora mea.
5 [b] Dicit mater eius miniſtris, Quodcun-
que dixerit vobis, facite. 6 Erant autem
ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ, [c] ſecũdum
purificationem Iudæorum, capiẽtes ſin-
gulæ metretas binas vel ternas. 7 Dicit
eis Ieſus, Implete hydrias aqua. Et im-
pleuerunt eas vſque ad ſummum. 8 Et
dicit eis Ieſus, Haurite nunc, & ferte ar- B
chitriclino. Et tulerunt. 9 Vt autem gu-
ſtauit architriclinus aquam vinum fa- Ioh. 4. f. 46.
ctam, & non ſciebat vnde eſſet, miniſtri
autem ſciebant qui hauſerant aquã: vo-
cat ſponſum architriclinus, 10 & dicit ei,
Omnis homo primùm bonum vinum
ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id
quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bo-
num vinum vſque adhuc. 11 Hoc fe-
cit initium ſignorum Ieſus in Cana Ga-
lilææ:

CAP. II.

a *Quid mihi & tibi.*] Vſitatiſſima phraſis Syrica & Hebraica illis tẽporibus, vbi ratio alterius cum altero non conuenit. Non eſt, inquit, commiſſa mihi ſignorum edendorũ auctoritas ad humanæ voluntatis obſequium, ſed ad diuini conſilij probationem: in iiſque rebus oſtendenda eſt, quibus conſiliũ illud confirmari ac demonſtrari expedierit: eſtque certum tempus ad eam rem conſtitutum, quod ex Dei patris præſcripto obſeruem. itaque ſecuturus ſum Patris decreta in hominum ſalutem, non autem hominum volũtates nudas, etiam chariſſimorum & proximorum ſecundùm carnem.

b *Dicit mater.*] quæ ſciebat filium nõ paſſurum vt aliquid requireretur commodi, vbi ipſe adeſſet ſtudioſè appellatus, & inuitatus apud ſimplices & probos homines.

c *Secundum purificationem.*] quarũ vſus eſſe ſolet in conuiuiis Iudæorum, ad lauandum manus, & calices, & vaſa omnia diligenter. idque maximè obſeruabatur in nuptialibus conuiuiis, quæ ad lætitiam pertinebant, quòd puritas lætitiæ etiam comes ſit.

lilææ: [a] & manifeſtauit gloriam ſuam, [b] &
crediderunt in eum diſcipuli eius.
12 Poſt hoc deſcendit Capharnaum ipſe
C & mater eius, & fratres eius, & diſcipuli
eius: & ibi manſerũt non multis diebus.
13 Et propè erat Paſcha Iudæorum, &
aſcendit Ieſus Ieroſolymam: 14 & inuê-
nit in templo vendentes boues, & oues,
& columbas, & numularios ſedentes.
15 Et cùm feciſſet quaſi flagellum de fu-
niculis, [c] omnes eiecit de templo, oues
quoque & boues, & [d] numulariorum ef-
fudit æs, & menſas ſubuertit. 16 Et his
qui columbas vendebant, dixit, Auferte
iſta hinc, & nolite facere domum patris
mei, domum negotiationis. 17 Recor-
dati ſunt verò diſcipuli eius quia ſcriptũ
Pſal.68.b.10 eſt: [e] Zelus domus tuæ comedit me.
18 Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt
ei, [f] Quod ſignum oſtendis nobis quia
hæc facis? 19 Reſpondit Ieſus, & dixit
Mat.26.f.61 27.e.40. Mar.14.f.58 15.a.29 eis, [g] Soluite templum hoc, & in tribus
diebus excitabo illud. 20 Dixerunt er-
D go Iudæi, [h] Quadraginta & ſex annis ędi-
ficatum eſt templum hoc, & tu in tribus
diebus

a *Et manifeſtauit gloriam ſuam.*] magnitudinem amplitudinemque ſuã. probauit ſe eſſe à Deo miſſum, cum poteſtate nouandæ naturæ humanæ, & exhilarandi cõuiuij nuptiarum ſacrarum optimo genere vini, nunquã anteà in mundo viſi, eiuſque rei ſignum fuit illa tranſmutatio aquæ in vinum.

b *Et crediderunt in eum.*] qui teſtimonio Iohannis moniti fuerant, crediderunt, viſa rerum tranſmutatione, illum eſſe ſeruatorem ac redemptorẽ Iſrael: quòd hoc ſignum in ſalutem populi datum præſtantius eſſet illis quæ Moſes ediderat, manifeſtaturus Iſraelitis auctoritatem ſuam.

c *Omnes eiecit.*] Bis factum eſt hoc à Ieſu; ſemel initio oſtenſionis ſuæ ad Iſrael, & iterum cùm ſalutatus fuit rex filiæ Sion.

d *Numulariorum effudit æs.*] Ij qui longius habitabãt à Ieroſolymis, cùm decimam ſecundam vocatam in proprio genere afferre cõmodè non poſſent qua vterentur in feſtis, dum Ieroſolymis eſſent iuxta legis mandatum, poterant domi vendere, & precium deferre quo in vrbe ſimiles venditis res emerentur; atque vt commodius perferretur precium in argento, vel ex venditione accepto, vel ex venditionis ære permutato, ferri poſſe declaratum erat. In ipſo autem templo, hoc eſt, in monte domus, & in atriis erant multi qui ex hoc negotio quæſtum faciebant: alij enim pecora & boues eò comportabant, quæ venientibus ex remotiore loco venderentur, & decimæ ſecundę vicem ſortirentur: alij verò minutum æs exponebant ad permutationem cum argento ex regionibus allato. Ita ex illa Scribarum interpretatione quam legimus in Miſnaioth tractatu De decima ſecunda, orta fuerat in templo auaritiæ opportunitas, & nundinationum occaſio. quas res ab illo loco alienas iam olim Deus per Prophetas notauerat, & nunc Ieſus diuina auctoritate deteſtatur

e *Zelus domus tuæ.*] Quod Dauid de ſe dixerat ſemel propriè ad hunc Regem eſſe referendũ, qui à Deo vnctus credebatur ipſis & diuini cultus ſtudioſiſſimus agnoſcebatur.

f *Quod ſignum.*] quia hoc facis, quòd tu vis purgare hoc modo templum, & improbare videris decreta & interpretationes Scribarum, & conſuetudines noſtras de emptione ac redemptione decimarum & votorum, &c. vis totam noſtram rationem turbare: potésne hoc facere? qua auctoritate facis? quod auctoritatis tuæ argumentum & ſignum certiſſimum præbes?

g *Soluite templum hoc.*] Quòd poſſit omnia illa externa externíque cultus decreta à Scribis definita mutare, atque in meliorem rationem conuertere: ſignum indicat Ieſus. Corpus ſuum verum & myſticum etiam ſoluendum per mortem ſuam, quod tribus diebus erat excitandum ad nouitatem vitæ, vnà cum omnibus templi ipſius, hoc eſt, corporis ſui myſticis membris: hoc enim negotium à Deo ſibi commiſſum acturus veniebat, in quo omnis humanæ ſalutis regenerationis ac renouationis ſumma ratio continetur.

h *Quadraginta & ſex annis.*] Prior enim ædificatio poſt tranſmigrationem Babylonicam producta eſt per annos nouendecim: poſterior verò illa illuſtris amplificatio & exornatio per Herodes reges curata, viginti ſeptem annos conſumpſit.

diebus excitabis illud? [21] Ille autem di-
cebat de templo corporis ſui. [22] Cùm
ergo reſurrexiſſet à mortuis, [i] recordati
ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & Pſal. 16.d. 56.b.5
crediderunt ſcripturæ, & ſermoni quem
dixit Ieſus. [23] Cùm autem eſſet Ieroſo-
lymis in paſcha in die feſto, multi [k] credi-
derunt in nomine eius, videntes ſigna
eius quæ faciebat. [24] Ipſe autem Ieſus
[l] non credebat ſemetipſum eis, eo quòd
ipſe noſſet omnes, [25] & quia opus ei nõ
erat vt quis teſtimonium perhiberet de
homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in
homine.

## CAP. III.

ERat autem homo [a] ex Phariſæis, NI- A
codemus nomine, princeps Iudæo-
rum. [2] Hic venit ad Ieſum nocte, & di-
xit ei, Rabbi, ſcimus quia [b] à Deo veniſti di ſ... hac.
"magiſter": nemo enim poteſt hæc ſigna
facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum
eo. [3] Reſpondit Ieſus, & dixit ei: [c] Amẽ,
amen dico tibi, niſi quis "natus" fuerit renatus M.q.K.
"denuò", non poteſt videre regnum Dei. deſuper O.
[4] Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo
poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex? nun-
quid poteſt in ventrem matris ſuæ ite-
rum introire & "naſci"? [5] Reſpondit Ie- renaſci M.q.K.
ſus, Amen, amen dico tibi, niſi quis re-
natus fuerit [d] ex aqua & Spiritu*, non ſancto M. C.ſ.g.
poteſt

i *Recordati ſunt diſcipuli eius.*] Videntes Ieſum ipſum viuẽtem, & ſe illius virtute à mortuis excitatos in nouitatem vitæ.

k *Et crediderunt in nomine eius.*] in virtute & efficacitate eius quod Meſſias diceretur. ita enim ſignis confirmabatur Dei virtute digniſſimis.

l *Non credebat ſe eis.*] quia non omnes eodem conſilio & ſtudio erant, quanquam crederent quidã illum eſſe Chriſtum, alij aliter regnum illud Iſraelis interpretabantur, alij verò inuidebant illi valde & inſidiabantur: itaque non ſe committebat iudiciis illorum variis, ſed Dei de ſe iudiciũ declaratum iam & in dies magis declarandum obſeruabat.

CAP. III.

a *Ex Phariſæis.*] qui n[...] m doctrina, ſed obſeruantia vi[...] auſteritate inſignis erat, ac præterea vnum ex familiarum Iudaicarum capitibus.

b *A Deo veniſti magiſter.*] Doctor declaratus es nobis à Deo iſtis ſignis, quę nulli alij præterquam Deo aſcribi poſſunt. tuum autem magiſterium ſiue doctrina tua de regno Dei eſt.

c *Amen, amen dico tibi.*] Rogabatur Ieſus à Nicodemo de regno Dei, quod erat argumentũ Euangelij Ieſu: namque hoc regnum prædicabat ipſe perpetuò.

d *Ex aqua & Spiritu.*] Primus homo de terra terrenus, addito ſpiraculo vitæ, extitit in mundo, ad imaginem & ſimilitudinem Dei editus, ad obtinendum terræ regnum: hanc imaginem peccatum perturbauit, ac totus homo carnalis, animalis, ac terrenus relictus eſt. Dei regnum Dei propriè eſt, cuius hæres caro eſſe non poteſt: oportet autem aliam materiam aliamque efformationem eſſe eorum qui Dei regnum poſſeſſuri ſunt, vt non ſint terreni, ſed cæleſtes: quia regnum Dei in cælis præcipuè eſt. cæleſtibus cæleſtia conueniunt: cælum non conſtat puluere ſiue terra, ſed aquis. ex aqua igitur cõſtare oportet puriſſima, eum qui futurus ſit hæres regni Dei; *ex aqua*, inquam *& Spiritu*: prior ex terra & ſpiraculo extitit terrenus, ad imaginem & ſimilitudinem Dei. is verò qui futurus eſt regni cælorum hæres, neceſſe eſt vt non ad imaginem Dei tantùm, ſed Dei filius ſit, de cælo cæleſtis, conſtans ex aqua munda & Spiritu Dei, informante in filium Dei. Spiritus autem Dei non permanebit in homine qui caro ſit, ſed in homine qui cæleſtis ſit & aqua conſtet, ſuper quam Spiritus Dei feratur, viuificans & animans aquam ipſam, & nouam creaturam ex veteri reddens. huiuſmodi natus ex aqua & Spiritu ſancto, arcano renaſcendi modo verè filius Dei eſt: Spiritu enim Dei viuificatus eſt & animatus in Dei filiũ: is poteſt videre regnum Dei cæleſte & ſpirituale.

poteſt introire in regnum Dei. 6 [a] Quod
natum eſt ex carne, caro eſt: &, quod na-
tum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. 7 [b] Non
mireris, quia dixi tibi, oportet vos naſci
B denuò. 9 [c] Spiritus vbi vult ſpirat: & vo-
cē eius audis, ſed neſcis vnde veniat &
quò vadat: [d] ſic eſt omnis qui natus eſt ex
Spiritu. 9 Reſpondit Nicodemus, & di-
xit ei, [e] Quomodò poſſunt hæc fieri?
10 Reſpondit Ieſus, & dixit ei, [f] Tu es ma-
giſter in Iſrael, & hæc ignoras? 11 Amē,
amen dico tibi, quia [g] quod ſcimus loqui-
mur, & quod vidimus teſtamur, & teſti-
monium noſtrum non accipitis. 12 Si
terrena dixi vobis, & non creditis: quo-
modo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis?
13 Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui
deſcendit

[illegible]

a *Quod natum eſt ex carne.*] Quamdiu homo caro & ſanguis fuerit, carnem ſapiet quicquid agat. Ergo quicquid ex illo fonte manarit, nô poterit adeò valere, vt ad regnum Dei propriè pertineat, quia caro & ſanguis non intrabunt in regnum cælorum. Eſt autem magna diſtinctio inter hominem qui natus eſt ex carne, & adhuc retinet illam veterem originem carnalem; & hominem natum ex Spiritu: namque ille quidquid ſit, caro tamen eſt, & carnalis. hic ex ſpiritu natus ſpiritualis eſt, & ſpiritus, non carnis definitioné ſortitur: & quod agit, in ſpiritu & veritate agit. Ille legem obſeruet licet, tamē carnaliter obſeruat; hic verò ſpiritualiter obſeruat.

b *Non mireris.*] Sicut generatio non pendet ab eo qui generatur, ſed à generante; ita & regeneratio non efficitur ab eo qui regeneratur, ſed ab eo qui regenerat. Quid ergo miraris quaſi abſonum quod dixi, *oportet vos naſci denuò*, non magis mirabilis & aliena oratio hæc videri debet, quàm ſi quis diceret, Si quis velit hanc vitam terrenam viuere, eum naſci oportere. Nam quamuis qui nondum eſt genitus, ex ſe gigni non poſſit ſine gignentis virtute & efficacitate, non tamen ideò non poteſt gigni, imò poteſt, modò generantis virtus & efficacitas non impedita adhibeatur. & cùm aliquis hoc modo gignitur & naſcitur, non eſt mirabile dicere quòd natus eſt. & tamen non ſua vi aut ſpontè ille genitus eſt, ſed efficientia generantis atque ita videmus carnem naſci ex carne generationem efficiente. Sic ergo homo quanquam ex ſe regenerari & renaſci non poſſit, tamen virtute regenerantis poteſt regenerari, poteſt & renaſci.

c *Spiritus vbi vult ſpirat.*] Quòd ſi ea vis eſt in carne, quæ tarda craſſisque elementis & corruptibilis eſt vt generare poſſit carnalem hominem ſiue carnem, cuius tamen carnis efficientiam tu qui doctus es, cognoſcere & cogitatione conſequi non facile potes, quanquam caro ipſa cognitu facilis eſt, & ſenſibus percipitur: nec tamen intelligis quando gignit, aut quando non gignit: namque hoc homines latet, qui genitum quidem videre poſſunt, generationis certitudinem non habent, antequam genitum ſit id quod gignendum eſt. Quid miraris ſi non intelligis generationem ſpiritualem, quandoquidem ſpiritus non ſolùm ille cæleſtis Spiritus ſanctus, qui humanis ſenſibus percipi non poteſt, ſed ſpiritus naturalis, quem Ventum alio nomine dicimus, *ſpirat, vbi vult*, ſiue in terris, ſiue in aquis, ſiue in imo, ſiue in ſublimi ſpirare velit; *& audis vocem eius*, ita vt negare non poſſis ipſum adeſſe; verùm *vnde veniat, & quò vadat*, vbi tandem conſtiturus & quieturus ſit, *neſcis*: & ipſe tamen te ignorante venit, habetque vnde veniat; & vadit, habetque quò vadat. d *Sic eſt omnis qui natus eſt ex Spiritu.*] Quanquam ſeipſum regenerare non poſſit, tamen regeneratur ex aqua & Spiritu illo ſancto, cuius efficacitas inuiſibilis quidem eſt, efficientia maxima: effectus verò vbi ille efficit, certiſſimus adeò eſt, vt negari non poſſit. ita quod impoſſibile videtur homini ex ſua ipſius ſimplici & merè humana virtute, non eſt impoſſibile apud Deum & ſpiritum Dei huius rei auctorem. e *[illegible] poſſunt hæc fieri?*] Animalis homo non cognoſcebat ea quæ ſpiritus ſunt; maximè is qui in alia doctrinæ ratione carnali & ceremoniali erat verſatus, ſummamque ſanctitatem aliter definiebat: nimirum externam legis obſeruationem tantùm cum aliqua corporali exercitatione. non enim vlterius progrediebatur Phariſæorum doctrina. Videbatur omnino difficillimum factu, id quod quemadmodum fieri poſſet, non intelligebatur. f *Tu es magiſter.*] Quid facient alij qui à vobis docentur, vti diſcipuli qui vocantur ſapientū; vel qui longè à vobis remoti ſunt, vti populus terræ? quando magiſtris omnino ignota eſt ratio ſpiritualis & regni cæleſtis? g *[illegible] loquimur.*] Vnuſquiſque loquitur id quod ſcit, & teſtatur quod vidit: ideò tu non potes de his loqui, quòd ignores omnino hanc rationem ſpiritualem; neque teſtari quod non vidiſti. Ego dico & affirmo quod ſcio, & teſtor quod vidi: ſcio enim quid ſit Spiritus, quid efficere poſſit & efficiat: & poſſem loqui propriis verbis de hac re, quam ego vidi & teneo: ſed cùm tecum egerim ſimilitudinibus earum rerum quas ſcire poſſes, vti generationis carnalis, cuius exempla quotidie videntur, & motus ſpiritus naturalis qui frequenter ſentitur; & tamen his terrenis & vulgaribus ſimilitudinibus non adducemini vt credatis, atque adeò huiuſmodi à vobis ignorari fatemini, *quomodo credetis ſi dixero vobis cæleſtia* ipſa ſuis verbis abſque terrenarū rerum ſimilitudine

nam vos nunquam vidiſtis cæleſtia; oportuerat enim in cælum aſcendiſſe. ſed nemo homo aſcendit in cælum, vt poſſet deferre cæleſtium rerum cognitionem in terram: nemo, inquã, homo, qui tantùm homo ſit; cælũ enim Domino eſt: ita fit, vt nemo poſſit aut integram doctrinam rerum cæleſtium afferre hominibus, aut ipſarum communicationem præbere, niſi fuerit planè cæleſtis, vt eſt filius hominis, *qui deſcendit de cælo*: ille inſtruere poteſt membra corporis ſui doctrina cæleſtium rerum: ille eadem membra ſecum ferre poteſt in cælum aſcendens; atque ita efficere, vt qui membra eius fuerint, intrent in regnum cælorum hîc in hac vita, conſcripti & adoptati ad eam dignitatem, ac demum regnum ipſum poſſideant poſt hanc vitam.

deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt
in cælo. 14 [h] Et ſicut Moyſes exaltauit *Num. 21.a.*
ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet
filium hominis: 15 vt omnis qui credit
in ipſo, non pereat, ſed habeat vitam
æternam. 16 [i] Sic enim Deus dilexit *1 Ioh. 4.b.*
mundum, vt filium ſuum vnigenitum
daret: vt omnis qui credit in eum, non
pereat, ſed habeat vitam æternam.
17 Non enim miſit Deus filium ſuum in
mundum, vt iudicet mũdum, ſed vt ſal-
uetur mundus per ipſum. 18 Qui credit
in eum, non iudicatur. qui autem non
credit, iam iudicatus eſt: quia non "cre- *" credit MS.*
didit in nomine vnigeniti filij Dei. C
19 [k] Hoc eſt autem iudicium: quia lux ve- *Supr. 1.a.*
nit in mundum, & dilexerunt homines
magis tenebras quàm lucem: erant enim
eorum mala opera. 20 [l] Omnis enim qui
"malè agit, odit lucem, & non venit ad *" male MS.*
lucem, vt non arguantur opera eius.
21 qui autem facit veritatem, venit ad lu-
cem, vt manifeſtentur opera eius, quia
in Deo ſunt facta. 22 Poſt hæc vênit Ie-
ſus & diſcipuli eius in Iudęam terram: &
illic demorabatur cũ eis, [m] & baptizabat. *Inf. 4.a.*
23 Erat

h *Et ſicut Moyſes.*] Vt autẽ filius hominis virtutem ſuam cõmunicat cum diſcipulis ſuis corporis ſui membris factis, oportet illum exaltari, & ad ſe rapere morbum & venenum omnium credentiũ in ipſum, ſuamq́ue illis virtutem communicare: ita fiet vt illi non pereant, quanquam moriantur cũ ipſo; ſed reſurgente illo reſurgant & ipſi ad vitam æternam.

i *Sic enim Deus.*] Erit autem hoc totũ diuini amoris beneficio tribuendum, quia Deus ſponte ſua promiſit vitam hominibus in ſe credentibus, & eius præſtandæ rationem admirabilem inuit. nemo autem erit, qui quanquam pereat, alia cauſa quàm culpa ſua periiſſe dici meritò poſſit. Namq; Deus ſalutem ſuam miſit hominibus etiam neſcientibus arcanam illius myſterii rationem, verùm credentibus & obedientibus. Filium enim ſuum non miſit ad iudicandum & cõdemnandum homines: nam iudicatus erat mũdus; conſtabat eius culpa: miſit ergo ad ſaluandum mundum. *Qui credit in eum, non iudicatur*; imò cõdonato illo primo iudicio, ſaluatur. *qui autem non credit*, iudicatus eſt ipſe anteà, habetq́ue contra ſe iudicium, quod cùm per gratiã effugere poſſet, retinuit tamen aduerſum ſe, nolens credere & obedire.

k *Hoc eſt autem iudicium.*] Iudicabuntur homines & damnabuntur hoc nomine, quòd cùm eſſent in tenebris, noluerunt accipere lucem ſibi à Deo vltrò oblatam, imò vltrò ad eos venientẽ, miſſam à Deo, qua illuminari poſſent, ſed optauerunt ſibi tenebras, quibus immerſi proſequerentur actiones ſuas corruptas & mundanas, erga quas vehementer affecti ſunt. Eſt autem lux Dei filius vnigenitus, qui non patitur ſecum tenebras vllas, & pœnitentiam cum fide exigit, vt illuminet animam tum doctrina tum efficacitate ſua. Qui mundi & carnis detinentur ſtudiis, nolunt admittere lucem illam ſimpliciſſimam & puriſſimam.

l *Omnis enim qui malè agit.*] Similitudo eſt, vt ij qui tenentur ſtudio malo, & prauis actionibus dant operam, lucem fugiunt: ſic contrà qui veris & probandis actionibus incumbunt, lucem amant, qua cognoſci poſſit illos rectè agere, & probentur eorum facta non hominibus tantùm, ſed Deo: ideò nihil magis amant quàm lucem, qua dirigi poſſunt ad rectè agendum.

m *Et baptizabat.*] in eundem finem atque Iohannes: verùm id faciebat opera diſcipulorum ſuorum. Non enim ipſe quicquam baptizabat in pœnitentiam,

ſed pœnitentiam indicebat, cuius arcanam ſignificationem baptiſmus ille Iohannis continebat. Ideo Ieſus, vt neceſſariam oſtenderet pœnitentiam iis qui à ſe aliquando baptizandi erant Spiritu ſancto, diſcipulis ſuis baptizandi miniſterium iniunxit. atque ita Ieſus & Iohannes eidem Euangelij initio dabant operam.

23 Erat autem & Iohannes baptizans in
Ænon iuxta Salim: quia aquę multę erãt
illic, & veniebant, & baptizabantur.
24 Nondum enim miſſus fuerat Iohan-
nes in carcerem. 25 ᵃ Facta eſt autem
quæſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iu-
dæis de purificatione. 26 Et venerunt
ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui
Sup.1.c.19 erat tecum trans Iordanem, cui tu teſti-
monium perhibuiſti, ecce hic baptizat,
ᵇ & omnes veniunt ad eum. 27 Reſpon-
D dit Iohannes, & dixit, ᶜ Non poteſt ho-
mo accipere quicquam, niſi fuerit ei da-
tum de cælo. 28 Ipſi vos mihi teſtimo-
Sup.1.c.20 nium perhibetis, quòd dixerim, Non
ſum ego Chriſtus: ſed quia miſſus ſum
ante illum. 29 ᵈ Qui habet ſponſam,
ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat
& audit eum, gaudio gaudet propter vo-
cem ſponſi. Hoc ergo gaudium meum
impletum eſt. 30 ᵉ Illum oportet creſce-
re, me autem minui. 31 Qui deſurſum
venit, ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra,
de terra eſt, & de terra loquitur. Qui de
cælo venit, ſuper omnes eſt. 32 Et quod
autem M.S. vidit & audiuit, hoc teſtatur: ᶠ & teſtimo-
Aug.5. accipit M.S. niũ eius nemo accipit: 33 Qui * "accepit
eius

a *Facta eſt autem quæſtio.*] Iohãnis diſcipuli volebant pœnitentiæ baptiſmũ ſpectare præceptoris ſui partes: Iudæi qui baptizabantur à Iohannis diſcipulis, contendebant purificationis miniſterium non eſſe tantũ Iohannis, quandoquidem iam diu eſſet quòd inter Iudæos ille lauandi ritus conſtaret, & multis legis auctoritatibus atque Scribarum interpretationibus & præceptis confirmatus eſſet: & ſi de baptiſmo pœnitentiæ ageretur, illum non eſſe proprium Iohannis, quippe Ieſu diſcipuli baptizarent, quem Iohannes teſtimonio ſuo ornauerat.

b *Et omnes veniunt ad eum.*] vtpote à te ornatum teſtimonio illo ſæpè repetito, & magis opportunũ quæſitu, quippe in Iudæa commorantem; & ſignis & miraculis vt perhibent illuſtriorẽ.

c *Non poteſt homo.*] Non poſſum ego illius miniſterium vſurpare, aut munus & auctoritatem mihi arrogare, qui tantùm miſſus ſum ſponſi nũtius & amicus, vt illius res præmuniam, non meas agam.

d *Qui habet ſponſam.*] Eccleſiæ humanæque naturæ in coniugium ducendæ ſponſus eſt Chriſtus. Legatus autem in nuptiis fungitur officio ſuo, interim dum præcurrens ſponſum, ſponſam monet, vt ſe ad nuptias comparet: atque idem veniente ſponſo gaudet, quòd ſciat confirmãda ea quæ ab ipſo nuntiata ſunt.

e *Illum oportet creſcere.*] notitiã, auctoritatem, dignitatem illius publicari, illius negotium promoueri, meum miniſterium illius virtuti cedere, atque meipſum ſiſti: namque ſpõſo præſente, ſponſi amicus munere ſuo functus putatur. Hactenus autem & qui me anteceſſerunt Prophetæ omnes, & ego tantùm fidem prædicauimus & pœnitentiam, peccatorum fugam, ac pietatis exercitationem, id quod in terris obiri oportet ab iis qui regnum cupiũt Dei. regnum autem ipſum nemo terrenus, qui tantummodo terrenus ſit, tradere poteſt; imò neque illius arcanũ myſteriũ declarare. Qui verò de cælo venit, ille filius Dei doctrinæ præſtãtia & auctoritate atq; efficiẽtiæ facultate ſuper omnes terrenos miniſtros eſt: ille teſtatur voluntatem Patris, & reuelat conſilium illius: ille teſtatur ac docet quid ſit Deus, qualiſque, à hominibus ſit & eſſe velit. Teſtatur, inquam, non ſolùm verbis & ſermone, ſed re ipſa & virtute conferens promiſſa Dei omnia ſpiritualia in cæleſtibus, in quibus promiſſis Deus ipſe continetur.

f *Et teſtimonium eius.*] Nemo ſeſe comparat ad accipiendum teſtimonium eius, illis conditionibus quæ ab ipſo exiguntur; & quas ego etiam ſignificaui, fide & obedientia, bonorũ operum honeſtarumque actionũ ſtudio. Nam qui hoc modo cõparatus illius teſtimonium acceperit, re ipſa & veritate conteſtabitur Deum eſſe veracem, & promiſſorum ſuorum obſeruatorem, ſicut ſcriptum eſt: Vos teſtes mei, dicit Dominus, & ſeruus meus quem elegi, vt ſciatis & credatis mihi, & intelligatis quòd ego ipſe ſum: ecce adſum.

eius teſtimonium, ſignauit quia Deus *Rom. 3. a. 4. Inſ. 8. c. 26.*
verax eſt. 34 [g] Quem enim miſit Deus,
verba Dei loquitur. [h] non enim ad men-
ſuram dat Deus ſpiritum. 35 Pater dili-
git filium: & omnia dedit in manu eius.
36 Qui credit in filium, habet vitam æ- *1 Ioh. 5. b. 10.*
ternam: qui autem incredulus eſt filio,
non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſu-
per eum.

## CAP. IIII.

VT ergo cognouit Ieſus quia audierũt A
Phariſæi quòd Ieſus plures diſcipu-
los facit, & baptizat, quàm Iohannes, *Sup. 3. c. 22.*
2 (quanquam Ieſus non baptizaret, ſed
diſcipuli eius) 3 [a] reliquit Iudæã, & abiit
iterum in Galilæam. 4 oportebat autem
eum tranſire per Samariam. 5 Venit
ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur
"Sichar": [b] iuxta prædium quod dedit Ia- *Sichem legendum putat Hier.*
cob Ioſeph filio ſuo. 6 Erat autem ibi *Gen. 33. d. 19. 48. d. 22. Ioſ. 24. e. 32.*
fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itine-
re, [c] ſedebat ſic ſupra fontem. [d] Hora erat* **aut cũ ibi ſeq.*
quaſi ſexta. 7 Venit mulier de Samaria
haurire aquam. Dicit ei Ieſus, Da mihi
bibere. 8 Diſcipuli enim eius abierant
in ciuitatem, vt cibos emerent. 9 Dicit
ergo ei mulier illa Samaritana: Quomo- B
do tu, Iudæus cùm ſis, bibere à me poſ-
cis, quæ ſum mulier Samaritana? [e] non
enim coutuntur Iudæi Samaritanis.
10 Reſpon-

g *Quem enim miſit Deus.*] Regni Dei verba & promiſſa à Deo facta explicare & ſatis præſtare is poteſt, qui ad eam rem à Deo miſſus eſt: non alius quiſquam.

h *Non enim ad menſuram.*] Namq; ſpiritus hic quem Deus dare decreuit, nõ datur vt olim Moſi & ſeptuaginta ſenioribus ad menſurã, vt tantum cedat vni, tantundem alteri, minus tertio, plus quarto, &c. atque ita mihi huius rei facultas aliqua detur. Omnem poteſtatem dedit Pater Filio: ille eſt qui nullo indiget, & quo omnes indigemus. Filius dat iis qui ſibi credunt & obediunt, & iis communicat teſtimonium illud arcanum quo creditur in Filium ſecundum operationem virtutis Dei. qui ſic credit, habet vitã æternam. qui incredulus eſt huius veritatis, non habebit vitam; ſed ira illa Dei, cui anteà obnoxius erat, manebit ſuper eum.

### CAP. IIII.

a *Reliquit Iudæam.*] vt intelligerẽt Phariſæi illum non ſtudio contendendi cum Iohãne, aut nouam ſectam Phariſæorum ipſorum æmulatione ſuſcitare, ſed relinquere Iohanni ſuũ munus baptizandi & pœnitentiam prædicandi, quod à ſe promouebatur, nõ autem impugnabatur; & idem erat vtriuſque ſtudium in huiuſmodi prædicatione: ideoque *reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam*, vt ibi miniſterium ſuum promoueret, quod non ad Iudæos tantùm, ſed ad omnes pertinebat Iſraelitas, & eos qui perierant de domo Iſrael. Intereà enim Iohannes dum viueret, ſuo munere functurus erat teſtimonium reddendi de Ieſu Chriſto.

b *Iuxta prædium.*] partem illam agri quam emptam à filiis Hemor patris Sichem ad tabernaculorum ſuum teſtamento legauerat Iacob Ioſepho in gladio & arcu ſuo aſſerendam, ac ſepulcri iure confirmandam: neque hoc myſterio caret.

c *Sedebat ſic.*] habitu ac ſitu defatigati hominis.

d *Hora erat quaſi ſexta.*] Meridies erat, atque hora fatigationem augebat.

e *Non enim coutuntur.*] Ex patrum & Scribarum traditione, Iudæi non iuuant Samaritanos cibo aut potu, neq; ab illis iuuari poſſunt. Eſt enim cibi & potus communicatio genus cõſuetudinis & vitæ cõmunitatis, quæ non debet exerceri niſi inter eiuſdem inſtituti homines, ex Scribarum doctrina in Miſnaioth tractatu De benediction. Emere quidem poſſunt Iudæi à Samaritanis ea quæ immunditiæ ſuſpicione carent ad cibos, ſed accipere dono non poſſunt: hoc enim eſſet couti. Bibere verò ex eodem poculo non poſſunt, neque aquam, quia Samaritanorum vaſa immunda iudicantur.

10 Reſpondit Ieſus, & dixit ei, [a] Si ſcires
donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi,
Da mihi bibere: tu forſitã petiſſes ab eo,
& dediſſet tibi aquam viuam. 11 Dicit
ei mulier, Domine, [b] neq; in quo haurias
habes, & puteus altus eſt: vnde ergo ha-
bes aquam viuam? 12 [c] Nunquid tu ma-
ior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis
puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius,
& pecora eius? 13 Reſpondit Ieſus, &
dixit ei, [d] Omnis qui bibit ex aqua hac,
ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua
quam ego dabo ei, nõ ſitiet in æternum,
C 14 ſed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo
fons aquæ ſalientis in vitam æternam.
15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mi-
hi hãc aquam, vt non ſitiam: neque ve-
niam huc haurire. 16 Dicit ei Ieſus, Va-
de, [e] voca virum tuum, & veni huc.
17 Reſpondit mulier, & dixit, Non ha-
beo virum. Dicit ei Ieſus, Bene dixiſti,
quia non habeo virum. 18 quinq; enim
viros habuiſti; & nunc quem habes, non
eſt tuus vir. hoc verè dixiſti. 19 Dicit ei
mulier, Domine, video quia [f] Propheta
es tu. 20 [g] Patres noſtri in monte hoc
Deut. 12. a. 6 adorauerunt, & [h] vos dicitis, quia Ieroſo-
lymis eſt locus vbi adorare oportet.
21 Dicit ei Ieſus, Mulier, crede mihi, quia
[i] venit a- | [i] veniet hora, quando neque in monte
[lacuna]. c. 5.
hoc,

a *Si ſcires donum Dei.*] quod ille nunc donandum mittit mundo, communicandum gratis omnibus nationibus ad vſum omnium accipere volentium. & ſi ſcires quiſnam eſt is qui à te potum aquæ petit: nam cùm petat, & Iudęus à te exiſtimetur, cogitare oportuerit qualis nam Iudęus eſt hic, qui velit conuti Samaritanis: non enim videretur eſſe aliquis Samaritanorum excluſor, ſed receptor potius, qui vltrò cõmunicationem ineat cum Samaritanis. Iam non eſt vetitum Samaritanis à Iudæo petere, ſi Iudæus donare velit: ergò poſſes tu à me petere, ſi noſſes quiſnam ſim; neque ego difficultatẽ vllã mouerem, quominus tibi Samaritanæ aquam viuam communicarem; viuã, præſtantiſſima virtute vitã conferendi.
b *Neque in quo haurias habes.*] Huius putei aquam à me petiſti, quam tu ſi mihi dare velis, non video quo modo exhibere poſſis, quippe cui neque vas, neque reſtis eſt, neque tam longa brachia, vt manu haurire poſſis: nam *puteus altus eſt.*
c *Nunquid tu maior es.*] Esne ſcientia aut virtute præſtantior Iacob: qui hũc puteum nobis aperuit, atque optimæ aquæ eſſe probauit, quippe qua ipſe & familia eius & pecora vtebantur: nam ſi ille aliã hac potiorem intellexiſſet, & in ſuos & in familiæ vſus prouidiſſet.
d *Omnis qui biberit ex hac aqua.*] Hæc erit tibi argumentum, quo æſtimare poſſis num maior ego ſim Iacob: hæc aqua naturalis naturalem ſitim ſedat, ſed non extinguit perpetuò, atq; ideo ſæpius repetitur: eſt autem alia ſitis grauiſſima, quæ nullo potu ſedari aut extingui poſſit, præterquàm aqua à me exhibenda. quæ cùm ſemel bibitur, & ſitim ſedat & extinguit penitus, & recreat ſemper animam; eoque modo perpetuò iuuat, quo dulcis aquæ hauſtus frigidus ſitientium corpus iuuare ſolet, ſed multo præſtantius, & ex illo potu fit fons perpetuus in eo aquæ recreantis & exaturantis, quæ non ſolùm ſitim arcet, ſed vitã æternam conciliat, ad quam pertinet aqua hæc. Hac ſimilitudine ſignificabat Ieſus donum ſpiritus ſanctificationis per ſe communicandum cum credentibus & obedientibus ſibi.
e *Voca virum tuum.*] Non negat Ieſus aquam vlli mortalium ſe daturum, ſed omnes cupientes & ſitientes ad pœnitentiam primùm aduocat.
f *Propheta es tu.*] qui abſentia indicas, & celata retegis; nam que vatum ex prophetarum ſignis hoc eſt.

g *Patres noſtri.*] à tempore Ierobeam regis ac deinceps. h *Vos dicitis.*] Vos, prophetæ imprimis ac Iudæi omnes.
i *Venit hora.*] breui erit, cùm intra vos habere poſſitis Spiritum ſanctum datum vobis, in quo clamabitis, Abba pater: & illa erit ſolida & gratiſſima Deo adoratio præ cæteras omnes.

hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Pa-
trem. 22 [a] Vos adoratis quod neſcitis: 4 Reg. 17. a 28. & 36
nos adoramus quod ſcimus, [b] quia ſalus
ex Iudæis eſt. 23 [c] Sed venit hora, & nūc
eſt, [d] quando veri adoratores adorabunt
Patrem [e] in ſpiritu & veritate. Nam &
Pater tales quærit, qui adorent eum.
24 Spiritus eſt Deus: &, eos qui adorant 2 Cor. 3. d. 17
eum, in ſpiritu & veritate oportet ado-
rare. 25 Dicit ei mulier, Scio, quia Meſ-
ſias venit, [f] (qui dicitur, Chriſtus:) cùm D
ergo venerit, [g] ille nobis annuntiabit om-
nia. 26 Dicit ei Ieſus, [h] Ego ſum qui lo-
quor tecum. 27 Et continuò venerunt
diſcipuli eius: [i] & mirabantur, quia cum
muliere loquebatur. Nemo tamen dixit,
Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?
28 Reliquit ergo hydriam ſuam mulier:
& abiit in ciuitatem, & dicit illis homi-
nibus, 29 Venite, & videte hominem
qui

a *Vos adoratis quod neſcitis.*] Nunc interim dum homo animalis eſt, ac Deum in ſe inhabitantem nōdum habet, occupari debet in eo adorationis genere, quod præſtare ipſe iuxta conditionem ſuam poſſit; idque iuxta præcepta & inſtituta à Deo profecta. Vos neque modum adorandi à Deo præſcriptum tenetis, neque locum vbi hoc modo adorari oporteat, agnoſcitis. Nos verò Iudæi & rationem à Deo præſcriptam ſcimus, & locum adorationis à Deo indicatum habemus.

b *Quia ſalus ex Iudæis eſt.*] Iudæos oportet à Samaritanis conſuli de rebus ad ſalutem pertinentibus, non autem contrà Samaritanos à Iudæis: namque Samaritani neque legem, neque promiſſa à Deo habent: Iudæi vtrumque habent, & in Iudæa orituram eſſe ſalutem, vulgatum eſt omnium Prophetarū oraculis: atque ita apud illos conſtat certa loci & adorationis ratio, interim dum illud genus adorationis nō contingit, quod futurum eſt in vnoquoque ſancto homine quocunq; loco, cùm homo ipſe per inhabitantem Spiritum ſanctum, templum Dei viuū efficiatur. Interim inquā, conſeruanda eſt Eccleſiæ vnitas, extra quam non eſt ſalus. & cognoſcendum eſt Eccleſiæ caput, quod non in Samaria, ſed Ieroſolymis eſt.

c *Sed venit hora, & nunc eſt.*] Euāgelio prædicari cœpto hora erat, qua tēpus acceptabile & dies ſalutis incipiebant.

d *Quando veri adoratores.*] Non quòd falſi adoratores eſſent, qui Ieroſolymis ex diuino inſtituto adorarēt; ſed quòd illa adoratio erat vmbra adorationis ſolidæ & ſpiritualis. Itaque opponitur hoc loco nomē veritatis, nomini vmbræ, non autē nomini falſitatis. id quod Ieſus ſubiūcta oratione explicat.

e *In ſpiritu & veritate.*] Non ſolū verbis & habitibus ac geſtibus externis, ſed interno affectu in toto corde, in tota anima, in totis viribus; id quod ante Spiritum ſanctum à Chriſto datum non cōtingit hominibus. tunc præſtabitur & obſeruabitur lex diuina non ſolùm operibus externis, ſed actionibus internis. nam quamuis externa adoratio, pia, bona ac ſancta ſit, & hominem ſic adorantem quatenus homo eſt, commendet & probet; tamen quoniam Deus ſpiritus eſt, illa adoratione non delectatur, tanquam ſuæ ipſius naturæ adaptata: quippe cum ſpiritu inuiſibili ac ſimpliciſſimo ſenſibiliū rerum ratio non quadrat: donec homo per Spiritum ſanctum Dei filius fiat, membrum viuum filij Dei: ille enim ſpiritu Dei agitur, & ſpiritualis dicitur, ac Deo vſquequaque probatur: tunc conuenit veritati cum veritate, ſpiritui cum ſpiritu. tunc vmbra ipſa exterior interiorem veritatem rectè ſequitur: atque ita adoratur corpore, adoratur mente & ſpiritu; pſallitur voce, pſallitur ſpiritu & mente.

f *Qui dicitur Chriſtus.*] Euangeliſtæ, interpretantis Meſſiæ nomen, oratio eſt.

g *Ille nobis annuntiabit.*] Multas controuerſias, non ſolùm inter Samaritanos & Iudæos, ſed inter Iudæos ipſos, de religionis obſeruatione, de ſpirituali rerum ſignificatione, ad Meſſiæ aduentum remiſſas legimus: hac doctrina & fide in Meſſiam imbuta erat mulier hæc.

h *Ego ſum.*] Cupientibus ſeſe indicat Chriſtus, vltroque aperit.

i *Et mirabantur*] quod cum muliere illa Samaritana loqueretur, cùm ſcirent Samaritanos abalienatos eſſe à conſuetudine Iudæorum; neque ſciebant quid loqueretur. nam ſi Euangelium putarent, ſuccurrebat præceptū ipſis datum: Et in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. ſi de communicatione cibi & potus, exiſtimabant id non eſſe, cùm ipſi empturi cibos vrbem petiiſſent; & ille non facilē vti vellet in ea ratione dono accipiendi cum Samaritide, vtpote qui arbitrarentur obſeruari oportere traditionem illam: de aliis rebus ad externam vitam hominum pertinentibus, vt quomodo res publicæ & priuatæ Samaritanorum haberent, illum collocuturum cum fœmina illa non exiſtimabant, vtpote alienum ab huiuſmodi curioſitate, & qui probè noſſet omnia: tamen quòd ſciebant illum nihil ſine conſilio agere, nemo rogauit, *Quid quæris, &c.*

ᵃqui dixit mihi omnia quæcunque feci.
nunquid ipſe eſt Chriſtus? 30 Exierunt
ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.
31 Intereà rogabant eum diſcipuli, dicen-
tes, Rabbi, manduca. 32 Ille autē dixit
eis, Ego ᵇcibum habeo mãducare, quem
vos neſcitis. 33 Dicebant ergo diſcipu-
li ad inuicem, Nunquid aliquis attulit ei
manducare? 34 Dicit eis Ieſus, Meus ci-
E bus eſt vt faciam volũtatem eius qui mi-
4.&sup.6. ſit me, vt perficiam opus eius. 35 Nón-
ne vos dicitis, ᶜquòd adhuc quatuor mẽ-
ſes ſunt, & meſſis vénit? Ecce dico vobis,
leuate oculos veſtros, & videte regiones,
Mat.9.d.37 Lu.10.a.2 quia albę ſunt iam ad meſſem. 36 Et qui
metit, ᵈmercedem accipit, & congregat
fructum in vitam æternam: vt & qui ſe-
minat, ſimul gaudeat & qui metit.
37 In hoc enim eſt verbum verum: quia
alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui me-
tit. 38 Ego miſi vos metere quod vos nõ
laboraſtis: ᵉalij laborauerunt, & vos in
labores eorum introiſtis. 39 Ex ciuita-
te autem illa ᶠmulti crediderunt in eum
Samaritanorum, propter verbum mu-
lieris teſtimonium perhibentis, Quia di-
xit mihi omnia quæcũque feci. 40 Cùm
veniſſent ergo ad illum Samaritani, ro-
gauerunt eum vt ibi maneret. ᵍEt manſit
ibi duos dies. 41 Et multò plures credi-
derunt

a *Qui dixit mihi omnia quæcunque feci.*] totius vitæ meæ feriem expoſuit. nam de quinque viris legitimis dixerat illi, & præſentem virum illius non eſſe nouerat.

b *Cibum habeo manducare.*] Paſcor libentius alia re, quàm corporali iſto cibo. Latenter ſignificabat hoc loco Ieſus arcanũ illud poſtremæ cœnæ & Paſchatis myſterium, in quo opus Patris perficiendum erat, conſecuta ipſius morte ac reſurrectione.

c *Quod adhuc quatuor menſes.*] In primo menſe anni ſacri ad finem menſis hæc acta ſunt: namque in menſe ELVL meſſis fit, qui eſt quintus à Niſan. Vos, inquit, natis & virentibus ſegetibus prædicitis futuram meſſem, atque ad eam quarto ante menſe præparari incipitis certa ſpe frugum demetendarum; atque iam gaudere ea ſpe incipitis, hoc tantùm argumento adducti, quòd ſata frumenta fuiſſe ſciatis, & nata videritis. Atqui cùm meſſis ipſa inſtat, aut iam adeſt, omnes properant agricolæ, & ſatagunt atque ſtudioſè ineunt meſſem. Sic ego dico vobis meſſem hominum per Euangeliũ colligendorum inſtare iam, maturumque tempus ſalutis, & multos eſſe in gentibus etiam quos meti & in horreum regni cæleſtis cõgregari oporteat. ideò autem volo vos omni cura ac diligentia ad meſſem accingi hominum per Euangelium vitæ colligendorum, non in Iudæa tantùm, verumetiam in aliis regionibus, quæ maturiores etiã ſunt quàm Iudæa, propterea quòd non ſunt adeò addicti ſanæ ſententiæ, ſuique amantes aliarum regionum homines.

d *Mercedē accipit.*] & ſibi & aliis prodeſt, qui rectè metit. nam ipſe particeps fit vitæ æternæ, ſpiritusque adoptionis filiorum, vnusque ex regni cælorum ciuibus efficitur, & agricolæ ſiue regionis domino fructus congregat ad vitam æternam reponendos. ita fit, vt qui ſeminat gaudeat, quia ea caſſa ſeminauerat, vt aliquãdo meteretur: aliàs incaſſum laborauiſſet, & ipſe qui metit lætetur videns multam meſſem & ſibi & aliis vſui futuram.

e *Alij laborauerunt.*] Prophetæ, ſacerdotes, legiſlatores & veteris Teſtamẽti miniſtri cæteri ſeminarunt verbum promiſſorum & mandatorum Dei in fidem & obedientiam; & vos fruimini laboribus eorũ: namque Euãgelij virtute vos iuuabimini, & alios iuuabitis, cùm promiſſa Dei præſtabũtur per Spiritum ſanctum, qui propediẽ mittendus eſt, maturo iam tempore.

f *Multi crediderunt in eum.*] Crediderunt eum eſſe Meſſiam multi qui Meſſiæ aduentum expectabant auidè.

g *Et manſit ibi duos dies.*] Apud credentes enim manebat, & credituros amplius; ideoque non indignos communicatione ſui, vtpote Iudæis non inferiores animo ac virtute, ac iam ad meſſem opportunos. quamobrem manſit & annuntiauit Euangelium vitæ, quo credentium numerus auctus eſt.

derunt *propter ſermonem eius. 42 Et * in eum ; MS. G. S.
mulieri dicebāt, Quia iam non "propter " per MS. F
tuam loquelam credimus: ipſi enim au-
diuimus, & ſcimus quia hic eſt verè ſal-
uator mundi*. 43 Poſt duos autem dies *Chriſtus G. S.
exiit indè: & abiit in Galilæam. 44 [a] Ipſe
enim Ieſus teſtimonium perhibuit quia Mat. 13. g. 57 Marc. 6. a. 4
Propheta in ſua patria honorem non Luc. 4. d. 24 Mat. 4. b. 12
habet. 45 Cùm ergo veniſſet in Gali- Marc. 1. b. 14 Luc. 4. b. 14
læam, exceperunt eum Galilæi: [b] cùm
omnia vidiſſent quæ fecerat Ieroſolymis
in die feſto: & ipſi enim venerāt ad diem
feſtum. 46 Vênit ergo iterum in Cana
Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat Sup. 2. b. 9.
quidam regulus cuius filius infirmaba-
tur Capharnaum. 47 Hic cùm audiſſet
quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæā,
abiit ad eum, & rogabat eum vt deſcen- G
deret & ſanaret filium eius. incipiebat e-
nim mori. 48 Dixit ergo Ieſus ad eum,
[c] Niſi ſigna & prodigia videritis, non
"creditis. 49 Dicit ad eum regulus, Do " credetis MS. G. S.
mine, deſcende [d] prius quàm moriatur
filius meus. 50 Dicit ei Ieſus, Vade, [e] fi-
lius tuus viuit. *Credidit homo ſermoni * & MS. G. S.
quem dixit ei Ieſus, & ibat. 51 Iam au-
tem eo deſcendente, ſerui occurrerūt ei,
& nuntiauerunt dicentes, quia filius eius
viueret. 52 [f] Interrogabat ergo horam
ab eis, in qua melius habuerit. Et dixe-
runt ei, Quia heri hora ſepti a reliquit
eum febris. 53 Cognouit ergo pater,
quia

a *Ipſe enim Ieſus teſtimonium perhibuit.*] Egreſſus è Samaria exemplum Samaritanorum laudatus, qui nullo viſo miraculo & ſigno præter teſtimonium fœminæ, dicentis ſibi dicta eſſe quæ fecerat in vita anteacta, crediderunt eum eſſe prophetam, & Chriſtum ſeruatorem mundi totius, improbauit peruerſam hominum mētem, qui natum & educatum inter ſe prophetam negligant ac deſpiciant, quo vitio ſuos Galilæos & Iudæos laborare dolebat Ieſus, & identidem illos increpabat, & admonebat officij, exercens diligenter apud eos ſuum maximi prophetę maximum munus.

b *Cùm omnia vidiſſent.*] Exceptus eſt à Galilæis honoris mundani ſtudioſis, quòd Galilæus eſſet, illuſtremque ſe præbuiſſet Ieroſolymis, quòd ex ea re & honor regioni, & vtilitas magna acceſſura eſſet cognatis, propinquis, & patriæ omni, ſi hic tandem compos regni euaderet, Meſſiamque ſe declararet regno & faſtu ad humanam ambitionem definito.

c *Niſi ſigna & prodigia.*] Hoc etiā ſermone ſignificauit Ieſus quanto rectius Samaritani agerent, quanto ſapientius ſibi conſulerent, qui verbum Dei exciperent ipſa verbi ſapiētia & pulchritudine allecti, atque ſalutis ſuæ cupiditate inducti, non expectantes aut exigentes prodigia & ſigna.

d *Prius quàm moriatur.*] Hoc patris teſtimonium ad miraculi magnitudinē & certitudinem ſpectat.

e *Filius tuus viuit.*] ſanus eſt. namque eodem verbo viuendi ſignificat Hebræa & Syriaca lingua ſanationem & reſtitutionem ex morbo.

f *Interrogabat horam.*] Quia miraculū erat ex iis quę ſecundùm naturam fieri aliàs poſſunt, ſed in modo & celeritate conſtat miraculum, & à Ieſu erat indicatum ſignum fore ad credendū: oportuit tempus obſeruari, vt ſigni ratio conſtaret. namque ſecundùm naturam fieri poſſunt, ſigna etiam eſſe poſſunt, ſi prę ſcripto tempore ac notata hora fiant.

quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus,
Filius tuus viuit. & credidit ipſe & do-
mus eius tota. 54 Hoc iterum ſecun-
dum ſignum fecit Ieſus, cùm veniſſet à
Iudæa in Galilæam.

## CAP. V.

*Leui. 23. a. 5* *Deut. 16. a. 2* POſt hæc erat [a] dies feſtus Iudæorum,
A & aſcendit Ieſus Ieroſolymam. 2 Eſt
*ſup* MS. autem Ieroſolymis [b] "ſuper' Probatica,
piſcina quæ cognominatur Hebraicè
*Betheſda* *Hier. G. S.* "[c] Bethſaida', quinque porticus habens.
3 In his iacebat multitudo magna lan-
guentium, cæcorum, claudorum, ari-
dorum expectantium aquæ motum.
*enim G. S.* *MS. G. S.* *turbabat aquam: qui ergo MS. G.* 4 [d] Angelus "autem" Domini deſcẽdebat
ſecundùm tempus in piſcinam: & "mo-
uebatur aqua. Et qui' prior deſcendiſſet
*MS. G. S.* "in piſcinã' poſt motionem aquę, ſanus
fiebat à quacunque detinebatur infirmi-
tate. 5 Erat autem quidam homo ibi
[e] triginta & octo annos habens in infir-
mitate ſua. 6 Hunc cùm vidiſſet Ieſus
iacentem, & cognouiſſet quia iam mul-
tum tempus haberet, dicit ei, Vis ſanus
fieri? 7 Reſpondit ei languidus, Domi-
B ne, [f] hominem non habeo, vt cùm tur-
bata fuerit aqua, mittat me in piſcinam:
dum venio enim ego, alius ante me de-
ſcendit. 8 Dicit ei Ieſus, Surge, tolle gra-
bâtum tuum, & ambula. 9 Et ſtatim
ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit gra-
bâtum ſuum, & ambulabat. Erat autem

O ſabbathum

### CAP. V.

a *Dies feſtus*] Pentecoſtes.

b *Super Probaticam.*] portam ouium. Vide Nehemiam noſtrum in Apparatu ſacro.

c *Bethſaida.*] Domus miſericordiæ, vt verbum Syricum ſonat. Nominis rationem explicat Iohannes.

d *Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus.*] Erat miraculum perpetuum, ſed non commune.

e *Triginta octo annos.*] Magnam fidem & conſtantiam huius hominis eſſe oportuit, qui tanto tempore perſeuerauit expectans ſanitatem à Deo, quãquam omni humana ope deſtitutus eſſet.

f *Hominem non habeo.*] Voluntaté ſuam certiſſimam eſſe & fidem firmiſſimam ſignificat: itaque ex omni parte ſtudiũ & conatum ſuum Ieſu rogãti probat. tantum id deſiderari à ſe ait humanũ auxilium.

ſabbathũ in die illo. 10 [a] Dicebant ergo
Iudęi, illi qui ſanatus fuerat, Sabbathum
eſt, nõ licet tibi tollere grabâtum tuum. Exo. 20. b. 11. Iere. 17. d. 24.
11 Reſpondit eis, [b] Qui me ſanum fecit,
ille mihi dixit, Tolle grabâtum tuum, &
ambula. 12 Interrogauerunt ergo eum,
[c] Quis eſt ille homo qui dixit tibi, Tolle
grabâtum tuum, & ambula? 13 Is au-
tem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat
quis eſſet. [d] Ieſus enim declinauit à tur-
ba conſtituta in loco. 14 Poſteà inuenit
eum Ieſus in templo, & dixit illi, Ecce ſa-
nus factus es: iam noli peccare, ne dete- C
rius tibi aliquid contingat. 15 Abiit ille
homo, & nuntiauit Iudæis quia Ieſus
eſſet qui fecit eum ſanum. 16 Propterea
[e] perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hęc
faciebat in ſabbatho. 17 Ieſus autem
reſpondit eis, [f] Pater meus vſque modò
operatur: & ego operor. 18 Propterea
ergo magis quærebant eum Iudæi inter-
ficere: quia non ſolùm ſoluebat ſabba-
thum, ſed & patrem ſuum dicebat Deũ,
[g] æqualem ſe faciens Deo. 19 [h] Reſpon-
dit itaque Ieſus, & dixit eis, Amen, amen
dico vobis, [i] non poteſt Filius à ſe facere
quicquam,

a *Dicebant ergo Iudæi.* ] qui in platea erant ante templum, à quo non longè diſtabat piſcina.

b *Qui me ſanum fecit.* ] Significauit hac oratione ſe non ignorare quòd ſabbathum eſſet, verùm auctoritate diuina id facere, vtpote diuina virtute ſanatum; & ab eodem, à quo ſanatus erat, iuſſum tollere grabatum.

c *Quis eſt ille homo qui dixit.* ] Malitioſè interrogant: non, Quis eſt qui tibi ſanitatem reſtituit? ſed, *qui dixit*, &c.

d *Ieſus enim declinauit.* ] in exemplum gloriæ popularis fugiendæ.

e *Perſequebantur.* ] Reprehendebant & arguebant, atque accuſandi argumentum ex temporis tantùm circunſtantia, non ex re ipſa petebant

f *Pater meus vſque modo.* ] Eadem accuſatione qua me accuſatis, & Patrem meum inuoluitis. nam ſi crimen eſt ſabbatho ſanare, conſequitur Patrem meum in crimine eſſe vobis actoribus, quippe ille ſanitatis auctor eſt verus: miraculoſamque hãc ſanationem nemo poteſt humanæ virtuti aut arti tribuere, ſed Patri meo; cuius vt ego ſimilis ſum genitus filius, ita opera eadem facio. ille autem ſabbatho ſanauit hunc hominem, & ego etiam ſabbatho idem Patris opus facio. quòd ſi in me accuſatur, & in illo accuſatur. atqui ſi in illo iniuſtè accuſatur, & iniuſtè in me accuſatur. idem enim opus quod ego operor, à Patre meo volente & benigno proficiſcitur. Probat factum ſuum per Patris virtutem manifeſtam.

g *Æqualem ſe faciens Deo.* ] Quod genus blaſphemiæ grauiſſimum apud illos ducebatur: & in lege cautum erat, ne permitteretur quiſpiam ſibi arrogare huiuſmodi dignitatem & auctoritatem; imò nec propheticum etiã nomen, niſi apertis probationibus, quarum ratio in lege ipſa præfiniebatur.

h *Reſpondit.* ] Studium & zelum Iudæorum cauendi ne quis arroget ſibi dignitatem aliquam præter legis præſcriptum, non improbat Ieſus, ſed docere parat ſe non ſibi arrogare, quin potius à Patre acceptam exercere dignitatem illam filij Dei: itaq. ſi illi tebus ipſis & ſacrorum librorum teſtimoniis edocti veritatem admittere velint, ſapienter ſibi conſuluiſſe videbuntur, inquirentes num verè ille Dei filius ſit; quẽ ſi eſſe cõpererint, recipiant: ſin minus, reiiciant, & puniant legitimè. i *Non poteſt filius à ſe facere quicquam.* ] Argumentatio eſt à ſigno & efficientia: hoc modo: Si quiſpiam ſe Dei filium dixerit, eum oportet id docere operibus & factis quæ planè diuina eſſe cognoſcantur: namque Filius relationem habet ad Patrem & non poteſt nomine filij quicquam facere, niſi quod ad auctoritatem Patris referatur. Ergo ſi Filium ſe profitetur, opera Patris vt faciat conſequens eſt. Pater autem nomen gloriamque ſuam alteri non dabit extraneo & à ſe alieno: nedum Filij ſui auctoritatem & nomẽ permittet ei qui filius verè non ſit, ei autem qui verè ſit filius concedet omnem auctoritatem ſuam vti filio. nam que *Pater diligit Filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit.* Ergo qui Dei opera fecerit, & ſe filium vocarit Dei, talem eſſe agnoſcere oportebit. Non enim eſſe poteſt arrogatio nominis filij, cùm Filius non arroget quicquam ſibi nomine ſuo, ſed Patris auctoritatis, ac virtutis miniſtrum ſeſe vel ipſo nomine appellato profiteatur. Quòd ſi operibus pa-

ternis non probet, repellendus eſt: ſin verò & operibus & verbis Patris probet & repellatur, non tantùm Filius,
ſed Pater etiam ipſe repelletur. ſed cùm videatis opera Patris à Filio profecta, credite illum declarari Filium ſuum
à Patre. Videtis autem hæc, & videbitis maiora: non ſolùm ſanitates corporum, ac dimiſſiones ſingulares pec-
catorum, ſed quod maximè admirabimini, mortuorum peccatis & concupiſcentiis reſurrectionem in vitam æter-
nam; cuius argumenta & exempla nota erunt publicè in terris.

quicquam, niſi quod viderit Patrem fa-
cientem. quæcunque enim ille fecerit,
hæc & Filius ſimiliter facit. 20 Pater
enim diligit Filium, & omnia demon-
D ſtrat ei quæ ipſe facit: & maiora his de-
monſtrabit ei opera, vt vos miremini.
21 [a] Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos &
viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat.
22 [b] Neque enim Pater iudicat quēquam:
ſed omne iudicium dedit Filio, 23 vt
omnes honorificent Filium, ſicut hono-
rificant Patrem. qui non honorificat Fi-
lium, non honorificat Patrem qui miſit
illum. 24 Amen, amen dico vobis, quia
qui verbum meū audit, & credit ei qui
miſit me, habet vitam æternam. & in iu-
dicium non venit: [c] ſed "tranſiet' à morte
in vitam. 25 Amen, amen dico vobis,
E quia venit hora & nunc eſt, [d] quando
mortui audient vocem Filij Dei: & qui
audierint, viuent. 26 Sicut enim [e] Pater
habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & Fi-
lio habere vitam in ſemetipſo: 27 & po-
teſtatem dedit ei "etiam' iudicium face-
re, quia Filius hominis eſt. 28 Nolite

"tranſiit 7 ms. Aug. c. s.

"& 4 ms. Aug. c.

a *Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos.*] Deus cùm Patris nomine appellatur ad beneficium, miſericordiam ac benignitatem ipſius, cogitationem conuerti vult audientium, atque hoc nomine ſuſcitat mortuos; & eadem de cauſa Filium mittit cum poteſtate & gloria quaſi vnigeniti à Patre.

b *Neque enim Pater iudicat.*] Patris nomen non ſignificat iudicium & condemnationem; imò vt Pater nollet aliquem perire, ſed omnes conuerti ac viuere; ideò omne iudicium dedit Filio; vt ſi Filius ſuſcipiatur, vitam communicet ſe ſuſcipientibus: ſin repellatur, hoc ipſo nomine repulſæ vitæ iudicet eos à quibus fuerit repulſus. Erit autem iudicium, hoc eſt, ratio ſententiæ in ipſos ferendæ, quòd Filium, in quo vita eſſet, non receperint: hoc eſt, quòd oblatam vitam repulerint, & mortem in qua ipſi eſſent, optauerint retinere.

c *Sed tranſit de morte ad vitam.*] De morte in qua erat propter maledictionem antiquam, & ſua ipſius ſcelera ad vitam allatam & oblatam per Filium.

d *Quando mortui audient.*] Mortui in peccatis ac delictis: credentes verò in Filium Dei, qui habet vitam in ſemetipſo, & viuificat mortuos, audient vocem internam filij Dei reuocātis ipſos à morte ad vitam. & qui hoc modo vocantem illum audierint, viuent vita ſpirituali in ſanctitate & iuſtitia coram Deo. Alludit ad diluuij hiſtoriā.

e *Pater habet vitam in ſemetipſo.*] quia æternùm viuit, & ipſe vita eſt; & ideò appellatur à Prophetis, Deus viuens. ſic dedit Filio habere vitam in ſemetipſo, non ſolùm quatenus Filius Deus eſt, id enim habet æternum cum Patre ab ipſo Patre; ſed quatenus homo eſt, habet vitam à Patre in ſemetipſo, ita vt Filius vita æterna etiam ſit, ea ex parte qua homo eſt, & filius hominis, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate & veritate. Hanc verò vitam ipſi habendam Pater dedit, quam communicare poſſet cum membris ſuis: & poteſtatem etiam dedit ei iudicium facere, in condemnationem eorum à quibus non
fuerit ſuſceptus, quos à corpore ſuo abalienatos in peccato ſuo relinquet, & hoc eſt iudicium quod facturus eſt:
quia filius hominis eſt, Adami illius primi, cui ſimilis eſt ea parte qua Adam ad imaginem & ſimilitudinem Dei
factus fuerat: Adami corrupti non eſt ſimilis, ſed integri Adami; & præterea filius Dei. iudicium ergo fiet quòd
filius Dei factus fuerit homo, ac filius hominis in quo eſt vita, quæ communicari poteſt hominibus viuentibus,
quāquam mortuis in peccato qui huius vitæ communicatione tranſibunt de morte ad vitam, & quod idem non
ſit ſuſceptus ab hominibus, quos ſui ſimiles, hoc eſt, membra ſua facere vellet & poſſet.

28 [a] Nolite mirari hoc, quia venit hora in
qua omnes qui in monumentis ſunt, au-
dient vocem [*] eius. 29 & procedent qui
bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ:
qui verò mala egerunt, in reſurrectio-
nem iudicij. 30 [b] Non poſſum ego à me-
ipſo facere quicquam. Sicut audio, iudi-
co: & iudicium meum iuſtum eſt. quia
non quæro voluntatem meam, ſed vo-
luntatem eius qui miſit me. 31 Si ego
teſtimonium perhibeo de meipſo, teſti-
monium meum non eſt verum. 32 Alius
eſt qui teſtimonium perhibet de me: &
ſcio quia verum eſt teſtimonium [*] quod
perhibet de me. 33 Vos miſiſtis ad Io-
hannem: & teſtimonium perhibuit ve-
ritati. 34 Ego autem [c] non ab homine
teſtimonium accipio: ſed hæc dico vt
vos ſalui ſitis. 35 Ille erat lucerna ar-
dens & lucens. Vos autem voluiſtis ad
horam exultare in luce eius. 36 [d] Ego
autem habeo teſtimonium maius Io-
hanne.

[*] filij Dei. Matt. 25. d. 46

Matt. 3. d. 17

F

a *Nolite mirari.*] quòd dixerim mortuos audituros vocem filij Dei; mortuos, inquam, peccatis, viuentes verò adhuc in carne. Namque & mortui qui in carne mortui iam diu fuêre, & in monumentis conditi ſunt, tamẽ in ipſis monumentis audiẽt vocẽ eius vocantis ipſos: & ij qui in fide obdormierunt, & officio ſuæ pietatis cauſa defuncti ſunt, prodibunt in reſurrectioné vitæ æternæ: qui verò mala egerũt, in reſurrectionem damnationis propriè, quòd indignos reddiderint ſeſe hac vita æterna, & iudicium aſſerendum contra incredulos & inobedientes ſibiipſis confirmarint.

b *Non poſſum ego à meipſo.*] mea ipſius auctoritate ſine conſilio Patris: imò quidquid facio vel vitam communicando, vel iudicium inferendo, iuxta Patris conſilium & voluntatem facio. Et ſicut audio à Patre, cuius ſententiã iudiciumque teneo ſic iudico; ſic hos ad ſalutem & vitam reſuſcito, credentes videlicet atque obtemperantes Dei voluntati, ideò non poſſum reprehẽdi, vt qui priuatam ſententiam aut voluntatem ſequar: namque omnino ſequor voluntatem eius à quo miſſus ſum. Ergo conſequẽs eſt me nihil mihi ipſi mea priuata voluntate quærere, non gloriam, non beneuolentiã quorundam, non alius inuidiam, non vltionem aduerſus eos qui me impugnant; non denique quicquã mihi ipſi arrogo, ſed tantùm obedio Patri, cuius voluntatem teneo, probo, colo & exequor. Reliquum eſt, vt ego probem miſſus eſſe à Patre, voluntatis illius faciendæ cauſa: atqui quod faciam voluntatem Dei, cõſtat ex operibus ipſis, quæ nemo alius facere poſſit, quippe diuina omnino & à Deo profecta: nemo poſſit negare. Itaque quod vos accuſatis me æqualem Deo memetipſum facere, hoc ego vobis nego: meumque ſtudiũ eſſe affirmo & profiteor obedire Patri, & nomine auctoritateque Patris hæc facere. Quòd ſi ex his operibus & obedientiæ meæ exercitationis & profeſſione conſequitur me declarari eſſe æqualem Patri, & dignum gloria hac, non id ex eo fit quòd à me curetur, ſed quòd Pater ita velit, qui ſi aliud etiam velit, me in omnibus obtemperantem ſibi habet. Reliquum igitur eſt, confirmare an miſſus ſim à Patre: id ego nunquam profeſſus fui, aut declaraui mea voce aut prædicatione; neque enim prius in publicum prodij officium munuſque meum executurus, quàm à Patre declararer Filius, grauiſſimo teſtimonio Iohannis à vobis examinati.

c *Non ab homine teſtimonium accipio.*] Non hoc dico vt velim teſtimonium Iohannis in meam auctoritatem appellare, ſed in veſtram ſalutem atque vtilitatem vtor teſtimonio Iohannis, qui vobis miſſus fuit index & lucerna quæ vobis luceret ad cognitionem eius qui mittendus erat à Patre, & expectabatur in Iſrael: ille vobis index fuit & lucerna ardens & lucẽs doctrina veritatis pœnitentiæ & boni nuntij: quem vos læti ſuſcepiſtis, pronuntiantem appropinquare regnum cælorum, & baptizabamini ab illo. Sed hæc exultatio fuit vobis breuis, quam perpetuam eſſe oportuit. Itaque Iohannis teſtimonium ex abundanti beneficio Dei vobis conſtat, vt vos ſalui ſitis, vt omnes crederetis per illum.

f *[illegible]*] Nam quod ad auctoritatem meam attinet quòd ego filius Dei ſim, ex factis actionibusque meis probatur manifeſtè, quæ cùm omnino conueniant cum vaticinijs ac prædictionibus indicijsque ſcriptura ſacra deſcriptis, teſtantur ipſa me eſſe filium Dei à Patre miſſum. extat etiam teſtimonium voce viua à Patre pronuntiatum. Vos tamen obturatis auribus eſtis, & cæcis oculis; ita vt neque audieritis vocem eius, tam eam quam Iohannes retulit vobis, quàm eam quæ in ſcripturis perpetuò ſonat: neque videritis oculis apertis & puris opera à me facta, quæ Dei ſpeciem manifeſtè exhibent. Videtur enim diuinitas non in ſe, quia nemo vidit vnquã Deũ, ſed in operibus & beneficijs humanæ

& hæc omnia declarata ſunt verbo Dei: ſed id non manet in vobis, quamuis in ore veſtro ſit ver-
generi collatis, & hæc omnia declarata ſunt verbo Dei; ſed id non manet in vobis, quamuis in ore veſtro ſit vegi
bum Dei, ad oſtentationem vel ad conſuetudinem, vt fit; tamen non ſentitur à vobis interius illius verbi virtus &
ſignificatio, quia non manet in vobis ipſis: non vobis legitis verbum ea ſimplicitate & obſeruantia qua legi opor-
tet; ſed legitis propter alias cauſas, ad ambitionem aut cupiditatem pertinentes. Argumentum eſt autem illud nõ
manere in vobis, neque quod ſcriptum eſt, neque quod prædicatione Iohannis & mea exponitur, quòd non cre-
datis illi qui à Deo miſſus eſt: & non credētes verbum repellitis & indignos vos facitis in quibus verbũ maneat.

*mihi MS. &c.5. hanne. Opera enim quæ dedit * Pater vt
perficiam ea: ipſa opera quæ ego facio,
teſtimonium perhibent de me, quia Pa-
ter miſit me. 37 & qui miſit me Pater,
Mat.3.d.17 17.a.5. ipſe teſtimonium perhibuit de me. ne-
que vocem eius vnquam audiſtis, neque
Deut.4.b.12. ſpeciem eius vidiſtis: 38 & verbum eius
non habetis in vobis manẽs: quia quem
miſit ille, huic vos non creditis.
39 Scrutamini ſcripturas, [a] quia vos puta-
tis in ipſis vitam æternam habere: & illæ
ſunt quę teſtimonium perhibent de me:
40 & non vultis venire ad me vt vitam
habeatis. 41 [b] Claritatem ab homini-
bus non accipio. 42 Sed cognoui vos
quia dilectionem Dei non habetis in vo-
G bis. 43 [c] Ego veni in nomine Patris mei,
*accepiſtis MS. [d] & non * accipitis me: ſi alius venerit in
nomine ſuo, illum accipietis. 44 Quo-
modo vos poteſtis credere, [e] qui gloriam
abinuicem accipitis: & gloriam quæ à
ſolo Deo eſt, non quæritis? 45 Nolite
putare [f] quia ego accuſaturus ſim vos a-
pud Patrẽ. eſt qui accuſat vos, Moyſes,

a *Quia vos putatis in ipſis.*) Vos exiſti-
matis ex ſimplici obſeruatione ſcri-
pturarum oriri vitam æternam: Dici-
tis enim legem eſſe fontem vitæ, & ta-
men ſcripturæ non affirmant vitã eſſe
ab ipſis donandam; ſed indicant quẽ-
dam fore à Deo ſuſcitandum & mit-
tendum, qui vitam donet credentibus
in eum & omnem animam quæ non
crediderit & obedierit verbis Prophe-
tæ illius à Domino mittendi, abſcin-
dendam de populo Dei, indicãt ſigna
quibus cognoſci poſſit Propheta ille;
& cognitus [illegible] & ſuſcipi: illa omnia
de me ſcripta ſunt, legite diligenter, &
examinate an ita ſint, an in me qua-
drent.

b *Claritatem ab hominibus non accipio.*]
Si ego non eſſem clarificatus à Patre
pronuntiato & ſcripto teſtimonio at-
que operibus ipſis, non acciperem cla-
ritatem ab hominibus, quippe ab ho-
minibus tantum admota non eſſet ſa-
tis idonea ad me clarificandum: ego
autem habeo claritatẽ à Deo: ſed hac
claritate nõ vtimini, quia dilectionem
Dei non habetis in vobis.

c *Ego veni in nomine.*] Ideo non recipior
à vobis, quòd non amatis Patrem, cu-
ius mandata & iuſſa fero & exequor.
nam iam dixi non priuatas res agere
me, ſed publicas in veſtram ſalutem:
idque non meo conſilio ſolus, vt ho-
mines qui ſuam gloriam quærat; ſed
conſilio & iuſſu Patris, cuius veritatẽ
dum procuro, gloriam etiam ipſius
quæro.

d *Et non accipitis me.*] Ego veni Patris
mei vi tum efficacitate atque aucto-
ritate inſtructus, vt vobis vitam æter-
nam illius nomine donem, promiſſa-
que ab illo facta reipſa ac veritate præ-
ſtem. Alius veniet in nomine ſuo, qui
nec ſalutem nec Spiritũ vobis afferat,
ſed ſuas res agat; non miſſus à Deo,
ſed conſilio proprio; & tamen excipie-
tur à vobis.

e *Qui gloriam abinuicem accipitis.*] pieta-
tis, ſanctitatis, ac doctrinæ & iuſtitiæ
nomen & gloriam, non ex veritate
ipſa, ſed ex hominum teſtimonio quæ-
ritis: ideoque vos non tam boni, iuſti ac ſancti eſſe, quàm haberi ſtudetis: atque hoc modo ſanctitatis laudem
conſtare vobis cupitis: veſtram atque iſtam iuſtitiam legis à vobis veſtra exercitatione & obſeruatione partam ſum-
mam gloriam exiſtimatis: gloriam verò iuſtificationis & ſanctitatis illius interioris ac ſolidiſſimæ, quę à Deo
eſt, non quæritis. Hanc gloriam ego vobis commendo, prædico & propono: quam cùm vos non quæratis, crede-
re mihi non poteſtis: non quòd negatum ſit animæ veſtræ credere, ſed quòd vos ea ratione teneatis mordi-
cus, cum qua mea ratio conſtare non poteſt.

f *Quia ego accuſaturus ſim.*] Ego non veni vt ac-
cuſatorem quemquam, ſed vt ſaluarem omnes; vtque Moſis prædictionibus per vos ſatisfieret, curatorem a[illegible]
quidquid à Patre promiſſum eſt, rediturusque ſum ad Patrem, expleto illius mandatis ac iuſſis. Vos cùm me non

ſuſcipiatis, Moſis fidem abrogatis, qui ſcripſit me venturum, meique cognoſcendi ſigna indicauit. ego ita ago, vt Moſis indicia, ſigna & argumenta omnia præſtem: quæ cùm vos non excipiatis, Moſi, in quo vos nitimini, tamen non creditis. Igitur ille accuſabit vos incredulitatis, quippe qui ſcripſerit: Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor exiſtam: illius vltionis poſtulator Moſes erit.

in quo vos ſperatis. 46 Si enim credere-
tis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. de
me enim ille ſcripſit. 47 [g] Si autem illius *Gen. 3. c. 15, 22. d. 18. & 49. b. 10. Deut. 18. c. 15*
literis nõ creditis, quomodo verbis meis
credetis?

[g] *Si autem illius literis.*] per vos iam diu receptis, à Deo confirmatis, ab eodem Moſe tot minarum & prædictionum numero corroboratis, & quæ mutari aut inuerti non poſſunt, frequenter legi ac relegi poſſunt: illius, inquam, cui vos tantum tribuitis, quomodo credetis verbis meis, quæ diſſimulare, aut inuertere, aut mendosè referre vos veſtra malitia poteſtis, maximè cùm me oderitis aut ſpreueritis?

## CAP. VI.

POſt hæc abiit Ieſus trans mare Gali- *Mat. 14. b. 13. Mar. 6. c. 32. Luc. 9. a. 10*
lææ, quod eſt Tyberiadis: 2 & ſeque-
batur eum multitudo magna, quia vide- A
bant ſigna quæ faciebat ſuper his qui in-
firmabantur. 3 Subiit ergo in montem
Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.
4 Erat autem proximum Paſcha, dies fe- *Exod. 12. c. 15. Leuit. 23. a. 5. Deut. 16. a. 1.*
ſtus Iudæorum. 5 Cùm ſubleuaſſet er-
go oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitu-
do maxima venit ad eum, dicit ad Phi-
lippum, Vnde ememus panes, vt man-
ducent hi? 6 Hoc autem dicebat [a] ten-
tans eum. ipſe enim ſciebat quid eſſet fa-
cturus. 7 Reſpondit ei Philippus, [b] Du-
centorum denariorum panes non ſuffi-
ciunt eis, vt vnuſquiſque * modicũ quid * *eorum* G. E.
accipiat. 8 Dicit ei vnus ex diſcipulis e-
ius, Andreas frater Simônis Petri,
9 Eſt puer vnus hîc qui habet quinque *Mat. 14. c. 17. Mar. 6. e. 38. Luc. 9. b. 13*
panes ordeaceos, & duos piſces: ſed hęc
quid ſunt inter tantos? 10 * Dicit ergo * Dixit M. & G.
Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat
autem fœnum multum in loco. Diſcu- B
buerunt ergo viri, numero quaſi quinq;
millia.

[a] *Tentans eum.*] Periculum faciebat hoc loco Ieſus & magnitudinis fidei in Philippo, & iudicij atque conſilij humanæ inopiæ, vt manifeſtius appareret poſteà diuinæ prouidentiæ argumentum & exemplum.

[b] *Ducentorum denariorum.*] Non attigit Philippus fidei ſcopum: reſpõdit enim in aliam ſententiam atque fuerat rogatus.

millia. 11 Accepit ergo Ieſus panes : &
cùm gratias egiſſet, diſtribuit diſcum-
bentibus. ſimiliter & ex piſcibus quan-
tum volebant. 12 Vt autem impleti ſunt,
dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſupe-
rauerunt fragmenta, ne pereant.
13 Collegerunt ergo, & impleuerũt duo-
decim cophinos fragmẽtorum ex quin-
que panibus ordeaceis*: quæ ſuperfuerũt
his qui manducauerant. 14 Illi ergo ho-
mines a cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat
ſignum, dicebãt, Quia hic eſt verè pro-
pheta qui venturus eſt in mundum.
15 Ieſus ergo cùm cognouiſſet quia ven-
turi eſſent vt raperent eum, & facerent
eum regem, b fugit iterum in montem
ipſe ſolus. 16 Vt autem ſerò factum eſt,
deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.
17 Et cùm aſcendiſſent nauim, venerunt
trans mare in Capharnaum. & tenebræ
iam factæ erant: & non venerat ad eos
Ieſus. 18 Mare autem, vento magno
flante, exurgebat. 19 Cùm remigaſſent
ergo quaſi ſtadia vigintiquinque aut tri-
C ginta, vident Ieſum ambulantem ſuper
mare, & proximum naui fieri: & timue-
runt. 20 Ille autem dicit eis, Ego ſum,
nolite timere. 21 Voluerunt ergo acci-
pere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit
c ad terram * quam ibant. 22 Altera die
d turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia
nauicula alia non erat ibi niſi vna, &

quia

* & duobus piſcibus o.

Mat. 14. c. 23 Mar. 6 f. 46

* in MS. ad MS. adq. G. S.

a *Cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat.*] maius in ſuo genere quàm fuit illud mãna Moſis tempore: namque illud è cælo expectabatur quotidie, & non mittebatur à Moſe, ſed ab Angelis parabatur. hoc ab ipſo Ieſu effectum erat ipſis videntibus & ſpectantibus. Vario etiam genere conſtabat panium & piſcium, quantum volebant: & ſupererat etiam quod in alios dies reſeruari poſſet: ex Manna autem nihil in craſtinũ ſeruabatur prę terquàm in ſabbathum. Exiſtimabant autem illum poſſe omnibus iis qui ſe ſuſciperent in regẽ, proſpicere & præbere cibum abſque vllo ipſorum negotio aut labore: & beatos fore ſe putabant, ſi primum omnium ipſum in regem tollerent, qui omnia illis abundè ſuppeditare poſſet. Et cùm alia miracula feciſſet, non adeò affecti fuerant erga ipſum ipſiusque doctrinam.

b *Fugit iterum in montem.*] vt qui nolebat ſuſcipi in regem mundanum, neque terrenarum rerum cauſa peti.

c *Ad terrã quam ibant.*] Sedata eſt enim tempeſtas Ieſu in nauim aſcendente, & ſucceſſit ſecundus ventus opportuniſſimus ac velociſſimus.

d *Turba quæ ſtabat trans mare.*] non lõgè à Tyberiade, quæ poſt ſaturationis miraculum ibidem manſerant, & aliæ etiam naues cum vectoribus acceſſerunt, quibus turba illa tranſi poſſet.

quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis
Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius ab-
iiſſent: 23 aliæ verò ſuperuenerunt na-
ues à Tyberiade iuxta locum vbi man-
ducauerant panem, [a] gratias [*] agente Do- [*] agente Deo M6.
mino. 24 Cùm ergo vidiſſet turba quia
Ieſus non eſſet ibi, neque diſcipuli eius,
aſcenderunt in nauiculas, & venerũt Ca-
pharnaum quærentes Ieſum. 25 Et cùm
inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei,
Rabbi, [b] quando huc veniſti? 26 Reſpon- D
dit eis Ieſus, & dixit, Amen, amen dico
vobis, quæritis me [c] non quia vidiſtis ſi-
gna, ſed quia manducaſtis ex panibus, &
ſaturati eſtis. 27 Operamini [d] non ci-
bum qui perit, ſed qui permanet in vitam
æternam, quem Filius hominis dabit
vobis. [e] Hunc enim Pater ſignauit Deus.
28 Dixerunt ergo ad eum, Quid facie- Sup 1.e.32 Mat. 3.d.17 & 17.a.5. 1 Ioh. 3.d.23
mus [f] vt operemur opera Dei? 29 Re-
ſpondit Ieſus, & dixit eis, Hoc eſt opus
Dei, [g] vt credatis in eum quem miſit ille.
30 Dixerunt ergo ei, [h] Quod ergo tu facis
ſignum, vt videamus, & credamus tibi?
quid operaris? 31 Patres noſtri mandu-
cauerunt manna in deſerto: ſicut ſcriptũ
eſt, Panem de cælo dedit eis manducare. Exod.16.d.4 d.14. [illegible]
32 Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amen dico
vobis,

a *Gratias agentes Deo.*] Illæ naniculæ multos vehebant, tum ex iis qui miraculo interfuerant edendo, tum ex iis qui hoc ab aliis audierant: omnes verò agebant gratias Deo, qui expectatum Prophetam ipſis miſiſſet.

b *Quando huc veniſti?*] Intelligebant illum non citra miraculum eò loci traiecisse.

c *Non quia vidiſtis ſigna*] à me edita in teſtimoniũ Euangelij & muneris mei, atque ad ſalutem veſtram pertinentia.

d *Non cibum qui perit*] Curate nõ res terrenas, & quæ ad corporis commoditatem facere videntur, ſed cibũ illũ arcanum; quem qui edit, nõ eſurit; Spiritus ſancti iuſtificantis, quẽ filius hominis factus ſecundum Deum in ſanctitate & iuſtitia communicabit vobis.

e *Hunc enim Pater ſignauit Deus.*] Hoc definiuit proprium ſignum fore eius qui mittendus erat ab illo in regem veſtrum, quem cibum vti nemo præter Filium hominis Patris auctoritate dare poteſt, ita nemo ſignare potuit præter illum. & qui hoc cibo paſtus non fuerit, non habebit vitam æternam: & qui hunc cibum non dederit, non eſt is quem expectari & in regem ſuſcipi oportuit. namque vita æterna à Deo datur, qui vita æterna eſt, per Filium in quo vita eſt. & non poteſt vita æterna ex alio accipi, quàm ex Filio hominis, qui ſignatus eſt à Patre certo ſigno vti daturus cibum à Patre ſignatum.

f *Vt operemur opera Dei?*] Hoc interrogant, quia audierant monẽtem Ieſum, Operamini cibũ, hoc eſt, ſtudete paſci illo cibo. &c. Quandoquidem dicebat illum cibũ opus Dei, non hominis eſſe, & illos debere operari illum, volentes vitam æternam viuere: interrogant, Si Dei eſt opus, qua ratione, qua actione efficietur, vt nos illud operemur?

g *Vt credatis.*] Deſcribit prius Ieſus rẽ ipſam, vt cognoſcatur quid ſit id de quo ſermo inſtituitur. Dicit autẽ eſſe opus Dei idipſum, videlicet credere in eũ qui à Deo eſt miſſus; credere, inquã, fide quæ reuelanda erat, de qua ſcriptum eſt, Qui credidimus ſecundum operationem virtutis Dei. Namq; hæc fidei perfectio à Deo donatur iis qui credunt Euangelio regni. ſicut ſcriptũ eſt: Iuſtitia Dei in Euangelio reuelatur ex fide in fidem. Iudæi de hoc credendi modo nihil intelligebant, vt ex diſputatione Nicodemi arguitur.

h *Quod ergo tu facis ſignum.*] Si non vis ſaturationis externæ ſignum illud tanquam certiſſimum tui muneris teſtimonium accipi, quod maius facis tu? Oportet enim aliquem vitæ vſumfructum accipi ex eo qui expectabatur à nobis propheta, perinde atque acceperunt patres noſtri ex Moſe panem de cælo.

vobis, [a] non Moyſes dedit vobis panem
de cælo, ſed Pater meus dat vobis pa-
nem de cælo verum. 33 Panis enim
Dei eſt qui de cælo deſcendit, & dat vi-
tam mundo. 34 Dixerunt ergo ad eum,
Domine, ſemper da nobis panem hunc.
Ibid..24.c.29 35 Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis
vitæ: [b] qui venit ad me, non eſuriet: [c] &
qui credit in me, non ſitiet vnquam.
36 [d] Sed dixi vobis quia & vidiſtis me, &
non creditis. 37 [e] Omne quod dat mihi
Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad
me, non eiiciam foras. 38 quia deſcen-
di de cælo, non vt faciam voluntatem
meam, ſed volũtatem eius qui miſit me.
autem MS. Aug.c.s. 39 Hæc eſt "enim' voluntas eius qui miſit
me, Patris: [f] vt omne quod dedit mihi,
non perdam ex eo, [g] ſed reſuſcitem illud
enim MS. Aug.cq.s. in nouiſſimo die. 40 Hæc eſt "autem'
E voluntas Patris mei, qui miſit me: [h] vt
omnis qui videt filium, & credit in eum,
habeat vitam æternam, & ego reſuſci-

P tabo

a *Non Moyſes dedit vobis panem de cælo.*] Si propriè & ſecundùm naturam loquamur, panis ille, cuius non auctor, ſed miniſter Moſes fuit, non erat è cælo: nam neque Moſes ipſe deſcendit de cęlo, qui vobis panem illum afferret; neque panis ipſe cæleſtis verè erat, vtpote qui neque incorruptibilis eſſet, neque ſaturare ita poſſet, vt eſurire amplius homines non ſineret; ac vitam & incorruptibilitatem conferret. Non enim in cælo confectus fuit ille cibus, in cælo, inquam, illo ſuperiori incorruptibili, qui præcipuè Dei ſedes dicitur; ſed in cælo inferiori in aëre ſiue æthere, vbi ros & pruina & cætera fiũt, quæ in ſublimi fieri dicuntur. Verus panis de cælo eſt, qui de cælo datur à Patre meo qui in cælis eſt: datur autem per eum qui de cælo venit. nam qui de cælo verè deſcenderit panis, non poteſt dici panis Moſis, neque aliàs hominis panis, ſed potius dicendus eſt Dei panis; panis in quo virtus Dei, imò ipſe Deus eſt, qui dat vitam mundo, quam homo nullus, qui homo tantùm ſit, poteſt dare. quippe vitam, id eſt, Deum, homo dare nequit: & hæc vita non ſolùm ad vos pertinet: non enim eſt vni genti ſingulariter cõceſſa, aliis omnibus negata, ſicut mannæ donũ fuit; ſed mundo omni propoſita eſt, cui dabitur volenti tamen accipere.

b *Qui venit ad me*] Qui adductus à Patre meo ad me edendum deuenerit, mecumque coniunctus fuerit, vt is qui paſcitur, coniungitur & fit vnum cum cibo ſumpto & concocto, hic non eſuriet gratiam Dei quippe qui replebitur bonis domus Dei, & ſaturabitur cùm apparuerit gloria Dei: ita erit refectus hoc cibo, vt fiat membrum meum de oſſibus, carne & ſpiritu meis; atque ex conſequẽti non indigebit alio cibo ad vitam æternam cùm me habeat.

c *Et qui credit in me*] ſecundùm potentiam virtutis Dei, ille non ſitiet iuſtitiam, quia ſatur erit cùm ita crediderit.

d *Sed dixi vobis.*] Paulo antè dixi à vobis me non quæri propter ſigna viſa, quibus Pater teſtatus eſt me eſſe donatum in mundi vitam: & cùm me ea ſigna edentem videritis, tamen non credidiſtis eum eſſe qui à vobis expectandus eram & ſuſcipiendus: credidiſtis autem me eſſe qui ſaturare poſſem vos panibus & piſcibus, atque aliis cibis qui pereunt, & non conferunt vitam permanentem. iam ergo qui ſim, quis cibus, vnde miſſus, & quàm efficax, dixi vobis; vt non cauſemini non dictum vobis fuiſſe & expoſitum. e *Omne quod dat.*] Pater dat mihi omnes credentes & obtemperantes præceptis meis; alios non dat, neque eſſe vult ſuorum promiſſorum compotes, qui non credunt mihi. Id autem quod venerit ad me per fidem & obedientiam, libenter ego excipiam quodcunque caput ſit, cuiuſcunque generis & nationis, dummodo voluntati Patris obediens fuerit.

f *Vt omne quod dedit mihi.*] Omnem hominem ad me venientem virtute Patris mei, & in me manentem, quippe quem foras eiiciendum non eſſe affirmabam. Sed oportet intelligere quid eſt, dari aliquem à Patre filio: Eſt inſerere in Filio, tanquam palmitem in vite, ad fructus Deo gratiſſimos ferendos.

g *Sed reſuſcitem illud in nouiſſimo.*] Membra enim non perduntur, cùm fruuntur ſpiritu vitæ qui in Filio eſt; ſed conſeruantur in corpore ipſo virtute capitis, quia caput vita æterna eſt; ita conſeruat membra ſua, vt nulla temporis diuturnitate perire ea ſinat, ſed ad nouiſſimum vſque diem foueat, quo die Filius Patri ſeſe offeret cum omnibus membris ſuis reſuſcitatis ad poſſeſſionem æterni regni.

h *Vt omnis qui videt Filium.*] non viſione corporali vt neceſſaria, ſed viſione ſpirituali intra animum ſpiritumque ſuum videt Filium ingreſſum, & inhabitantem in ſe per Spiritum ſanctum ſibi donatum: hic eſt qui admiranda

& viuificante viſione videt Filium, & hic credit in eum ſecundùm potentiam virtutis Dei. Is igitur qui ſic videt Filium, habet vitam æternam ex propoſito ac beneficio Patris.

tabo eum in nouiſſimo die. 41 [a] Mur-
murabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſ-
ſet, Ego ſum panis * qui de cælo deſcẽdi: * viuus ms. R.
42 & dicebant: Nónne hic eſt Ieſus filius Mat.13.g.55
Ioſeph, cuius nos nouimus patrem &
matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia
de cælo deſcendi? 43 Reſpondit ergo
Ieſus, & dixit eis, Nolite murmurare * * in 4 ms. G.S.
inuicem: 44 [b] nemo poteſt venire ad me,
niſi Pater qui miſit me, traxerit eum: &
ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſa.54.c.13
45 Eſt ſcriptum in Prophetis, Et erunt
omnes docibiles Dei. [c] Omnis qui audi-
uit à Patre, & didicit, venit ad me.
46 Non quia Patrem vidit quiſquam, ni-
ſi is qui eſt à Deo: hic vidit Patrem. Mat.11.d.27
47 Amen, amen dico vobis, qui credit in
me, habet vitam æternam. 48 Ego ſum
panis vitæ. 49 Patres veſtri manduca-
uerunt mãna in deſerto: & [d] mortui ſunt. Exo.16.d.15
50 Hic eſt panis de cælo deſcendens: [e] vt
ſiquis ex ipſo manducauerit, non moria-
tur. 51 Ego ſum [f] panis viuus, qui de F
cælo deſcendi. [g] Si quis manducauerit ex
hoc pane, viuet in æternum: & panis quẽ
ego

a *Murmurabant*] quia verba hæc ſpiritus & vita erant, non capiebantur ab animalibus hominibus, qui ſecundùm carnem & ſenſum carnis iudicant; & verba myſtica & ſacra ex communi atque carnali ſignificatione interpretantur: neque aliud intelligunt, quã quod à ſenſu proficiſcitur.

b *Nemo poteſt venire ad me.*] Non miror à vobis non intelligi hanc arcanam rationem: namque hæc Deum doctorem poſtulat ad intelligendum. oportet enim eſſe in me eum qui hæc cogniturus ſit; eſſe autem in me nemo poteſt, niſi virtute & efficiẽtia Patris mei: propria enim virtute, quamuis volens, quamuis currens, nemo hoc magnum & amplum locum obtinebit, niſi inductus à Patre; tum videbit me, tunc intelliget quid ſit eſſe apud me: tunc ille non ex ſuo ſtudio aut ingenio, ſed ex Dei dono cognoſcet hoc myſteriũ, & erit verè docibilis Dei, ſiue doctus à Deo. Eſt autem venire ad Chriſtũ participem fieri diuinæ & humanæ naturæ Chriſti tanquam membrum ipſius viuum.

c *Omnis qui audiuit à Patre.*] Quicunque fuerit qui à Patre audierit interiori auditu, & didicerit hoc myſterium; ſentiebitur id ſibi hoc modo contigiſſe, nempe veniendo ad me. neque enim quemquam docebit Pater hoc admirandum arcanum, niſi in me & per me. Nemo enim vidit vnquã Patrem, antequam videret Filium. Qui vidit Patrem immediatè, eſt Filius ipſe, qui eſt à Deo ſecundùm diuinitatem æternus cum illo: ſecũdùm humanitatem ab illo factus ſine hominis opera: hic vidit Patrem ſuum, & per hunc videt quicunque videt Patrẽ: & qui ſic videt Patrẽ, credit in me ſecundùm potentiã virtutis Dei: & qui ita credit, habet vitam æternam; habet enim cibum illũ ſpiritualem, habet arboris vitæ fructũ; cuius qui compos eſt, vitæ æternæ cõpos eſt. namque *ego ſum panis vitæ.*

d *Mortui ſunt.*] Omnes mortui ſunt morte corporis. verùm de hac morte non eſt hoc loco Ieſu ſermo, ſed de morte animæ, qua mortui ſunt multi ex iis qui veſcebantur manna in deſerto; tam enim impij & improbi, quàm probi & pij veſcebantur illo cibo; & tamen ſcriptura docet multos fuiſſe reprobatos à Deo, atque ex conſequenti mortuos morte animæ. vnde arguitur cibus ille non attuliſſe vitam ſpiritualem, quia tantùm corpus reficiebat, non animam. namque ſub cælo confectus erat, materia elementari ac terrena conſtabat, vti cætera quæ in ſublimi fiunt. Anima cæleſtis eſt, non terrena: ſpiraculum vitæ à Deo efflatum eſt, vt viuat in æternum; exigit cibum cæleſtem & viuum incorruptibilem, qualem ſe Ieſus eſſe confirmat.

e *Vt ſi quis.*] ideò deſcendit de cælo, non ad iudicium inferendum, ſed vt ſeſe dederet cupientibus ac eſurientibus, & ſimul vitam donaret & conſeruaret comedentibus.

f *Panis viuus.*] Cæteri omnes cibi atque adeo manna, mortui cibi ſunt, vitæ & ſenſus expertes in ſeipſis; ideò neque vitam efficere valentes. *Ego panis viuus* vitam æternam in meipſo habens, & eam comedentibus communicare valens.

g *Si quis manducauerit.*] ſpirituali atque efficaci cibatione & manducatione.

ego dabo,[a] caro mea eſt pro mundi vita.
52 [b] Litigabant ergo Iudęi ad inuicem, di-
centes, Quomodo poteſt hic nobis car-
nem ſuam dare ad manducandum?
53 Dixit ergo eis Ieſus, Amen, amen di-
co vobis, [c] Niſi manducaueritis carnem
Filij hominis, & biberitis eius ſanguinē,
non habebitis vitam in vobis. 54 Qui
mãducat meam carnem, & bibit meum
ſanguinem, habet vitam æternam: [d] &
ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.
1Co.11.f.17 55 Caro enim mea [e] verè eſt cibus: & ſan-
guis meus verè eſt potus. 56 qui man-
ducat meam carnem, & bibit meũ ſan-
guinem, [f] in me manet, & ego in illo.
57 Sicut miſit me viuens Pater, & ego vi-
uo propter Patrem: & qui manducat me,
& ipſe viuet propter me. 58 [g] Hic eſt pa-
nis qui de cælo deſcendit. Non ſicut mã-
ducauerunt patres veſtri manna: & mor-
tui ſunt. Qui manducat hunc panem, vi-
uet in æternum. 59 Hæc dixit [h] in ſyna-
goga docens, in Capharnaum. 60 Multi
ergo audiẽtes ex diſcipulis eius, dixerũt,

a *Caro mea eſt.*] quam ego libenter communicaturus ſum mundo omni, neminique negaturus, volenti comedere ſecundùm conſilium & præſcriptum Patris; eam qui comederit, vitam excipiet in ſe mea virtute & efficientia.

b *Litigabant.*] Altercabantur hærẽtes ſenſuali verborum ſignificationi, cùm exiſtimarent carnis nomine illud tantùm ſignificari, quod ad ſenſum & ad tactum cognoſci poſſit, cùm tamen ſenſu & tactu accidentia carnis tãtùm percipiantur, non autem ſubſtantia ipſa carnis, quæ ab accidentibus & re & ratione diſtinguitur, maximè in corpore illo vitali & viuificante Ieſu Chriſti, in cuius rationibus cognoſcẽdis exactè ſenſus deficit, & dialectica diſciplina valdè laborat.

c *Niſi manducaueritis.*] verè & re ipſa comederitis carnem immaculatam & ſanctam Filij hominis qui ſecundùm Deum eſt vocatus ſanctus Domini, quæ caro veſtræ carnis mortem expellere, & vitam efficere poteſt; & ſanguinē eius niſi biberitis verè & re ipſa in ſpiritu & veritate, cuius ſanguinis ea virtus eſt, vt ſanguinem veſtrum Adami veteris corruptum corrigere & mutare poſſit, & in ſuam incorruptibilitatem & puritatem traducere

d *Et ego reſuſcitabo.*] ex vi vitæ æternæ à me acceptæ in anima ipſius inhęrentis & manentis.

e *Verè eſt cibus.*] Non imputatione aut imaginatione opinioneque, ſed reapſe verè cibus eſt admirãdus, mirabiliterq; comedendus, & ſanguis meus verè eſt potus effectus, & miſſus à Deo ad eam rem, atque ad efficientiam incorruptibilitatis & vitæ. cæteri cibi, vt manna, non ſunt verè cibi; qui quanquã alere poſſint viuentem, tamen nec viuificare poſſunt, neque mortuum ſuſcitare, neque viuenti vitam prorogare. Oportet enim viuum cibis aliis viuere & vita vti, aliàs nihil collaturis aut profuturis. ſed caro mea eſt verè cibus vitæ, qui mortuos viuificat in ſpiritu & veritate; viuificatos conſeruat, conſeruatos in vitam æternam tuetur.



f *In me manet.*] Ea eſt huius cibi ac potus virtus & efficacitas, vt comedentes in ſe conuertat & contineat; atque ita comedens à cibo ſuſtentatur, nutritur, alitur & fouetur, atque adeò continetur: & cibus ipſe cùm incorruptibilis ſit, manet in ipſo comedente, quem viuificat: fiunt autem vnum cibus & comedens arcana virtute cibi vitam afferentis & efficientis. in reliquis cibis corporeis vita exigitur comedentis, ſine qua cibus nihil efficit ad vitam alendam & conſeruandam. Hic verò cibus vita ipſa eſt, quæ ſeſe comedenti communicat. Itaque principium & fundamentum vitæ huiuſmodi non in comedente, ſed in cibo eſt. Sicut ego viuo, vita accepta à Patre, ſic qui me comedit, à me vitam accipit qua viuat. Veruntamen huius cibi virtus ad mortuos in delictis non pertinet: non enim poteſt vita æterna ſimul cum morte æterna eſſe. Mortuos in delictis dicimus hoc loco eos, qui ſine pœnitentia deceſſerunt. g *Hic eſt panis.*] Epilogus totius doctrinæ & ſumma expoſitio.

h *In ſynagoga docens.*] publicè exponens doctrinam hanc vitæ æternæ, atque conferens veteris & noui Teſtamenti rationes, & has illis anteponens; atque ita teſtatus eſt quis eſſet, vnde & quamobrem veniſſet, obteſtatusque eſt omnibus & ſingulis propoſitam ſalutem & vitam, ne quis excuſare poſſet tantum myſterium non fuiſſe publicatum.

a Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt Ms. Aug. G.S.
eum audire? 61 Sciens autem Ieſus a-
pud ſemetipſum quia murmurarent de G
hoc diſcipuli eius, dixit eis, b Hoc vos
ſcandalizat? 62 Si ergo videritis Filium Sup. 3.b.13
hominis aſcendentem vbi erat prius?
63 c Spiritus eſt qui viuificat: caro non
prodeſt quicquam. verba quæ ego locu-
tus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.
64 d Sed ſunt quidam ex vobis, qui non
credunt. Sciebat enim ab initio Ieſus qui
eſſent non credentes, & quis traditurus
eſſet eum. 65 Et dicebat, e Proptereà di-
xi vobis, quia nemo poteſt venire ad me,
niſi fuerit ei datum à Patre meo. 66 Ex
hoc multi diſcipulorum eius f abierunt
retrò: g & iam non cum illo ambulabant.
67 Dixit ergo Ieſus ad duodecim, h Nun-
quid & vos vultis abire? 68 Reſpondit
ergo ei Simon Petrus, Domine, i ad quem
ibimus? verba vitæ æternæ habes. 69 &

a *Durus eſt hic ſermo.*] Intolerabilis doctrina putabatur animalibus hominibus, quibus ſpiritualia non capiuntur, ſed ſtulta videntur: ſemper enim exiſtimabant Ieſum membratim carnaliter diſcerpendum ac deuorandum fore; in cuius carne non putabant aliquā virtutem maiorē ineſſe, quàm in manna illo celebratiſſimo cibo fuiſſe intellexerant, appellato ab antiquis *pane de cælo*.

b *Hoc vos ſcandalizat?*] Hoc vos offendit, quòd me dixerim panem viuum & miſſum de cælo à Deo, cùm exiſtimetis filiū eſſe Ioſeph, & natū ſciatis in mundo ex matre; ita videor vobis ex cælo non deſcendiſſe. *Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi erat prius*, credetis? Atqui nemo poteſt aſcendere in cælum, niſi inde prius deſcenderit. nam, Cælum cæli Domino.

c *Spiritus eſt qui viuificat.*] Quæ ego dixi, intelligenda ſunt ſpiritualiter, nō carnaliter; nempe de viſione mei ſpirituali, de eſu ſpirituali ac potu. hæc viſio, hic eſus & potus, quæ ſpiritu fiunt; Spiritu, inquam, ſancto, efficiūt vitam. Nam *Spiritus eſt qui viuificat* ſpiritum: caro autem ſenſilis vt caro ſenſilis eſt, in ſpiritu & anima efficere non poteſt vitam. vnde non omnes qui me vident, ſenſu carnis viuificātur, ſed qui viderint interiori ſenſu ſpiritus.

d *Sed ſunt quidam.*] qui non credunt illa fide quæ exigitur ab omnibus qui credere cupiunt; ſecundū potentiā virtutis Dei: niſi credāt, non obtinebūt fidei ſuæ augmentū; ſed habēti dabitur. & ſatis eſt expoſitio Euāgelij verbi Dei confirmati ſignis & quadrantis cū verbo Dei in ſcripturis cōtento: atqui hoc modo nonnulli non credebant. immò erat inter eos proditor, qui quotidie peior fiebat ſua ipſius malitia & culpa.

e *Proptereà dixi vobis.*] vt cupiatis & conemini atque ſtudeatis venire ad me, ducti à Patre, aperui vobis hanc rationem. namque non viribus aut ingeniis humanis hoc obtinetur, verùm Dei dono; quod non donatur niſi modeſtis, manſuetis, tremētibus ſermonem Domini, & credentibus obtemperantibusque ei. Etenim humanum iudicium & ingenium myſteria hæc cùm non capiat, reſpuit atque auerſatur. Oportet igitur petere à Patre, vt ipſe ſuum opus perficiat in vobis, qui parati eſſe debetis fide & obedientia.

f *Abierunt retrò.*] Cùm putauiſſent aliam rationem eſſe regni cæleſtis obtinendi, diuerſam ab ea quam Ieſus docebat, aſſerens neminem poſſe ad ſe venire, niſi ex dono Patris; quem Patrem illi non cognoſcebant, neque credebant illum eſſe Filium Dei; præterea videbant illa doctrina antiquari veteris Teſtamenti maieſtatem, amplitudinem minui, Iudæos antiquæ ſuæ diſciplinæ præcipuè rudis & carnalis tenaciſſimos offendi.

g *Et iam non cum illo ambulabant.*] atque ita ſaluti ſuæ conſulere putabant, & vitam ſeculi futuri nihilominus ſe conſecuturos arbitrabantur, inſiſtentes veſtigiis cæterorum, qui vitam habere poſſe putabant ex ſola veteris legis obſeruatione, atque Phariſaica profeſſione, quæ perfectio vitæ apud ipſos putabatur.

h *Nunquid & vos vultis abire?*] a me, & ſequi aliam diſciplinam?

i *Ad quem ibimus.*] qui aut docere aut promouere poſſit nos virtute ſua ad vitam æternam? verba autem doctrinæ tuæ præſtantiſſima ſunt omnium quæ audiri poſſunt ex aliis magiſtris, quia maiora & pulchriora indicāt, dignioraque hominum animis & ſpiritibus, quàm ſunt cætera quæ à Scribis, quamuis doctiſſimis, dicuntur. Deinde quo ad efficacitatem attinet & conſtantiam promiſſorum doctrina ipſa contentorum, illi non poſſunt præſtare quæ docent, neque efficere in diſcipulis ſuis: te autem cognouimus ex miraculorum exemplis, & credimus etiam tum propter miracula, tum propter verborum iſtorum præſtantiam & magnificentiam eſſe vnctum in regem regni cælorum, & filium Dei efficaciſſimum, & valentem re ipſa explicare, quæ verbis doces & promittis. Hoc nos habemus iam de te, vtpote qui ab initio tecum fuimus teſtes actionū miraculorumque tuorum: & docti à Iohanne, qui a Deo auctoritatem habuit docendi & indicandi de te; publicè, inquam, cognitam auctoritatem.

credidimus 1 MS. Aug. G. / viui 2 MS. Aug. G.S.

nos "credimus' & cognouimus quia tu
es Chriſtus filius Dei *. 70 Reſpondit
eis Ieſus, [k] Nónne ego vos duodecim ele-
gi: & ex vobis vnus diabolus eſt?
71 Dicebat autem "Iudam' Simônis "Iſ-
cariótem': hic enim erat traditurus eum,
cùm eſſet vnus ex duodecim.

de Iuda MS.S. / Scariotis MS. S.

## CAP. VII.

POſt hæc * ambulabat Ieſus in "Gali-
læam', non enim volebat in "Iudęam'
ambulare: quia quærebant eum Iudæi
A interficere. 2 Erat autem in proximo
dies feſtus Iudæorum, [a] Scenopegia.
3 Dixerunt "autem' ad eum [b] fratres eius,
Tranſi hinc, & vade in Iudæam, [c] vt &
diſcipuli tui videant opera tua quę facis.
4 [d] Nemo quippe in occulto quid facit,
& quærit ipſe in palam eſſe. ſi hæc facis,
manifeſta teipſum mundo. 5 [e] Neque
enim fratres eius credebant in eum.
6 Dicit ergo eis Ieſus, [f] Tempus meum
nondum aduenit: tempus autem veſtrũ
ſemper eſt paratũ. 7 [g] Non poteſt mun-
dus odiſſe vos. me autem odit, quia e-
go teſtimonium perhibeo de illo quòd
opera eius mala ſunt. 8 Vos aſcendite
[h] ad diem feſtũ hunc. ego * "non' "aſcẽdo'

autem MS. R.G. / Galilæa 2 MS G.S. / Iudæa 2 MS.G.S. / Leu.23.f.34 / ergo MS. G.S. / autem 2. / nondum 3 MS. G.S. / aſcendam MS q.

k *Nonne ego vos duodecim.*] Elegi vos ad cognitionem huius doctrinæ præ cæteris, qui illius diſciplina inſtructi, & cognitione tandem per ſpiritum ſanctum imbuti, teſtes eſſe poſſitis huius veritatis, & alios docere, & huius doctrinæ fructum referre. & tamen vnus ex vobis ita electis in miniſterium doctrinæ meę eſt diabolus, qui calumniatur, & fraudem dolumque molitur mihi; tantum abeſt vt credat. Ne exiſtimetis vos omnes idem cognoſcere & credere: quanquam enim omnes ego doceo, non tamen omnes doceri à me vultis. Hac oratione & auctoritatem ſuam confirmabat Ieſus, & diſcipulos ad timorem Dei hortabatur, & proditorem futurum ad bonum conſilium reuocare ſtudebat.

CAP. VII.

a *Scenopegia.*] Tabernaculorum feſtũ, quod per hebdomadam integram recolebatur memoria vagationis Iſraelitarum in ſolitudine, ex Dei conſilio & verbo.

b *Fratres eius.*] propinqui & conſanguinei.

c *Vt & diſcipuli tui.*] ij qui tuam doctrinam ſequuntur, aut qui probant & laudant, poſſint confirmari & palam fateri ſe eſſe diſcipulos tuos, poſtquam auctoritatẽ tibi ex factis tuis apud Iudæam in illa Ieroſolymorum luce cõparaueris. nunc [illegible] angulis verſaris, & vis colligere & facere diſcipulos doctrinæ tuæ, qui nunquam ſeſe aperient, donec te videant manifeſtum mũdo.

d *Nemo quippe.*] Nemo qui quęrat nomen ſuum publicè ac palam celebrare, facit in occulto ea quibus celebritatem ſibi parare poteſt: ſi hæc facis vt ita Iudæa eius miracula tua, manifeſtabis te mundo. hoc igitur age.

e *Neque enim fratres eius credebãt in eum.*] Non credebant illum eſſe Chriſtũ Dei filium ſeruatorem mundi, vitæ auctorem, & vitam ipſam, qui conſiliũ Dei explicaret & exequeretur in mundo. Exiſtimabant illum arte & ingenio atque virtute valere, & poſſe nomẽ aliquod ſibi comparare aut tale quid velle & conari: quod ſi ſuccederet, commodius illis eſſet futurum vt in Iudæa contingeret: ſin autem minus incommodum ipſis minusque negotiorum, vt abſens ab ipſorum conſpectu & conſuetudine periret, quàm vt inter ipſos latens, & curam ipſis & laborem & periculum etiam afferret: huiuſmodi hominum cogitationes & conſilia ſunt. ideo hoc illi dicebant, non ipſi, ſed ſibimetipſis conſulentes & proſpicientes; non ſincero, ſed infenſo animo hæc monebant.

f *Tempus meum.*] Alludit ad nomen [illegible], quo templi ac feſtorum celebratio ſignificabatur.

g *Non poteſt mundus odiſſe vos.*] Vos [illegible] apertam vobis eſſe perpetuò viam eundi & redeundi, quòd à mundi inuidia liberi ſitis [illegible] inuidia mundi excitata ſit: ita eſt me odio haberi mundo, non mea, ſed mundi ipſius culpa, qui non vult doceri ad ſuam ſalutem, ſed opera ſua mala tueri vult & probari.

h *Ad diem feſtum hunc.*] illo modo dedicatum, quo vos definitis & colitis.

ad diem feſtum illum : quia meum B
tempus nondum impletum eſt. 9 Hæc
cùm dixiſſet, ipſe manſit in Galilæa.
10 Vt autem aſcenderunt fratres eius, tũc
& ipſe aſcendit ad diem feſtum, non ma-
nifeſtè, ſed quaſi in occulto. 11 Iudæi
ergo quærebant eum in die feſto, & di-
cebãt, Vbi eſt ille? 12 Et murmur [*] mul-
tus erat in turba de eo. Quidam enim
dicebant, Quia bonus eſt. Alij autem
dicebant, Non, ſed ſeducit turbas.
13 [a] Nemo tamen palam loquebatur de
illo, propter metum Iudæorum. 14 Iam
autem die feſto mediante, aſcendit Ieſus
in templum, [b] & docebat. 15 Et mira-
bantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic
literas ſcit, cùm non didicerit? 16 Re-
ſpondit eis Ieſus, & dixit, [c] Mea doctrina
non eſt mea, ſed eius qui miſit me.
17 Si quis voluerit voluntatem eius face- C
re: cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo
ſit, an ego à meipſo loquar. 18 [d] Qui à
ſemetipſo loquitur, gloriam propriam
quærit. qui autem quærit gloriam eius
qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſti-
tia in

[*] multum, MS. Aug.

a *Nemo tam ẽ.*] eorũ qui bene ſentiebãt de illo, *palam loquebatur*; maximè ex Galilæis, qui quòd humiliores Iudæis eſſent, timebant illos, ne inſimularentur auctores nouarum rerum propter Ieſum apud illos educatũ & docẽtem.

b *Et docebat.*] exponebat ſcripturas ſacras, ad Euangelij rationem interpretatus.

c *Mea doctrina*] quam ego doceo, nõ affirmo meo ſtudio aut ingenio humano comparatam eſſe; neque eam doceo mei oſtentandi aut amplificãdi cauſa. eſt planè diuina doctrina à Deo profecta, cuius miniſter & interpres ego ſum. itaque quidquid doceo, ex Deo eſt, à quo miſſus ſum ad docendum. Deus autem docere poteſt quos vult, etiam non diſcentes apud homines in ſcholis & ſynagogis. Cùm ergo me profitear ab illo miſſum, profiteor etiam ab illo me audiſſe quæ loquor, accepiſſéque vobis exponenda. & quoniam diuina planè eſt, vt cognoſcatur an à Deo ſit, oportet facere voluntatem eius à me expoſitam, cuius ſumma conſiſtit in fide & pœnitentia pietatiſque exercitatione. hoc honeſtum eſt, & ex voluntate Dei eſſe conſtat: quod ſi quis fecerit, accipiet promiſſa Dei à me explicata. tunc verò cognoſcet an ego verè ad hanc rem miſſus fuerim: periculum itaque facere quiſuis poteſt meæ veritatis citra vllum ſui periculum.

d *Qui a ſemetipſo.*] A poſteriori argumentum eſt. Qui gloriã ſuam quærit, ambitionéque laborat, ipſe vltrò prodit in publicum, & conſilio ſuo cogitatam doctrinam eloquitur: omninóque in eam rem intendit animum & ingenium, vt populari plauſu excipiatur. non patitur facilè ſe impediri aut maledictis proſcindi: nam ſuam rẽ agit, ſe nunquam negligit. qui verò mandatum exequitur & perfert alterius, illum à quo miſſus eſt prædicat, illius voluntatem auctoritatemque procurat, de ſe nihil, de illo omnia ſumma & optima confirmare ſtudet. quidquid ab illo acceperit, ſiue durum ſiue placidũ, exponit. Qui verò à ſe loquitur, cùm gloriã ſuam quærit, ea tantùm profert quæ grata & plauſibilia vulgo & popularia eſſe exiſtimat. neminem habere vult aduerſarium; gloriæ enim ſuæ conſulit. Ego verò contrà multa dico vobis apertè cognita ex voluntate Dei, quæ dura videntur vobis, ea, ſi gloriam meam quærerem ambitioſè, diſſimularem profectò, vtpote gloriæ meæ impedimenta futura apud vos. Quòd ſi quis ex alterius mandato dura dicat, habendus eſt verax, & ſimplex ac fidelis nuntius, vti verè eſt: & non eſt reprehendendus tanquam iniuſtus & iniurius, ſed vt probus & iuſtus nuntius probandus. atque adeò mandati illius aſperitas ad ipſum auctorem, non ad miniſtrum eſt referenda. Videte vos an Deum reprehendere iure poſſitis: me certè iniuſtè reprehenditis, qui mandati miniſtrum me profiteor, mandati veſtris moribus quidem aduerſi; atque ideò parum vobis grati, quia aliâ vos vultis & agitis quàm Deus iubeat: ob eam rem mihi infenſi eſtis. deberetis etiam infenſi & inuidi ac maleuoli eſſe in Moſem, qui dedit vobis legem; à qua ſemper accuſamini, pungimini & moleſtamini, vtpote cùm nemo ex vobis legem faciat. ſed ſi illum non reprehenditis, quamuis duræ vobis legis miniſtrum, imò vt prophetam Deíque interpretem fidum veneramini: *quid me quæritis interficere*, qui Dei verbis obiicio vobis legem non obſeruatam, maléque intellectam?

tia in illo non eſt. 19 Nónne Moyſes de-
dit vobis legem: & nemo ex vobis facit
*Exo.20.c.20* legem? 20 Quid me quæritis interfice-
*C.24.a.3* *Sup.c.d.18* re? Reſpondit turba, & dixit, Dæmoniũ
habes: quis te quærit interficere?
21 Reſpondit Ieſus, & dixit eis, [a] Vnum
opus feci: & omnes miramini. 22 Pro-
*Leuit.12.a.3* pterea Moyſes dedit vobis circunciſio-
D nem: [b] (non quia ex Moyſe eſt, ſed ex pa-
*Gen.17.b.10* tribus,) & in ſabbatho circunciditis ho-
minem. 23 Si circunciſionem accipit
homo in ſabbatho, vt non ſoluatur lex
Moyſi: mihi indignamini quia totũ ho-
minem ſanũ feci in ſabbatho? 24 [c] No-
lite iudicare ſecundùm faciem: ſed iu-
*Deut.1.c.16* ſtum iudicium iudicate. 25 Dicebant
ergo quidam ex Ieroſolymis, Nónne hic
*[h]Atqui MS.* eſt quem quærunt interficere? 26 [h] Et
ecce, palam loquitur, & nihil ei dicunt.
Nunquid verè cognouerunt principes
quia hic eſt Chriſtus? 27 Sed [d] hunc ſci-
mus vnde ſit: Chriſtus autem cùm ve-
nerit, nemo ſcit vnde ſit. 28 Clamabat
ergo Ieſus in templo docens, & dicens,
[e] Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis. & à me-
ipſo

a *Vnum opus feci.*] Omnes miramini me tanquam legis violatorem, cùm vos ipſi legem non obſeruetis. miramini, inquam, & legis violatorem eſſe dicitis, propter *vnum opus* quod ſabbatho feci. videamus autem an opus illud ex iis ſint, quibus ſabbathum violatur.

b *Non quia ex Moyſe.*] Moſes vobis tradidit circuncìſionis ritum & mandatum, non tanquam præceptum ab ipſo acceptum ex Deo, atque inter præcepta legis reponendum, ſed tanquam à patribus ſuis acceptum, obſeruandum vobis propoſuit. ille enim acceperat à patribus ſuis, patres ab Abrahamo, Abrahamus traditur accepiſſe à Deo. quidquid ſit, circuncìſio non eſt ex lege Moſis, ſed ante legem eſt, ex lege generis veſtri ac familiarum Abrahæ: & tamen quia à Deo auctore proficiſci dicitur, obſeruatur religioſè, adeò vt in ſabbatho etiam fiat: & tamen ſabbathi lex non ſoluitur, cùm ſit opus durius & non nimium diſtans à ſeruili opere. ſcindere enim gladio opus manuarium eſt: ferire infantem aut virum doloréque afficere, opus profectò natura ſua durum & graue eſt: ſanare illum aliquo membro ſaucium præſtantius opus eſſet, aut leuare dolentem aliqua ſui corporis parte. Cur ergo mihi indignamini, quòd ſanum fecerim hominem toto corpore impeditũ & ægrotantem, magnoque labore ac dolore eum carere iuſſerim? quieſcere fecerim laborantem? atqui ſabbathum ego potius conſtituo & melius obſeruo qui ſabbatho benefacio, ſeruo, eripióq; homines è magnis laboribus.

c *Nolite iudicare ſecundum faciem.*] Non ex odio aut gratia perſonarum, quibus vltrò vel inuidi vel amantes eſtis, non ex nomine & præſentia vel abſentia, ſed ex rerum animaduerſione & conſideratione ipſarum, iudicij rationem petite.

d *Hunc ſcimus vnde ſit.*] Scimus eſſe Galilæum ex Nazareth; intelleximus de eius patre & matre: de Chriſto autem neſcimus aliquid certi, quo patre, qua matre ſit orturus, quo loco proditurus. magnum enim aliquid arbitramur, & nunc nobis ignotum de illius aduentu, loco, parentibus, & patria. Animaduertendum eſt hanc orationem non eſſe Scribarum & Phariſæorum aut Principum, qui cognoſcere meliùs poſſent has priuatas rationes loci & patriæ Chriſti atque parentum; ſed eſſe quorundam hominum tantùm Ieroſolymitanorum, non omniũ, neque doctorum, vt ſermo ipſe indicat, verùm bene affectorũ. Nãque ille rumor eo tẽpore ſparſus, quo Magi adoraturi regẽ Iudæorum Ieruſalẽ venerant, non omnibus indicarat locum vbi Chriſtus naſceretur: & ſi maximè ea ratio quibuſdam nota fuerat, non tamen omnibus: & iam videbatur excidiſſe è vulgi mente poſt annum iam trigeſimum, vt pleræque res etiam magnæ ſolent.

e *Et me ſcitis.*] Hoc magis ad veritatem legationis meæ facit, quòd cùm me noueritis, & ſciatis vnde ſim, tamen audiatis profitentem me eſſe miſſum à Deo: quod ſi verum non eſſet, profiteri non auderem, vtpote notum vobis, & qui hac parte nihil ſimulem aut diſſimulem. quòd ſi omnino ignotus eſſem, neque certam tribum aut patriam aut familiam apud vos haberem, ſuſpicio eſſe poſſet me dare verba vt ignotum, de quo nihil vel in eam cauſam, vel aduerſus eam certi ſtatuere poſſetis. Itaq. vt homo notus ſum vobis vnde ſim, qua in familia natus, qua patria educatus, vt legatus & miniſter ab alio miſſus ſum. non enim ſi priuatus eſſem

tam notus vobis atque ſum, venirem profeſſus me eſſe legatum Dei, à meipſo meoque conſilio motus, & non Dei iuſſu. affirmo autem eum à quo miſſus ſum, eſſe verum auctorem meæ legationis, & vobis ignotum. vt vos dicitis Chriſtum neſciri à vobis vnde ſit, ego idem ſum, & vobis notus & ignotus vnde ſim. nam nemo vidit Deũ, aut illum apertiſſimè cognouit, & multò minus cognoſcunt qui non credunt. vos non creditis, & ideo neſcitis à quo miſſus fuerim. & tamen ille ſe miſſurum prædixerat Chriſtum ſuum: & verus iam eſt, quia promiſſum præſtitit: ab eoque miſſum me profiteor: nam ſi ego negauero hoc, ero mendax, vt vos eſtis; qui cùm me noueritis ex genere Dauid, atque adeò inſtructum illis partibus quæ in deſcriptione Chriſti veri indicatæ erant, tamen affirmatis neſcire vnde ſim; cùm hæc quæ à me aguntur, à Deo profecta eſſe manifeſtum ſit, rem ipſam æſtimantibus. Atqui ſimplicitas hæc qua ego apertè pronuntio ac dico quis ſim, & à quo miſſus, probare poteſt veritatem: nam pronuntio me cognoſcere Deum, & ab illo habere id quod ſum, & ab eodem me eſſe miſſum. Vos autem quia mendacium & falſitatem amatis, omnia ignoratis, & doceri non cupitis. itaque nec me ſcitis vnde miſſus ſim Euangelij legatus, quia neſcire vultis, neque illum à quo miſſus ſum ſcitis; namque veſtro ingenio cognoſcere non poteſtis; & ſe vobis notum facere volentem, repellitis.

ipſo non veni, ſed eſt verus qui miſit me,
quem vos neſcitis. 29 Ego ſcio eum:
quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit.
30 Quærebant ergo eum apprehendere: E
& nemo miſit in illum manus, quia non-
dum venerat hora eius. 31 De turba
autem multi crediderunt in eum, & di-
cebant, Chriſtus cùm venerit, nunquid
plura ſigna faciet quàm quæ hic facit?
32 Audierunt Phariſæi turbam murmu-
rantem de illo hæc: & miſerunt princi-
pes* & Phariſæi miniſtros vt apprehen- * ſacerdotũ 1 MS.G.S.
derent eum. 33 Dixit ergo eis Ieſus, [a]Ad-
huc modicum tempus vobiſcum ſum:
& vado ad eum qui me miſit. 34 Quæ- Ieſ.13.d.33
retis me, & non inuenietis: [b] & vbi ego
ſum, vos non poteſtis venire. 35 Dixe-
runt ergo Iudæi ad ſemetipſos, Quò hic
iturus eſt, quia non inueniemus eum?
nunquid in diſperſionem Gentium itu-
rus eſt, & docturus Gentes? 36 Quis eſt
hic ſermo quem dixit, Quæretis me, &
non inuenietis: & vbi ſum ego, vos non F
poteſtis venire? 37 [c]In nouiſſimo autem
die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & Leu.23.f.37
clamabat,

a *Adhuc modicum tempus.*] Quãquam me comprehendere velitis, non poteſtis nec mea negotia atque acta impedire. Siquidem is qui me miſit, certum tempus præſcripſit mihi in quo vos voluntatis ſuæ, id eſt, veſtræ ſalutis admonerẽ. deinde abſoluta expeditione, cuius cauſa ſum miſſus, ad eum redirem. Itaque adhuc ſupereſt aliquantũ temporis, quo miniſterium meũ apud vos exequar: deinde ibo ad eum qui miſit me; præter cuius conſilium & prouidentiam, atque præſcriptam rationem nihil faciam aut patiar. Quod verò nõ citius abeam, non eſt ex vobis, qui iam me ſublatum è medio cuperetis; ſed ex conſilio Dei, in veſtram ſalutem. quod tempus vbi exactum fuerit, ibo ad eum qui miſit me, peracto negotio meo ex illius voluntate & conſilio. & qui me præſentem & vltrò oblatum vobis ſpreuiſtis & repuliſtis, quæretis poſteà me, & non inuenietis. repellemini nãque à Patre meo iuſtè iudicante, vtpote qui opportunum tempus & oblatũ ab illo beneficium reieceritis.

b *Et vbi ego ſum.*] Apud Patrem ero regnans, & regnum communicans iis qui me receperint: & à vobis iam abalienatus ob repulſam voluntati & benignitati Patris mei factam. Vos autem quidquid agatis, quãtumuis legis ritus & ceremonias diligenter obſeruetis, ad me non accedetis. excæcãte Deo huius ſæculi mentes veſtras infideles, vt non fulgeat vobis illuminatio Euãgelij gloriæ meæ. Nemo enim ad me poteſt venire, niſi tractus à Patre meo, à quo repulſi & excæcati eritis: tantum abeſt vt trahamini.

c *In nouiſſimo autem die.*] vltimo feſto hebdomadæ tabernaculorum, quod vnum ex anni totius celeberrimis ſabbathis erat. magnaque populi frequẽtia colebatur dies ille octauus, ſingulis geſtãtibus ramũ illum qui לולב dicitur; & acclamantibus, Hoſianna: qua acclamatione ſalus publicè à Deo petebatur.

clamabat, dicens, [a] Si quis ſitit, veniat ad
Deu. 18. c. 15 Ieil. 2. g. 28 Act. 2. c. 17 me, & bibat. 38 [b] Qui credit in me, [c] ſi-
cut dicit ſcriptura, [d] flumina de vẽtre eius
fluent aquæ viuæ. 39 (Hoc autem dixit
de Spiritu quem accepturi erant creden-
tes in eum. [e] nondum enim erat Spiritus
1 MS. Augel. "datus": quia Ieſus nondum erat glori-
ſanctus 4 MS. ficatus.) 40 Ex illa ergo turba cùm au-
diſſent hos ſermones eius, dicebant, Hic
eſt verè propheta. 41 Alij dicebant, Hic
eſt Chriſtus. [f] Quidam autem dicebant,
Nunquid à Galilæa venit Chriſtus?
Mich. 5. a. 2 42 Nónne ſcriptura dicit, quia ex ſemine
Mat. 2. a. 6 Dauid, & de Beth-léhem caſtello vbi erat
G Dauid, venit Chriſtus? 43 Diſſenſio
itaque facta eſt in turba propter eum.
44 Quidam autem ex ipſis volebant ap-
prehendere eum: ſed nemo miſit ſuper
eum manus. 45 Venerunt ergo miniſtri
ad Pontifices & Phariſæos. Et dixerunt
eis illi: Quare non adduxiſtis illum?
46 Reſponderunt miniſtri, Nunquam ſic
loquitur MS. locutus eſt homo, ſicut hic homo*.
47 Reſponderunt ergo eis Phariſæi, Nun-
quid & vos ſeducti eſtis? 48 Nunquid
ex principibus aliquis credidit in eũ, aut
ex Phariſæis? 49 [g] ſed turba hæc quæ nõ
Dicit MS. nouit legem, maledicti ſunt. 50 "Dixit"
Io. 3. a. 2 Nicodêmus ad eos, ille qui vênit ad eum
nocte, qui vnus erat ex ipſis: 51 [h] Nun-
quid lex noſtra iudicat hominem: niſi
Deu. 17. b. 8 19. d. 15 pri⁹ audierit ab ipſo, & cognouerit quid
faciat?

a *Si quis ſitit.*] ſalutem & iuſtitiá Dei, veniat ad me per fidem & obediétiam Euangelij, præceptis & monitis exhibitam: & bibat aquam ſalutis, ex diuino beneficio omnibus ad me venientibus oblatam.

b *Qui credit in me.*] fide viua illa quæ ab iis exigitur quibus propria ſalus expetitur & curatur.

c *Sicut dicit ſcriptura.*] Omnes ſitientes venite ad aquas, haurite & bibite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac.

d *Flumina de ventre eius fluent.*] Habebit in ſeipſo fontem vitæ, ſalutis ac iuſtitiæ, ita vt mors illi non dominetur, non concupiſcentia mala mortis mater; neque mortua opera faciat, ſed viuétia & Deo grata propter inhabitantis Spiritus ſancti virtutem & efficacitatem.

e *Nondum enim Spiritus ſanctus.*] Spiritus ſanctus iuſtificationis & regenerationis non datus fuit in poſſeſſionis regni pignus & arrhaboné ante mortem & reſurrectionem Ieſu. quãquam Spiritus ſanctus miniſterij & auctoritatis multis antea datus fuerit, variæ enim ſunt efficientiæ in hominum animis ab eodem vnoque Spiritu ſancto.

f *Quidam autem dicebant.*] Alij ab illis qui dixerant ſe neſcire vnde Chriſtus eſſet. Ita variæ ſententiæ in populis eſſe ſolent, variaque rerum cognitio & ignoratio.

g *Sed turba hæc quæ non nouit legem.*] Arrogantia ſapientiæ humanæ & ſciẽtiæ, inflãtis homines. Huiuſmodi ſententia de populo terræ frequens eſt in Gamara ſiue expoſitione Miſnaioth.

h *Nunquid lex noſtra.*] Lex quæ de veris & falſis prophetis lata eſt in Deuteronomio, neminem vt falſum prophetã damnari vult, niſi cognita cauſa ex illius ipſius tum ſermonibus tum actionibus. nam prophetiæ ratio iudicanda non petitur ex teſtibus, ſed ex ipſius qui prophetiam profeſſus expoſitione & aſſertione.

faciat? 52 Reſponderunt, & dixerunt ei,
[i] Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare*,
& vide quia à Galilęa propheta non [a] ſur-
git. 53 Et reuerſi ſunt vnuſquiſque in
domum ſuam.

* ſcripturas, MS. [illegible] [a] ſurrexit [illegible] MS. a. c. s.

## CAP. VIII.

IEſus autem perrexit in montem Oliue- A.
ti: 2 [a] & diluculo iterum vênit in tem-
plum, & omnis populus vênit ad eum,
& ſedens docebat eos. 3 [b] Adducunt au-
tem [c] Scribæ & Phariſęi mulierẽ in adul-
terio deprehenſam: & ſtatuerunt eam in
medio, 4 & dixerunt ei, Magiſter, hæc
mulier modò deprehẽſa eſt in adulterio.
5 In lege autem Moyſes mandauit nobis Leui. 20. b. 10.
huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?
6 Hoc autem dicebant [d] tentantes eum: vt
poſſent accuſare eum. Ieſus autem incli-
nans ſe deorſum, [e] digito ſcribebat in
[a] terra. 7 Cùm [b] ergo perſeuerarent in-
terrogantes eum: erexit ſe, & dixit eis,
[f] Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus
in

[a] terram. [illegible] MS. c. [b] autem [illegible] MS. [illegible] [illegible]

i. *Nunquid tu Galilæus es?*] qui defendere velis & ornare Galilęum hominem, perinde atque prophetiæ dignitate & auctoritate fulgentem. Satis eſt illum eſſe Galilæum, vt negemus prophetã eſſe poſſe, etiam ſi examinatum affirmare audeamus. nam quãquam nemo iudicãdus eſt falſus propheta, non auditus & examinatus; tamen nemo eſt excipiendus omnino prophetæ nomine, ſiue falſi ſiue veri, qui Galilæus ſit; quando nullum Galilæum prophetam aut fuiſſe, aut fore ex ſcripturis accepimus. Itaque non de veritate aut falſitate prophetiæ, ſed de ipſo etiam prophetæ nomine iudiciũ nobis eſt, quod non eſt, neque verum, neque falſum eſt. Peſſimum genus argumentandi à principibus vſurpabatur hoc loco, ex negatiuo præterito.

### CAP. VIII.

a *Et diluculo.*] muneris ſui exequendi & ſalutis hominibus annuntiandæ ſtudio.

b *Adducunt autem.*] Vera, maximíque momenti hiſtoria, in qua Ieſu fides ab aduerſariis tentatur, prudentia & ſapientia perſpicitur, diuini ſpiritus benignitas & clementia cognoſcitur.

c *Scribæ & Phariſæi.*] alteri vt illius ſcientiam, alteri vt religionis obſeruãtiam tentarent.

d *Tentantes eum.*] quem ſciebant eſſe miſericordem, & pœnitentiam prædicare: ſi audirent condemnantem eum (caſus miſerabilis eſſet fœminæ) crudelitatis nomine apud plebem diffamare ſtudebant: ſi verò abſoluentem, accuſarent vt adulterorum defenſoré, non ſolùm peccatorum amicum, atque adeò vt Moſaicæ legis contemptorem & violatorem, præcipuè in iudicialibus præceptis, ſine quibus reſpublica rectè gubernari non poteſt.

e *Digito ſcribebat in terra.*] velut aliud agens, & tentationem illorum diſſimulans atque differens; ac ſeſe eius quæſtionis non iudicem arbitrumve eſſe indicans: necnon illos illa diſſimulatione à tentandi vlterius cogitatione ad ſui ipſorum cognitionem, & rei de qua agebatur, æſtimationem traducere curans.

f *Qui ſine peccato eſt.*] Quædam exempla in lege populari furore vindicanda permittebantur, non habito iudicio diuturno, nec ſententia à iudicibus expectata, ſed tantùm legitimis teſtimoniis productis, ita vt teſtes idem iudices eſſent, & pœnas primi repeterent. Erant autem crimina quæ malo exemplo & frequentia corrumpere poterant populi mores, & honeſtatem aut religionem in contemptum ducere, ſi impunita manerent, poſtquam manifeſta erant: in hoc genere erant adulterium, blaſphemia, & quædam monſtroſæ libidines. Permittebatur vindicta huiuſmodi criminum populo ad exemplum, vt vnuſquiſque eiuſmodi pœnæ aut executione aut ſpectaculo ſceptura iudicaret, & cuſtodiret ab illo [illegible] generis flagitiis. ideóque teſtes primi erant qui lapides conicerent, deteſtari flagitium illud quo ſe grauiter motos & offenſos ſignificabant. Itaque illa permiſſio popularis lapidationis magis ſpectabat populi ipſius & ſpectatorum conſcientiã, & admonitionem, quam damnati capitis ſuppliciũ, quod aliàs per iudices conſtituto iudicio & peracto, tortoris vel carnificis opera ſumi poterat. Reſpondit igitur Ieſus ſapientiſſimè, vti ſemper ſolebat: atque eadem opera Moſis [illegible] [illegible] apertuit & confirmauit: & tentationem ita ſuperauit, vt tentantes à ſe pudefactos dimouerit, & miſeram fœminam peccati iam pœnitudine ductam, ad vitæ correctionem reuocauerit, atque miſericordiam etiam ſibi propriam conſeruarit in hoc etiam exemplo, ſine vlla legis violatione.

in illam lapidem mittat. 8 a Et iterum
terrâ MS. c. se inclinans, ſcribebat in "terra". 9 Au-
hæc MS q. dientes autem*, vnus poſt vnũ exibant,
incipientes à ſenioribus: & remanſit ſo-
lus Ieſus, & mulier in medio ſtans.
10 b Erigens auté ſe Ieſus, dixit ei, Mulier,
vbi ſunt qui te accuſabant? nemo te con-
demnauit? 11 Quæ dixit, Nemo Do-
ei MS. c. s. mine. Dixit autem* Ieſus, Nec ego te cõ-
demnabo. Vade, & iam amplius noli pec
B care. 12 Iterum ergo locutus eſt eis Ie-
Ioh. 1. b. 5 ſus, dicens, Ego ſum lux mundi. c qui ſe-
ambulabit 5 MS. Aug. c. s. quitur me, non "ambulat" in tenebris:
ſed habebit lumen vitæ. 13 Dixerunt
ergo ei Phariſæi, d Tu de teipſo teſtimo-
nium perhibes: teſtimonium tuum non
eſt verum. 14 Reſpondit Ieſus, & dixit
eis, e Etſi ego teſtimonium perhibeo de
meipſo, verum eſt teſtimonium meum:
f quia ſcio vnde veni, & quò vado: vos
Et MS. c. s. auté neſcitis vnde venio, "aut" quò vado.
15 g Vos ſecundùm carnem iudicatis: ego
non iudico quenquam. 16 & ſi iudico



a *Et iterum ſe inclinans.*] Hac actione indicabat Ieſus conſcientiarum cognitionem à ſe illis ipſis relinqui, à quibus rogabatur; & ex conſequenti damnationem fœminæ adulteræ, quæ non niſi à teſtibus erat pronuntianda legitimè; idque à teſtibus integris & vitio alienis, aliàs in ſeipſos teſtimoniũ daturis & ſententiam pronuntiaturis.

b *Erigens autem ſe.*] vt munus ſuum exequeretur Euangeliſtæ & prædicantis pœnitentiam, ſalutemque pœnitentibus offerentis. Venerat enim vocare peccatores ad pœnitentiam.

c *Qui ſequitur me.*] Qui odit tenebras, & lucem in ſe diuinam accendi cupit, ſequatur me fidei luce & pietatis exercitatione, vtaturque lucernæ ſuæ lumine, Dei gratia adiutus & promotus: & cùm me inuenerit & contigerit, à Patre meo deductus, habebit integrum lumen vitæ æternæ, ſine mixtione tenebrarum mortis.

d *Tu de teipſo teſtimonium perhibes.*] Tu tibi iſtam auctoritatem arrogas, quòd ſis lux mundi.

e *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me.*] Auctoritas quam ego mihi aſcribo, nõ mea commoda aut ambitionem propriamque gloriam, ſed aliorum vtilitatem ſpectat, quæ ex efficientia & euentu ſpectanda eſt & probãda. Cùm ergo nihil humanum mihi quærã, ſed aliorum ſalutem tantùm curem, teſtimonium meum verum eſſe oportet: aliàs quid ego profiterer quod nõ mea cauſa, ſed aliorum promitto, ſi præſtare non poſſem? atqui non poſſem præſtare, niſi reipſa & veritate Dei à quo miſſus ſum, niterer; & ſcirem ab illo me miſſum. Teſtor igitur me eſſe miſſum, quia ſcio me ab eo miſſum: quòd ſi miſſus non ſum, non patietur ille me hoc teſtari & profiteri; nec ipſe vllo argumento probabit: ſed cùm ille id quod dico certis & euidẽtibus ſignis probet, conſequens eſt meum teſtimonium verum eſſe, vtpote à mittente confirmatum.

f *Quia ſcio vnde veni, & quò vado.*] Scio à quo miſſus ſum, quid acturus, & cui ſim mearum actionum rationem
redditurus & probaturus: quæ ſi vera non eſſet ratio, non vtique à me ita vrgeretur & affirmaretur atque affirma-
tur. Itaque ego officium munuſque meum obſeruo integerrime in veſtram ſalutem, & fidelis legati partes ac per-
ſonam ago. mea verò legatio non prodeſt vobis veſtra culpa, qui adeò alieni eſtis & remoti à ſalutis veſtræ ratio-
ne, vt neſciatis vnde venio, aut quò vado.
g *Vos ſecundùm carnem iudicatis.*] Vos iudicare ſoletis & condemnare ſecũdùm carnem, aut legitimè aut illegitimè
legitimè, duobus hominibus teſtantibus vtcunque; idque Iudicium legitimum appellatur apud vos, & eſt illegiti-
mè, cùm ſine plenis teſtimoniis damnatis, vti ſolet fieri in iudicio non integro aut corrupto. Ita auté me damna-
tis non legitimè; nemo namque verè contra me teſtatur. Ego verò quanquam poſſim vos legitimè iudicare aper-
tis teſtimoniis multorum, quibus conuincamini legis & verbi præceptique violati & contempti diuini iudicij, ta-
men *non iudico quenquam*. non enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem mundum. Quòd ſi quem iudicauero,
id non erit ex proprio affectu vel odio, vti vos iudicatis; ſed verum iudicium erit, vtpote ab eo qui me miſit, & à
me factum. Dicitis autem teſtimonium meum non eſſe verum, quia à me proficiſcitur teſtimonium de me ipſo,
tamen legitimum eſt teſtimonium meum iuxta teſtimonij materiam. Teſtimonium enim eſt de legationis aucto-
ritate, in quo ſatis abundéque eſt ad legationis conſtantiam & certitudinem, vt legatus affirmet ſe miſſum, & is
qui legauit, confirmet à ſe miſſum, maximè cùm teſtes ſunt grauiſſimi, quales Deus eſt & Dei filius. Atqui ego

me affirmo legatum eſſe; & qui miſit me confirmat idem ſignis, portentis & miraculis, & poſteà etiam confirmabit Spiritus ſancti diſtributionibus: confirmabit, inquam, me eſſe Filium ſuum, & à ſe miſſum. Igitur ex iudicio ſecundùm carnem legitimo apud vos facili poteratis etiam hoc iudicium inſtituere, quod verius & certius multo eſt, propter teſtimonia grauiſſima ac maxima, quibus cum carnis teſtimonia comparari non poſſunt.

ego, iudicium meum verum eſt: quia
ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me,
Pater. 17 Et in lege veſtra ſcriptum eſt,
quia duorum hominum teſtimonium Deut. 17. b. 6 & 19. d. 15
verum eſt. 18 Ego ſum qui teſtimoniũ Mat. 18. b. 16
perhibeo de meipſo: & teſtimoniũ per- 2 Cor. 13. a. 1 Heb. 10. e. 28
hibet de me, qui miſit me, Pater.
19 Dicebant ergo ei, Vbi eſt Pater tuus?
Reſpondit Ieſus, [a] Neque me ſcitis, neque
Patrem meum. ſi me ſciretis, forſitã & [a] vtique MS.
Patrem meum ſciretis. 20 Hæc verba
locutus eſt Ieſus in gazophylacio, docẽs
in templo: & nemo apprehendit eum,
quia necdũ venerat hora eius. 21 [b] Dixit C
ergo iterum Ieſus, [c] Ego vado, & quære-
tis me, & in peccato veſtro moriemini.
[d] Quò ego vado, vos non poteſtis venire.
22 Dicebant ergo Iudæi, Nunquid inter-
ficiet ſemetipſum, quia dicit, Quò ego
vado, vos non poteſtis venire? 23 Et di-
cebat eis, [e] Vos de deorſum eſtis, ego de
ſupernis ſum. Vos de mundo hoc eſtis:
ego non ſum de hoc mundo. 24 [f] Dixi
ergo vobis quia moriemini in peccatis
veſtris. ſi enim non credideritis quia ego
ſum, moriemini in peccato veſtro. peccatis veſtris MS.
25 Dicebãt ergo ei, [g] Tu quis es? Dixit eis
Ieſus, [h] Principium qui & loquor vobis. quod MS.
26 Multa

a *Neque me ſcitis.*] qui præſens vobis adſum, & multis ſignis meam virtutẽ auctoritatemque confirmo, & tamen non magis cognoſcitis propter incredulitatem veſtram, quàm ſi hoc ad vos nequaquam pertineret. Quid ergo rogatis de Patre meo, quem minus etiã quàm me cognoſcitis & cognoſcetis, vtpote inuiſibilem, & hominibus non facilem cognitu, niſi ex virtute & beneficentia atque efficientia, quæ cùm in me ſint ab illo accepta, & tamen à vobis non cognoſcantur, arguunt planè neque illum à vobis cognoſci: nam Patris & Filij vti eadem opera, idem conſilium, eadem etiam natura eſt. Si ergo me ſciretis, quod promptius erat & vobis facilius, & Patrẽ forſitã ſciretis. Non agnoſcitis mea opera eſſe Dei opera, & tamen Dei ſunt opera: ergo non cognoſcitis opera Dei, non ergo cognoſcitis Deum.

b *Dixit ergo iterum Ieſus.*] Proteſtatus & repetens iterum in illorum ſalutem quam ipſe cupiebat.

c *Ego vado.*] ad Patrem meum, ita vt illius conſilio decretum eſt. & cùm abiero à vobis, poſt tot monita ac prædictiones reiectus & repulſus, quæretis me vt saluẽ vos: & moriemini in peccato veſtro incredulitatis, quia in me non credidiſtis.

d *Quò ego vado.*] ad Patrem regnaturus cum ipſo, & regnum Dei meis diſcipulis largiturus. vos non poteſtis venire iſta via qua vtimini: nunquã peruenietis ad regnum quò nemo poteſt venire niſi per me.

e *Vos de deorſum eſtis.*] Vos terrenã & carnalem doctrinam ſectamini, & vltra terrena & carnalia nihil ſapitis: ego ſupernam & ſpiritualem diſciplinam profiteor, & cæleſte regnum non carnaliter, vt vos, ſed ſpiritualiter & ſublimiter definio, ita vos non poteſtis venire quò ego vado, vbi eſt regnũ longè diſtans à mundi huius regno.

f *Dixi ergo vobis.*] vt credatis in me, & abijciatis iſtam rationem mundanam: nam aliàs moriemini in peccato veſtro incredulitatis: quod ego nollem, ideo toties vos moneo.

g *Tu quis es?*] Interrogatio hominum incredulitate implicitorum & ſtupidorum.

h *Principium quod.*] id quod à principio vobis loquor, id ſum, & tamen nunc principium petitis eius rei quam ſemper vobis loquor, me videlicet viam, veritatem, lucem, ſalutemque eſſe.

Sup. 3. d. 33
Rom. 3. a. 4

26 [a]Multa habeo de vobis loqui & iudi-
care, ſed qui me miſit, verax eſt: & ego
quæ audiui ab eo, hæc loquor in mūdo.
27 Et non cognouerūt [b] quia Patrem "eis'
dicebat "Deum'. 28 Dixit ergo eis Ieſus,
[c]Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc
cognoſcetis [d]quia ego ſum, & à meipſo
facio nihil, ſed ſicut docuit me Pater, hęc
loquor: 29 & qui me miſit, mecum eſt,
D & non reliquit me ſolum; quia ego quæ
placita ſunt ei, facio ſemper. 30 Hęc illo
loquente, multi crediderunt in eum.
31 Dicebat ergo Ieſus ad eos qui credide-
runt ei, Iudæos, [e]Si vos manſeritis in ſer-
mone meo, verè diſcipuli mei "eritis':
32 & cognoſcetis veritatē, & veritas libe-
rabit vos. 33 Reſponderunt ei, [f]Semen
Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus
vnquā: quomodo tu dicis, Liberi eritis?
34 Reſpōdit eis Ieſus, Amē, amē dico vo-
bis, quia omnis [g]qui facit peccatū, ſeruus
eſt peccati. 35 ſeruus autē non manet in
domo in æternū; filius manet in æternū.
36 ſi ergo vos Filius liberauerit, verè libe-
ri eritis. 37 [h]Scio quia filij Abrahæ eſtis:

"eius MS. c q. "MS. Aug. 6. 5.
"eſtis MS. c.
Rom. 6. c. 14
2 Pet. 2. d. 19

a *Multa habeo.*] Multa ſunt mihi aduerſum vos de iſta veſtra incredulitate capita, quæ proferre poſſem in veſtrā condemnationem: ſed meum negotiū eſt annuntiare vobis & omni mundo veritatem promiſſorum Dei, & ſalutē allatam per me ab eo: & non ideò non loquor de iudicio, ſed de ſalutis nūtio quæ accepi à Patre, cui per omnia obedio.

b *Quia patrem eis dicebat.*] Non intellexerūt ipſum loqui de Patre ſalutis mūdi auctore, adeò excæcati ac perturbati erant ex incredulitate & inuidia.

c *Cum exaltaueritis.*] Significauit illis ſe ab ipſis cruci affigendum, & illius mortis virtute mortem & peccatum peremptum iri. atque illud maximum fore ſignum quòd ipſe ſit filius Dei. virtutem, inquam, mortis & reſurrectionis ipſius, quod ſignum Ionæ prophetæ ipſis exhibendum decretū erat.

d *Quia ego ſum.*] Id quod nunc ſcripturarum teſtimoniis veritatis expoſitione & ſignis editis non cognoſcitis, cognoſcetis tunc poſt mortem & reſurrectionem meam, me non eſſe aliquem meo nomine, mea libidine aut ambitione excitatum; ſed filiū Patris à Patre miſſum, qui & Euangelium vobis nunc Patris iuſſu annuntiem, qui eiuſdem mandatis vſque ad mortem obediam: qui virtute mea quam ab illo habeo reſurgam, qui regnum cælorum ingrediar victor, & diſtribuam meis. hæc enim ardua [illegible] maximè: & quæ nemo aggrederetur neque prędiceret de ſe, niſi ſciret ſibi mandata [illegible] à Deo à quo miſſu[illegible] ſit, & nunquam dimiſſu[illegible] ſed perpetuò fotus & inſtru[illegible], [illegible] ſolet auctoritas mittentis [illegible] eum qui miſſus eſt, & fouere, [illegible] volunta[illegible] ipſius mittentis. Quòd ſi poſſet [illegible] aliquis qui alte[illegible] mitti[illegible], illi ſemper adeſſe, multo melius & commodius & certius mandata perficerentur eius qui miſit. At Deus poteſt mihi ſemper adeſſe & mecum eſſe à ſe miſſo. atque ita res ipſa declarabit me nunquam ab illo fuiſſe derelictum ſolum, ſed me ab illo, & illum per me agere.

e *Si vos manſeritis in ſermone meo.*] præſtiteritis fidem dictis meis, & obſequium monitis ac præceptis meis de pœnitentia ac pietate [illegible], cognoſcetis re ipſa veritatem ſalutis non imputatæ, ſed allatæ & donatæ vobis: & ipſa veritas liberabit vos a captiuitate peccati. Alludit ad figuram Moſis. f *Semen Abrahæ ſumus.*] Sumus filij Abrahæ, qui [illegible], imò liber omnia loca peragrauit: nos etiam nemini ſeruiuimus tanquam ſerui addicti ad opera [illegible] detenti. g *Qui facit peccatum.*] Aliud ſeruitutis genus longè grauius atque [illegible] quàm [illegible] eſt, id de quo loquor, quod patimini: eſtque peccati ſeruitus, qua qui obligatus eſt, non poteſt [illegible] domo Patris cæleſtis manens in æternum. Exemplum vobis eſt in Iſmael & Iſaac, quòd alter quia de ancilla [illegible], quanquam Abrahæ filius eſſet, tamen tanquam ſeruus exiſtimatus eſt, ac domo electus, ne hæres eſſet cum filio libero, cuius verè ac legitimè hæreditas [illegible] ita in domo Dei ſeruus peccati nō manet, ſed [illegible] filius [illegible] legitimè manet: atque ideò ſi Filius vos in fratres ſuos cooptatos, & membra corporis ſui [illegible] libertate donauerit, tunc eritis verè liberi, ac perpetuò liberi hærentes capiti ipſi Filio. hæc vera libertas. h [illegible]] ſecundùm carnem; ſed alium Patrem habetis inuiſibilem, cui addicti eſtis; vt ego Patrem inuiſibilem habeo, cui addictus ſum atque parens.

ſed quæritis me interficere, quia ſermo
meus non capit in vobis. 38 Ego quod
vidi apud Patrem*, loquor: & vos quæ *meũ 4 Ms. Aug. c. 5.
vidiſtis apud patrem veſtrum, facitis. E
39 Reſponderunt & dixerunt ei, Pater
noſter, Abraham eſt. Dicit eis Ieſus, Si
filij Abrahæ eſtis, [a] opera Abrahæ facite.
40 Nunc autem, quæritis me interficere
hominem, qui veritatem vobis locutus
ſum, quam audiui à Deo. hoc Abraham
non fecit. 41 Vos facitis opera patris ve-
ſtri. Dixerunt itaque ei, [b] Nos ex forni-
catione non ſumus nati. vnum patrem
habemus Deum. 42 Dixit ergo eis Ie-
ſus, [c] Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis
vtique me. [d] ego enim ex Deo proceſſi &
veni: neque enim à meipſo veni, ſed ille
me miſit. 43 [e] Quare loquelam meam
non cognoſcitis? Quia non poteſtis au-
dire ſermonem meum. 44 Vos [f] ex pa- 1 Ioh. 3. d 8
tre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri F
vultis facere. ille homicida erat [g] ab ini-
tio, [h] & in veritate non ſtetit: quia non
eſt veritas in eo. cùm loquitur menda-
cium, [i] ex propriis loquitur, quia mẽdax
eſt, & pater eius. 45 Ego autem quia
veritatem dico, non creditis mihi.
46 Quis

a *Opera Abrahæ facite.*] Credite promiſſis & verbis Dei, obedite eiuſdem iuſſis, vt Abraham fecit. Omnino, inquam, ſinite vos duci à Deo, vt ille ducebatur, edoctus voluntatem Dei per Angelos, quam libenter & ſtudioſè eſt amplexus: hanc vobis Deus aperit per Filium.

b *Nos ex fornicatione.*] Si patrem terrenum dicis, nos ſumus legitimi poſteri Abrahæ filij Saræ, poſteritas Iſaac, ad quem pertinent promiſſio & hæreditas: ſi verò de inuiſibili patre, *vnum patrem habemus Deum.*

c *Si Deus pater veſter eſſet.*] à vobis receptus, amatus & cultus, probaretis quod ille probat: atque ita diligeretis me filium legitimum & propriũ illius, ab illoque miſſum in veſtram ſalutem.

d *Ego enim ex Deo proceſſi.*] Non loquitur hîc Ieſus de natiuitate diuina ſiue generatione paſſiua ſui ipſius: nã iam ſæpè ſe ſignificauit filium Dei coæternum Patri. ſed *ex Deo proceſſi*, idem ſignificat quod miſſus & profectus ſum. atque ita accuſat Iudæos; qui ſe in ſalutem ipſorum miſſum, & libẽter etiã venientem non receperint.

e *Quare loquelam meam non cognoſcitis?*] quæ planè diuina eſt, & Dei mandata continet. quia, inquit, vos inuidia & maleuolentia aduerſum me occupati & perturbati, non vultis audire ſermonem meum. Ergo ex odio mei incapaces vos redditis Dei ſermonũ & mandatorum, cùm tamen gratis me oderitis, nihil afferentem aut exponentem vobis ex meo, quod non à Patre audierim & acceperim. Non poteſtis audire præ inuidiæ rabie & perturbatione; non quòd natura impoſſibile vobis id ſiat, ſed affectu veſtro & maligno odio.

f *Ex patre diabolo eſtis.*] Studio & voluntate vos degeneraſtis, & à Deo ad diabolum deſciuiſtis. & paratis atque ſtudetis facere deſideria patris veſtri diaboli, qui & me cupit interfici, & Dei propoſitum impediri, atque hominum ſalutem auertere. Itaque Dei veritati & hominum vitæ aduerſatur, vt ſemper fecit. neque nouum id eſt, vt vos non poſſitis cognoſcere & cauere ſi velitis.

g *Ab initio.*] magno ſtudio & conatu hominibus mortem molitus attulit.

h *Et in veritate non ſtetit.*] Neq; ipſe in veritate officij ad ſe pertinẽtis ſtetit, neq; in veritate Dei erga homines quã obſcurare conatus eſt, mendacium illis perſuadens: quia non eſt veritas in eo, vtpote qui ab initio veritatem à ſe expulit. i *Ex propriis loquitur.*] atque ita ſtudioſè, callidè aſtuteque loquitur, adeò vt facilè decipere poſſit eos à quibus auditur, vtpote conſilio atque exercitatione mendax, & longo mentiendi vſu peritiſſimus. denique mendacij pater & auctor, & tamen creditis illi: quod ex eo conſtat quòd mihi non creditis qui veritatem dico. Nihil enim medium eſt inter veritatem & mendacium.

arguit 4 MS. 6. 5.

46 a Quis ex vobis * arguet me de pec-
cato? Si veritatē dico, quare vos non cre-
1 Ioh. 4. a. 6 ditis mihi? 47 Qui ex Deo eſt, verba Dei
audit. Propterea vos non auditis, quia ex
Deo non eſtis. 48 Reſponderunt ergo
Iudæi, & dixerunt ei, Nónne bene dici-
mus nos quia b Samaritanus es tu, & dæ-
monium habes? 49 Reſpondit Ieſus,
c Ego dæmonium non habeo: ſed hono-
* inhonoratis MS. R. 5. 5. rifico Patrem meum, & vos * inhonora-
ſtis me. 50 Ego autem non quæro glo-
riam meam. eſt qui quærat, & iudicet.
51 Amen, amen dico vobis, ſi quis ſer-
monem meum ſeruauerit, mortem non
videbit in æternum. 52 Dixerunt ergo
Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmo-
nium habes. d Abraham e mortuus eſt &
Prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem
meum ſeruauerit, non guſtabit mortem
in æternum. 53 Nunquid tu maior es
G patre noſtro Abraham, qui mortuus eſt?
f & Prophetæ mortui ſunt. Quem teip-
ſum facis? 54 Reſpondit Ieſus, g Si ego
glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt.
eſt Pater meus qui glorificat me, quem
vos dicitis quia Deus veſter eſt. 55 h &
non cognouiſtis eum, ego autem noui
eum.

a *Quis ex vobis.*] Duo ſunt vobis præſcripta argumenta ad dignoſcendum verum à falſo propheta, & verū Chriſtum à pſeudochriſto. Alterum eſt obſeruatio operum ipſius, atque ſignorū ab eodem indicatorum. Alterum verò collatio doctrinæ illius cum doctrina Dei iam olim vobis tradita. vtriuſque autem argumenti cognoſcendi copia vobis facta eſt per me; & tamen non creditis mihi: hoc eſt manifeſtū ſignū vos ex Deo non eſſe: cuius qui ſunt, virtutem agnoſcunt, & veritatē amāt & ampleſtuntur.

b *Samaritanus es tu.*] Qui ais veritatē non eſſe apud nos, id quod Samaritani aiunt: es ergo factione ac ſecta Samaritanus, quod ad ſcientiam & orationem attinet. quod verò ad opera & ſigna, dæmonium habes.

c *Ego dæmonium non habeo.*] Opera mea non ſunt habentis dæmonium, ſed verè ſunt ſpiritus Dei, quibus manifeſtatur beneficentia Dei erga homines, & gloria ipſius extollitur. his, inquam, operibus honoratur à me Pater. Neque enim ea honoris mei cauſa à me fiunt, ſed Patris honorandi cauſa, quem auctorem ego mihi perpetuò prædico. Et cùm ego Patris honorem procurem, à vobis ignominiosè afficior, propterea quòd Patris honorem quæro: nam non eſt aliud ſtudium meum, quàm Patrē honorare. ergo vos inhonoratis Patrē meum, in quo honorando totus ego ſum. Non enim quæro gloriam meam: non ego detrahitis mihi gloriam, quā non [illegible] neque arrogo neq; poſtulo mihi, ſed Patri: ille autem aget de mea gloria, & iudicabit: namque ego de ea re non ago, ſed de gloria Patris, & ſalute hominum. Facilè ego remittam vobis iſtam culpam quod à vobis non fuerim honoratus, dummodo ſermo meus excipiatur, qui & gloriam Dei & ſalutem hominum indicat. Ideò repetens id confirmo vobis iterum atque iterum, *Si quis ſermonem*, &c.

d *Abraham*,] qui ſermonem Dei ſeruauit, Deumq́ue honore proſequutus eſt, vt in ſcripturis legimus.

e *Mortuus eſt*,] Mortem corporis iſti intelligebant, quæ plus ſomnus eſt: Ieſus mortem animę apertè ſignificabat, dicens, *in æternum*.

f *Et Prophetæ mortui ſunt.*] qui verbum Dei mundo attulerunt. non ſolùm nō liberarunt homines à morte, ſed neque ipſi liberati ſunt à morte.

g *Si ego glorifico.*] Si id ago ve [illegible] & ſtu[illegible] meo vobis ad gloriam propriam [illegible] ipſius prædicē, *gloria mea nihil eſt.*] Nam cùm ego Patrem prædicem, ſi id gloriæ meæ cauſa [illegible] non confirmabit ea quæ dicta à me ſunt prætextu gloriæ ipſius, cum ſciat me gloriæ meæ ſtudio [illegible] tunc neq; ego apud me, neque apud vos gloriam habere poſſ[illegible] quia Deo [illegible] glorifico, & ideò Pater virtutis ſua ſignis confirmat & me [illegible] gloriæ [illegible] vera eſſe

h *Non cognouiſtis eum.*] neq; [illegible] ſua natura & virtute, [illegible] quod doctrina operaque veſtra arguunt. Ego autem noui eum, id quod & doctrina & opera mea probant, & omnia accepta à

Ipſi refero, cuius honori & gloriæ inſeruio, non meæ: quòd ſi ſecus dicerem & mihi arrogarem doctrinæ actio-
numque mearum gloriam, aut alterius auctoritatem appellarem, eſſem mendax ſimilis vobis, qui dicitis hæc à
Deo non eſſe: tunc vobiſcum conuenirem, & gloriam fortaſſe apud vos haberem, ex mendacio à vobis amato.

eum. Et ſi dixero quia non ſcio eum: ero
ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eum, &
ſermonem eius ſeruo. 56 Abrahã pater
veſter [i] exultauit vt videret diem meum:
& [k] vidit, & gauiſus eſt. 57 Dixerunt
ergo Iudæi ad eum, [l] Quinquaginta an-
nos nondum habes, & Abraham vidiſti?
58 Dixit eis Ieſus, Amen, amen dico vo-
bis, [m] antequam Abraham fieret, ego ſum.
59 Tulerunt ergo lapides vt iacerent in
eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit
de templo.

## CAP. IX.

ET præteriens Ieſus vidit hominem 8 M. c. 6.
cæcum à natiuitate: 2 & interroga- A
uerunt eum diſcipuli eius, Rabbi, [a] quis
peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus
naſceretur? 3 Reſpondit Ieſus, [b] Neque
hic peccauit, neque parentes eius: [c] ſed
vt manifeſtentur opera Dei in illo.

i *Exultauit.*] Abraham in ſpiritu cupiuit videre per viſionem aut experientiam, aut aliam certam reuelationem, quod tempus & quale eſſet illud Chriſti: cùm in ſpiritu quæreret ſignum poſſeſſionis ſibi à Deo promiſſæ, qua ſignificabantur promiſſa ſpiritualia per Chriſtum præſtanda. ait enim, Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam?

k *Vidit & gauiſus eſt.*] Nam cùm occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans & lãpas ignis trãſiens inter diuiſiones illas. hic magnum myſterium oſtenſum eſt Abrahæ.

l *Quinquaginta annos.*] Ad eleuandam auctoritatem Ieſu hæc pronuntiabantur, qui iunior & nondum inter ſeniores computandus ab illis dicitur, atque ex conſequenti indignus exiſtimatur virorum grauium & maturorũ honore: ideo potius *quinquaginta annos* illi negarunt, quàm triginta duos indicarét. Eſt enim dimidia ſæculi pars quinquaginta annorum tempus nondum dimidio ſæculo vixiſti, & vidiſſe te dicis Abraham, qui tot ſæculis ante fuit.

m *Antequàm Abraham fieret.*] Ex duobus verbis *fieri* vel *gigni*, & *eſſe* alterũ naturam genitam, & in tempore exiſtentem; alterum naturam æternam, principio ac fine carentem ſignificat. maximè verò in præſenti tempore *Ego ſum*, quod Deo perpetuum eſt. Intellexerunt ergo Iudæi ex verborum ſignificatione & vſu illum affirmare de ſe quòd Abrahamo maior, atque adeò Deus eſſet. Et quoniam blaſphemiæ genus erat grauiſſimum apud ipſos, vt aliquis Deum ſeſe appellaret, mentito nomine tanquam blaſphemum lapidare eum voluerunt, atque ita apud populum damnare.

CAP. IX.

a *Quis peccauit.*] Non ex palingeneſia Pythagoræ (vt quidam aiunt) hæc à diſcipulis rogantur; ſed ex doctrina traditionum & Miſnaioth in lib. de Benedictionibus, vbi variæ gratiarum actiones ſiue ſupplicationes dictantur pro variis rerum oblatarum argumentis, ex quibus vnum caput ita habet, de Benedict. c. 9. Qui viderit mutũ, cæcum, lato capite, claudum, eriſipela affectum, albuginotum; dicat, Benedictus ſit iudex veritatis. Ex qua oratione arguitur omnem huiuſmodi affectionem pœnam eſſe vero Dei iudicio illatam. Cùm ergo occurreret cæcus, quem ſciebant non factum, ſed natum cæcum: (nam de facto cæco apertè traditio ipſis declarabat, quòd culpa ſua id accideret) quærunt cuius culpa factum eſſet vt cæcus naſceretur, ſua ne: atqui ſua non videbatur antequã natus eſſet: vt benedictio illa conueniret, Benedictus qui iudicat veritatem, ſiue iudex veritatis. maximè cùm expoſitores interpretétur illud debere intelligi de cæco facto, claudo facto, & de iis qui hoc modo nati ſunt ex vtero, &c. Quòd ſi cæco quocunq; obuio dicendum erat, Benedictus iudex veritatis, reliquum erat cognoſcere, an illud iudicium veritatis aduerſus parentes eſſet, vt cæcum filium procrearent. Hoc quoniam in Miſnaioth non eſſet declaratum, neque à Scribis expoſitum, à magiſtro doceri cupiunt diſcipuli.

b *Neque hic peccauit.*] Antequam natus eſſet peccatum nullum ipſe propria voluntate admiſit, quia peccandi cõpos nondum erat: neq; parentes eius peccauerunt peccatum, cuius puniendi cauſa hic cæcus naſceretur; neque omnino ad cuiuſquam pœnam, ſed ad Dei gloriam, & miſericordiæ ac beneficentiæ veritatiſque diuinæ argumentum, materiam & ſignum hic cæcus natus eſt. id quod neque Miſnaioth neque Gamaræ auctores aſſequi & declarare potuerunt.

c *Sed vt manifeſtentur.*] Natus eſt cæcus, & cognitus publicè ab omnibus, hoc nomine quòd cæcus natus ſit, vt in illo edatur ſignum operum Dei, qui poteſt & vult cæcitatem & inſipientiam humanis animis remouere, & lucem ac veram notitiam ſui afferre & donare, & id facturus eſt per me. Quamobrem & per me hoc ſignum edet à ſe ad hoc miſſum.

4 Me oportet operari opera eius qui mi-
ſit me, [a] donec dies eſt. [b] venit nox, quan-
do nemo poteſt operari. 5 quamdiu
ſum in mundo, lux ſum mundi. 6 Hæc
cùm dixiſſet, [c] expuit in terram, & fecit
lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper
oculos eius, 7 & dixit ei, Vade, laua in
natatoria Silóe, (quod interpretatur,
Miſſus.) Abiit ergo, & lauit: & venit vi-
*eius I MS. dens. 8 [d] Itaque vicini * & qui ᵘ viderát
ᵘvidebant 7 MS. Aug. G. eum priùs quia mendicus erat, dicebát,
B Nónne hic eſt qui ſedebat, & mendica-
bat? Alij dicebant, Quia hic eſt.
9 Alij autem, Nequaquam: ſed ſimilis
eſt ei. Ille verò dicebat, Quia ego ſum.
10 Dicebant ergo ei, Quomodo aperti
ſunt tibi oculi? 11 Reſpondit, Ille homo
qui dicitur Ieſus, lutum fecit: & vnxit
oculos meos, & dixit mihi, Vade ad na-
tatoriam Silóe, & laua. Et abij, & laui, &
ᵘDixerunt ergo I MS.G. vidi. 12 ᵘEt dixerunt ei, Vbi eſt ille? Ait,
Neſcio. 13 [e] Adducunt eum ad Phari-
ſæos qui cæcus fuerat. 14 Erat autem
ſabbathum quando lutum fecit Ieſus, &
aperuit oculos eius. 15 Iterum ergo in-
terrogabant eum Phariſæi quomodo vi-
C diſſet. Ille autem dixit eis, Lutum mihi
poſuit ſuper oculos, & laui: & video.
16 Dicebant ergo ex Phariſæis quidam,
Non eſt hic homo à Deo, [f] qui ſabbathũ
*MS.G. non cuſtodit. Alij * autẽ dicebát, [g] Quo-
modo poteſt homo peccator hæc ſigna

facere?



a *Donec dies eſt.*] Dum nondum ſunt damnati tenebris obcæcationis & indurationis hi Iudæi ad quos miſſus fui.

b *Venit nox.*] Cùm offenderint ad mõtes caliginoſos expectabũt lucẽ, & ponet eam Deus in tenebras & in vmbrã mortis. Nũc volo omnino hominibus vel nolentibus & repugnantibus, tamẽ in ſuam ipſorum ſalutem me probare lucem mundi, quamdiu ſum in hoc mundo: & huius rei ſignum erit quod nunc ſpectabitis.

c *Expuit in terram.*] Omnis hæc narratio per figuram myſterium continet aduentus & efficacitatis Chriſti in mundum: quod aliàs exponetur.

d *Itaque vicini.*] Ita publicè conſtare cœpit miraculum ex teſtimoniis vicinorum notorum, atque ex dubitatione aliorum, & ſua ipſius declaratione.

e *Adducũt eum ad Phariſæos.*] Quidam ex illis qui cognouerant iam miraculum, vt Phariſæis probaretur Ieſu virtus hoc etiam argumento manifeſtiſſimo, affirmantes illum hominẽ viſu donatum, qui cæcus natus fuerat; quod maius miraculum eſſet, quàm ſi cæcus factus reſtitutus poſteà fuiſſet. Hoc creationis ſymbolum fuit ex luto, &c.

f *Qui ſabbathum non cuſtodit.*] Qui lutum facit in ſabbatho, & curat in ſabbatho. nam Deus ſanctificauit ſabbathum, & benedixit diei ſabbathi, quia in ipſo requieuit ab omni opere quod patrauerat.

g *Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere?*] Miracula fieri poſſunt à dæmone & peccatore aliquo modo: ſigna verò fieri non poſſunt ita vt ſigna ſint doctrinæ & legationis ac prophetiæ, maximè ſigna cum ipſo profeſſionis argumento conuenientia; hæc nõ poteſt facere aliquis qui à Deo ad eam rẽ non ſit conſtitutus. Sunt enim ſigna Dei ſiue ſigilla auctoritatis diuinæ.

facere? Et ſchiſma erat inter eos.
17 Dicunt ergo cæco iterum, Tu, quid
dicis de illo "qui' aperuit oculos tuos? "quia ꝯ.
Ille autem dixit, [a] Quia propheta eſt.
18 Non crediderunt ergo Iudæi de illo,
quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vo-
cauerunt parentes [b] eius qui viderat:
19 & interrogauerunt eos, dicentes, Hic
eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cę-
cus natus eſt? Quomodo ergo nũc videt?
20 Reſponderunt eis parentes eius, & di-
xerunt, Scimus quia hic eſt filius noſter, D
& quia cęcus natus eſt: 21 quomodo
autem nunc videat, neſcimus, aut quis
eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum
interrogate: ætatẽ habet, ipſe "de' ſe "lo- pro Ms. loquatur ꝯ.
quatur'. 22 Hęc dixerunt parentes eius,
quoniã timebant Iudęos. iam enim con-
ſpirauerant Iudęi, vt ſi quis [c] eum confi-
teretur "eſſe' Chriſtum, extra ſynagogã – 3 Ms. Aug. &.
fieret. 23 Propterea parentes eius dixe-
runt, Quia ætatem habet, ipſum inter-
rogate. 24 Vocauerunt ergo rurſum ho-
minem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, E
[d] Da gloriam Deo. nos ſcimus quia hic
homo peccator eſt. 25 Dixit ergo "eis' – 4 Ms. Aug. &.
ille, Si peccator eſt, neſcio: [e] vnum ſcio,
quia cæcus cùm eſſem, modò video.
26 Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi?
quomodo aperuit tibi oculos? 27 Re-
ſpondit eis, Dixi vobis iam, & * audiſtis: * Suprà 6. 3.
quid iterum vultis audire? nunquid &
vos

a *Quia propheta eſt.*] Ex cæco illuſtratus euaſit non ſolùm ſenſu, ſed intellectu & animo: atque id opus vnum Dei fuit ex iis quę manifeſtanda in illo ſignificauerat Ieſus, ſenſit effectu in ſe, cognito illum eſſe prophetam à Deo miſſum.

b *Eius qui viderat.*] Vidiſſe illum apertum exploratumque erat. an cęcus natus eſſet non credebatur iis qui veritati aduerſabãtur. verùm hæc illorum incredulitas Dei gloriam magis promouebat ipſis inuitis.

c *Eum confiteretur eſſe Chriſtum.*] eſſe vnctum illum promiſſum à Deo, expectatum à patribus, *extra ſynagogã fieret*, excommunicatus cenſeretur, habereturque tanquã Samaritanus aut ethnico deterior.

d *Da gloriam Deo.*] Ne diſſimules aut celes id quod conſcientia tua ſentit, hactenus aut ſimulaſti aut diſſimulaſti.

e *Vnum ſcio.*] conſcius mihi ſum, & id atteſtor, me cæcum anteà nunc videre.

vos vultis diſcipuli eius fieri? 28 Male-
dixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu diſci-
pulus illius ſis: nos autem Moyſi diſci-
puli ſumus. 29 Nos ſcimus quia Moyſi
locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus
F vnde ſit. 30 Reſpondit ille homo, &
dixit eis, In hoc enim mirabile eſt quia
vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos o-
culos. 31 ſcimus autem [a]quia peccato-
res Deus non audit: ſed ſi quis Dei cul-
tor eſt, & voluntatem eius facit, hunc
exaudit. 32 [b]A ſeculo non eſt auditum
quia "quis aperuit' oculos cæci nati. — "aperuit quis M. 6.
33 [c]Niſi eſſet hic à Deo, non poterat face-
re quicquam. 34 Reſponderunt, & di-
xerunt ei, [d]In peccatis natus es totus, &
tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.
35 Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum fo-
G ras: & cùm inueniſſet eum, dixit ei, Tu
credis in filium Dei? 36 Reſpondit ille,
& dixit, [e]Quis eſt, Domine, vt credam
in eum? 37 Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti
eum: & qui loquitur tecum, ipſe eſt.
38 At ille ait, Credo, Domine. Et prócí-
dens adorauit eum. 39 Et dixit ei Ieſus, — * 1 MS. 6. 8
In iudicium ego in hunc mundum veni:
vt qui non vident videant, & qui vident
cæci fiant. 40 Et audierunt quidam ex
Phariſæis qui cum ipſo erant: & dixerũt
ei, Nunquid & nos cæci ſumus? 41 Di-
xit eis Ieſus, [f]Si cæci eſſetis, non habere-
tis peccatum. nunc verò dicitis, Quia

a *Quia peccatores Deus non audit.*] vt in peccati eorum confirmationem faciat ſignum, ſi hic peccaret dicẽdo ſe à Deo miſſum, non confirmaretur ſigno beneficentiæ. ergo facit voluntatem Dei & cultum procurat; ideoque à Deo confirmatur exauditus.

b *A ſeculo non eſt auditum.*] Hoc eſt ſingulare Dei miraculum, & nouum nouique exempli, quod ad mendacij cõfirmationem editum eſſe dicere abſurdiſſimum eſt.

c *Niſi eſſet.*] à Deo miſſus, & ſe miſſum & profectum à Deo profiteretur, non poterat quicquam facere in ſignũ profeſſionis ſuæ.

d *In peccatis natus es totus.*] Hoc affirmabant Iudæi, ex illa ſua ſupplicatione Miſnaioth vltra quàm nihil ſapiebant.

e *Quis eſt, Domine.*] Credo eum veniſſe: namque ſigno in me facto noui virtutem illius: & cupio eum cognoſcere, vt fidem meam in eum intendam.

f *Si cæci eſſetis.*] Si vos agnoſceretis cęcos & ignaros veritatis atque illuminationis egentes, & cuperetis illuminari, nec videretis ſigna quæ vidiſtis, neque cognouiſſetis verba quę locutus ſum vobis, non haberetis peccatum incredulitatis: ſed vos fatemini videre & ſentire quæ à me aguntur. ergo peccatum veſtrum incredulitatis veſtra culpa conſtat nunc & confirmatur vobis.

 videmus.

videmus. Peccatum * veſtrum manet. * ergo Ms. G. 5.

## CAP. X.

A Men, [a] amen dico vobis, [b] qui non in- A
trat per oſtium in ouile ouium, ſed
aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.
2 [c] Qui autem intrat per oſtium, paſtor
eſt ouium. 3 Huic oſtiarius aperit: &
oues vocem eius audiunt: & proprias o-
ues vocat nominatim, & educit eas.
4 Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas
vadit: & oues illũ ſequuntur, quia ſciunt
vocem eius. 5 Alienum autem non ſe-
quuntur, ſed fugiũt ab eo: quia non no-
uerunt vocem alienorum. 6 [d] Hoc pro-
uerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non
cognouerunt quid loqueretur eis.
7 [e] Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen, a-
men dico vobis, quia [f] ego ſum oſtium B
ouium. 8 Omnes [g] quotquot venerunt *, * ante me 1 Ms. 9.
fures ſunt & latrones: ſed non audierunt
eos oues. 9 Ego ſum oſtium. Per me ſi
quis introierit, ſaluabitur: & [h] ingredie-
tur & egredietur, & paſcua inueniet.
10 Fur non venit niſi vt furetur & mactet
& perdat. Ego veni vt [i] vitam habeant, &
abundãtius habeant. 11 Ego ſum paſtor
bonus. [k] Bonus paſtor animam ſuã * dat
pro

CAP. X.

a *Amen, amen*] Hoc ſermone denuo Ieſus munus, legationem & efficacitatem, auctoritatemq́ue ſuam Iudęis exponit, & omnibus nota hæc eſſe curat in ipſorum vtilitatem & ſalutem.

b *Qui non intrat per oſtium.*] qui Eccleſiæ Dei miniſterium profitetur, & non agnoſcit caput Eccleſiæ, neque illius auctoritatem & virtutem prædicat & proſequitur, non Dei aut Eccleſiæ res agit, ſed ſuas; nihil confert, imò maximè nocet Eccleſiæ.

c *Qui autem intrat per oſtiũ.*] Qui fundamentum doctrinæ ſuæ iacit in ſolida petra, beneq́ue iacit, hic verã diſciplinam & vtilem inſtituit; hic a Deo admittitur, recipitur & iuuatur. diſcipulos iuuat & rectè ducit, doctrina ſimplici & vtiliſſima; cuius diſcipuli capaces ſunt non ſolùm cognitione, ſed vtilitatis experientia. & cognoſcitur illius doctrina apta, ſimplex, conſtans, & omnino probanda.

d *Hoc prouerbium.*] Hanc allegoriam ita nudam ex rei ruſticæ ratione petitam, quam illi cognouerunt allegoriã eſſe myſteriis plenam, verùm non intellexerunt ſententiam & mentẽ pronuntiantis.

e *Dixit ergo eis iterum.*] Allegoriæ pronuntiatæ ſignificationem per partes explicat Ieſus, aſſerens ſe vnicum eſſe mundi ſaluatorẽ, vnicum ſalutis Pontificem, atque adeò ipſam ſalutẽ hominum; qui venientes ad ſe, ſuiq́; gregis eſſe volentes, ex morte æterna ad vitam æternam traducat; traductos aſſerat & cuſtodiat, tutosque reddat ab omnibus inſidiis, quas humani generis hoſtis hominibus molitur; in quas cęteri omnes cadent, quicunque in præſidio ac tutela virtutis & efficientiæ Chriſti non latuerint.

f *Ego ſum oſtium ouium.*] Quotquot in regnum cælorum cooptandi ſunt, per me intrent neceſſe eſt, ita vt mihi coniungantur, diuinæ humanæq́ue meæ naturæ participes effecti per donum Spiritus ſancti à Patre miſſum.

g *Quotquot venerunt.*] dicentes ſe eſſe Meſſias, non oues iuuandi & conſeruandi, ſed diripiendi ac deuorãdi cauſa venerunt, ſua cupiditate & ambitione, non Dei auctoritate & virtute ducti. Oues quæ verè expectabant regnum Dei, & ſciebant aliam rem eſſe quàm terrenam, ſentientes illorum voces, quæ aliter ſonabant quàm verba vitæ æternæ ſonant, non audierunt illos.

h *Ingredietur & egredietur.*] habebit ſui poteſtatem & veram libertatem, non carnalem, aut vanam & imaginariam, ſed ſpiritualem. Vbi enim ſpiritus Chriſti, ibi libertas: non vt ſecundùm carnem viuatur, ſed vt ſecundùm Spiritum ambuletur. & inueniet paſcua diuinæ prouidentiæ alentis eum ſpiritualibus bonis.

i *Vitam habeant*] æternam, liberati à morte, & abundantius habeant donorum fidei, charitatis, ſpei, conſolationis. & omnium virtutum.

k *Bonus paſtor.*] qui oues amo, foueo, tueor, atque ex amore ac dilectione ſeruo & paſco, ſpiritualibusque bonis expleo.

.6MS.e.5. pro ouibus ſuis. 12 [a] Mercenarius au-
tem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt
C oues propriæ, videt lupum venientem,
& dimittit oues, & fugit: & [b] lupus rapit,
& diſpergit oues. 13 Mercenarius au-
tem fugit, quia mercenarius eſt: & non
pertinet ad eum de ouibus. 14 Ego ſum
paſtor bonus: [c] & cognoſco meas, & co-
Mat.11.d.27 Luc.10.d.22 gnoſcunt me meæ. 15 [d] Sicut nouit me
Pater, & ego agnoſco Patrem: & animã
.6MS.G.5. meam pono pro ouibus meis. 16 [e] Et
Mat.28.d.19 Mar.16.d.15 alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc
Luc.24.g.47 Act.10.f.35 ouili: & illas oportet me adducere, [f] &
13.g.47. 15.b.7. vocem meam audient, & fiet vnum oui-
Gal.1.b.9 Ezec.37.f.22 Iſa.53.b.7 le & vnus paſtor. 17 Propterea me dili-
git Pater, quia [g] ego pono animã meam,
vt iterum ſumam eam. 18 [h] Nemo tol-
lit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo.
poteſtatem habeo ponendi eam: &
poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.
Hoc mandatum accepi à Patre meo.
D 19 Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudęos
propter ſermones hos. 20 Dicebant au-
tem multi ex ipſis, Dęmonium habet &
inſanit: quid eum auditis? 21 Alij dice-
bant, Hæc verba [i] non ſunt dæmonium
habentis. nunquid dæmonium poteſt
1 Mach.4.f.56.59 cæcorum oculos aperire? 22 Facta ſunt

r 3 autem

a *Mercenarius.* ] Qui non ouium ſalutis cauſam & curam ſuſcipiũt, ſed ſuis ipſorum commodis conſulunt, ij diripiunt populos & ſpoliant, & oblatis periculis animorum non defendunt.

b *Lupus.* ] Diabolus cum mẽbris ſuis falſæ & pernitioſæ aut inutilis doctrinæ miniſtri.

c *Cognoſco meas.* ] quæ mihi traditæ ſunt à Patre, ingreſſæ per me in ouile & regnum cælorum, quod in hac vita inchoatur, ipſas ego cognoſco tanquã membra corporis mei arcana & inenarrabili cognitione: & illæ me; illæ, inquam, quæ meæ propriè & re ipſa ſunt, arcana & admiranda cognoſcunt cognitione, vt membra caput cognoſcunt.

d *Sicut nouit me Pater* ] qui in me eſt, & ego agnoſco Patrem in quo ſum. & vitam expoſiturus ſum ſanguinemq́ue effuſurus, vt oues quæ me ſequi voluerint, liberem è morte ac tyrannide & ſeruitute peccati & diaboli.

e *Et alias oues habeo.* ] à Patre meo deſtinatas mihi, quæ non ſunt ex hoc ouili filiorum Iſrael, ſed ex gentibus & populo filiorum Edom, de quo ſcriptũ eſt, Maior ſeruiet minori.

f *Et vocem meam audient.* ] Euangelium ſalutis eorum: & fiet vnum ouile, vnũ regnum cælorum, vna Eccleſia. & vnus paſtor ipſe ego, in quo coniunctæ omnes erunt tanquam membra in capite.

g *Ego pono animam meam* ] in mortem, ad extinctionẽ peccati, veneni ac mortis ouium mearum; & *iterum ſumã eam* in reſurrectionem non meam ſolùm, ſed omnium membrorum meorum, hoc eſt, ouium omnium quæ mecum & in me reſurgent in iuſtificationem vitæ.

h *Nemo tollit.* ] Cùm moriar, nõ moriar, quia effugere mortem nõ poſſim; ſed quia nolim effugere mortem, quã ſponte & libẽter ſubibo, vt Patri obediam in ſalutem ouiũ quas amo. poſſum exponere vitam, & virtute propria qua Deus ſum efficere, vt mors mea ſit redemptio pro multis. hãc poteſtatem habeo ex natura mea & à Patre meo: namque vnum ſumus ego & Pater. Poſſum iterũ ſumere quia Deus ſum, ipſa vita ſum, Filius hominis ſum, ipſa puritas & ſanctitas humanæ naturæ, ideoque nõ obnoxius corruptioni & vinculis inferni & ſepulchri, & ſumens iterum animã poſſum mecum reſuſcitare eos qui mecum commortui fuerint. & *hoc mandatum accepi à Patre meo*, quod vobis expono.

i *Non ſunt dæmonium habentis.* ] Namque hæc verba vitam æternam, ſalutem hominum, diuinam voluntatem & virtutem annuntiant, quæ omnia aliena ſunt ab ingenio, conſilio, inſtituto & ſtudio dæmoniorum. Deinde etiam confirmantur ſigna beneficentiæ atque efficacitatis diuinæ, dæmoniorum viribus negato. Nam quod non ſit, vt ſit, efficere non poteſt dæmõ: non habet poteſtatem creandi neque naturalem neque permiſſam; atque ita cæcos etiam qui accidente aliquo aut morbo videndi facultatem amiſerunt, oculos aperire & reſtituere non poteſt dæmonium, nedum eorum qui cæci & videndi facultate omnino priuati naſcuntur.

autẽ [a] Encænia in Ieroſolymis: & hyems
erat. 23 Et ambulabat Ieſus in templo,
in porticu Salomonis. 24 Circundede- E
runt ergo eum Iudæi, & dicebant ei,
Quouſque animam noſtram [b] tollis? ſi
tu es Chriſtus, dic nobis palàm. 25 Re-
ſpondit eis Ieſus, [c] Loquor vobis, & non
creditis. opera quæ ego facio in nomine
Patris mei, hæc teſtimonium perhibent
de me: 26 ſed vos non creditis, quia non
eſtis ex ouibus meis*. 27 Oues meæ vo- *ſicut dixi vobis a.c.s.
cem meam audiunt: & ego cognoſco eas,
& [d] ſequuntur me. 28 & ego vitam ęter- F
nam do eis: & non peribũt in æternum,
& non rapiet eas quiſquã de manu mea.
29 Pater meus "quod dedit mihi, maius "qui dedit mihi, maius a.c.s.
omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de
manu Patris mei. 30 Ego & Pater vnum
ſumus. 31 Suſtulerunt * lapides Iudæi, *ergo iterũ 4 MS a.c.s.
vt lapidarent eum. 32 Reſpondit eis Ie-
ſus, Multa bona opera oſtendi vobis ex
Patre meo, propter quod eorum opus
me lapidatis? 33 Reſponderunt ei Iudęi,
De bono opere non lapidamus te, ſed de
blaſphemia, & quia tu homo cum ſis,
facis teipſum Deum. 34 Reſpondit eis
Ieſus, Nónne ſcriptum eſt [e] in lege veſtra, Pſal. 81. b. 6
quia Ego dixi, dij eſtis? 35 Si illos dixit
deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, &
non poteſt ſolui ſcriptura: 36 [f] quem
Pater ſanctificauit & miſit in mundum, G
vos dicitis, Quia blaſphemas: quia dixi
Filius

a *Encænia.*] Feſtum dedicationis templi, quod vigeſima quinta die lunationis Nouẽbris ex Eccleſiæ decreto Machabæorum tempore inſtitutum eſt.

b *Tollis.*] ſuſpenſam eſſe & ancipitem pateris.

c *Loquor vobis.*] Diuinorum oraculorum auctoritate & teſtimonio vobis iam diu eſt quod expono id quod ſum. Deinde etiam ſignis, portentis & miraculis eadem confirmo, aſſerens ea nomine & auctoritate Patris mei fieri. hæc eſt ſumma examinationis veritatis vobis à Deo per Moſem tradita, per Prophetas repetita: *ſed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis*, quæ Euangelij vocem cùm audierint, fide excipiũt, & obedientia ſequuntur.

d *Sequuntur me*] fide & obedientia: & ita ſequutę me excipere paratum aſſequuntur, & vitam æternam do eis, donans memetipſum eis. & poſtquam verè & re ipſa habent vitam æternam; factæ membra viua mea, non peribunt in æternum, quia nec ipſæ diſcedere volent à me, qui vita earum ſum; neq; alicuius aduerſarij poteſtate, vi, inſidiis aut dolis poterunt à me auelli & ſeparari, vtpote defenſæ à me, & à Patre meo protectæ, cuius virtuti, efficacitati, amori & voluntati nihil prætεrea cõparari poteſt. itaque quod meum eſt, Patris mei eſt; quod ego ſeruo, ille ſeruat namque *ego & Pater vnum ſumus*, tũ natura diuina, tum conſilio & propoſito; quatenus etiã Filius hominis ſum conſilio & propoſito eodem cum Patre ſum.

e *In lege veſtra.*] in religionis & doctrinæ veſtræ libris, à Spiritu ſancto per manum Prophetæ, qui & legem intelligebat & obſeruabat, ſcriptũ eſt: Iudices & magiſtratus munere ſuo fungẽtes, à Deo *Dij* eſſe appellati, vt id que in ipſa lege Moſis conſtat [illegible]
איש כי משפט אלהים הוא.

f *Quem Pater ſanctificauit.*] Si magiſtratibus & iudicibus à Moſe vel à populo vel à rege aut principe delectis verè adſcribitur nomen Dei, atque ex ſententia diuina, cur dicitis eum blaſphemare, qui non ſibi id nomen manifeſtè arrogat, ſed potius numen ipſum diuinum apertè exhibet, approbãte Patre manifeſtiſſimis teſtimoniis & oſtẽdente illum eſſe delectum, ſeparatum atque adornatum; denique vltra omniũ hominum aliorum comparationẽ longè excellentiùs ſacratum & miſſum in hunc mundum; eſtne blaſphemare operibus & actionibus oſtendere aliquid antequàm pronuntietur, eſt blaſphemare cum virtute ſe ſe præbere, quẽ Pater voce de cælo Filium ſuũ dixerit?

Filius Dei ſum? 37 Si non facio opera
Patris mei, nolite credere mihi. 38 Si
autem facio, & ſi mihi non vultis crede-
re, operibus credite: vt cognoſcatis &
credatis quia Pater in me eſt, & ego in
Patre. 39 Quærebant ergo eum appre-
hendere: & exiuit de manibus eorum.
40 Et abiit iterum trãs Iordanem in eum
locum vbi erat Iohannes baptizans pri-
mùm: & manſit illic. 41 & multi vene-
runt ad eum, & dicebant, Quia[g] Iohan-
nes quidem ſignum fecit nullum. Om-
nia autem quæcunque dixit Iohannes de
hoc, vera erant. 42 Et multi crediderunt
in eum.

g *Iohannes quidem ſignum fecit nullum.*] Iohannes propheta fuit miſſus à Deo, & talis publicè habitus; & quanquam ſignũ nullum fecit, veniebamus ad eũ, & baptizabamur, fidem habentes doctrinæ illius: & dixit ille hunc eſſe excipiendum Filium Dei, agnum Dei; & creſciturum virtute, miraculis, doctrina, ac demum efficacitate tollendi peccata, & baptizandi Spiritu ſancto: & videmus veriſſima eſſe ea quæ de hoc Iohannes dixit: namque hic ſignis & miraculis à Deo comprobatus ornatuſque eſt, præterquam quod auctoritas & aſſeueratio atque teſtimonia Iohannis vera erant, & tali teſte digniſſima. ille igitur hunc ſuſcipiendum nobis indicauit.

## CAP. XI.

A Erat autem quidam [h]languens[i] Laza-
rus à Bethania, de caſtello Mariæ &
Marthæ [k]ſororis[l] eius. 2 (Maria autem
erat quæ vnxit Dominum vnguento, &
extersit pedes eius capillis ſuis: cuius fra-
ter Lazarus infirmabatur.) 3 Miſerunt
ergo ſorores eius ad eum, dicentes, Do-
mine, ecce quem amas, infirmatur.
4 Audiens autem Ieſus, dixit eis, Infir-
mitas hæc [a]non eſt ad mortem, ſed pro
gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per
eam. 5 Diligebat autem Ieſus Marthã,
& ſororem eius Mariam, & Lazarum.
6 Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tũc
quidem manſit in eodem loco duobus
diebus: 7 deinde poſt hæc dicit diſcipulis
ſuis,

[h] Infirmus
[i] MS.
[k] ſororum
[l] MS. *Aug.*
*Mt.* 26. *a.* 7
*Lu.* 7. *f.* 37
*Io.* 12. *a.* 3

CAP. XI.

a *Non eſt ad mortem.*] Morbus hic nõ allatus eſt vt vita laborãtis terminetur, tanquam poſtremus illius vitæ terminus, vt in aliis mortalibus effici ſolet; ſed cauſa huius morbi eſt, vt ex ipſius exitu ſpectetur publicè exemplum voluntatis Dei erga hominum vitam & ſalutem.

ſuis, Eamus in Iudæam iterum. 8 Di-
cunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebãt
te Iudęi lapidare: & iterum vadis illuc?
9 Reſpõdit Ieſus, [a] Nónne duodecim ſunt B
horæ diei? Si quis ambulauerit in die, nõ
offendit: quia lucem huius mundi videt:
10 [b] ſi autem ambulauerit in nocte, offen-
dit: quia lux non eſt in eo. 11 Hæc ait:
& poſt [\\] hæc' dicit eis, Lazarus amicus ' hoc MS. G.
noſter dormit: ſed vado vt à ſomno ex-
citem eum. 12 Dixerunt ergo diſcipu-
li eius, Domine, [c] ſi dormit, ſaluus erit.
13 Dixerat autem Ieſus de morte eius: illi
autem putauerunt quia de dormitione
ſomni diceret. 14 Tunc ergo Ieſus dixit
eis manifeſtè, Lazarus mortuus eſt:
15 [d] & gaudeo propter vos, vt credatis,
quoniam non eram ibi. ſed eamus ad eũ.
16 Dixit ergo Thomas qui dicitur Didy-
mus, ad condiſcipulos: [e] Eamus & nos,
vt moriamur cum eo. 17 Venit itaque
Ieſus: & inuênit eum quatuor dies iam
in monumento habentem. 18 (Erat au- C
tem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi
ſtadiis quindecim.) 19 [f] Multi autem ex
Iudæis venerãt ad Martham & Mariam,
vt conſolarentur eas de fratre ſuo.
20 Martha ergo vt audiuit quia Ieſus ve-
nit, occurrit illi: Maria autem domi ſe-
debat.

a *Nõne duodecim horæ.*] Artificialis dies à Solis exortu ad occaſum vſque dimidiam cæli partem metitur ſuper terrã, ea in duodecim horas artificiales diuiditur: & hoc perpetuum eſt, ſiue longæ ſiue breues dies contingant, tamen duodecim horas hoc modo numerare eſt. & qui diem præſcriptum habet, & quid ſingulis horis agẽdum ſibi ſit probè tenet, munus penſumque ſuum rectè abſoluit, vtpote cum horis diei ſibi conſtituti collatum, atque ita ſuũ iter metitur, vt pro temporis ratione abſoluat: & cùm lucem habeat, qua viam inſpicere poſſit, nõ impingit aut offendit, quanquam offendicula in via reperiat, quę ab illo vitari facilè poſſunt, vtpote viam vidente ex lucis vſura. Hac ſimilitudine ſignificare voluit Ieſus muneris, officij ac miniſterij ſui penſum non caſu, ſed conſilio diuino ſibi eſſe datum, & ſe ſuum tempus habere diuinitus præſcriptum, ad actionũ ſuarum partes omnes explendas; atq; hac luce fungenté & vtenté, non poſſe impediri aut perturbari quibuſcunque offendiculis, quamuis plurimis & maximis, per aduerſarios, vel dæmones, vel homines oblatis, quippe quæ eius lucis qua ipſe vteretur, beneficio & virtute præuideri & caueri, declinari atq; etiam remoueri ſuperarique poſſent. Ideò cùm partes penſi ſui plures abſolutæ iam eſſent, offendiculis omnibus non obſtãtibus, ſupererat reliquas abſoluere, remoto metu offerendorum offendiculorum, quæ in luce voluntatis & conſilij Dei ambulanti nihil plus impedimenti afferri poterant, quàm ea quæ iam oblata præteritaque fuiſſent.

b *Si autem ambulauerit in nocte.*] non ſecutus conſilij voluntatiſque Dei lucẽ.

c *Si dormit, ſaluus erit.*] Ex vulgata ſententia ab antiquis accepta, & in Miſnaioth tradita tractatu De benedict. c.9. in hanc ſententiam: Pulchrum ſignum ægroto ex vna ſex rerum obſeruatur, eæ ſunt ſternutatio, ſudor, ſolutio alui, effluxio ſomnus, & ſomniũ.

d *Et gaudeo propter vos.*] Propter vos gaudeo me non fuiſſe ibi cùm ille moreretur, vt credatis, vt multis argumẽtis confirmetis veſtram de me fidem, quòd dixerim vobis morbũ illius eſſe vt manifeſtetur gloria Dei: & cùm potuerim ire antequam moreretur, expectauerim illius mortem, ad oſtendendum ſignum gloriæ Dei; & certiores vos fecerim obitus illius; ac ſomnum eum vocarim, vt intelligatis hæc omnia conſilio diuino eueniſſe, cuius ego particeps & miniſter ſum.

e *Eamus & nos, vt moriamur cum eo.*] Cum Lazaro moriamur: nam poſt mortem illius quid attinet ire ad eum, niſi vt moriatur ille cum Lazaro, & nos etiam?

f *Multi autem ex Iudæis.*] quibus Deus vſus eſt pro teſtibus miraculi ac ſigni per Filium edendi.

debat. 21 Dixit ergo Martha ad Ieſum,
Domine, ſi fuiſſes hîc, frater meus non
fuiſſet mortuus. 22 ſed & nũc ſcio quia
quæcunque popoſceris à Deo, dabit ti-
bi Deus. 23 Dicit illi Ieſus, Reſurget
frater tuus. 24 Dicit ei Martha, Scio
Sup. 5. c. 29 Luc. 14. c. 14 quia reſurget in reſurrectione, in nouiſ-
ſimo die. 25 Dixit ei Ieſus, [a] Ego ſum re-
Sup. 6. d. 35 & 47. ſurrectio & vita: qui credit in me, [b] etiam
ſi mortuus fuerit, viuet. 26 & omnis
qui viuit, & credit in me, non morietur
in æternum. Credis hoc? 27 Ait illi, Vti-
D que, Domine, ego [c] credidi quia tu es
*viui MS q. 67 MS. S. Chriſtus filius Dei * qui in ~hunc' mun-
dum veniſti. 28 Et cùm hæc dixiſſet,
abiit, & vocauit Mariam ſororem ſuam
ſilentio, dicens, Magiſter adeſt, & vocat
ſurrexit MS. S. te. 29 Illa vt audiuit, ˮſurgit' citò, & venit
ad eum. 30 nondum enim venerat Ie-
ſus in caſtellum. ſed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei Martha. 31 Iudei
ergo qui erant cum ea in domo, & con-
ſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam
quia citò ſurrexit & exiit, ſecuti ſunt
eam, dicentes, Quia vadit ad monumẽ-
tum, vt ploret ibi. 32 Maria ergo cùm
veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, ceci-
dit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, ſi
fuiſſes hîc, nõ eſſet mortuus frater meus.
33 Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, &
Iudæos qui venerant cum ea, plorantes,
[d] infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum,

ſ 34 &

a *Ego ſum reſurrectio & vita.*] reſurrectio ſpiritualis eorum qui mortui ſunt peccatis & delictis carnis ſuæ, & parentum etiam ſuorum originali culpa, & vita eorum qui ſic reſurrexerint, vita, inquam, æterna. articulus hic præſentis miraculi ſigno confirmatus fuit à Deo.

b *Etiam ſi mortuus fuerit.*] morte corporis, & ante meum aduentum obierit diem ſuum, tamen in reſurrectione viuet in æternum vita diuina ſibi à me communicata: & præſentibus ac futuris qui in me crediderint, communicabo etiam hoc donũ viuentibus & ſentiẽtibus, vt viuãt vita illa diuina in æternum; vita, inquam, æterna, quibus corporis mors ſomnus erit, ad reſurrectionem vitæ æternæ initus. Hæc ſumma virtutis efficacitatiſque meæ ratio eſt.

c *Credidi quia tu es Chriſtus filius Dei.*] Quanquam ego tãtum myſterium aſſequi & cognoſcere nunc non poſſum, tamen credo te eſſe Dei filium, vnctum diuina virtute & auctoritate, & miſſũ in mundum ad id efficiendum & præſtandum, quod diuinis promiſſis de hominum ſalute continetur.

d *Infremuit ſpiritu.*] propter exiguam Mariæ & aliorum fidem; quamobrem etiam lachrymatus eſt.

34 & dixit, Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei, E
Domine, veni & vide. 35 Et lachryma-
tus eſt Ieſus. 36 Dixerunt ergo Iudæi,
Ecce quomodo amabat eum. 37 Qui-
dam autem ex ipſis dixerunt, Non pote-
rat hic, qui aperuit oculos cæci*, facere, Supr. 9. a. 6 * nati MS q.
vt * hic non moreretur? 38 Ieſus ergo * & 3 MS.
[a] rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad Aug. 6. 1.
monumentum. erat autem ſpelunca: &
lapis ſuperpoſitus erat ei. 39 Ait Ieſus,
Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror
eius qui mortuus fuerat, Domine, iam
fœtet: quatriduanus eſt enim. 40 Dicit
ei Ieſus, Nónne dixi tibi [b] quoniam ſi cre-
dideris, videbis gloriam Dei? 41 Tule-
runt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis
ſurſum oculis, dixit, Pater, [c] gratias ago
tibi quoniam [d] audiſti me. 42 ego autem
ſciebam quia ſemper me audis; ſed pro-
pter populum qui circunſtat, dixi, vt cre-
dant quia tu me miſiſti. 43 Hæc cùm
dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare,
veni foras. 44 Et ſtatim prodiit qui fue-
rat mortuus, [e] ligatus pedes & manus in-
ſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. F
Dixit eis Ieſus, Soluite eum, & [f] ſinite ab-
ire. 45 Multi ergo ex Iudæis qui vene-
rāt ad Mariam * & Martham, & viderāt * MS. 6. &
quæ fecit Ieſus, [g] crediderunt in eum.
46 Quidam autem ex ipſis abierunt ad
Phariſæos, & dixerūt eis quæ fecit Ieſus.
47 Collegerunt ergo Pōtifices & Phariſæi
concilium,

a *Rurſum fremens.*] ex dolore cōcepto propter incredulitatem illorū, & animorum ſtupiditatem, qui miraculorū illorum non intelligerent rationem, nec aduerterent ſignificationem.

b *Quoniam ſi credideris.*] me eſſe reſurrectionem & vitam æternam hominum, videbis rei huius ſignum hodie publicè ad Dei gloriam, & confeſſionem atque gratulationem amoris eius erga homines edendum.

c *Gratias ago tibi.*] Diſcrimen eſt inter petitionem & confeſſionem, tum argumento, tum orationis forma. Petitione poſtulamus quod non habemus; confeſſione teſtamur coram Deo nos habere aliquid ab ipſo gratulamurque. Illud genus inchoari ſolet ab antiquis hoc modo: Sit volūtas à facie tua, &c. Hoc verò, *Gratias ago tibi*, vel, Confiteor tibi. ita ipſo orationis genere & ſtylo teſtatus eſt Ieſus coram Deo & hominibus illis huius rationis non expertibus, ſe eſſe compotē huius quā profitebatur auctoritatis & ſignorum etiam ad id confirmandum edendorum.

d *Audiſti me.*] petentem à te declarationem manifeſtam, quòd ego ſim filius tuus, & à te miſſus, idque certiſſimum mihi eſt ſemper. ſed hoc dico, vt teſteris gloriam tuam à me procurari ad hanc rem miſſo in hominum ſalutem & vitam: vt cum hoc dicto teſtimonium conueniat facti mei ab his modo ſpectandi.

e *Ligatus pedes & manus.*] & tamē non impedientibus ligamentis illis, nec ſudario quod oculos velabat, prodiit & venit foras: nimirum id efficiente voce Ieſu, cui maiora & tenaciora vincula mortis videlicet obſiſtere non potuerunt.

f *Sinite abire.*] iam inter viuos agere, & vitæ vſura frui: neque enim in ſpeciem, ſed verè viuus eſt.

g *Crediderunt in eum.*] reſurrectionem & vitam hominum ſe eſſe profeſſum, & illo ſigno teſtatum.

ᵃfaciemus MS. Aug. 8. concilium, & dicebant, Quid ᵃfacimus',
quia hic homo multa ſigna facit. 48 Si
dimittimus eum ſic, omnes credent in
ᵇ& 9 MS. G. eum: & venient Romani, & tollent ᵇnoſtrum locum & gentem. 49 Vnus au-
ᶜ8 MS. Aug. G. tem ex ipſis Caiphas ᶜnomine', cùm eſſet
Inf. 18. c. 14 G Pontifex anni illius, dixit eis, Vos neſci-
tis quicquam, 50 nec cogitatis quia ex-
ᵈvobis G. pedit ᵈnobis' vt vnus moriatur homo pro
populo, & non tota gens pereat.
51 Hoc autem ᵃ à ſemetipſo non dixit: ſed
cùm eſſet pontifex anni illius, propheta-
uit quòd Ieſus moriturus erat pro gente:
ᵉ& MS. G. S. 52 & non tantùm ᵇ pro gente, ſed vt ᵉ fi-
lios Dei qui erant diſperſi, congregaret
in vnum. 53 Ab illo ergo die cogitaue-
runt vt interficerent eum. 54 Ieſus ergò
ᶜ iam non in palam ambulabat apud Iu-
ᶠEphraim G. Hier. l. de locis Hebraicis: Syra, vtro modo legatur, licet. dæos, ſed abiit in regionem iuxta deſer-
tum in ciuitatem quæ dicitur ᶠEphrem',
& ibi morabatur cum diſcipulis ſuis.
55 Proximum autem erat Paſcha Iudæo-
rum: & aſcenderunt multi Ieroſolymam
ᵍpurificarēt MS. G. S. de regione ante Paſcha, ᵈ vt ᵍſanctifica-
rent' ſeipſos. 56 Quærebant ergo Ie-
ſum: & colloquebantur adinuicem, in
templo ſtantes, Quid putatis, ᵉ quia non
vênit ad diem feſtum? Dederant autem
Pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi
quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt ap-
prehendant eum.

a *A ſemetipſo non dixit*] Non quòd non cognoſceret quid diceret, ſed qui quãtum myſterij & argumẽti illa ſua ſententia contineretur, non intelligeret ſatis: motus eſt ſuo conſilio ad dãdam ſententiam contra Ieſum ex odio & inuidia: ſed eam ſententiam ita proferri & pronũtiari voluit Deus, vt non aliàs melius & plenius interpretari quis intelligendo poſſit, quàm vt ad ſalutem publicam totius mundi referat: idque factum eſt munere & officio Pontificis; vt Deus, ex quo illius pontificatus auctoritas conſtabat, ore ipſius Pontificis teſtaretur ſalutem publicam populi Iſraelitici, & aliarũ gentium veteris Teſtamenti pontificatu & ſacrificiis effici nõ poſſe aut afferri; ſed vnius Sacerdotis noui Teſtamenti hoſtia & munere.

b *Pro gente.*] atque ideò pronuntiauit pro populo: *& vt filios Dei qui erãt diſperſi*] hoc ſignificatum eſt illa ſententiæ parte; *& non tota gens pereat.*

c *Iam non in palam ambulabat.*] Quia iam abſoluerat legationem ſuam, qua ſe Euangeliſtam, & regni Dei annuntiãdi ac fidei & pœnitẽtiæ exigẽdæ miniſtrũ exhiberet, & ſigna omnia ediderat quæ ad ſuã auctoritatẽ confirmãdam decreta fuerant. Ergo ſecedit, vt bonis & piis de ſe cogitandi & cognoſcendi ſtudium augeat; inuidis ac veritatis aduerſariis aduerſum ſeipſos peccãdi occaſiones minuat: atque interim expectet donec ſe palam populo regem exhibeat à Deo promiſſum.

d *Vt ſanctificarent ſeipſos.*] Nazarenorũ abſtinẽtia & continentia atque purificatione, quæ per aliquot dies imbũtur.

e *Quia non venit ad diem feſtum?*] Cùm multi quærerent eum, alij primùm videndi, alij reuiſendi ſtudio, & exiſtimarent quidam ipſum latère propter mandatum Pontificum & Phariſæorum: affirmabant alij illum non defuturum ad diem feſtum, quippe quem ſciebant & legis cultorem, & opportunitatum omnium ad voluntatẽ Dei enuntiandam diligentiſſimum obſeruatorem.

## CAP. XII.

IEſus ergo ante ſex dies Paſchæ vênit *Mat.26.a & Mar.14.a.*
*Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mor- A
tuus quē ſuſcitauit ˜Ieſus'*. 2 [a] Fecerunt * in MS.e. – MS.c.
autem ei cœnam ibi: [b] & Martha mini- * a mortuis MS.G.S.
ſtrabat, Lazarus verò vnus erat ex diſ-
cumbentibus cum eo. 3 Maria ergò ac-
cepit [c] libram vnguenti nardi piſtici, pre-
tioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pe-
des eius capillis ſuis: & domus impleta
eſt ex odore vnguēti. 4 "Dixit' ergo vnus " Dicit MS. G.
ex diſcipulis eius Iudas Iſcariotes, qui
erat eum traditurus, 5 Quare hoc vn-
guentum non væniit trecentis denariis,
& datum eſt egenis? 6 Dixit autem hoc,
non quia de egenis pertinebat ad eum:
ſed quia fur erat, & loculos habens, ea
quæ mittebantur portabat. 7 Dixit er- B
go Ieſus, "Sine' illam, [d] vt in "diem' ſepul- " Sinite e. " die MS.
turæ meæ ſeruet illud. 8 Pauperes enim
ſemper habetis vobiſcum: me autē non
ſemper "habebitis'. 9 Cognouit ergo " habetis MS.G.
turba multa ex Iudęis quia illic eſt: & ve-
nerunt, non propter Ieſum tantùm, ſed
vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à
mortuis. 10 Cogitauerunt autem prin-
cipes ſacerdotum vt & Lazarum interfi-
cerent: 11 quia multi propter illum ab-
ibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.
12 In craſtinum autem turba multa quæ
venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent
quia venit Ieſus Ieroſolymam, 13 acce-
perunt

CAP. XII.

a *Fecerunt autem ei cœnam ibi.*] congregatis amicis ad communicationem religionis & gratiarum actionem, cuiuſmodi fieri ſolebāt ex more antiquo Iudæorū, in quā conuenire non poterant pauciores quàm tres; & non admittebantur gētiles aut aliàs profani & immundi in numerum inuitatorum; & adhibebantur vnguenta ab iis qui habebant, ac de omni ferculorum & iucundarum aut vtilium rerum vſu gratiæ agebantur Deo. harum cœnarū ritum omnem legimus in repetitionibus antiquis tract. Dē benedictionib. pluribus capitibus.

b *Et Martha miniſtrabat.*] nam in illis cœnis mulieres, pueri & ſerui non numerantur inter inuitatos ac diſcumbentes, & benedicentes; poſſunt verò numerari inter miniſtros, qui ſuas partes etiam agunt in eiuſmodi conuiuiis.

c *Libram.*] vas leue ſine anſis libræ capax. *vnguenti nardi piſtici.*] capitalis & præſtantiſſimi.

d *Vt in diem ſepulturæ meæ.*] Aliàs hæc multa elargita eſt pauperibus, & largietur etiam poſthac; ſed quod mihi mortuo & ſepeliendo ſine reprehenſione adhibere poterat, ſi adeſſet, hoc nūc viuenti præuentione illius diei facit.

perunt ramos palmarum, & proceſſe-
runt obuiam ei, & clamabant, Hoſan-
na, benedictus qui venit in nomine Do-
Mat.21.a.7 Mar.11.a.7 Luc.19.f.35 Zach.9.b.9 mini, Rex Iſrael. 14 [a] Et inuenit Ieſus
aſellum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcri-
ptum eſt: 15 Noli timere filia Sion: ecce
C rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinę.
16 Hæc non cognouerunt diſcipuli eius
primùm: ſed [b] quando glorificatus eſt Ie-
ſus, tunc recordati ſunt quia hæc erant
ſcripta de eo; & hæc feceruut ei.
17 [c] Teſtimonium ergo perhibebat turba
quæ erat cum eo quando Lazarum vo-
cauit de monumento, & ſuſcitauit eum
à mortuis. 18 Propterea & obuiam ve-
nit ei turba: quia audierunt eum feciſſe
hoc ſignum. 19 Phariſæi ergo dixerunt
ad ſemetipſos, Videtis [d] quia nihil profi-
cimus? ecce mundus totus poſt eũ abiit.
20 Erant autem [e] quidam Gentiles ex his
qui aſcenderant vt adorarent in die feſto.
D 21 Hi ergo acceſſerunt ad Philippum qui
erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes, Domine, volumus Ieſum
videre. 22 Venit Philippus, & dicit An-
dreæ: Andreas rurſum & Philippus di-
xerunt Ieſu. 23 Ieſus autem reſpondit
eis, dicens, [f] Vênit hora, vt clarificetur fi-
lius hominis. 24 Amen, amen dico vo-
bis, niſi granum frumenti cadens in ter-
ram, mortuum fuerit: ipſum ſolum ma-
net. [g] ſi autem mortuum fuerit, multum

a *Et inuenit Ieſus aſellũ.*] Hactenus miniſtrum circunciſionis, hoc eſt, Prophetam, Euangeliſtam, & ſalutis denuntiatorem; nunc regem Iudæorum, ſalutis Pontificem, Meſſiam denique apertis ſignis & conditionibus ſeſe præbet.

b *Quando glorificatus eſt.*] miſſo Spiritu ſancto in eos, inter alia multa quæ ſcripta erant de illo, & hoc intellexerunt etiam.

c *Teſtimonium.*] Teſtimonium reddebatur à multis publicum & certum; teſtibus, inquam, oculatis, à Ieſu profeſſo ſe eſſe vitam & reſurrectionem, & Deo patre de hac profeſſione ſua appellante Lazarum, fuiſſe omnibus videntibus reſuſcitatum à mortuis.

d *Quia nihil proficimus.*] nec auctoritate, neque ſapientia & oratione, neque diſſuaſione, neque vitæ noſtræ auſteritate obſtare poſſumus, quin huius doctrina, fama & fides augeatur, & propagetur apud homines. neque enim ſolùm noſtrates Iudæi videlicet, ſed omnes aliæ nationes hunc quærunt & ſequuntur.

e *Quidam gentiles*] ex Syrophœnicibus Galilææ finitimis, quod oſtenditur ex eo quòd Philippũ Bethſaidenſem quibuſdam (vti videtur) ex ipſis notum conuenerint.

f *Venit hora.*] Significauit Ieſus ſe non multo poſt morte reſurrectioneque ſua & Spiritus ſancti immiſſione, notũ fore gentibus etiam, ad quas Euangelij lumen perferendum erat, manifeſto experimento virtutis & efficientiæ ſuæ in eos qui crederent & obedirent Euangelio.

g *Si autem mortuum fuerit*] ex terrę ſucco concipit humorem, quem ſua virtute afficiens cõuertit in naturã ſuam; conuertit & prodit tandem in ſpicam plenam granis comparatis ex communicatione propriæ naturæ ac virtutis, admiranda ſimilitudo efficiẽtiæ Chriſti in [illegible]nerandis.

fructum affert. 25 [a] Qui amat animam Mat. 10. d. 39
ſuam, perdet eam: & qui odit animam & 16. d. 25
ſuam in hoc mundo, in vitam æternam Mar. 8. d. 35
cuſtodit eam. 26 [b] Si quis mihi mini- Luc. 9. c. 24
ſtrat, me ſequatur: & vbi ſum ego, illic & 17. g. 33
& miniſter meus erit. Si quis mihi mini-
ſtrauerit, honorificabit eum Pater meus.
27 Nunc [c] anima mea turbata eſt. Et quid
dicam? [d] Pater, ſaluifica me ex hac hora.
Sed, propterea veni, in horam hanc. E
28 Pater, clarifica nomen tuum. Vênit
ergo [e] vox de cælo*, [f] Et clarificaui, & ite- * dicens, MS q.
rum clarificabo. 29 Turba ergò quæ
ſtabat & audierat, dicebat tonitruū eſſe
factum. Alij dicebant, Angelus ei locu-
tus eſt. 30 Reſpōdit Ieſus, & dixit, Non
propter me hæc vox vênit, [g] ſed propter
vos. 31 [h] Nunc iudicium eſt mundi: nūc
princeps huius mundi eiicietur foras.
32 Et ego ſi exaltatus fuero à terra, [i] omnia
traham ad meipſum. 33 (hoc autem di-
cebat, ſignificans qua morte eſſet mori-
turus.) 34 Reſpondit ei turba, Nos au-
diuimus ex lege, quia Chriſtus manet in Pſal. 109. 4.4
æternum: & quomodo tu dicis, Oportet & 116. 12
exaltari Iſa. 40. b. 6
Ezech. 37. g. 45

a *Qui amat animam ſuam.*] Non ſatis eſt velle Ieſum cognoſcere ex facie & videre ad clarificationem illius, & ſalutem ac vitam cognoſcentis; opus eſt commori cum ipſo, & reſurgere cum ipſo: ſic enim clarificatur Filius hominis in membris ſuis, & membra honorificantur capiti ſuo compacta & coniuncta.

b *Si quis mihi miniſtrat.*] Si quis probatus Ieſu Chriſti diſcipulus & miniſter eſſe ac dici vult, ne ſit contentus vidiſſe & audiſſe tantùm, ſed ſequatur eum, & cupiat atque ſtudeat ab eius doctrina & diſciplina non diſcedere: ſic admittetur, agnoſcetur & recipietur à Chriſto, particeps factus ipſius mortis & reſurrectionis in ſpiritu & veritate.

c *Anima mea turbata eſt*] propter aduentantem horam terribilem, qua ſuſceptis in ſe culpis ac debitis totius mūdi, & iræ diuinæ placatione ac diſciplina pacis noſtræ, crudelem & ignominioſam mortem ſubiturus erat videbatque multos ob propriam ipſorū culpam hoc maximo beneficio non vſuros.

d *Pater, ſaluifica me.*] Quanquam hora terribilis omnino ſit, petámne à Patre vt ab ea excipiar & auertar? Non petam, quia ideo veni vt hanc horam ſubirem; ſed id quamobrem veni, dicam, veni autē vt glorificarem Patrē. Glorificatio Patris & clarificatio ad clarificationem Filij refertur, vt cognoſcatur eſſe Filius gratus Patri, qui per omnia obedierit & ſatisfecerit conſilio ac voluntati Patris. Tunc nomen Patris clarificatur, cùm Filius Patrem ſuum appellat, auctoremque ſuarum actionum profitetur; & Pater ipſe veritatem dictorū filij reapſe confirmat.

e *Vox de cælo.*] Quód illo ſæculo poſt tranſmigrationem Babylonis cætera oraculorum genera ferè ceſſaſſent, & hoc vnum eſſet frequentius.

f *Et clarificaui.*] Manifeſta rerum mutatione & gloriæ oſtenſione ac transfiguratione clarificatus eſt Ieſus in monte ſancto coram tribus teſtibus viuentibus; ſed publicè clarificādus erat poſtquam à mortuis ſurrexiſſet.

g *Sed propter vos.*] vt vos huius vocis admonitione attentè ſpectetis ea, quæ per me propediem in veſtram ſalutem expedienda ſunt.

h *Nunc.*] Iam breui mundus iudicabitur, cùm opus à me abſolutum fuerit, cuius cauſa in mundum veni; & tamen mundus me non cognouerit, neque poſt abſolutum & publicatum opus excipere voluerit; ſed in peccato ſuo manere optarit, cùm tamen imperium antiquum principis huius mundi euertendum ſit: nam propediem iudicium fiet contra principem huius mundi, qui poſſeſſione generis humani olim per fraudem & mendacium occupati, pelletur iuſto iudicio & admirabili ſapientia Dei; & nihilominus mundus ſub illius poteſtate ac tyrannide ſeruire, quàm in regno meo regnare mauult.

i *Omnia traham.*] Omnem auctoritatem & poteſtatem erga omnes homines à poteſtate principis liberandos, & in gloriam filiorum Dei adoptandos datam ſibi à Patre ſignificabat Ieſus, cuius rei rationem omnem morte ſua abſolutum iri aſſerebat, vt deſpoliaret principatus & poteſtates, ac triumpharet homines in ſemetipſo; ipſeque caput omnium effectus principem ſeſe præberet omnium membrorum ſuorum præteritorum, præſentium & futurorum. Hæc omnia dicebat inuitans eos ad lucis ac veritatis ſuæ communicationem.

exaltari filium hominis?[a] Quis eſt iſte fi-
F lius hominis? 35 Dixit ergo eis Ieſus,
[b] Adhuc modicùm, lumen in vobis eſt.
Ambulate dum lucem habetis,[c] vt non
vos tenebræ comprehendant: & qui am-
bulat in tenebris, neſcit quò vadat.
36 [d] Dum lucem habetis, credite in lu-
cem, vt filij lucis ſitis. Hæc locutus eſt
Ieſus: & abiit, & abſcondit ſe ab eis.
37 Cùm autem tanta ſigna feciſſet coram
eis, non credebant in eum: 38 [e] vt ſermo
Iſaiæ prophetæ impleretur, quem dixit,
Iſa.53.a.1 Rom.10.c.16 Domine, quis credidit auditui noſtro?
& brachium Domini cui reuelatum eſt?
39 Propterea non poterant credere, quia
Iſa.6.c.9.10 Mat.13.b.14 iterum dixit Iſaias, 40 [f] Excæcauit ocu-
Mar.14.b.12 Luc.8.b.10 los eorum, & indurauit cor eorum, vt
Act.28.f.27 Rom.11.b.8 non videant oculis, & non intelligant
MS.G.S. corde, & conuertantur, & ſanem eos.
41 Hæc dixit Iſaias,[g] quãdo vidit gloriam
eius, & locutus eſt de eo. 42 Verunta-
men & ex principibus multi crediderunt
in eum: [h] ſed propter Phariſæos non cõ-
G fitebantur, vt è ſynagoga non eiicerētur.
43 dilexerunt enim gloriam hominum
magis, quàm gloriam Dei. 44 Ieſus au-
tem clamauit, & dixit, Qui credit in me,
[i] non credit in me, ſed in eum qui miſit
me. 45 Et[k] qui videt me, videt eum qui
miſit

a *Quis eſt iſte Filius hominis?*] Eſtne alius à Chriſto?

b *Adhuc modicum lumen.*] Adhuc tempus aliquod vobis ſupereſt cognoſcendi veritatem ex miſericordia Dei, qui vos docet apertis teſtimoniis verborũ ſuorum, & ſignis ac portentis admirandis, docebitque vos adhuc per Apoſtolos meos ac diſcipulos, teſtes veritatis ac virtutis meæ, qui exponent vobis quid à me in ipſis effectum fuerit.

c *Vt non vos tenebræ comprehendant.*] induratiouis & excæcationis à Deo permiſſæ propter incredulitatem veſtram. poſteà excęcati manebitis in iteam obſeruantia ceremoniarum & vmbræ veſtræ, incerti veritatis, neque in ſcopum intendentes.

d *Dum lucem habetis.*] doctrinæ & ſignorum, ac deinde virtutum & efficiẽtiæ meæ per Spiritum ſanctum.

e *Vt ſermo Iſaiæ.*] Adeò erant obſtinati & increduli, vt ab ipſis impleretur id quod anteà Iſaiæ hęc prędicẽti acciderat, vt non crederetur. multo autem pertinacius & grauius ab iſtis peccabatur infidelitatis peccato, qui nec poſt tot tantaque ſigna credere vellent. ita implebatur menſura à patribus eorum impleri cœpta.

f *Excæcauit.*] propter incredulitatem præcedentem pertinaciſſimam, & malitiam affectatam eorum.

g *Quando vidit.*] Vidit thronum Dei, oſtendentis velle ſe iudicium facere, quale per Filium reapſe facturum ſe ipſe prædicebat, in remiſſionem & ſalutem aduerſum credentes & pœnitẽtes, & in reprobationem & excæcationem aduerſus incredulos & impœnitentes. namque & ipſi Prophetæ credenti & obtemperanti dictum eſt..auferetur iniquitas tua, & peccatũ tuum mundabitur.

h *Sed propter Phariſæos.*] Principes crediderunt, & poterant confiteri; auctoritatem enim & libertatem habebant vt principes populi; ſed à Phariſæis, penes quos erat religionis obſeruantiæ opinio & populi credulitas, haberi poterant irreligioſi & excommunicati; & ob eam rem malè audire apud vulgus: quod cùm præcipuè reſpiciant principes, vtpote qui ſine populo principes eſſe non poſſe putant, noluerũt vel aliqua parte ęſtimationẽ ſui apud populũ minuere. atque ita ipſi fauebant Phariſæis contra conſcientiam, aut ſaltem ad Phariſæorum peruerſam malitiam conniuebant: malebant probare conſilium Phariſæorum, quàm Dei; & contrà, ipſi ab hominibus magis, quàm à Deo probari.

i *Non credit in me.*] Phraſis Syrica: Non credit tantùm in me meamque virtutem; ſed credit in virtutem & auctoritatem ac poteſtatẽ, quæ mihi conſtat & communis eſt cum eo à quo miſſus ſum. Non poteſt falli fide ea quæ innititur auctoritate mittentis ac miſſi.

k *Qui videt me.*] viſione interiore ſanctificationis.

miſit me. 46 Ego [l] lux in mundum ve-
ni: vt omnis qui credit in me, in tenebris
non maneat. 47 Et ſi quis audierit ver-
ba mea, [m] & non cuſtodierit: ego non iu-
dico eum. non enim veni vt iudicem
mundum, ſed vt ſaluificem mundum.
48 Qui ſpernit me, & non accipit verba
mea: habet qui iudicet eum. ſermo quem Mar.16.d.16
locutus ſum, [n] ille iudicabit eum in no-
uiſſimo die: 49 Quia ego [o] ex meipſo nõ
ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe
mihi mandatum dedit quid dicam, &
quid loquar. 50 Et ſcio quia mandatum
eius vita æterna eſt. Quæ ergo ego lo-
quor: ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.

## CAP. XIII.

A
Nte diem autem feſtũ Paſchæ, ſciens Mat.26.a.2 Mar.14.a.1 Luc.22.a.1
Ieſus quia venit hora eius [a] vt tranſeat A
ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſ-
ſet ſuos [b] qui erant in mundo, in finem
dilexit eos. 2 Et [c] cœna facta, [d] cùm dia-
bolus iam * miſiſſet in cor *, vt traderet eũ * ſe MS.G.
~ Iudas Simônis Iſcariotes: ~ 3 ſciens [e] quia * Iudæ Simonis MS.G. ~ MS.G.
omnia dedit ei Pater in manus, & quia à
Deo exiuit, & ad Deum vadit: 4 ſurgit
à cœna, & ponit veſtimenta ſua. & cùm
accepiſſet linteum, præcinxit ſe.
5 Deinde " miſit ` aquam in peluim, & " mittit ` MS.G.
cœpit

l *Lux in mundum veni.*] Vt melius & commodius credatur veni in mũdum docturus & confirmaturus doctrinam & legationem meam. Veni etiam ipſe illuminaturus homines, & re ipſa præſtiturus quod promiſi & offero: ita vt teſtes veritatis meæ habiturus ſim eos qui crediderint in me, è tenebris videlicet in admirabile lumen meum eductos.

m *Et non cuſtodierit.*] credendo & obtemperando, atque operibus à me commendatis ſtudendo.

n *Ille iudicabit eum.*] Sermo meus arguet eum, & dignum morte affirmabit, vtpote certiſſimus teſtis culpæ affectatæ illius, qui oblatam ſalutis conditionem accipere noluerit.

o *Ex meipſo.*] meo nouo inuento, nullo alio conſilio quàm priuato, atque vt à nemine miſſus: imò locutus ſum vt miſſus à Deo, & ſecutus certum ac præſcriptum à Patre mandatum. Cuius argumentum eſt, ſe velle vitã æternam per me hominibus dare; & ſcio illum poſſe, & velle dare: poſſe, quia ego vita æterna ſum; & ideò ſcio quid ſit vita æterna, & meipſum offero ex mandato Patris. velle autem apertè conſtabit, quia miſſus ſum vltrò ex Patris benignitate, & vltrò ipſe veni; & vt ille mihi dixit, ſic ego propono; & ſicut propono, ita ille mihi dixit. Ego autem ſemper obtuli vitam, declaraui vitam, commendaui vitam: oſtendi hominibus mortem in qua ſunt, & vitam quam ego offero, vt ab illa ad hãc me vltrò id beneficium offerente & demum efficiente, ſi velint, traducãtur.

CAP. XIII.

a *Vt tranſeat ex hoc mundo.*] in quo indignè exceptus fuerat, ad Patrem, regnaturus in æternum.

b *Qui erant in mundo.*] ſed non ex mũdo, vt conſolaretur eos, doceretque quemadmodum in mũdo agere oporteret, vt charitate perferrent incommoda ipſis à mundo afferenda, ſimul vt oſtenderet qua cura ille ſit erga ſuos qui ſunt in mundo, etiam eo tempore quo in mundo grauiſſimè ipſe tractandus erat, extremum amoris exemplum extremo etiam tẽpore erga eos edidit.

c *Cœna facta.*] legali agni & myſtica cœna abſoluta.

d *Cum diabolus iam miſiſſet in cor.*] Id quod ipſe ſciebat, & tamen amoris exemplo admirabili illum eſt proſecutus, vt ad ſe conuerteret, & ad ſuæ ſalutis cogitationem, atque miſericordiæ diuinæ expetitionem moueret.

e *Quia omnia dedit ei Pater.*] Omnium hominum ſeruandorum poteſtatem & auctoritatem, regnum quoq; cælorum, cuius ipſe caput ac princeps erat, etiam ſecundùm humanitatem; caput enim Eccleſiæ ipſe conſtitutus erat, & hæres vniuerſorum: ipſius autem caput Pater erat, illius regni à ſe communicandi participes efficere ſuos volens, docuit quemadmodum id à ſe præſtandum ab illis creditum quæri & curari poſſet per charitatem.

cœpit lauare pedes diſcipulorum, & ex-
tergere linteo quo erat præcinctus.
6 Venit ergo ad Simonem Petrũ. Et dicit
ei Petrus, Domine, [a] tu mihi lauas pedes?
7 Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, Quod ego fa-
cio, [b] tu neſcis modò, ſcies autem poſteà.
8 Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pe-
des in æternum. Reſpondit ei Ieſus, [c] Si
[h] habes 4 MS.G. non lauero te, non [h] habebis partem me-
cum. 9 Dicit ei Simon Petrus, Domi-
ne, non tantùm pedes meos, ſed & ma-
nus, & caput. 10 Dicit ei Ieſus, [d] Qui
lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet,
B ſed eſt mundus totus. Et [e] vos mũdi eſtis,
ſed non omnes. 11 Sciebat enim quiſ-
nam eſſet qui traderet eum. proptereà
dixit, Non eſtis mundi omnes. 12 Poſt-
quam ergo lauit pedes eorum, & accepit
veſtiméta ſua, [f] cùm recubuiſſet, iterum
dixit eis, [g] Scitis quid fecerim vobis?
13 Vos vocatis me Magiſter, & Domine:
& benedicitis: ſum etenim. 14 Si ergo
ego laui pedes veſtros, dominus & ma-
giſter: & vos debetis [h] alter alterius laua-
re pedes. 15 Exemplum enim dedi vo-
bis, vt quemadmodum ego feci vobis,
Inf.15.c.20 Mat.10.c.24 Luc.6.f.40 [i] ita & vos faciatis. 16 Amen, amen di-
co vobis, non eſt ſeruus maior domino
[m] MS.G. ſuo, neque apoſtolus maior [m] eſt eo qui
miſit illum. 17 Si hæc ſcitis, beati eritis
ſi feceritis ea. 18 Non de omnibus vo-
bis dico: [k] ego ſcio quos elegerim. Sed vt

adimpleatur

a *Tu mihi.*] quem ego duplici Dei teſtimonio edoctus cognoui filium eſſe Dei viui.

b *Tu neſcis modò.*] quam ob rem faciã.

c *Si non lauero te.*] lotionem internam quam ſignificabat etiam illa externa, Ieſus indicauit.

d *Qui lotus eſt.*] Imaginibus huiuſmodi, Euangelij atque ſuam efficientiam in credentibus & obedientibus deſcribebat Ieſus.

e *Vos mundi eſtis.*] pœnitentia & ſermonis mei obſeruantia, atque ideò vaſa in honoré parata Domino ad opus ſanctificationis.

f *Cùm recubuiſſet iterum.*] ad cœnam familiarem.

g *Scitis quid fecerim vobis?*] vidiſtis ne exemplum? Nunc intelligetis cauſam quamobrem à me editum ſit, nempe vt dilectionem vobis commendé mutuam, non tantùm verbis & oratione, ſed multo magis ac prius officio, quàm ſermone probandam.

h *Alter alterius lauare pedes.*] Vos mutuis miniſteriis & officiis ex charitate feruenti, ſine vlla contentione iuuare.

i *Ita & vos faciatis.*] vt in amicos & inimicos, in importunos & neſcientes, imò & obſiſtentes benefici ſitis ſtudioſè ac libenter, quemadmodum ego vobis hoc ipſo quod vidiſtis exemplo oſtendi.

k *Ego ſcio quos elegerim.*] Scio vos duodecim à me eſſe electos, & ſcio vnum ex vobis ingratum & malè ſibi conſulentem, ex electione ſua ſpõté & culpa decidiſſe, & charitatem aduerſum me dominum & magiſtrum violaſſe: ita vt ab ipſo impletum ſit quod Propheta meam perſonam ſuſtinens fuerat conqueſtus.

adimpleatur ſcriptura, Qui manducat *Pſa.40.b.10*
mecum panem, "leuabit' contra me cal- *"leuauit 3 MS.R.C.2.*
caneum ſuum. 19 Amodo dico vobis, C
prius quàm fiat: vt cùm factum fuerit,
[a] credatis, quia ego ſum. 20 Amen, amẽ *Mat.10.d.40* *Luc.10.c.16*
dico vobis, qui accipit ſi quem miſero,
me accipit: qui autem me accipit, accipit
eum qui me miſit. 21 Cùm hæc dixiſ-
ſet Ieſus, [b] turbatus eſt ſpiritu: & prote-
ſtatus eſt, & dixit: Amen, amen dico *Mat.26.b.18* *Mar.14.b.1*
vobis: quia vnus ex vobis tradet me. *Luc.21.b.21* *Inf.21.d.20*
22 Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli,
hæſitantes de quo diceret. 23 Erat ergo
[c] recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſi-
nu Ieſu, quem diligebat Ieſus. 24 Innuit
ergo huic Simõ Petrus, & "dixit' ei, Quis "dicit MS.C.
eſt de quo dicit? 25 Itaque cùm recu-
buiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei, Do-
mine, quis eſt? 26 Reſpondit Ieſus: Ille
eſt cui ego intinctum panem porrexero.
Et cùm intinxiſſet panem, dedit Iudæ
Simônis Iſcariótæ. 27 Et poſt buccellã,
[d] tunc introiuit in eum Satanas. [e] Et dicit
ei Ieſus, Quod facis, fac citiùs. 28 Hoc
autem nemo ſciuit diſcumbentium ad
quid dixerit ei. 29 Quidam enim puta-
bant, quia loculos habebat Iudas, quòd
dixiſſet ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt
nobis ad diem feſtum: aut egenis vt ali-
quid daret. 30 Cùm ergo accepiſſet ille D
buccellam, exiuit continuò. Erat autem
nox. 31 Cùm ergo exiſſet, "dixit' Ieſus, "dicit MS.C.
Nunc

a *Credatis quia ego ſum.*] ille de quo hæc ſcripta fuêre, & qui ſcio præſentia, præterita & futura; atque voluntatem Patris, & conſilium illud maximum exequor.

b *Turbatus eſt ſpiritu.*] infremuit propter perditionem diſcipuli.

c *Recumbens in ſinu Ieſu.*] iuxta accumbens, ita vt olim in menſis recumbebatur. hic erat proximus Ieſu in illius ſinu, hoc eſt, ſuper ipſius veſtes recũbens, ita vt advſque pectus illius accedere poſſet cùm vellet. omnes enim recũbebant alter in ſinu alterius, iuxta ſeriem.

d *Tunc introiuit in eum Satanas.*] Tunc quia ille non ſolùm motus non eſt & affectus propter illud beneficium acceptum, & amoris ac familiaritatis ſuauiſſimum ſignũ; ſed adhuc magis perſeuerauit; tunc ſpiritus ille Dei gloriæ & hominum ſaluti aduerſarius introiuit in eum.

e *Et dicit ei Ieſus.*] qui nouerat iam illud ſpiritu aduerſario actum agitare ſtudioſè & obſtinatè proditionem, & totum in illa re eſſe.

[f] Nunc clarificatus eſt filius hominis: &
[g] Deus clarificatus eſt in eo. 32 Si Deus
clarificatus eſt in eo, & Deus [h] clarificabit
eum in ſemetipſo: & continuò clarifica-
bit eum. 33 Filioli, adhuc modicum vo-
Sap.7.e.14 Lou.19.d.18 biſcum ſum. Quæretis me: & ſicut dixi
Mat.22.d.39 Iudæis, Quò ego vado, vos non poteſtis
Ioh.15.b.12 venire: & vobis dico modò. 34 [i] Man-
datum nouum do vobis, Vt diligatis in-
uicem: ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis
inuicem. 35 In hoc cognoſcent omnes
quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem
habueritis ad inuicem. 36 Dicit ei Si-
mon Petrus, Domine, quò vadis? Reſpõ-
dit Ieſus, Quò ego vado, [k] non potes me
modò ſequi, ſequeris autem poſtea.
37 Dicit ei Petrus, Quare non poſſum te
Mat.26.d.35 Mar.14.c.29 Luc.22.d.33 ſequi modò? animam meam pro te po-
nam. 38 Reſpondit ei Ieſus, Animam
tuam pro me pones? Amen, amen dico
tibi, non cantabit gallus, donec ter me
neges.

## CAP. XIIII.

*Et ait diſcipulis ſuis ... q. c q.

* NOn [a] turbetur cor veſtrum. [b] Creditis
in Deum, & in me credite. 2 In do-
A mo Patris mei [c] manſiones multæ ſunt.
ſi quò minus, dixiſſem vobis, Quia vado
parare vobis locum. 3 Et ſi abiero, &
præpara-



f *Nunc clarificatus eſt.*] Nunc cùm ſe iam traditum duceret (quippe ad proditionem expediẽdam Iudas profectus erat) ait ſe clarificatum, vtpote iam ſuſcepta omnium hominum perſona, ad tradendum ſeipſum pro omnibus in ſacrificium Deo.

g *Deus clarificatus eſt in eo.*] qui ſapientiam ſuam & voluntatem erga hominum ſalutem, atque deturbationẽ ſatanæ de poſſeſſione ac tyrannide obtẽta in homines, in hoc Filio hominis iam iam manifeſtabit.

h *Clarificabit eum in ſemetipſo.*] acceptãs, probans, & perficiens ea quæ à Filio hominis efficientur; & donans illi nomen quod ſit ſuper omne nomen. Et cõtinuò clarificabit eum apud cęleſtes, terreſtres & inferos, vt in nomine eius omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur quòd Dominus Ieſus eſt in gloria Patris.

i *Mandatum nouum.*] Dilectionis mandatum antiquum eſt, & à paucis obſeruatum, neque id plenè. illud autem nouum eſt, vt ſit dilectio ad exemplũ dilectionis meæ feruentiſſima, officioſiſſima erga omnes, etiam erga inimicos ad omne officium prompta, & ad exponendum ſanguinem & animam pro ſalute fratrum. Hoc eſt nouum & noui exempli quod me omni conatu & ſtudio ſequemini. & poſteà accipietis Spiritum, quo id pręſtare abundè valeatis.

k *Non potes modò.*] Non poterat Petrus interim dum adhuc animalis homo eſſet, ſequi & imitari fortitudinem & conſtantiam Ieſu, & ſubire mortem & ignominiam pro nomine Ieſu, & pro fratrum vtilitate: id quod poſteà Spiritu ſancto accepto animatus & baptiſmo ignis flagrans, potuit.

CAP. XIIII.

a *Non turbetur cor veſtrum.*] quòd dixerim vos nõ poſſe venire quò ego vado.

b *Creditis in Deum.*] Creditis Deũ non deeſſe neque ſuos deſerere, quanquam is non videatur oculis carnalibus, credite etiam me Dei filium, non vos deſerturum neque deficiẽdum eſſe virtute vobis conſulendi & proſpiciendi: imò abſentiam meam corporalem in veſtram vtilitatem eſſe interpretamini & credite.

c *Manſiones multæ.*] Sunt conſtitutæ in cæleſti Dei domo multæ & variæ gloriæ manſiones diſtribuendæ ſingulis pro ratione exercitæ pietatis & munerum functione ſancta atque Deo probata, idque auctarij loco attribuetur præter communem omnibus beatitudinem eſſentialem, vt ita dicamus. atque ita quod dixi vos me ſecuturos poſteà, eueniet quidem. Quid ſi hoc non dixiſſem vobis? tamen non oporteret vos turbari, credentes in Deum & in me: ſed omnino volui vobis aperire rem, & dicere me ire quò vos modò non poteſtis ire: quia præiturus ſum vos, & paraturus atque inſtructurus locum.

preparauero vobis locum:[a] Iterum venio
& accipiá vos ad meipſum,[b] vt vbi ſum
ego, & vos ſitis. 4 Et quò ego vado ſci-
tis, & viam ſcitis. 5 Dicit ei Thomas,
Domine, neſcimus quò vadis: & quo-
modo poſſumus viam ſcire? 6 Dicit ei
Ieſus, Ego ſum[c] via, & veritas, & vita.
nemo venit ad Patrem,[d] niſi per me.
7 [e] Si cognouiſſetis me, & Patrem meum
vtique cognouiſſetis: &[f] amodò \\co-
gnoſcetis' eum, & vidiſtis eum. 8 Dicit
ei Philippus, Domine, oſtende nobis
Patrem, & ſufficit nobis. 9 Dicit ei Ie-
ſus, Tanto tempore vobiſcum ſum, &
[g] non \\cognouiſtis' me? Philippe, qui \\vi-
det me, videt' & Patrem.* Quomodo tu
dicis, Oſtende nobis Patrem? 10 Non
\\credis' quia ego in Patre, & Pater in me
eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à me- B
ipſo non loquor. Pater autem in me ma-
nens, ipſe facit opera. 11 Non creditis
quia ego in Patre, & Pater in me eſt?
Alioquin propter opera ipſa credite.
12 Amen, amen dico vobis,[h] qui credit
in me, opera quę ego facio & ipſe faciet,
& maiora horum faciet: 13 quia ego ad
Patrem vado: & quodcunque petieritis*
[i] in nomine meo, hoc faciam: vt glorifi-
cetur

\\ cognoſceitis 2 MS. *Auguſt.* C. S.

\\ cognouiſti 1 MS. *Auguſt* C. S.
\\ vidit me vidit 1 MS. C.
* Et 2 MS. R. C. S.
\\ creditis

*Ioh. 16. c. 23. Matt. 7. a. 7. & 21. b. 22. Marc. 11. c. 24*
* Patré meo.

a *Iterum venio.*] aduentu virtutis meæ per Spiritum ſanctum habitaturus in vobis, ita vt vos transmutem & accipiam ad meipſum, vti membra colligantur capiti.

b *Vt vbi ſum ego, & vos ſitis.*] & vita veſtra abſcondita ſit mecum in Deo.

c *Via.*] quæ erat anteà clauſa ad inueniendum lignum vitæ. Ego ſum via veræ vitæ inueniendæ, ego ſum veritas ipſa quam paradiſus ille ſignificabat, ego ſum vita ipſa vera, quæ anteà negata erat hominibus ob peccatum, nunc vltrò à diuina miſericordia exhibetur. Itaque via ego ſum ad Patrem inſtituta; namque ad Patrem ego eo.

d *Niſi per me.*] niſi factus fuerit mébrum viuum corporis mei; & virtutem à me, vt membrum à capite, acceperit.

e *Si cognouiſſetis me.*] De cognitione interna inhabitationis virtutis Chriſti eſt ſermo.

f *Amodo cognoſcetis.*] Poſtquam me cognoueritis, quod non multis poſthac diebus vobis continget ex diuinæ miſericordiæ beneficio, & cùm cognoueritis, vidiſtis eum. ex eo enim cõtinget vobis cognitio, quia concedetur viſio illius interna per Spiritum ſanctificationis, & per mundificationem cordis veſtri.

g *Non cognouiſtis me.*] Non cognouiſtis vitam virtutemque meam planè diuinam; ita vt ſi Deus humano corpore inſpiciendum ſe præbeat, non aliã ſui ſpeciem proferat, quàm meã. adeò nihil in me eſt quod non planè diuinũ ſit, præter humanitatis infirmitatem. Deus enim & homo cùm ſim, Dei virtutem apertè exhibeo, & hominis etiã naturam præſtantiſſimã, ab omni nota & exceptione alienam, in me oſtendo. Si videndus eſt Deus oculis corporeis, ego ſum is qui Deus ſum, & oculis corporeis videri poſſum non vt Deus ſum quia Deus, vt Deus eſt, ſenſu videri nõ poteſt corporeo, ſed homo qui idem Deus ego ſum filius Dei; atque ideò ago, facio & præſto ea, quę ſolus Deus agere, facere & præſtare poteſt. Huius rei argumenta ſunt verba mea, quæ omnino vitam æternam ac diuinam ſonant; & opera planè diuina quibus verba confirmantur.

h *Qui credit in me.*] Qui credit me eſſe filium Patris, & Chriſtum Dei, qui in hunc mundum ſalutem allaturus aduenerim; & ſic credens ob dit Euãgelio meo, fultus fide & ſpe in me, ipſe faciet opera, tum quæ ad priuatam ſuiipſius vitam ornandam ſpectent, tum quæ ad exemplum & vtilitatem aliorum; atque adeò mirabilia opera faciet, eadem quæ ego mea virtute auctus & informatus, & eadé virtute maiora etiam faciet cùm opus fuerit. Id autem continget ei, quia ego vado ad Patré impetraturus hoc donum communicandæ meæ virtutis iis qui credunt in me. i *In nomine meo.*] In nomine Filij petit Patrem, qui habet filium Dei in ſe inhabitantem: & hinc fit quod petitur, quia is ſcit quid petat, & quomodo petat: & petit ſpiritu Filij, atque ita impetrat vt Pater glorificetur, id eſt, cum gratulatione impetrantium & videntium, cognoſcatur Pater eſſe is, qui illa donat per Filium, iis qui Filium ipſum in ſe inhabitantem habent & viuentem.

cetur Pater in Filio. [14] Si quid petieritis
[15 MS. Aug. G. 4] me in nomine meo, hoc faciam. [15] Si
diligitis me, [a] mandata mea ſeruate.
[16] Et ego rogabo Patrem, & [b] alium pa-
raclêtum dabit vobis, vt maneat vobiſ-
cum in æternum, [17] Spiritum veritatis,
[c] quem mũdus non poteſt accipere, quia
non videt eum, nec ſcit eum. vos autem
[cognoſcetis MS. Aug.] cognoſcitis eum: quia apud vos [manet MS. G. S.] ma-
nebit, & in vobis erit. [18] Non relin-
quam vos orphanos: [d] veniam ad vos.
[19] Adhuc modicum, & mundus me iam
C non videt. Vos autem videtis me: quia
ego viuo, & vos viuetis. [20] In illo die
vos cognoſcetis quia ego ſum in Patre
meo, & vos in me, & ego in vobis.
[21] [e] Qui habet mandata mea, & ſeruat
ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem di-
ligit me, diligetur à Patre meo: [f] & ego
diligam eum, & manifeſtabo ei me-
ipſum. [22] Dicit ei Iudas, non ille Iſca-
riótes, Domine, [g] quid factum eſt, quia
manifeſtaturus es nobis teipſum, & non
mundo? [23] Reſpondit Ieſus, & dixit ei,
[h] Si quis diligit me, ſermonem meum
ſeruabit, & Pater meus diliget eum, &
ad eum veniemus, & manſionem apud
eum faciemus. [24] Qui non diligit me,
ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonem

t 3 quem

a *Mãdata mea.*] Hoc nouum dilectionis quod nunc datum vobis eſt, & cætera de pœnitentia, quæ per totum Euangelium expoſita ſunt, apertè declarat Ieſus non ſatis eſſe ieiunè credere ad accipiendum donum Dei; ſed oportere credentem diligere, & diligentem mandata ſeruare.

b *Alium paracletum.*] alium aduocatum conſolatorem animarum, Spiritum illum qui teſtabitur me eſſe illum à Deo toties promiſſum Dei filium, & docebit veritatem diuinorum promiſſorum, & verum ſenſum ſacrarũ ſcripturarũ, & dabit virtutem ad adorandum Deum in ſpiritu & veritate. & hic erit perpetuus vobis inhabitans in animis veſtris.

c *Quem mundus non poteſt accipere.*] Ij qui ſecundùm elementa, doctrinam & corruptionem huius mundi viuere volunt, non poſſunt capere ſpiritum veritatis: quia cùm nolint deſerere ſuam viam, longiſſimè diſtantem à ſimplici via vitæ, non vident Spiritum, qui viſibilis non eſt corporeo ſenſu. quod nõ videt, non ſcit, imò nec capere poteſt. ſtultitia enim eſt illi. Vos autẽ cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, ſanctificatosque cuſtodiet & conſeruabit: videbitisque in vobis operationem & efficientiam illius Spiritus, & meam: ita vt dicatis vos viuere iam non vos, ſed me in vobis.

d *Veniam ad vos.*] aduentu arcano interno & manifeſto in vobis, vt me cognoſcatis viuentem & habitantem in vobis; quia ego viuo vita Patris diuina & æterna, vtpote qui ipſa vita æterna ſim: & vos viuetis vita æterna à me vobis communicata, liberati à ſeruitute & regno mortis æternæ: & in illo die cognoſcetis experimento proprio, id quod anteà cognoſcere nõ potestis. Nemo enim cognoſcit quid ſit ſpiritus Dei, niſi ſpiritus ipſe Dei, & cui ſeſe ſpiritus ille cõmunicat illapſus & inſinuatus.

e *Qui habet mandata mea.*] Neceſſaria eſt fides & mãdatorum obſeruatio iis, qui volunt compotes fieri promiſſorũ Chriſti.

f *Et ego diligam eum.*] dilectione capitis erga membra ſua viua, & communicationis ſacramẽti illius magni, de quo ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna, & manifeſtabo ei meipſum manifeſta communicatione virtutis naturæ meæ diuinæ & humanæ.

g *Quid factum eſt.*] Quæ eſt cauſa quamobrẽ te nobis manifeſtabis, mundo non item.

h *Si quis diligit me.*] Ex[illegible] onit Chriſtus ſe non eſſe manifeſtandum mundo, [illegible] dilectionis defectum, qui arguitur ex negligentia obſeruationis doctrinæ & mandatorum: quia ſic [illegible] tùm credentes promiſſis, & obedientes mandatis, adſumerentur ad [illegible] ſui: mundus verò, hoc eſt, qui de mundo ſunt, quanquam credant, non diligunt. cuius rei argumentũ eſt, quod non obſeruent mandata.

quem audiſtis, non eſt meus: ſed eius
qui miſit me, Patris. 25 Hæc locutus
ſum vobis, apud vos manens. 26 Para-
clêtus autẽ Spiritus ſanctus, quem mit-
tet Pater [i] in nomine meo, ille vos doce-
bit omnia, & ſuggeret vobis omnia quę- D
cunque dixero vobis. 27 [k] Pacem relin-
quo vobis, pacem meam do vobis. non
quomodo mundus dat, ego do vobis.
Non turbetur cor veſtrum, neque for-
midet. 28 Audiſtis quia ego dixi vobis,
Vado & venio ad vos. Si diligeretis me,
gauderetis vtique, [l] quia vado ad Patrem:
quia Pater maior me eſt. 29 Et nunc di-
xi vobis priùs quàm fiat: [m] vt cùm fa-
ctum fuerit, credatis. 30 Iam non mul-
ta loquar vobiſcum. venit enim [n] prin-
ceps mundi [*] huius [*], & in me non habet
quicquam. 31 Sed, vt cognoſcat mun-
dus, quia diligo Patrem: & ſicut manda-
tum dedit mihi Pater, ſic facio: Surgite, Act.1.c.4.
eamus hinc.

## CAP. XV.

EGo ſum vitis vera: & Pater meus agri- A
cola eſt. 2 [a] Omnem palmitẽ in me,
non ferentem fructum, [*] tollet [b] eum: & [*]tollit 1 MS. G.S.
omnem

i *In nomine meo.*] virtute & efficientia mea miſſus Spiritus ex volũtate & auctoritate Patris vos docebit, ita vt cognoſcatis in vobiſmetipſis omnem veritatem quam nunc ex me auditis. nõdum autem experimini; ille referet vobis in memoriam ea quæ à me dicta fuerant, cùm cognoueritis re ipſa ita eſſe, tunc fient vobis clara, quæ nunc ſubobſcura & difficiliora videntur.

k *Pacem relinquo vobis.*] Nomine Pacis omnem veram proſperitatem ſignificat Ieſus hoc loco, omnem animi iucunditatem & vitæ beatitatem. *Nõ turbetur cor veſtrum*, quia nõ relinquo vobis confuſionem, perturbationem, dubitationem & metum; ſed promiſſionem veræ beatitatis, quæ ad hanc vitã iuſtè, piè, ſanctèque traducendam, & ad alterius æternitatem exoptatiſſimã expectandam facit. Non eam pacem & beatitatem qualem mundus dat, quæ verè nominari ſic non debet, vtpote quæ neque beatum faciat: & ſi aliquo modo iuuat aut placet, innumeris tamen perturbationibus eſt obnoxia. At vos me auctore perpetuam pacem habebitis: meam, inquam, qualem ego apud Deum habeo, talem habebitis apud me & Patrem meum.

l *Quia vado ad Patrem*] accepturus regnum ab illo, [*] quod vobis impertiar: namque illius auctoritate donum illud eſt vobis diſtribuẽdum; *quia Pater maior me eſt*, vt pater filio maior eſſe ſolet non natura, ſed auctoritate & dignitate paterna. & maior etiam eſt Pater Deus, me homine; quanquam vt natus homo ſum, ſanctus Filius Altiſſimi vocor. & debeo illi hanc obedientiam, propter quam accepturus ſum nomen auctoritatis admirabilis, quod erit ad veſtram vtilitatem efficientiſſimum. Hunc igitur ordinem obſeruare me oportet, & vos gaudere quòd ipſe obſeruem.

m *Vt cùm factum fuerit.*] Auctius credituri erant diſcipuli cùm recepiſſent Spiritum ſanctum, quàm credebãt cùm audirent promiſſiones: ſed prætereà credituri etiam erant eum qui illis hæc antè prædixerat, eſſe eundẽ qui poſteà donaſſet, hoc eſt, Ieſum præceptorem ſuum. Credatis quòd ego ipſe ſum qui vobis dicebam hæc: & cùm factum fuerit vt ego vadam ad Patrem, credatis qui prædixerim me iturum, miſſurũ etiã vobis promiſſum Patris.

n *Princeps mundi huius*] venit cum poteſtate tenebrarum, *& in me non habet quicquam*, quod ſui iuris eſſe oſtendere poſſit, ſibique adſcribere. ſed abeamus hinc ad exequendum mandatum Patris mei, cuius cauſa ego meipſum trado pro mundo, & pro peccatis omnium. & in me exercebit ſuam rabiem princeps huius mundi cum poteſtate tenebrarum, quam ego perferam propter ſalutem hominum mihi commiſſam à Patre. Ita cognoſcet mundus me diligere Patrem, & obſeruare mandatum eius, qui aliàs nihil deberem, quamobrem huius mundi princeps in me ſæuiret.

CAP. XV.

a Etiam ſi pulcher palmes ſit aſpectuque probabilis, niſi tulerit fructum in vite, ex vitis virtute accepto ſucco, non probabitur ab agricola, qui eſt peritiſſimus eius artis. & qui dixerit ſe eſſe in vite, & non tulerit fructum: qui dixerit ſe eſſe in Chriſto per fidem, & non tulerit fructum qui doctrinam Chriſti referat, hic tolletur à Patre,

cognoſcente & probante generoſos palmites. & qui præter fidem quam habuerit in Chriſtum, tulerit etiam fru-
ctum bonorum operum, pro ratione muneris & officij ſui, hic purgabitur omnino per Spiritum ſanctum à Pa-
tre miſſum; & nec tum erit otioſus, imò multo plus fructus afferet, & generoſioris etiam fructus.

ᵃpurgat G.S. omnẽ qui fert fructum, ᵃpurgabit eum,
Sup. 13.a.10 vt fructum plus afferat. 3 ᵇ Iam vos mũ-
di eſtis propter ſermonem quem locutus
ſum vobis. 4 ᶜ Manete in me, & ego in
vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fru-
ctum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite:
ſic nec vos, niſi in me manſeritis. 5 Ego
ſum vitis: vos palmites. qui manet in
me, & ego in eo, ᵈ hic fert fructum mul-
tum: quia ᵉ ſine me nihil poteſtis facere.
6 ᶠ Si quis in me non manſerit, mittetur
ᵗareſcit 2 MS.S. foras ſicut palmes, & ᵗareſcet, & ᵘcolli-
ᵘcolligunt eos 3 MS.G. ᵛmittunt 4 MS.G.S. gent eum, & in ignẽ ᵛmittent, & ʸardet.
ʸardent 4 MS.G. 7 ᵍ Si manſeritis in me, & verba mea in
vobis manſerint: quodcunque volueritis
petetis, & fiet vobis. 8 ʰ In hoc clarifi-
B catus eſt Pater meus: vt fructum pluri-
mum afferatis, & efficiamini mei diſci-
puli. 9 ⁱ Sicut dilexit me Pater, & ego
dilexi vos. Manete in dilectione mea.
10 Si præcepta mea ſeruaueritis, manebi-
tis in dilectione mea, ſicut & ego Patris
mei præcepta ſeruaui, & maneo in eius
dilectione. 11 Hæc locutus ſum vobis,
ᵏ vt gaudium meum in vobis ſit, & gau-
dium

b *Iam vos mundi eſtis.*] propter ſermonẽ fidei & obedientię quem Euangelio meo locutus ſum vobis, quia perſeueraſtis, eſtis mundi, & in honorẽ præparati, vt diuino beneficio inſerti in me permaneatis.

c *Manete in me.*] Expoſitio ſuperiorũ eſt & admonitio, ne velint ſeorſum à Chriſto eſſe: nãque manentes in Chriſto, habent virtutem à Chriſto manẽte in ipſis, qua poſſint ferre fructus illos ſuauiſſimos & Deo gratiſſimos. Hæc omnia pertinent ad excitandum amorem, deſiderium & votum accipiendi in ſe Spiritum ſanctum, donandum à Patre per Chriſtum; quem qui habẽt, filij Dei ſunt gratiſſimi Patriq; placẽt.

d *Hic fert fructum multum.*] Multũ copia, & multum præſtantia ac virtute, vtpote verè regeneratus.

e *Sine me nihil poteſtis facere.*] nihil ex iis quæ pertinent ad definitionem huius fructus multi & magni.

f *Si quis in me non manſerit.*] Nemo intrabit in regnum Dei niſi filius Dei factus fuerit, hoc eſt, membrum viuum Chriſti coniunctum capiti ſuo.

g *Si manſeritis in me.*] connexi mihi & coniuncti vt viti palmites, & capiti membra facti, vera membra mea de carne mea & de ſpiritu meo ac de oſſibus meis, per verbum Dei viui & donum Patris; atque ita mea verba quæ ego in myſterio loquor vobis nunc, in vobis manſerint, non ſermone tãtùm, ſed virtute; tum *quodcunque volueritis petetis*: voletis autem ea quæ verbis meis continentur, *& fiet vobis.*

h *In hoc clarificatus eſt Pater meus.*] In hoc manifeſtè cognoſcetur gloria Patris, ſi promiſſa ſua præſtet per Filium, & Filiũ me ſuum eſſe cõfirmet, miſſo Spiritu ſancto in vobis, à me toties promiſſo in nomine Patris mei: & huius Spiritus ſancti virtute vos ſitis imitatores mei, & verè diſcipuli doctrinæ meę abſque vlla exceptione, ſed agentes & facientes ea quæ a me aguntur & fiũt: hic erit fructus plurimus, qualem afferre non poſſunt qui in me non manent, & meæ naturæ non ſunt participes vt membra capitis.

i *Sicut dilexit me Pater.*] vtpote Filium ſuum, & ſic dilectum miſit vt facerem voluntatem ipſius: ita ego dilexi vos valde dilectos, vt membra mea futuros; atque elegi ideò vos vt in me ſitis, & fructum plurimum afferatis, ſeruantes præcepta mea.

k *Vt gaudium meum.*] Hæc locutus ſum vobis eo conſilio, vt vos his ſermonibus meis animetis, & paretis ad excipiendum donum Patris per me præſtandum. ita enim meũ gaudiũ erit in vobis, erit enim meum gaudium videre conſtitutũ & ſtabilitum regnum Patris mei in hominibus; & vt vos in hoc regnum cooptati ſitis, & gaudiũ quod vos habetis ex optimæ diſciplinæ meæ obſeruatione adimpleatur ex Spiritu ſancto, qui vobis virtutẽ præbebit ad præſtandum doctrinæ meæ exemplum, & Patri gratiſſimum, & Angelis hominibuſque admirandum. Spectabitur autem hoc exemplum præcipuè in dilectione ſimili meæ, quæ eſt vinculum perfectionis. Erit autem hæc dilectio, vt animam etiam, cùm opus fuerit, ponatis pro iis quos diligitis: nam hactenus eſt ſumma dilectio, & ego animam pono pro amicis & inimicis, vt ex inimicis amicos faciam: ſed non prodeſit hæc expoſitio animæ meæ, niſi iis qui amici mei eſſe voluerint: quã verò conditionẽ hæc amicitia poſtulet audite. Vos amici mei eritis, &c.

dium veſtrum impleatur. 12 Hoc eſt *Sup. 13. d. 34. Eph. 5. b. 9*
præceptum meum, vt diligatis inuicem, *1 The. 4. b. 9*
ſicut dilexi vos. 13 Maiorem hac dile-
ctionem nemo habet, vt animam ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. 14 Vos ami-
ci mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio
vobis. 15 [a] Iam non dico vos ſeruos: *dicā Μsq. Aug.*
quia ſeruus neſcit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia
quæcūque audiui à Patre meo, nota feci C
vobis. 16 Non vos me elegiſtis: ſed ego
elegi vos, & poſui vos: vt eatis, & fru- *Mat. 18. d. 19*
ctum afferatis: & fructus veſter maneat:
vt quodcunque petieritis Patrem in no-
mine meo, det vobis. 17 [b] Hæc mando *1 Ioh. 3. d. 1 & 4. b. 7.*
vobis, vt diligatis inuicem. 18 Si mun-
dus vos odit, ſcitote quia me priorē vo-
bis odio habuit. 19 Si de mundo fuiſſe-
tis, mundus quod ſuum erat diligeret.
quia verò de mundo non eſtis, ſed ego
elegi vos de mundo, propterea odit vos
mundus. 20 Mementote ſermonis mei D
quem ego dixi vobis, Non eſt ſeruus ma- *Sup. 13. b. 16 Mat. 10. c. 24*
ior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & *Luc. 6. f. 40 Mat. 24. a. 9*
vos perſequentur. ſi ſermonem meum
ſeruauerunt, & veſtrum ſeruabunt.
21 Sed hæc omnia facient vobis propter
nomen meum: quia neſciunt eum qui
miſit me. 22 [c] Si non veniſſem, & lo-
cutus

a *Iam non dico.*] Iam deinceps cùm perſeuerauerítis in doctrina mea, & perſeuerantes effecti fueritis membra mea, eritis vnuſquiſque veſtrum, alter ego per communicationem admirandam meæ virtutis: meæ, inquam, naturæ quam vobis cōmunicaturus ſum, qui permanſeritis vſque in aduentum meum, & videtis quod iam vobiſcum agam, non vt cum ſeruis, ſed vt cum amicis, aperio vobis omnia promiſſa & conſilia Patris, de veſtra & eorum qui per vos crediderint, ſanctificatione, nunc aperio ita vt vos poteſtis intelligere: ſed tunc aperiam experimento virtutis meæ in vobis facto, ita vt teſtes eſſe poſſitis efficientiæ veritatiſque meę. Hoc etiam beneficio aucti, quòd electi à me fueritis ad dandum in terris viuum teſtimonium mei: *Non enim vos me elegiſtis*, &c.

b *Hæc mando vobis.*] Hoc mandatum ſummam continet omnium mandatorum meorum, quod vos interim præſtabitis dum mitto promiſſum Patris, poſtea etiam plenius præſtituri, cùm ego in vobiſipſis manebo; tunc enim mandatum hoc vt proprium meum, mea virtute & magis amabitis, & diligentiùs ac melius etiam quàm anteà adimplebitis. atque ita non carebitis conſolatione mea primum qui in vobis ero, & eorum etiam qui à vobis dilecti diligent & ipſi vos mutuò. Magna enim conſolatio, immò magna gloria eſt, diligi à Deo, à Dei filio, & à Dei filij membris ac diſcipulis. Nihil refert qualiter excipiamini à mundo, qui huius tanti boni capax non eſt, nec eſſe etiam vult; imò odit aut contemnit atque deridet eos qui contrà ſentiunt aut ſapiunt aut monent quàm ipſe. de hac re exemplum etiam in me vobis ſtatuite, qui quemadmodum exceptus fuerim à mundo, vidiſtis & videtis.

c *Si non veniſſem.*] & locutus eis non fuiſſem mandatum Patris, comprobatum teſtimoniis & auctoritate ſacrarum ſcripturarum, peccatum non haberent incredulitatis: quod nunc excuſare non poſſunt, vtpote conuicti manifeſta verborū Dei veritate. ſed odio habuerunt me gratis: ex odioque in me concepto ita ſeſe excæcarunt ipſi ac dementarunt, vt eum qui me miſit non agnouerint, atque ex conſequenti oderint. Non enim ego à me, neque mandatum proprium meum mea libidine aut inuentione confictum afferés veni; ſed Patris iuſſa ſecutus miſſus ſum, & veni ad eorum ſalutem quam illis propoſui. & ſi non ſatis erat meam legationem illis manifeſtare ex verbis Patris, hoc eſt, ex Euangelio allato, quod apertè refert conſilium, ſententiam & voluntatem Patris; & ſigilla vellent animaduertere & obſeruare quibus Deus mandata ſua ſigillare ſolet; habuerunt abundè confirmationem mandati Patris in operibus à me factis, vltra omne præteritorum Prophetarum, Patriarcharum, aut aliàs legatorum Dei exemplum.

cutus fuiſſem eis, peccatum non habe-
rent: nunc autem excuſationem non ha-
bent de peccato ſuo. 23 Qui me odit, &
Patrem meum odit. 24 Si opera non
feciſſem in eis quę nemo alius fecit, pec-
catum non haberent. nunc autem & vi-
derunt, & oderũt & me & Patrẽ meum.
25 Sed vt adimpleatur ſermo [d] qui in lege
Pſal.14.d.19 eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerũt
me gratis. 26 [e] Cùm autem venerit pa-
Luc 24.g.49 raclẽtus, quem ego mittam vobis à Pa-
[h] ſpiritus 1 MS.S.C. aut è data ſunt. tre, [h] ſpiritum veritatis, [f] qui à Patre pro-
cedit, ille teſtimoniũ perhibebit de me.
[i] perhibetis 5 MS.G.S. 27 & vos teſtimonium [i] perhibebitis:
[g] quia ab initio mecum eſtis.

## CAP. XVI.

AHÆc [a] locutus ſum vobis, vt non ſcan-
dalizemini. 2 Abſque ſynagogis fa-
cient vos: ſed venit hora, vt omnis qui
interficit vos, arbitretur obſequium ſe
præſtare Deo. 3 & hæc facient vobis,
[b] quia non nouerũt Patrem, neque me.
4 Sed hæc locutus ſum vobis, vt cùm
venerit hora, eorũ reminiſcamini, quia
ego dixi vobis. 5 Hæc autem vobis [c] ab
initio non dixi, quia vobiſcum eram:

V Et

d *Qui in lege eorum.*] in doctrina religionis quam profitentur ipſi. Significatio hæc petenda eſt ex nomine תורה.

e *Cum autem venerit*] Reſtat illis tantũ vnum poſtremum teſtimonium, cui cùm non crediderint reprobabuntur: id autem eſt quod à vobis proferendũ eſt ex virtute Spiritus ſancti in vos illapſi, & in vobis manentis, qui oſtendet vobis experimento ipſo veritatem virtutis, efficacitatis & efficientiæ meę in iis qui crediderint. & tunc vos eritis mihi teſtes in Iudæa, Ieruſalem & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.

f *Qui à Patre procedit.*] Non de proceſſione perſonali hîc loquitur (omi- nus [illegible] que hoc modo procedendi à Patre & Filio procedit Spiritus ſanctus) ſed de proceſſione & auctoritate aduentus eius ſiue miſſionis. Eſt enim aduentus Spiritus ſancti promiſſus à Patre, & præſtitus, ſiue vt ita dicamus, procuratus & expeditus à Chriſto. Ideò dicit ex Patris conſilio & mandato, cuius ipſe miniſter & explicator factus ſit, Spiritum ſanctum, quem Chriſtus ipſe mittit, venire in mundo: hoc eſt, non ipſe ſolus à ſe tantùm me aut inſcio aut nolente, ſed volens, ille à me miſſus veniet, confirmaturus efficientia doniſque ſuis id quod præſtandum erat credentibus. neque ſolùm à me miſſus, ſed à Patre meo profectus, qui eſt ſummus auctor totius huius conſilij & expeditionis.

g *Quia ab initio mecum eſtis.*] & vidiſtis quæcunque dixerim & fecerim, eaque à Patre per Spiritum ſanctum confirmata in vobis experiemini.

CAP. XVI.

a *Hæc locutus.*] Hæc quę ad mundi ingenium cognoſcẽdum faciunt, & Dei etiam prouidentiam meamque cognitioné teſtantur, expoſui vobis: vt prædicta ſcientibus & prudentibus cùm acciderint vobis, offenſionem nullam afferant; nec nunc terribilia etiam videantur, quandoquidẽ ex vſu & conſuetudine profecta eſſe conſtat. Conſueuit enim mundus virtutem veram exagitare, & laboribus ac moleſtiis vexare. Ideò & vos propter me, qui ſummæ virtutis ſummum exemplum ſum à vobis cultum, & moribus ac vitæ ſanctitate & puritate, quantum fieri poſſit expreſſum, mille moleſtiis & ignominiis afficiemini, & quod amplius eſt, religionis ac pietatis nomen ſibi arrogabunt ij, qui vos tanquam impios fuerint perſecuti.

b *Quia non nouerunt*] Quanquam ſciant Deum eſſe, illam rationem tamen qua Deus Pater eſt, & qua ego Filius Patris ſum, ignorant: quæ ratio ſi rectè cognoſcatur ad hominum ſalutem & veram beatitudinem cognoſcendã ſingulariter conducit. Ex huius autem rationis ignoratione multæ tenebræ oriuntur, quę in definienda Dei natura ac virtute, maximos errores pariunt.

c *Ab initio non dixi.*] Non dixi vobis eo tempore quo vos elegi, quod dictũ oportuiſſe videri poſſit fortaſſis, vt tunc vnuſquiſque ſibi conſuleret, an ea ſubeunda ducerentur, quæ nunc ſubeunda eſſe prædico: ſed tunc rudibus, & virtutis meæ adhuc ignaris, terrorem fortaſſe inucerent hæc à me prædicta; & ita me ſequendi auerterent conſilium. ſed quia me viuente & præſente vobis nihil periculi, nihil incommodi futurum ſciebam, vt hactenus nihil omnino fuit, mea virtute id efficiente & vos ſeruante atque

defendente, nolui vobis initiò dicere, cùm nullum periculum eſſet: nunc verò iam edoctis, quid ego poſſim etiã eo tempore quo laboribus & incommodis multis tentatus fuerim & exercitatus, opportunum eſt prædicere ſubeundos vobis labores, addita promiſſione virtutis meæ quæ vobis præſto erit; tantoque efficientior in veſtram vtilitatem & ſalutem oſtendetur, quanto alienior ego fuero ab omnibus laboribus, vtpote ad dexteram Patris conſidens, & gloria & honore coronatus. Namque eò nunc vado, ad eum, inquam, qui me miſit; omnibus iam rebus, quarum cauſa miſſus fueram, abſolutis & expeditis; accepturus ab ipſo id quod mihi conſtitutum eſt ipſius conſilio & propoſito, ad glorificationem meam & veſtram. Itaque gaudere debetis quòd ego vadam, etiam ſi intelligatis vobis labores eſſe paratos, quos vos ſuperabitis mea illa virtute vobis communicanda.

"Et' nunc, vado ad eum qui miſit me, & ª At 1 MS. tu ſ... Aug. G.S. habent
nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? enim: Nunc autem
6 Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſti-
tia impleuit cor veſtrum. 7 Sed ego ve-
ritatem dico vobis. expedit vobis vt ego
vadam. ª ſi enim * non abiero, paraclêtus * ego R.G.
non veniet ad vos: ſi autem abiero, mit- B
tam eum ad vos. 8 Et cùm venerit ille,
arguet mundum de peccato, & de iuſti-
tia, & de iudicio. 9 de peccato quidem,
ᵇ quia non "credunt' in me. 10 ᶜ de iuſti- ª crediderint MS q. Aug.
tia verò, quia ad Patrẽ vado: & iam non
videbitis me. 11 ᵈ de iudicio autem, quia
princeps huius mundi ˉ iam' iudicatus eſt. ˉ MS.G.S.
12 Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed
ᵉ non poteſtis portare modò. 13 Cùm
autem venerit ille ᶠ Spiritus veritatis, "do- ª deducet vos in omni veritate MS. teſte Aug. G.4.
cebit vos omnem veritatem'. ᵍ non enim
loquetur à ſemetipſo: ſed quæcunque

a *Si enim non abiero.*] vt ſedeam ad dextrã Patris, accepta omni poteſtate in cælo & in terra, non veniet ille conſolator & aduocatus ad vos informaturus & aucturus vos conſolatione ſua interna, quæ multo efficientior in vos erit, quam externa hæc mea præſentia, quæ tamen immunes vos conſeruauit, & omni periculo liberos.

b *Quia non credunt in me.*] Arguet Spiritus ſanctus in vos deſcendens mundum, hoc eſt, mundanos hos homines apud quos nunc ſum, peccaſſe nũc non credentes in me, qui veritatem illis ex literarum ſacrarum teſtimoniis manifeſtauerim, & ſignis apertis confirmauerim. Et quia multi ex his qui nunc nondum credunt, adueniente Spiritu ſancto credent in me, tunc arguent ſemetipſos, quòd non crediderint in me antea, & arguent reliquum mundum non credentem.

c *De iuſtitia verò.*] Iuſtitię non acceptę culpam illorum eſſe conuincet, qui me hîc præſentem & ſponte exhibitum & oblatum in ipſorum iuſtificationem & ſanctitatem noluerint excipere, ſed repulerint & reiecerint. Ego autem vado ad Patrem iuſtitiam meam probaturum, quam mundus recuſauerit accipere. & iã non videbitis me amplius vtpote hac legatione ſemel functũ, quę mihi ſemel ineunda fuit. Iuſtiſſimus igitur probabitur Deus, cũ quod promiſerat præſtiterit: hoc eſt, vt me ſemel mitteret in mundum, ad offerendam, annuntiandam & deferendam ſalutem mundo. iniuſtiſſimus mundus arguetur, quòd me venientem in propria non receperit: tamen non iterum rediturum eodem munere Euangeliſtæ ac ſeruatoris, ſed iudicem iam de cætero expectandum. nam vt iterum veniam vt nunc veni, iam non videbitis me. Quòd ſi non crediderint vobis per Spiritũ ſanctum enuntiantibus Euãgelium, iam Deus iuſtificatus erit in ſermonibus & promiſſis ſuis, quia ego veni, & egi quæ agenda mihi erant, & vado ad Patrem.

d *De iudicio autem.*] Arguet Spiritus ſanctus mundũ de iudicio iam facto, hoc eſt, condemnabit mundum, volentem manere ſub poteſtate principis huius mundi, & nolentem mihi credere, & obſequi obtẽperareque doctrinæ meæ ac diſciplinæ meæ præceptis & inſtitutis parere. quippe iam mundus ipſe ſua ſponte ſeſe condemnare, & in peccato damnationeque ſua manere velle arguetur: cùm iam ex hoc tempore ex quo ego totius mundi debita luenda in me recepi, & redemptionem omnium expediendam ſuſcepi, iam princeps mundi condemnatus eſt, & deiectus poſſeſſione mũdi; idque iudicio Dei, cui princeps mundi huius nihil obiicere poſſit, cùm huius iudicij myſterium cognouerit. Ergo ſi mũdus me non ſequatur, iam ipſe vltrò ſuam ſeruitutem, ſuamque damnationem optaſſe arguetur: & ſeſe ſponte adſcripſiſſe ei ſeruum, qui iudicatus, damnatus, ſpoliatusque erat poteſtate ac tyrannide illa quam in mundo exercebat. Arguetur itaque per Spiritum ſanctum mundus de iudicio vltrò ab ipſo ſubito. ego enim non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluem mundum, iudicato ipſius principe ac de poſſeſſione detruſo.

e *Non poteſtis portare.*] quia adhuc animales eſtis.

f *Spiritus veritatis.*] Ille qui inſpirat cognitionem veritatis rerum omnium, tam quæ cogitatione, quàm quæ experientia cognoſcendæ ſunt.

g *Non enim loquetur à ſemetipſo.*] Non docebit priuata, ſingularia, & aliena, aut diſtincta ab iis quæ ego dico, doceo & promitto; ſed communicata à Patre meo, & à me loquetur & exponet vobis, aperteque nota faciet ea quæ ego vobis ventura prædico & promitto plane exhibebit, efficiet ac præſtabit vobis. atque ita me clarificabit, accipiens ea quæ ego propoſui & reipſa præſtans.

audiet loquetur, & quæ ventura ſunt
annuntiabit vobis. 14 Ille me clarifica-
bit: quia de meo accipiet, & annuntiabit
vobis. 15 Omnia quæcunque habet Pa-
ter, mea ſunt. Propterea dixi, quia de
meo accipiet, & annuntiabit vobis.
16 Modicum, & iam non videbitis me:
& iterum modicũ, & videbitis me: quia
vado ad Patrem. 17 Dixerunt ergo ex
diſcipulis eius ad inuicem, Quid eſt hoc
quod dicit nobis: Modicum, & non vi-
debitis me: & iterum modicum, & vide-
bitis me: &, quia vado ad Patrem?
18 Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod di-
cit, Modicum? neſcimus quid loquitur.
C 19 Cognouit autem Ieſus, quia volebant
eum interrogare: & dixit eis, De hoc
quæritis inter vos, quia dixi, Modicum,
& non videbitis me, & iterum modicũ,
& videbitis me. 20 Amen, amen dico
vobis, quia [a] plorabitis, & flebitis vos,
mundus autem gaudebit: vos autem
contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra ver-
tetur in gaudium. 21 Mulier cùm parit,
triſtitiam habet, quia venit hora eius:
cùm autem pepererit puerum, iam non
meminit preſſuræ propter gaudiũ, quia
natus eſt homo in mundum. 22 Et vos
igitur, nunc quidem triſtitiam habetis:
[b] iterum autem videbo vos, & gaudebit
cor veſtrum: & gaudium veſtrum ne-
mo tollet à vobis. 23 Et in illo die

ſ. 8. 1. videtis 8 83. 6.

tollit 8 83. 6.

a *Plorabitis*] vos qui me amaſtis & ſe-cuti eſtis breui erit vt ploretis & fleatis meam abſentiam, timeatis vobis interim dum poteſtati tenebrarum permittitur operari. Mundi autem amatores, qui exiſtimabant me, quem oderunt, ſibi iam eſſe de medio ſublatum, gaudebunt.

b *Iterum autem videbo vos.*] non tantùm vi... ne externa & corporali præſentia, ſed interna illa qua vos inuiſam, & nunquam relinquam. ero enim in vobis manens, & ita perpetuò gaudebit cor veſtrum interno gaudio.

[e] me non rogabitis quicquã. Amen, amẽ Sup.14.b.13 Mat.7.a.7 & 21.b.22
dico vobis, ſi quid petieritis Patrẽ in no- Mar.11.c.24
mine meo, dabit vobis. 24 Vſque mo- Luc.11.b.9 Iac.1.a.5.
dò non petiſtis quicquã in nomine meo. D
Petite, & accipietis: vt gaudium veſtrum
ſit plenum. 25 Hæc in prouerbiis locu-
tus ſum vobis. [d] Venit hora cùm iam non
in prouerbiis loquar vobis, ſed palam
de Patre annũtiabo vobis. 26 in illo die
in nomine meo petetis: & non dico vo-
bis quia ego rogabo Patrem de vobis.
27 Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me
amaſtis, & credidiſtis, quia ego à Deo
exiui. 28 [e] Exiui à Patre, & veni in mun-
dum: iterum relinquo mundum, & va-
do ad Patrem. 29 Dicũt ei diſcipuli eius,
[f] Ecce, nunc palam loqueris, & prouer-
bium nullũ dicis. 30 nunc ſcimus quia
ſcis omnia, & non opus eſt tibi vt quis
te interroget. [g] in hoc credimus quia à
Deo exiſti. 31 Reſpondit eis Ieſus, [h] Mo-
dò creditis? 32 Ecce, venit hora, & iam Mat.26.e.31 Mar.14.e.27
vênit, vt diſpergamini vnuſquiſque in
propria, & me ſolum relinquatis: & non
ſum ſolus, quia Pater mecũ eſt. 33 Hæc
locutus ſum vobis, [i] vt in me pacem ha-
beatis. In mundo preſſuram [u] habebitis: [u] habetis. MS. G.
ſed confidite, ego vici mundum.

CAP.

e *Me non rogabitis*] vltrò iam in vobis manentem, & omnia quæ mea ſunt vobis cõmunicantẽ: atque ita tunc petetis Patrẽ in nomine meo, perinde ac ſi ego ipſe ſim qui petam. nãq; hoc eſt in nomine meo petere: atq; hoc modo petendi facultas nondum vobis contigit: continget autem vbi ego in vobis habitauero. hoc petite, & accipietis; ac tum gaudium veſtrum plenum erit.

d *Venit hora.*] Iam breui fiet maturitas & commoditas, vt non opus ſit vti ſimilitudinibus, comparationibus, exẽplis, ſententiis, deductionibus, & expoſitionibus, videlicet cùm rem ipſam de qua loquor, experti cognoueritis. tunc palam cognoſcetis id quod nunc arcanum vobis eſt de Patris mei virtute, conſilio, propoſito, efficacitate & efficiẽtia. tunc petetis in nomine meo, in me ipſo qui in vobis ero. petetis, vt hoc det vobis Pater. non ſolùm me habetis qui pro vobis rogẽ, ſed ipſum Patrem veſtri amantem habetis, qui vltrò vobis donare iam parat, quia hoc dat iis qui me fide & amore proſequũtur, vt vos hactenus feciſtis.

e *Exiui à Patre*] vt ſaluem mundum. *Iterum relinquo mundum*. iam expedito negotio ſalutis, & redeo ad Patrem accepturus regnum, non mundanum, carnale & corruptibile; ſed æternum, ſpirituale, diuinum, & id cum meis communicaturus.

f *Ecce nunc palam loqueris.*] nã quę multis ſimilitudinibus & prouerbiis dixeras, nũc apertè & ſummatim exponis, te veniſſe in mundum è cælo à Patre miſſum, nunc relicturum mundum, neque in mundo hoc ſedem aut regnũ temporale tibi ac tuis paraturum, & ad Patrem te ire, apud quem tuum atque tuorum regnum eſſe definis.

g *In hoc credimus quia à Deo exiſti.*] quoniam omnia expoſuiſti quæ ad te, ad nos, ad mundum pertinent, ita vt conſtet te omnium ingenia, omnium conſilia & ſtudia cognoſcere atq; adeò intelligere quantum tibi paratum ſit laborum, libenter tamen ſubire. Credimus autem te exiſſe à Deo, atque ideo firmi ſumus credentes hoc, & tecum eſſe volumus, quandoquidẽ nihil accidere nobis poteſt, quod à te prędictum iam non ſit. Ergo credimus te, qui prędicis eſſe eum qui tueri nos poſſis, vtpote qui à Deo exieris.

h *Modò creditis.*] me pręſente creditis, & firmi eſſe vobis videmini.

i *Vt in me pacem habeatis,*] intueamini in me qui vobis hæc prædixerim, & ſperantes meam virtutem ac tutelam certam vobis fore quidquid vobis accident, æquo animo feratis, & victoriam vobis per me cõſtituram confidatis. expectantes me vobis inſinuandum eſſe, intraque vos manſurum, meaque virtute vos victuros eſſe mundum, quia ego vici mundum, & hanc victoriam vobiſcum communicabo.

## CAP. XVII.

A HÆc locutus eſt Ieſus: & ſubleuatis
oculis in cælum, dixit, Pater, [a] venit
*& c. hora, [b] clarifica Filium tuum, vt *Filius
Mat.28.d.18 tuus clarificet te: 2 Sicut dediſti ei pote-
ſtatem omnis carnis, vt omne quod de-
diſti ei, det eis, vitam æternam. 3 Hæc
eſt autem vita æterna, [c] Vt cognoſcant te
ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ie-
ſum Chriſtum. 4 [d] Ego te clarificaui ſu-
per terram: opus conſummaui quod de-
diſti mihi vt faciam: 5 & nunc [e] clarifica
me tu Pater apud temetipſum, claritate
quam habui prius quàm mundus eſſet,
apud te. 6 Manifeſtaui nomen tuum
hominibus quos dediſti mihi de mũdo:
Tui erant, & mihi eos dediſti: & ſermo-
nem tuũ ſeruauerunt. 7 Nunc cogno-
uerunt quia omnia quę dediſti mihi, abs
te ſunt: 8 quia verba quæ dediſti mihi,
dedi eis: & ipſi acceperunt, & cognoue-
B runt verè quia à te exiui, & crediderunt
quia tu me miſiſti. 9 Ego pro eis rogo:
[f] Non pro mundo rogo, ſed pro his quos
dediſti mihi: 10 quia tui ſunt: & mea
omnia tua ſunt, & tua mea ſunt: & cla-
rificatus

V 3

CAP. XVII.

a *Venit hora.*] maturum tempus expe-diendi conſilium tuum illud maximũ, de publica hominũ ſalute ac libertate, victoriaque tua contra aduerſariorum manifeſtanda, denique hora maximæ illius miſericordiæ tuæ cognoſcendæ.

b *Clarifica Filium tuum*] Præſentia, virtute, voluntate, efficientiaque tua ratum, certum & conſtans effice, id quod per Filium tuum effici voluiſti; ita vt huius tantæ ſalutis euétus teſtetur me eſſe Filium tuum: Filius autem tuus hanc in hominibus effectu ſalutem teſtabitur ex te profectam, gloriamque tibi deberi profitebitur. clarificatio autem erit, vt videant qui in te confidunt & in me credunt, poteſtatem à te datam Filio donandi vitam æternam omni homini volenti & recipienti ipſum Filium. Clarifica ergo illum, donans per eundem vitam æternã re ipſa, & vera atque certa conſtantique donatione: ita vt quicunque fuerint filij, vitam æternam habeant. Dona ergo teipſum omnibus quos mihi dediſti, quibus & ego me donaturus ſum. Nam hæc eſt vita æterna.

c *Vt cognoſcant te*] Cognitione interna cognoſcant te Deum eſſe ſolũ, veracem, & veritatis auctorem, verum in potentia & præſtantia, veracem in miſericordia exhibenda, cuius virtute & efficientia ſe homines cognoſcant effectos filios tuos per cognitioné Ieſu vncti à te miſſi, inhabitantis in eis.

d *Ego te clarificaui.*] tibi factus obediens vſque ad mortem, tuam voluntatem hominibus exponens, tuum cõſilium declarans, atque adeò explicans non modò verbis, verùm & reipſa meipſum pro hominibus à me iam ſuſceptis in mortem tradens. ...pſum.]

e *Clarifica me tu Pater* agi regeneratio- Perfice per me hor fac vt homines tua nis hominum que virtute & mea ſimul auctoritas, tui, & fratres mei: quemadmodum eadem ſapientia tua quæ ego ſum, homo à te factus eſt ad imaginé & ſimilitudinem noſtram; & vt ego antequam quicquam faceres, erá apud te clarus, charus & gratus, cum quo de mundi creatione agebas, quam per me effeciſti; ita etiam de renouatione

iam anteà à conſtitutione mundi mecum decreta, nunc etiam mecum conueni vt reipſa efficiatur. Orans hæc
Chriſtus à Patre, quæ ab illo probari ſciebat, teſtabatur rei veritatem & ſuam cum Patre communionem & vni-
tatem, vt ſic loquamur, idque vt audiretur à teſtibus fide dignis, qui poſtea cùm res ipſa expedita perfectaque
eſſet, teſtimonium referre poſſint mundo, illum ipſis præſentibus, cum Patre de hac re egiſſe, atque ita eueniſſe vt
ab illo petebatur & exauditum fuiſſe pro ſua reuerentia, vt Paulus affirmat. Huic ſimilis oratio fuit illa ante re-
ſurrectionem Lazari. f *Non pro mundo rogo.*] Non rogo pro mundanis hominibus qui mundo adhærere
ab eoque non diuelli volunt; ſed pro iis qui relicta mundi corruptione ad te redeunt: hos enim tu dediſti mihi ſal-
uandos, viuificandos ac deificandos, quia tui ſunt, hoc eſt, te cùm velint & optent Dominum, Deũ, patronũ, tu-
torem ac propitium patrem habent, eos tu mihi dediſti, & illos miſiſti vt in me credant meque ſuſcipiant:
eos à te acceptos tibi refero, à te per me redemptos & ſanctificatos profitebor, nunc clarificatus ſum in eis, quia

... teſtatus es illis me eſſe Filium tuum dilectum. Et iam deinceps ego non ſum in mundo, quia iam in corde terræ eſſe cœpi, & iam venio ad te. at illi, quanquam in me ſint, tamen in mundo ſunt, & nondum perlati ſunt in eum locum ſanctitatis & perfectionis, quem ego eis paro. Interim dum ad te eo, dum trador tenebrarum poteſtati, cuius hora iam venit, ſerua eos.

rificatus ſum in eis. Et iam non ſum in
mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad
te venio. 11 Pater ſancte, ſerua eos in
nomine tuo, quos dediſti mihi: vt ſint
vnum, ſicut & nos. 12 Cùm eſſem cum
eis, ego ſeruabam eos in nomine tuo.
Quos dediſti mihi, cuſtodiui: & nemo Infr. 18. b. 9
ex eis periit, [a] niſi filius perditionis, vt ſcri Pſal. 40. b. 10 & 108. a. 8
ptura impleatur. 13 Nunc autem ad te
venio: & hæc loquor in mundo, [b] vt ha- C
beant gaudium meum impletum in ſe-
metipſis. 14 Ego dedi eis ſermonẽ tuũ,
& mundus eos odio habuit, quia non
ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de
mundo. 15 Non rogo vt tollas eos de
mundo, ſed [c] vt ſerues eos à malo. 16 [d] De
mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum
de mundo. 17 [e] Sanctifica eos in verita-
te. Sermo tuus veritas eſt: 18 [f] Sicut tu
me miſiſti in mundum, & ego miſi eos
in mundũ. 19 [g] Et pro eis ego ſanctifico
meipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in ve-
ritate. 20 Non pro eis autem rogo tan-
tùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per
verbum eorũ in me: 21 [h] vt omnes vnũ
ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt
& ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mũ-
dus quia tu me miſiſti. 22 Et ego clari-
tatem quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint
vnum, ſicut & nos vnum ſumus.
23 Ego

a *Niſi filius perditionis.*] Niſi is qui ſeſe ſua culpa perditioni addixit. Ita enim ſcriptũ erat, vt is qui me proderet conſultè ac deliberatò, & vellet maledictionem, & benedictionem nollet, periret; atque ita effectum eſt, vt ab illo impleretur ſcriptura: nõ quòd ſcriptura illum cogeret ad culpam & ſcelus, ſed quòd ſuſcepti ſponte ſua ſceleris conuictum damnaret ad pœnã & perditionem. Vt enim Hebraico ſermone homicida dicitur Filius mortis; ſic hic parricida ſacrilegus proditor dicitur *filius perditionis*. Filius mortis, id eſt Latinè, dignus morte.

b *Vt habeant gaudium meum.*] gaudium quo ego gaudeo, quòd te Patrem habeo certiſſimum, illi qui mecum manſerũt, vt à te promiſſum eſt, ſic habeãt impletum in ſemetipſis; vt miſericordia tua clarificetur in iis quos dediſti mihi permanentibus in me. Atque hoc modo ſcriptura impleatur, in qua promiſſa continentur tua, vt impleta eſt ſcriptura aduerſus eum qui me proditurum perditione dignum reddidit.

c *Vt ſerues eos à malo.*] ab illo peſſimo auctore mali, & à malo, cuius ille auctor eſt.

d *De mundo non ſunt.*] deditos iam ſponte tibi ac traditos, mundus odio habet, & à ſe abalienatos inſequitur, [illegible] quia tuus cùm ſim, inuiſus mũdo [illegible].

e *Sanctifica eos in veritate.*] non imputata ſanctitate, [illegible] quæ tua voluntas eſt: ita vt ſancti [illegible] immaculati atque irreprehenſibiles corã te [illegible]entur.

f *Sicut tu me miſiſti in mundum.*] Euangeliſtam, interpretem, legatum ac teſtem certiſſimum voluntatis & miſericordiæ tuæ; ita ego mitto eos in mundum, vt teſtimonium referant veritatis meæ.

g *Et pro eis ego ſanctifico meipſum.*] Ego nomine eorum me tibi conſecratum dedo in ſacrificium ſanctum in odorẽ ſuauitatis, vt illi participes facti naturæ atque virtutis meæ, non imputati ſancti, ſed in veritate ſanctificati exiſtant.

h *Vt omnes vnum ſint.*] vnum corpus in me vnius corporis membra, cuius caput ego ſim, ita vt tu caput meũ es, ita ipſi in nobis vnum corpus ſint participes naturæ noſtræ, ac deificati & coniuncti in vnionem charitatis & gloriæ filiorum Dei.

23 Ego in eis, & tu in me: [i] vt ſint cõſum-
D mati in vnũ: & cognoſcat mundus quia
tu me miſiſti: [k] & dilexiſti eos, ſicut & me
dilexiſti. 24 Pater, quos dediſti mihi,
volo, [l] vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum:
vt videant claritatem meam quam dedi-
ſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitu-
tionem mundi. 25 [m] Pater iuſte, mun-
dus te non cognouit. ego autem te co-
gnoui: & hi cognouerunt, quia tu me
miſiſti. 26 Et notũ feci eis nomen tuum,
& notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti
me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

## CAP. XVIII.

Mat.26.e.36 Mar.14.d.32 Luc.22.d.39 2Reg.15.e.23

HÆc [a] cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt
cum diſcipulis ſuis trans Torrẽtem-
A Cedron, vbi erat hortus, in quem introi-
uit ipſe & diſcipuli eius. 2 Sciebat autẽ
& Iudas, qui tradebat eum, locum: quia
frequenter Ieſus conuenerat illuc cum
diſcipulis ſuis. 3 Iudas ergo cùm acce-

Mat.26.e.47 Mar.14.e.43 Luc.22.e.47

piſſet cohortẽ, & à Pontificibus & Pha-
riſæis miniſtros: venit illuc cum laternis
& facibus & armis. 4 Ieſus itaque ſciens
omnia quæ ventura erant ſuper ſe, pro-
ceſſit, & dixit eis, Quem quæritis?
5 Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum.
Dicit eis Ieſus, Ego ſum. Stabat autem
& Iudas qui tradebat eum, cum ipſis.
6 Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt re-
trorſum, & ceciderunt in terram. 7 Ite-
rum ergo interrogauit eos, Quem quæ-
ritis?

i *Vt ſint conſummati in vnum.*] In vnũ corpus meum myſticum, perfectum, immaculatum, ubi gratiſſimum, vtpote membra mea: adeò vt non tantùm à te agnoſcantur vt fratres mei ac filij tui; ſed omnes qui viderint eos cognoſcant eos, & dicant: Iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

k *Et dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.*] adoptatos per me in filios tuos, dilexiſti amore eo quo me dilexiſti, vtpote membra mea effectos.

l *Vt vbi ſum ego.*] ſiue apud te in cælis ego ſim præſens, illic ſit vita ipſorum abſcondita mecum in te, etiam ſi nondũ appareat quod futuri ſint: ſiue ego virtute & efficientia in terra ſim, illa virtus & efficientia mea ſit in eis; ita vt ſiue viuant in carne, in me viuãt, & ego in eis; ſiue moriantur, in me moriantur, ac dormitionem accipiant.

m *Pater iuſte.*] qui in omnibus promiſſis tuis iuſtificaris, conſtantem præſtantemque te exhibens. Mundus te nõ cognouit ea ratione qua *Pater iuſtus* vocaris: nam ſi cognoſceret, te ſolum quæreret ad ſui iuſtificationẽ, te ſolum verã ſapientiã, verã virtutẽ, verã bonitatem definiens optaret; ſuam ipſius ſapientiam, potentiam, voluptatem ſuã omnino vanitatem damnaret, odiſſet, abiiceret, vt te ſequeretur ac peteret. Ego autem te cognoui, & ſcio te ſupremum, maximum optimum eſſe, omninoque expetendum: & hoc ego mũdo attuli exponendum, ſed à mundo non ſum cognitus: hi autem cognouerunt quòd tu me miſiſti, & ego erudiui illos, nomenque tuum docui, hoc eſt, virtutem & efficacitatem miſericordiæ tuæ in homines qui filij tui eſſe voluerint. & quod ſermone docui eos, reipſa notum faciam, donans illis Spiritum ſanctum tuum & meum, quo & à te amentur amore paterno, quandoquidem ego in eis futurus ſum & manſurus.

CAP. XVIII.

a *Hæc cùm dixiſſet.*] cùm paulo ante oblationem ſui Patri commendauiſſet corpus ſuum myſticum, atque omnem de hominum deificatione rationem breui ac myſteriis plena oratione ſuiſſet complexus.

ritis? Illi autem dixerunt, Ieſum Nazare-
num. [8] Reſpōdit Ieſus, Dixi vobis, quia B
ego ſum. ſi ergo me quæritis, ſinite hos
abire. [9] [b] Vt impleretur ſermo quē dixit,
Quia quos dediſti mihi, nō perdidi ex eis *Sup. 17. b. 12*
quenquam. [10] Simon ergo Petrus ha-
bens gladium, eduxit eum: & percuſſit
Pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam
eius dexteram. Erat autem [c] nomē ſeruo
Malchus. [11] Dixit ergo Ieſus Petro, Mit-
te gladium tuum in vaginam. [d] Calicem
quem dedit mihi Pater, non * bibā illum? * *vis vt* MS q. *Aug.*
[12] Cohors ergo & tribunus & miniſtri
Iudæorum comprehenderunt Ieſum, &
ligauerunt eum: [13] & adduxerunt eum
[e] ad Annam primùm, erat enim ſocer *Luc. 3. a. 2* C
Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.
[14] Erat autem Caiphas, qui conſilium *Sup. 11. f. 49*
dederat Iudæis, Quia expedit vnum ho-
minē mori pro populo. [15] Sequebatur
autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſ-
cipulus. Diſcipulus autem ille erat notus
Pontifici, & introiuit cum Ieſu in atrium
Pontificis. [16] Petrus autem ſtabat ad
oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus * alius *Mat. 26. f. 58* *Mar. 14. f. 54*
qui erat notus Pontifici, & dixit oſtiariæ: *Luc. 22. f. 54* * *ille* 6 MS.
& introduxit Petrum. [17] Dicit ergo Pe- c. s.
tro ancilla oſtiaria, Nūquid & tu ex diſ-
cipulis es hominis iſtius? Dicit ille, Non
ſum. [18] Stabāt autem ſerui & miniſtri
ad prunas, quia frigus erat, & * calefacie- * *calefiebant* 7 MS. 6 s.
bant ſe: erat autē cum eis & Petrus ſtās,
& calefa-

b *Vt impleretur ſermo.*] Nullus eorum qui dati fuerant Ieſu vt in terris redderent viuum teſtimonium veritatis & virtutis ipſius, perditus eſt, non ſolùm animo, ſed nec corpore: nemo ex illis vita functus aut occiſus eſt, antequam accepto Spiritu ſancto ſuum miniſterium, quamobrem electus fuerat, præſtaret. Hoc indicat verbum, *vt impleretur*.

c *Nomen ſeruo Malchus.*] Rem certam & perſonarum notatione, cùm opus fuerit, docendam, nominis appellatio oſtendit.

d *Calicem quem dedit mihi Pater.*] Non oportet armis agere, vt impediatur impetus horum in me. non enim ego nunc cogito quid iſti aduerſum me agant & faciant; ſed cogito voluntatem Patris, qui voluit ſalutis humanæ calicem à me bibi, mihi acerbum quod ad ſenſum, verùm gratiſſimum quod ad animum & voluntatem meam erga Patrem attinet, & ſuauiſſimum omnibus alijs, quibus huius calicis à me ebibiti virtus communicata fuerit. Iam ſi ferro dimicetur aduerſum hos qui in me furioſi ſunt, voluntati Patris reſiſtitur, qui mihi bibendum hunc calicem exhibuit. ſcito hoc eſſe ex diuino conſilio ac decreto, vt malitia iſtorum & rabies permittatur in me ſæuire ad tempus propter publicam ſalutē. Non igitur tantùm conſidero quid iſti agant, quantum quid Pater velit, cùm hæc iſtis agere permittat.

e *Ad Annam primum.*] cuius ædes propinquiores erant loco in quo captus eſt Ieſus, quàm Caiphæ ædes: & ille erat inter principes ſacerdotū; ſed illo anno erat Caiphas primus ſacerdos ſiue pontifex. deduxerunt autem eum ad illum, vt iam captum indicarent, & rogarent quonam ſiſtendum aut deducendum arbitraretur. ille indicauit generi ædes in quibus concilium cogeretur, atque apud Caipham acta eſſe quæ deinceps narrantur, Euangeliſtæ omnes teſtantur. Cyrillus legit etiam hoc loco, illum ſtatim ab Anna ad Caipham miſſum.

& calefaciens ſe. 19 Pontifex ergo inter-
rogauit Ieſum [a] de diſcipulis ſuis, & de
D doctrina eius. 20 Reſpondit ei Ieſus, Ego
[b] palam locutus ſum mundo. ego ſemper
docui in ſynagoga, & in templo quò om-
nes Iudæi conueniunt: & in occulto lo-
cutus ſum nihil. 21 Quid me interrogas?
interroga eos qui audierũt quid locutus
ſim ipſis: ecce, hi ſciũt quæ dixerim ego.
22 Hæc autem cùm dixiſſet, [c] vnus aſſiſtẽs
miniſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens,
Sic reſpondes Pontifici? 23 Reſpondit ei
Ieſus, Si malè locutus ſum, teſtimonium
perhibe de malo: ſi autem bene, quid me
Mat.26.f.57 Mar.14.f.53 Luc.22.f.54 & 6. cædis? 24 [d] Et miſit eum Annas ligatũ
ad Caipham pontificem. 25 Erat autem
Mat.26.g.69 Mar.14.g.67 Luc.22.f.56 Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Di-
xerunt ergo ei, Nũquid & tu ex diſcipu-
E lis eius es? Negauit ille, & dixit: Nõ ſum.
26 Dicit ei vnꝰ ex ſeruis Põtificis, cogna-
* 18.6. tus eius cuius abſcidit Petrus auriculam,
Nónne ego te vidi in horto cum illo?
27 Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim
gallus cantauit. 28 Adducũt ergo Ieſum
* ad Caiphã MS. August. à Caipha in prætoriũ. Erat autẽ manè:
Mat.27.a.2 Mar.15.a.1 & ipſi non introierunt in prætorium, [e] vt
Luc.23.a.1 Act.10.d.28 non contaminarentur, ſed vt manduca-
& 11.a.3 rẽt paſcha. 29 Exiuit ergo Pilatus ad eos
foras, & dixit, Quam accuſationẽ affertis
aduerſus hominem hunc? 30 Reſpõde-
runt, & dixerunt ei, Si non eſſet hic ma-
lefactor, non tibi tradidiſſemus eum.

X 31 Dixit

a *De diſcipulis ſuis, & de doctrina.*] Ex altero captans commoditatem damnandi illum crimine ſeditionis, vt nouarũ rerum molitorem; ex altero verò nouæ & ſuperſtitioſæ doctrinæ illum arguendi aut infamandi; atque ita alterutro nomine vel vtroque, inuiſum ac damnabilem conſtituendi cum populo tum Romanis ipſis & Herodianis.

b *Palam locutus ſum.*] vnico reſponſo vtramque captionem euertit.

c *Vnus aſſiſtens miniſtrorum.*] qui eo modo & gratiam Pontificis & Sacerdotum inire, & ſimul etiam ſibi cauere poſſe putauit, vtpote qui exiſtimarat ſe vnum eſſe ex iis quos Ieſus indicabat, *Ecce hi ſciunt quæ dixerim ego*: & volebat ſe exemptum ab illa nota, vt ipſis videbatur, ſibi apud Pontificem & concilium illud incommoda futura

d *Et miſit eum.*] Miſerat eum anteà ligatum, ita vt adductus ad ipſum fuerat. eſt Epanalepſis; nihil, inquam, decretum aut actum fuerat ab Anna, niſi vt ligatus duceretur ad Caipham.

e *Ut non contaminarentur.*] adeuntes vltrò gentilem hominem, cuius conſuetudo iuxta illorum traditionem poterat illos polluere, & indignos reddere conuiuio illo ſolenni calices triplicis benedictionis qui obſeruabatur ab illis per illos Paſchatis dies. Licebat autem alloqui gentilem in publico, ſed non in priuato loco, per illos ſacros obſeruandosque dies, vt habetur per totum tractatum De communicationibus in repetitionibus & in ea quæ vocatur integra.

31 Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eũ vos,
& ſecundum legem veſtram iudicate eũ. F
Dixerũt ergo ei Iudæi, [a] Nobis non licet
interficere quẽquam. 32 [b] Vt ſermo Ieſu *Mat.20.c.19*
impleretur quem dixit, ſignificans qua
morte eſſet moriturus. 33 Introiuit ergo *Mat.27.b.11 Mar.15.a.2*
iterum in prætorium Pilatus: & vocauit *Luc.23.a.4*
Ieſum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum?
34 Reſpondit Ieſus, A temetipſo hoc di-
cis, an alij dixerunt tibi de me? 35 Re-
ſpõdit Pilatus, Nũquid ego Iudæus ſum?
Gens tua, & Pontifices tradiderunt te
mihi: quid feciſti? 36 Reſpondit Ieſus,
Regnum meum non eſt de hoc mundo.
ſi ex hoc mundo eſſet regnum meũ, mi-
niſtri mei vtique decertarent vt non tra-
derer Iudæis. nũc autem regnum meum
non eſt hinc. 37 Dixit itaque ei Pilatus, G
Ergo rex es tu? Reſpondit Ieſus, [c] Tu dicis,
quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum,
& ad hoc veni in mundum, vt teſtimo-
nium perhibeam veritati: omnis qui eſt
ex veritate, audit vocem meam. 38 Dicit
ei Pilatus, [d] Quid eſt veritas? Et cùm hoc
dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & di-
cit eis, Ego [e] nullam inuenio in eo cau-
ſam. 39 Eſt autem conſuetudo vobis vt *Mat.27.c.15 Mar.15.a.6 Luc.23.c.17*
vnum dimittam vobis in paſcha: vultis
ergo dimittam vobis [f] regem Iudæorum?
40 Clamauerunt ergo rurſum omnes, di-
centes, Non hunc, ſed Barabbam. Erat
autem Barabbas latro.

a *Nobis non licet.*] per leges Romanas interficere. ergo iam iudicatum à ſe indicabant & dignũ morte pronuntiatũ.

b *Vt ſermo Ieſu impleretur.*] Dixerat enim Ieſus ſe à principibus ſacerdotum condemnatum iri, ac deinde traditũ Gentibus ad illudendum, flagellandum & crucifigendum.

c *Tu dicis.*] vt tu dicis, ita eſt, regẽ me eſſe; ſed regem natum in mundo, ad teſtimonium perhibendum veritatis; veritatis, inquam, quòd ſit regnũ aliud non ex hoc mundo, & quòd ego ſim rex in illo, & Deus pararit regnũ illud ſuis: & vt à regno huius mundi homines ad illud alterum præſtantiſſimum cogitationes & ſtudia ſua traducant.

d *Quid eſt veritas?*] Quamobrem & tu hæc pateris, & ab iſtis adeo vexaris, & mihi traderis vt malefactor occidẽdus: quidnã eſt hoc, vt auctoritate mea abuti velint iſti, in te qui legibus noſtris nullum ſupplicium mereris?

e *Nullam inuenio in eo cauſam.*] Nullum argumentum criminis aut iudicij vt de capite eius agatur, quod genus ad meũ forum pertinet.

f *Regem Iudæorum.*] Appellatus eſt Ieſus à Gentili prætore *Rex Iudæorum*, nullam exiſtimante Romani imperij offenſionem in illo regno eſſe. Ita teſtimonium habuit dignitatis ac muneris ſui ab homine publico miniſtro ethnico, & quandam etiam apertam confeſſionem apud Iudæos, a quibus tamen receptus non eſt.

CAP.

## CAP. XIX.

A TVnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum,
& flagellauit. 2 Et milites plectentes
Mat.27.c.27 Mar.15.b.16 coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti
eius: & veſte purpurea circundederunt
eum. 3 Et veniebant ad eum, & dicebāt,
Aue rex Iudæorum. & dabant ei alapas.
*ergo R.S.S. 4 Exiuit *iterum Pilatus foras, & dicit eis,
Ecce adduco vobis eũ foras, a vt cognoſ-
catis quia nullam inuenio in eo cauſam.
*foras R.S.S. 5 Exiuit ergo Ieſus *portans coronam ſpi-
neam, & purpureum veſtimentum. Et
dicit eis, Ecce homo. 6 Cùm ergo vidiſ-
ſent eum pōtifices & miniſtri, clamabāt,
*6 MS. eq. dicētes, Crucifige, crucifige *eum'. Dicit
eis Pilatus: Accipite eũ vos, & crucifigite.
ego enim non inuenio in eo cauſam.
7 Reſponderunt ei Iudæi, Nos legem ha-
*noſtram MS.R.S.S. bemus: & b ſecũdum legem *debet mori,
B quia filium Dei ſe fecit. 8 Cùm ergo au-
diſſet Pilatus hunc ſermonem, c magis ti-
muit. 9 Et ingreſſus eſt prætorium iterũ:
& dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autē
reſponſum non dedit ei. 10 Dicit ergo
ei Pilatus, d Mihi nō loqueris? neſcis quia
"crucifigēdi MS. poteſtatē habeo "crucifigere' te, & pote-
"dimittendi MS. ſtatem habeo "dimittere' te? 11 Reſpōdit
Ieſus, Nō haberes poteſtatem aduerſum
me vllam, e niſi tibi datum eſſet deſuper.
Propterea qui me tradidit tibi, maius
*Et MS.S. peccatum habet. 12 *Exinde quærebat
Pilatus dimittere eum. Iudæi autem cla-

a *Vt cognoſcatis.*] ex mea definitione & ſententia cognoſcetis me nullam inuenire in eo cauſam, vel Romani imperij læſi aut offenſi, vel publicæ rei perturbatæ vel ſceleris admiſſi: imò huiuſmodi regnum, quale illius eſſe intelligo, ipſi facilè admitto.

b *Secundum legem debet mori.*] Nullum eſt caput in lege, quo ſingulariter caueatur, ne quis ſeſe Filium Dei profiteatur: ſed callida iuris interpretatione hoc argumentum relatum eſt ad caput de Blaſphemia. Nam ex capite de falſo Propheta crimen cōſtitui iam non poterat, re explorata toties que comprobata

c *Magis timuit.*] Antea timebat ne innocentia condemnaretur hominis innoxij. audito verò ſermone illo, timuit ne impiè Deum ipſum offenderet, ſi maius aliquid homine ille eſſet. Non videbatur homini ethnico impoſſibile Deum ſub humana imagine in terris ver[illegible]

d *Mihi non loqueris.*] clarè & apertè pr[illegible] poſſes apud me quisnam ſis, vnde [illegible] agas, quid velis, defendere te à m[illegible] & inuidis, ſi quos tales erga te [illegible]xiſtimas. nam poſſum te crucifigere [illegible], & dimittere ſi velim: neque pr[illegible]hebor ab vllo cùm nō doceatur facinus aliquod per te admiſſum: neque erit qui mihi opponat te cruci affixum iniuſtè, cùm ita poſcatis ab omnibus. Ergo loquere apertè & clarè omnia, vt ego vti poſſim poteſtate mea apertius. Ita non minantis, ſed prouocantis Ieſum ad ſeſe defendendũ iudicis oratio videtur.

e *Niſi tibi datum eſſet deſuper.*] Significabat Ieſus hæc omnia diuino conſilio fieri ad mundi ſalutem: quod conſiliũ ipſe inuertere nollet ſeſe defendendo, videret autem iudex quid ageret, & quemadmodum vteretur poteſtate ſibi à Deo collata: peccaturum illum quidem qui ſententiam aduerſus innocentem contra conſciētiam ferret: ſed magis peccaturos eos, qui [illegible] ſententiam non ex metu & turbatione, vt ab illo, ferenda erat, ſed ex iniquiſſimo odio & maleuolo animo malaque mēte vl[illegible] poſtularent & efflagitarent. Du[illegible] [illegible] voluntatum & mentium augere vel minuere peccatũ, hinc apertè liquet.

mabant, dicentes, Si hunc dimittis, non C
es amicus Cæſaris. omnis* qui ſe regẽ fa- *enim MS. Aug. 2.
cit, contradicit Cæſari. 13 Pilatus autem
cùm audiſſet hos ſermones, a adduxit fo-
ras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco
qui dicitur Lithóſtrotos, Hebraicè autẽ
Gabbatha. 14 Erat autem paraſcéue Pa-
ſchæ, hora quaſi ſexta: & dicit Iudęis, Ec-
ce rex veſter. 15 Illi autem clamabant,
Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pila-
tus, Regẽ veſtrum crucifigã? Reſponde-
runt Pontifices, Non habemus Regem,
niſi Cæſarem. 16 Tunc ergo tradidit eis
illum, vt crucifigeretur. Suſceperunt au-
tem Ieſum, & eduxerunt*. 17 Et baiulãs *cum 3 MS. S.
ſibi crucẽ exiuit in eum qui dicitur Cal- *Mat. 27. d. 33*
uariæ locũ, Hebraicè* Golgotha: 18 vbi *Mar. 15. b. 22* *Luc. 23. e. 33* *autem MS.
crucifixerunt eum, & cum eo alios duos *Aug. 5.*
hinc & hinc, medium autem Ieſum.
19 Scripſit autem & titulum Pilatus, & D
poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptũ,
Ieſus Nazarenus Rex Iudæorũ. 20 Hunc
ergo titulum multi Iudæorum legerunt:
quia prope ciuitatem erat locus, vbi cru-
cifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptũ Hebrai-
cè, Græcè & Latinè. 21 Dicebant ergo
Pilato Pontifices Iudæorum, Noli ſcri-
bere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit,
Rex ſum Iudæorum. 22 Reſpondit Pila-
tus, Quod ſcripſi, ſcripſi. 23 Milites er-
gò cũ crucifixiſſent eum, acceperũt b ve- *Ieſum MS. 2. S.
ſtimenta eius (& fecerũt quatuor partes:
vnicui-

a *Adduxit foras Ieſum.*] vt ſpectaculo ipſo capitis innocentiſſimi, & indignis modis affecti, populum moueret ad miſericordiam, & ad meliorem cogitationem: maximè cùm ipſe teſtaretur illum ipſis curæ eſſe debere, vtpote Iudæum, non Ethnicum; & Iudæorum regem, cùm populus aliàs ſemper de Rege ac Meſſia ſuo ſtudioſè loqueretur. Atque ita effectum eſt vt Ieſus, qui publicę ſalutis cauſa Deo oblatus erat, publicè ad crucifigendum traderetur, & res tanta vel ab inimicis vel ab vllo alio negari non poſſet aut oppugnari.

b *Veſtimenta eius & tunicam.*] Cùm veſtimenta alia detraxiſſent, etiam infimam tunicam relinquere illi noluerunt; ſed ſtudioſè detraxerunt, vt omnino nudus moreretur. Et tunicã ipſã cupidè expetierunt, adeò vt ſorte iacta vnuſquiſque ſibi ceſſuram ſperarit. Atque his rationibus omnia quę de Chriſto ſcripta fuerant, implebantur.

vnicuique militi partem ) & tunicã. Erat
autem tunica inconſutilis, deſuper con-
texta per totum. 24 Dixerunt ergo adin-
E uicẽ, Nõ ſcindamus eã, ſed ſortiamur de
illa cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur, di-
Mat. 27. d. 35 Mar. 15. c. 24 Luc. 23. e. 34 Pſa. 21. c. 19 cens, Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi: &
ſuper MS. "in' veſtem meã miſerunt ſortẽ.[a] Et mili-
tes quidem hæc fecerunt. 25 Stabant au-
tem iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror
matris eius, Maria Cleopę, & Maria Ma-
gdaléne. 26 Cùm vidiſſet ergo Ieſus ma-
aſtantem A.C.S. trem & diſcipulũ "ſtantem' quem dilige-
bat, dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius
tuus. 27 Deinde dicit diſcipulo, Ecce
mater tua. Et ex illa hora accepit eã diſ-
ille MS. C. S. ſuam MSq. cipulus * [b] in "ſua'. 28 Poſteà ſciens Ieſus
[c] quia omnia iam conſummata ſunt, vt
Pſa. 68. c. 22 conſummaretur ſcriptura, dicit, Sitio.
29 Vas ergo erat poſitum aceto plenũ. Illi
autem ſpongiã plenã aceto, hyſſopo cir-
cũponẽtes, obtulerunt ori eius. 30 Cùm
ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, [d] Con-
ſummatum eſt. Et inclinato capite tradi-
F dit ſpiritum. 31 Iudæi ergo (quoniã Pa-
raſcéue erat) vt non remanerent in cruce
corpora ſabbatho ( erat enim magnus
dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatũ vt
frangerentur eorum crura, & tollerẽtur.
32 Venerunt ergo milites: & primi quidẽ
fregerũt crura, & alterius qui crucifixus
eſt cum eo. 33 Ad Ieſum autem cùm ve-
niſſent, vt viderunt eum iam mortuum,

a *Et milites quidem hæc fecerunt.*] Fecerunt quæ inter ſe conſtituerant, vt veſtes partirentur, & tunicam ſiue ſubuculam ſorti permitterent.

b *In ſua.*] in ſuam habitationem & cuſtodiã, vt ipſi miniſtraret more filij, atque adeò ardentiore etiam ſtudio & maiore pietate.

c *Quia omnia iam conſummata ſunt.*] Cętera omnia quæ prædicta erant à Prophetis, decreta prius diuino conſilio; & vnum illud ſupererat, quod ſtatim exponetur.

d *Conſummatum eſt*] quidquid de me decretum ſcriptumque fuerat.

non fregerũt eius crura: 34 ſed vnus mi-
litum lancea latus eius aperuit, & conti-
nuò exiuit [e] ſanguis & aqua. 35 [f] Et qui
vidit, teſtimoniũ perhibuit: & verum eſt
teſtimoniũ eius. Et ille ſcit quia vera di-
cit: vt & vos credatis. 36 Facta ſunt enim
hæc [g] vt ſcriptura impleretur, Os non cõ- *Exo. 12. f. 46 Num. 9. b. 12*
minuetis ex eo. 37 Et iterũ alia ſcriptura *Zac. 12. c. 10 Mat. 27. g. 57*
dicit, [h] Videbunt in quem transfixerunt. *Mar. 15. d. 42 Luc. 23. g. 50*
38 Poſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph G
ab Arimathæa (eo quòd eſſet diſcipulus
Ieſu, occultus autem propter metum Iu-
dæorũ) vt tolleret corpus Ieſu. Et permi-
ſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corp⁹ Ieſu.
39 Venit autẽ & Nicodêmus, qui venerat *Sup. 3. a. 1*
ad Ieſum nocte primùm, ferens mixturã *& 7. g. 50.*
myrrhæ & aloës, quaſi libras centum.
40 Acceperunt ergò corpus Ieſu, & liga-
uerũt illud linteis cum aromatibus, ſicut
mos eſt Iudæis ſepelire. 41 Erat autẽ in
loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto
monumentum nouum, in quo nondum
quiſquã poſitus erat. 42 ibi ergò propter
Paraſcéuen Iudæorum, quia iuxtà erat
monumentum, poſuerunt Ieſum.

e *Sanguis & aqua.*] Sanguis quo expiati & mũdati ſunt credẽtes: *& aqua*, cuius virtute recreati, & ad vitæ nouitatem regenerati ſunt.

f *Et qui vidit*] ea omnia quæ facta ſunt à principio. nam ſecutus eſt Ieſum ab horto vſque ad Caluariæ locum. Fuit in domo Põtificis, interfuit iudicio publicè facto per Pontium Pilatum, interfuit morti Ieſu vſque ad vltimum, obſeruauit ſingulas res & verba omnia. Vidit tandem illum mortuum, & lãcea perfoſſum vſque ad interna prçcordia, in quibus aqua continetur.

g *Vt ſcriptura impleretur.*] quæ verè in figura fuerat obſeruata; ſed nondum plena vſque ad figuratum.

h *Videbunt in quem transfixerunt.*] in eum quem ſola transfixione occiderunt: atque ita conuenit cum ſcriptura quòd anteà inuenirent mortuum, quàm os illius frangere poſſent. Prohibiti ergo ſunt diuino conſilio & iudicio, quanquam ipſis tunc occulto.

## CAP. XX.

VNa [a] autem ſabbathi, Maria Magda- *Mat. 28. a. 1*
léne venit manè, cùm adhuc tenebræ *Mar. 16. a. 1 Luc. 24. a. 1*
eſſent, ad monumẽtum: & vidit lapidem A
ſublatum à monumento. 2 Cucurrit er-
go, & venit ad Simonẽ Petrum, & ad aliũ
diſcipulum quem amabat Ieſus: & dicit
illis,

CAP. XX.

a *Vna autem ſabbathi.*] prima die poſt Sabbathum. *manè, cum adhuc tenebræ eſſent*: nam à fine præteriti diei, hoc eſt, à crepuſculo veſpertino, incipit prima illa dies poſt ſabbathum, ſiue poſtera ſabbathi.

illis, Tulerunt Dominũ de monumẽto,
& neſcimus vbi poſuerunt eum. 3 Exiit
ergo Petrus & ille alius diſcipulus,& ve-
nerunt ad monumentum. 4 Currebant
autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus
[b] præcucurrit citius Petro,& venit primus
ad monumẽtum. 5 [c] Et cùm ſe inclinaſ-
ſet, vidit poſita linteamina: [d] non tamẽ in-
troiuit. 6 Venit ergo Simõ Petrus ſequẽs
B eũ, & introiuit in monumẽtum, & vidit
linteamina poſita, 7 & ſudarium quod
fuerat ſuper caput eius, non cum lintea-
minibus poſitum, ſed ſeparatim inuolu-
tum in vnũ locum. 8 Tunc ergò introi-
uit & ille diſcipulus qui venerat primus
ad monumentum: [e] & vidit, & credidit.
9 nondum enim ſciebãt ſcripturam, quia
*oportere* MS. "oportebat" eum à mortuis reſurgere.
10 Abierunt ergo iterum diſcipuli [f] ad ſe-
*Mat.*28.*a.*1 metipſos. 11 Maria autẽ ſtabat ad mo-
C numentũ [g] foris, plorans. [h] Dũ ergo fleret,
*Mar.*16.*a.*5 *Luc.*24.*a.*4. inclinauit ſe, & proſpexit in monumẽtũ:
*videt 1 MS. G.S. 12 & "vidit" duos angelos [i] in albis, [k] ſedẽ-
tes: vnum ad caput, & vnũ ad pedes, [l] vbi
poſitum fuerat corpus Ieſu. 13 Dicũt ei
*Et MS. G.S. illi, Mulier, quid ploras?* Dicit eis, Quia
tulerũt Dominum meum: & neſcio vbi
poſuerunt eum. 14 Hæc cùm dixiſſet,
cõuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtã-
tem: & nõ ſciebat quia Ieſus eſt. 15 Dicit
D ei Ieſus, Mulier, [m] quid ploras? quẽ quæ-
ris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet,

b *Præcucurrit citius Petro.*] quia iunior erat.

c *Et cùm ſe inclinaſſet.*] Erat enim ſepulchrum in antri vel cubiculi formam exciſum.

d *Non tamen introiuit.*] iuuenili celeritate, quòd ea ætas facilè moueatur ad aſſentiendum vel diſſentiendũ: viſumque eſt illi ſatis eſſe videre linteamina poſita: atque ita ſecum ſtatuit, ſic eſſe vti dictum ipſis fuerat. Petrus verò, vt ſenior, introiuit, conſpexit, obſeruauitque omnia accuratiſſimè. Vidit autem manifeſta ſigna reſurrectionis Ieſu, quòd omnia compoſita eſſent, & non temerè iacentia, vt fieri ſolet dum aliquid à furibus rapitur.

e *Et vidit, & credidit.*] Credidit illum reſurrexiſſe, qui raptum aut ablatum exiſtimauerat.

f *Ad ſemetipſos.*] ad collegium proprium ſuorum.

g *Foris.*] non longè à rupe ipſa exciſa in cubiculi formam, vt iam expoſuimus.

h *Dum ergo fleret.*] Ex deſiderio oriebatur fletus, ex eodem deſiderio excitata eſt voluntas reuiſendi ſepulchrum interius.

i *In albis.*] Albatos Latinè, ſiue albo amictos.

k *Sedẽtes.*] In monumẽto erat ſcamni forma ex ipſo lapide exciſi. Podium architecti vocant.

l *Vbi poſitum fuerat.*] vbi iacuerat, & iam iacere deſierat.

m *Quid ploras? quem quæris?* Fuit adeò blãda & lenis hæc interrogatio, vt Mariæ ſpem fecerit inueniendi quod quærebat, exiſtimanti forſitan ab illo ſublatum corpus, nolente vt ſepulchrum ab aliquo occuparetur.

dicit ei, Domine,ſi tu ſuſtuliſti eum, di-
cito mihi vbi poſuiſti eum: & ego eum
tollam. 16 Dicit ei Ieſus,[a] Maria.[b] Con-
uerſa illa dicit ei,[c] Rabboni(quod dicitur,
Magiſter.) 17 Dicit ei Ieſus,Noli me tã-
gere,nondũ enim aſcendi ad Patrẽ meũ:
vade autem [d] ad fratres meos, & dic eis,
Aſcendo ad[e] Patrẽ meũ & Patrẽ veſtrũ,
[f] Deũ meũ & Deum veſtrum. 18 Venit
Maria Magdaléne annuntiãs diſcipulis,
Quia vidi Dominũ, & hæc dixit mihi.
19 Cùm ergo ſerò eſſet die illo, vna ſab- *Mar.16 c.14 Luc.24.e.36 1 Cor.15.a.5*
bathorũ,& fores eſſent clauſæ,vbi erant E
diſcipuli cõgregati propter metũ Iudæo-
rũ: venit Ieſus,& ſtetit in medio,& dicit
eis, Pax vobis. 20 Et cùm hoc dixiſſet,
oſtẽdit eis[g] manus & latus.Gauiſi ſunt er-
go diſcipuli viſo Domino. 21 [h] Dixit er-
go eis * iterũ, Pax vobis.[i] Sicut miſit me *Ieſus 2. G.S.
Pater,& ego mitto vos. 22 Hoc cũ dixiſ-
ſet,[k] inſufflauit: & dicit eis,[l] Accipite Spi-
ritum ſanctũ: 23 quorũ remiſeritis pec- *Mat.18.c.18*
cata, remittũtur eis: ⁻ & quorũ retinueri- ⁻ Ms.e.
tis,retenta ſunt. 24 Thomas autẽ vnus ex
duodecim,qui dicitur Didymus,nõ erat F
cum eis quãdo venit Ieſus. 25 Dixerunt
ergo ei alij diſcipuli, Vidimus Dominũ.
Ille autẽ dixit eis,[m] Niſi videro in manibus
eius fixurã clauorum, & mittã digitum figuram 4 Ms.e.
meum

a *Maria.*] Vocis ſono & nominis ſui appellatione excitata, agnouit Ieſum; quem pre mœſtitudine nec intentè antea aſpexerat, nec cognoſcere omnino potuerat. Tenebãtur enim aliquo modo oculi illius ne ipſum agnoſceret.

b *Conuerſa illa.*] attentè intuita ipſum.

c *Rabboni.*] Hebraica vox eſt, nõ Syrica, quæ ad verbum ſignificat *Magne mi*, ſiue *maxime mi*: quæ ſignificatio in Latino nomine *magiſtri* continetur. Intellexit Maria Ieſum Chriſtum iam à mortuis reſuſcitatum, ſeſe verè & realiter inſinuaturum ac donaturum ſuis; ita vt quotquot illum tangerent ac tenerent, ſeruarentur ac ſanctificarẽtur. ſed modum illum tangendi & habendi Chriſtum neſciebat. Ideò à Ieſu monita eſt ne ipſum tangeret ac teneret ad ſuam ſanctificationem, ac doctrinæ illius arcanæ & ſpiritualis perceptionem: quia hoc preſtandũ erat illis poſtquam ipſe ad Patrem ſuum aſcenderet, miſſurus Spiritũ ſanctum in ſuos, cuius virtute & efficientia illi efficerẽtur filij Dei, membraque viua Chriſti.

d *Ad fratres meos.*] Apoſtolos ac diſcipulos meos, quos Patri meo in filios adoptandos curaui, & in poſſeſſione huius dignitatis conſtitui iam paro.

e *Patrem meum & Patrem veſtrum.*] qui vt me agnoſcit Filium, ſic vos mihi cõiunctos tanquam membra viua corporis mei myſtici agnoſcet.

f *Deum meum.*] Expoſitio eſt, qua docetur quis ſit Pater; Deus, inquam, qui caput Chriſti eſt, ipſumque Filium pro peccatis mundi tradidit; eũdem etiam ex mortuis reſurgentem ſuſcepit gloria & honore iam iam coronaturus.

g *Manus & latus.*] apertis vulneribus, iiſque recentibus, tamen veluti gẽmis lucentibus ac planè glorificatis, teſtimonio certiſſimo quòd & cruci affixus fuiſſet, & reſurrexiſſet.

h *Dixit ergo eis iterum.*] Prior ſalutatio ad agnitionem ipſius ſpectabat: poſterior ad prooemium legationis quam illis committere volebat, oſtenſioneque voluntatis ſuæ de legatione illa.

i *Sicut miſit me Pater.*] in lapidem probatum angularem iis qui crediderint & obedierint, & in petram ſcandali iis qui non crediderint; ſic ego mitto vos Euangelij mei legatos, virtute ac poteſtate ſimili præditos & inſtructos.

k *Inſufflauit.*] Hac actione teſtatus poteſtatem ſuam ipſius illis cõmunicari.

l *[illegible]*] ædificationis & miniſterij ad exercendam virtutem Euangelij, vt remitterent peccata per virtutem ſuam ipſius Euangelijque ſui, iis qui crediderint & obedierint verbo Euangelij gloriæ Chriſti; incredulis autem infidelibus & impœnitentibus retinerent, hoc eſt, ipſos in peccatis ſuis manere ſinerent. Hic eſt manifeſta clauium auctoritas Eccleſiæ, ac legitimis Eccleſiæ miniſtris Apoſtolorum ſucceſſoribus tradita.

m *Niſi videro.*] Vtiliſſima poſteris fuit hæc Thomæ ad credendum difficultas.

meum in locum clauorum, & mittam
manum meam in latus eius: nõ credam.
26 Et poſt dies octo, iterum erant diſci-
puli eius intus, & Thomas cum eis. Ve-
nit Ieſus [n] ianuis clauſis, & ſtetit in me-
G dio, & dixit, Pax vobis. 27 Deinde dicit
Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vi-
de manus meas; & affer manum tuam,
& mitte in latus meum: & noli eſſe in-
credulus, ſed fidelis. 28 Reſpondit Tho-
mas, & dixit ei, [o] Dominus meus & Deus
meus. 29 Dicit ei Ieſus, Quia vidiſti me
‹ ut Aug. a.3. › Thoma, credidiſti: beati [p] qui non vi-
Inf.21.d.25 derunt & crediderunt. 30 [q] Multa quidẽ
& alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſ-
cipulorum ſuorum, quæ nõ ſunt ſcripta
in libro hoc. 31 Hæc autem ſcripta ſunt,
[r] vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius
Dei: & vt credentes, vitam habeatis in
nomine eius.

## CAP. XXI.

*diſcipulis 4 ut.R.G.S. POſtea manifeſtauit ſe iterũ Ieſus * ad
A mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem
ſic: 2 Erant ſimul Simon Petrus & Tho-
Sup.1.g.45 Mat.4.c.21 Mar.1.b.19 mas qui dicitur Didymus, [a] & Nathanaël
qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedęi,
& alij ex diſcipulis eius duo. 3 Dicit eis
Simon Petrus, Vado piſcari. Dicunt ei,
Venimus & nos tecũ. Et exierũt & aſcen-
derunt in nauim: & illa nocte nihil prẽ-
diderunt. 4 Manè autem iam facto ſte-
tit Ieſus in litore: non tamẽ cognouerunt
diſci-

n *Ianuis clauſis.*] Hæc oratio virtutem & efficacitatem maximam planeq; diuinam omnipotentiã corpori Ieſu iam communicatam probat, nullam priuationem arguit ex verborum vi.

o *Dominus meus & Deus meus.*] Thomæ fides hoc loco non tam de reſurrectione fuit, quã de hac veritate quòd Ieſus eſſet Dominus ſuus & Deus ſuus, qui beare & augere poſſet ipſum, cui ſeſe totum tradidit, vti Domino, gubernandum; & commẽdauit, vti Deo, ſaluandum.

p *Qui non viderunt, & crediderunt.*] Crediderunt me eſſe Dominum ac Deum ſecundum operationem virtutis Dei, hi enim reipſa beati ſunt. Hoc loco præterita verba abſoluuntur à tempore. Oportet autem credere prius fide, per Deum poſtulata, cuius facultatem habet ab ipſo quicunque habere voluerit, & hoc eſt initium & via ad beatitudinem, fides videlicet cum bonis & honeſtis operibus, hoc eſt, cum pœnitentiæ fructibus: deinde ſequitur illud donum Dei, quo Spiritus ſanctus infuſus in credentium animis, multo illuſtriorem Chriſti cognitionem efficit: & hoc eſt vitæ æternæ ſignaculũ; quod qui habent, à Deo beati dicũtur optimo iure.

q *Multa quidem & alia ſigna*] teſtantia ipſum reſurrexiſſe & viuere, ipſumque eſſe omnium Dei promiſſorum complementum.

r *Vt credatis.*] Credatis Euangelio gloriæ eius, & credentes obedientesque illi recipiatis ipſum, atque ita receptũ credatis experimento virtutis illius in vobis cognito ipſum eſſe vnctũ in propitiatorem & propitiationem pro peccatis noſtris. Atque hac fide præſtantiſſima inſtructi, habeatis vitam æternam ex cognitione Patris eius, & ipſius etiam Filij: idque habeatis in virtute & efficacitate eius: namque hoc donũ Dei eſt, quod hominibus per ipſum datur.

CAP. XXI.

a *Et Nathanaël.*] alias Bartholomæus dictus.

a *Pulmentarium* ] obſonij aliquid.

b *In dexteram nauigij.* ] Loci notatio, & temporis breuitas miraculum probat.

c *Prunas poſitas.* ] Aliud miraculum, magnam Ieſu Chriſti erga ſuos prouidentiam ſignificans.

d *Centum quinquaginta tribus.* ] Multiplex miraculum ſimul, piſcium copia, magnitudo omnium, præter conſuetudinem piſcationum retis integritas, iam regnum cælorum maximis plurimiſque viuentibus hominibus implendum multis populis commune propediem fore ſignificabat.

e *Diligis me plus his?* ] Confirmatur amor Petri erga Chriſtum, ipſius Petri confeſſione indicatur amor Chriſti ardentiſſimus erga oues, quarum paſcendarum cura Apoſtolis, & Petro, vt ſeniori inter Apoſtolos, præcipuè commendatur præſentibus aliis: idque tertium ſit manifeſta expoſitione voluntatis & cõſilij Trinitatis de hac re. Oues meas nomine Patris mei tibi commẽdo, agnos meos nomine meo tibi cõmẽdo, oues meas nomine Spiritus ſancti tibi commẽdo paſcendas verbo doctrinæ & vitæ, ita vt animam etiam tuam ponas pro hoc miniſterio.

diſcipuli quia Ieſus eſt. 5 Dicit ergo eis
Ieſus, Pueri, nunquid a pulmentarium
habetis? Reſpõderunt ei, Non. 6 Dicit
eis, Mittite b in dexteram nauigij rete: & Luc. 5.a.4
inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non
valebant illud trahere præ multitudine
piſcium. 7 Dicit ergo diſcipulus ille quẽ
diligebat Ieſus, Petro, Dominus eſt. Si-
mõ Petrus cùm audiſſet quia Dominus
eſt: tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) B
& miſit ſe in mare. 8 Alij autem diſci-
puli nauigio venerunt (non enim longè
erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis)
trahẽtes rete piſcium. 9 Vt ergo deſcen-
derunt in terram, viderunt c prunas poſi-
tas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.
10 Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus quos
prẽdidiſtis nunc. 11 Aſcendit Simon Pe-
trus, & traxit rete in terram, plenum ma-
gnis piſcibus, d centum quinquaginta tri-
bus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum
rete. 12 Dicit eis Ieſus, Venite, prandete.
Et nemo audebat "diſcumbẽtium' inter- *diſcentium 1 MS.
rogare eum, Tu quis es? ſciẽtes quia Do- *diſcipulorum G.S.
minus eſt. 13 Et venit Ieſus, & "accipit' *accepit MS. [illegible] G.S.
panem & "dat' eis, & piſcem ſimiliter. *dabat MS.
14 Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus C
diſcipulis ſuis, cùm reſurrexiſſet à mor-
tuis. 15 Cùm ergo prandiſſent, dicit Si-
móni Petro Ieſus, Simon "Iohannis', e di- *Iona & ſic infra 2 MS. G.S.
ligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domi-
ne: tu ſcis quia amo te. Dicit ei, Paſce

agnos

agnos meos. 16 Dicit ei iterum, Simon
"Iohannis', diligis me? Ait illi, Etiam
Domine: tu ſcis quia amo te. Dicit ei,
Paſce agnos meos. 17 Dicit ei tertiò, Si-
mon "Iohannis', amas me? Contriſtatus
eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me?
noſti MS. G. & dixit ei, Domine, tu omnia "ſcis': tu
Ieſus 1 MS. G.S. ſcis quia amo te. Dicit ei*, Paſce oues
2 Pet. 1. c. 14 meas. 18 Amen, amen dico tibi, cùm
eſſes iunior [f] cingebas te, & ambulabas
vbi volebas. cùm autem ſenueris, exten-
des manus tuas, & alius te cinget, & du-
tu MS q. cet [g] quò * non vis. 19 Hoc autem dixit,
D ſignificās qua morte clarificaturus eſſet
Deum. Et cùm hoc dixiſſet, dicit ei,
[h] Sequere me. 20 Conuerſus Petrus,
vidit illum diſcipulum quem dilige-
Sup. 13. c. 13 bat Ieſus, ſequentem, qui & recubuit
in cœna ſuper pectus eius, & dixit,
Domine, quis eſt qui tradet te?
21 Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, di-
cit Ieſu, Domine, hic autem quid?
Si MS. G.S. Si ſic 2 MS. Hier. l. 1. in Iouinianum. 22 Dicit ei Ieſus, "Sic' eum volo mane-
re donec veniam, quid ad te? tu me ſe-
quere. 23 Exiuit ergo ſermo iſte inter
fratres, quia diſcipulus ille non moritur.
Et non dixit ei Ieſus, Non moritur: ſed,
Si 4 MS. G.S. "Sic' eum volo manere donec veniam,
Si ſic 3 MS. quid ad te? 24 Hic eſt diſcipulus ille
qui teſtimonium perhibet de his, &
ſcripſit hæc: & ſcimus quia verum eſt
teſtimonium

f *Cingebas te.*] Significauit Ieſus Petro maximi & fortiſſimi animi opus eſſe paſcere oues ſuas, eo modo quo Deus paſci vult; quippe oporteat nō ſe ſuasque res curare, ſed pro ſuſcepto munere propriam voluntatem abnegare ac libertatem, vitāque ſuam pro ſuis ouibus exponere. *Cingebas te*, parabasque ad viam, eo modo qui tibi videbatur, tuo arbitrio viuebas: *cum autem ſenueris*, & cingeris, & iter facies, non tuo arbitrio, ſed alieno.

g *Quo non vis.*] Non quòd grauiter & ægro animo laturus eſſet Petrus ſe rapi ad ſupplicium; ſed quòd id non ipſe vltrò facturus ſit, quanquam ſponte ſit paſſurus. Itaque tantum nobis hoc loco ſignificat oratio hæc, *quò non vis*, quantum illa, *quò alius voluerit*.

h *Sequere me.*] imitare me, qui pro ouibus meis animam poſui meam, & pro teipſo: tu etiam pro me ouibusque meis verbo vitæ paſcendis omnia perferto vſque ad vitæ finem.

teſtimonium eius.
25 Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quę ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos qui ſcribendi ſunt, libros. Sup. 20, 30

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS PLANTINVS ARCHITYPOGRAPHVS REGIVS ANTVERPIÆ, ANNO M. D. LXXV.

# ACTA APOSTOLORVM.

ACTA APOSTOLORVM, id eſt, Efficacitatis Euangelij per Apoſtolos enuntiati experimenta & exempla.

## CAPVT I.

A 1 PRIMVM[a] quidem ſermonē feci de omnibus, ô Theophile,[b] quæ cœpit Ieſus [c] facere & docere, 2 vſque in diē qua [d] præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, [e] quos elegit, aſſumptus eſt: 3 quibus & præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionem ſuā in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & [f] loquens de regno Dei.

Luc.24.g.49 4 Et [g] conueſcens, præcepit eis, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent

Ioh.14.d.16 [h] promiſſionem Patris, quam audiſtis

Mat.3.b.11 (inquit) per os meum: 5 [i] quia Iohannes

Marc.1.b.8 quidem baptizauit aqua, vos autem ba-

Luc.3.c.16 Ioh.1.d.26 Infr.11.c.16 19.a.4. ptizabimini Spiritu ſancto nō poſt multos hos dies. 6 Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes, Domine, ſi in tempore hoc [k] reſtitues regnū Iſrael?

B 7 Dixit autem eis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ Pater poſuit

Infr.2.a.2 4. in ſua poteſtate: 8 [l] ſed accipietis virtu-

Luc.24.g.48 Infr.2.c.32 tem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis

## CAPVT I.

a *Primum quidem ſermonem.*] Duabus narrationibus exponere aggreſſus fueram res omnes ad Chriſti Euangelium pertinentes, quarum altera eas contineret quæ Euangelij per ipſum enuntiationem, atque ſalutis humanæ procurationem & expeditionem ſpectāt; altera verò eas quæ ad ipſius Euangelij completionem & experimentum oſtēdendum faciunt. Prioris autem partis ratio explicata à me eſt in Euangelio meo: altera nunc exponetur in hoc libro, cuius inſcriptio eſt πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων, hoc eſt, Practica ſanctorum miſſorum, ad oſtendendam mundo Euangelij Chriſti virtutem & efficientiam.

b *Quæ cœpit Ieſus facere & docere.*] Omnes actiones operaque omnia, quæ Ieſus ante mortē & reſurrectionem ſuā fecit, inceptiones fuerunt eius rei, ad quam electus fuerat à Deo. nam quāquam vnaquæque actio in ſe quantum ex auctore & natura rerum ipſarum perfecta eſſet & abſoluta, tamen quantum ad abſolutum vſum hominum & præſtantem fructum incœpta fuerunt omnia illa priora; quorum finis abſolutiſſimuſque vſus in hominibus ſpectatus ſunt poſt miſſum Spiritum ſanctum, ipſius Ieſu Chriſti virtute & efficientia: quam rem Lucas ipſe apertè ſignificabat in Euangelij initio illis duobus verbis, Ordinare narrationem, quæ in nobis completæ ſunt rerum.

c *Facere.*] Non ſolùm virtutis cuiuſdam ſupremæ & vitæ ſanctitatis eximiæ exemplo, ſed miraculis edendis, in ſignum & confirmationem doctrinæ ſuæ, quæ doctrina veram ſacrorum Dei librorum ſententiam referebat.

d *Præcipiens Apoſtolis.*] quæ ad Apoſtolatus miniſterium auctoritatemque faciebant, per Spiritum ſanctum auctoritatis, poteſtatis, & miniſterij præſidem & miniſtratorem, diuiſionemque gratiarum & donorum efficientem.

e *Quos elegit.*] ad Apoſtolatus munus & officium.

f *Loquens de regno Dei.*] paulo poſt manifeſtando, apertéque exponens quo pacto regnum Dei, à ſe toties promiſſum, obtenturi eſſent; idque narratione explicuit.

g *Conueſcens.*] familiariterque illis congregatis in vnum multis diſcipulis agens.

h *Promiſſionem Patris.*] regnum Dei donum per Euāgelium ab ipſo Ieſu expoſitū, cuius ſumma deſcriptio eſt baptiſmus Spiritus ſancti, ſanctificantis homines ſanctitate & gloria filiorum Dei. Hoc promiſſum per Chriſtum ſolum præſtandum erat à Patre, non per veteris Teſtamenti legem, neque per Iohannem noui Teſtamenti præcurſorem; ſed per ipſum noui Teſtamenti [illegible] & mediatorem Chriſtum.

i *Quia Iohannes.*] baptizauit aqua in pœnitentiam ad expectationem regni cælorum; vos autem baptizabimini à me Spiritu ſancto in ſanctificationem, ad filiorum adoptionem accipiendam, & hæreditatem regni cælorum obtinendam.

k *Reſtitues regnum Iſrael.*] diſperſum per orbis regiones, reſtitues ne in gratiam Dei, & cōmunicationem vnius Eccleſiæ?

l *Sed accipietis virtutem.*] ſanctificationis qua ſanctificabimini.

[a] & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in Mar.16.d.19 Luc.24.g.51
omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad
vltimum terræ. 9 Et cùm hæc dixiſſet,
videntibus illis [b] eleuatus eſt: & nubes
ſuſcepit eum ab oculis eorum. 10 Cum-
que intuerentur in cælum eũtem illum,
ecce [c] duo viri aſtiterunt iuxta illos in ve-
ſtibus albis, 11 qui & dixerũt, [d] Viri Ga-
lilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? hic
Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cęlum,
[e] ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum
euntem in cælum. 12 Tunc reuerſi ſunt
Ieroſolymam à monte qui vocatur Oli-
ueti, qui eſt iuxta Ieruſalem, [f] ſabbathi
habens iter. 13 Et cùm introiſſent in
cœnaculum, aſcenderunt [g] vbi manebant C
Petrus & Iohannes, Iacôbus & Andreas,
Philippus & Thomas, Bartholomæus
& Matthæus, Iacôbus Alphæi & Simon
Zelótes, & Iudas Iacôbi. 14 hi omnes
erant [h] perſeuerantes vnanimiter in ora-
tione cum mulieribus & Maria matre
Ieſu, [i] & fratribus eius. 15 In diebus il- αὐτοῦ.
lis [k] exurgens Petrus in medio fratrum,
dixit (erat autem turba hominũ ſimul, nominum 1 MS.G.
ferè centũ viginti) 16 Viri fratres, [l] opor-
tet impleri ſcripturam quam prædixit Pſal.40.b.9 Ioh.13.b.18
Spiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, 18.a.3
(qui fuit dux eorum qui comprehende-
runt Ieſum: 17 [m] qui connumeratus erat
in nobis, & ſortitus eſt ſortem miniſterij
huius. 18 Et hic quidem [n] poſſedit agrũ Mat.27.a.7
de mercede

a *Et eritis mihi teſtes.*] viuo teſtimonio in vobis habito teſtabimini me eſſe Chriſtum & Filium Dei.
b *Eleuatus eſt*] propria virtutẽ & glorioſa corporis agilitate.
c *Duo viri.*] duo teſtes cæleſtes publicè conſpecti, qui legitimum teſtimonium præbuerunt. Albæ veſtes ſimplicitatem illam cæleſtium incolarum ſignificabant. nam ſummi & cæleſtis candoris eſt ſignum candidiſſimus color veſtium, gloriæque cæleſtis indicat ſpecimen.
d *Viri Galilæi.*] Argumentum eſt certæ rationis & cognitionis, atque denuntiationis futuræ certiſſimæ.
e *Sic veniet.*] Perinde certus erit aduẽtus eius inuiſibilis in vos qui in vobis viuat, atque certa eſt aſcenſio illius in cælum vobis ſpectantibus habet apertam & patẽtem ſibi viam eundi in cælum, & redeundi ad homines cum efficientia cæleſti & planè diuina in eos quos amat.
f *Sabbathi habens iter.*] Duo millia paſſuum eſt iter deambulationis Sabbathinæ, ita definitum in Miſnaioth & complemẽto tractatu De mutuationibus & communicationibus.
g *Vbi manebant.*] Aſcenderunt omnes viri illi in cœnaculum in quo anteà Apoſtoli omnes ſimul fuerant cùm Ieſus reſurgeret, & in eo manebant. erant autem tunc Apoſtoli vndecim, videlicet Petrus, &c.
h *Perſeuerantes vnanimiter in oratione.*] in precationibus, vt adimpleretur in ipſis promiſſum Patris, & conſtaret gloria veritatis Chriſti. conſtabāt autem ipſi in charitate, ſine qua Spiritus ſanctus accipi non poteſt.
i *Et fratribus eius.*] conſanguineis cognatis & propinquis Ieſu, qui Hebraici ſermonis vſu *fratres* dicuntur.
k *Exurgens Petrus.*] excitatus à Spiritu ſancto eiuſdem ſcripturæ auctore quã mox citauit.
l *Oportet impleri.*] ſcripturam quæ adhuc vacua manet ea parte qua de ſufficiendo Apoſtolo in locum eius qui periit, agitur.
m *Qui connumeratus erat in nobis.*] implebat numerum noſtrum electus à Chriſto, & ex ea electione ſortitus ſortem miniſterij Apoſtolatus.
n *Poſſedit agrum.*] Illa electione per inuidiam & auaritiam ſeſe ipſe priuauit ſua culpa, & acquiſiuit ſibi teſtimonium ſceleris ſui perpetuumq; monumẽtum: agrum videlicet ex iniquiſſima mercede illius pecunia emptum, quod vel ipſo nomine vulgariter pronuntiato illis ipſis fidem facit, à quibus eſt impoſitum.

Mat.27.a.5 de mercede iniquitatis, & ſuſpēſus [a] crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius.
19 Et notum factum eſt omnibus habitantibus Ieruſalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum, Ha-
D celdema, hoc eſt, [b] ager ſanguinis.)
Pſa.68.c.26 20 Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum: Fiat commoratio "eorum' deſerta,
ᵃ eius 4 MS. B.G.S. Pſa.108.b.8 & non ſit qui inhabitet in ea. Et epiſcopatum eius accipiat alter.
21 Oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati, in omni tempore [c] quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Ieſus,
22 incipiens à baptiſmate Iohannis vſque in diem qua aſſumptus eſt à nobis, [d] teſtē reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis.
23 Et ſtatuerunt duos, Ioſeph, qui vocabatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus: & Mathiam.
24 Et orātes dixerunt, Tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum,
25 accipere locum miniſterij huius & apoſtolatus, [e] de quo prȩuaricatus eſt Iudas vt abiret in locum ſuum.
26 Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Mathiam, & annumeratus eſt [f] cum vndecim Apoſtolis.

## CAP. II.

ᵃ compleretur C. Mat.3.c.11 A Marc.1.b.8 Luc.3.c.16 Supr.1.a.8 Iſ.11.b.15 19.a.6.
ET [a] cùm "complerentur' dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco:
2 & factus eſt repente de cælo ſonus, tanquam aduenientis [b] ſpiritus vehementis,



a *Crepuit medius.*] præfocatus, ſpirituque intra viſcera contento perrumpēte viſcera ipſa.

b *Ager ſanguinis.*] Tria ſignificat *ſanguis* apud Hebræos: Sanguinem ipſum animantis venis & carne effuſum, & homicidiū, & mercedē atque pretium rei alicuius: ita ex omnib⁹ his ſignificationibus ager ille appellatus eſt *ager ſanguinis*, quia emptus fuit ſanguine, id eſt, pretio: & pretio appretiati ſanguinis Ieſu, qui eo pretio venditus effuſus eſt per multas plagas, vulnera & crucem. Item homicidij ager, quia occiſus eſt ille qui pretio illo venditus fuerat; & tandem ille idem qui vendiderat ſui ſceleris pretium tulit mortem ſibi ipſi illatam. eſtque nomen vnum hæc omnia ſignificans, ager emptus pretio ſanguinis appretiati, & homicidij perpetrati, & conſtitutus etiam pretiū eius qui vendiderat ſanguinem, qui & ipſe ſui ipſius homicida fuit. Itaque Apoſtolatus nomen & munus hac mercede mutauit Iudas.

c *Quo intrauit & exiuit.*] conuerſatus eſt.

d *Teſtē reſurrectionis.*] qui Spiritu ſancto vnà nobiſcum accepto teſtari poſſit illam reſurrectionem Ieſu, qua ipſe cùm viuens extiterit effecit vt reſurgamus in nouitatem vitæ.

e *De quo preuaricatus.*] de quo Iudas diſceſſit iturus in eum locum quem optauit, quemque nunc tenet.

f *Cum vndecim Apoſtolis.*] Adſcriptus eſt numero legatorum mittēdorum in vniuerſum mundum. Electio enim nō ad [illegible]tam fuit, ſed ad miniſterium, ad laborem & ſtudium. Omnes enim diſcipuli illi & iuſti, & ſancti & pij, & ad vitam electi erant, quod oſtendit Spiritus ſanctificationis quo omnes impleti ſunt.

CAP. II.

a *Et cùm complerentur dies.*] cùm abſolutum eſſet tempus quo feſtum Pentecoſtes expectabatur.

b *Spiritus vehementis.*] tanquam flatus alicuius validiſſimi qui de cȩlo immitteretur.

hementis, & repleuit totam domum vbi
erant ſedentes. 3 Et apparuerunt illis
diſpertitæ linguæ [a] tanquam ignis, [b] ſe- πυρός.
ditque ſupra ſingulos eorum: 4 & re- Ioh.7.f.39
pleti ſunt omnes [c] Spiritu ſancto, & cœ-
perunt loqui variis linguis [d] prout Spiri- * aliis MS.G.
tus ſanctus dabat eloqui illis. 5 Erant
autem in Ieruſalem habitantes [e] Iudæi,
viri religioſi ex omni natione quæ ſub
cælo eſt. 6 [f] Facta autem hac voce con-
uenit multitudo, & mente confuſa eſt,
quoniam audiebat vnuſquiſque [g] lingua
ſua illos loquentes. 7 Stupebant autem
omnes, & mirabantur, dicentes*: Nón- * adinuicem MS.G.S.
ne, ecce, omnes iſti qui loquuntur, [h] Ga- B
lilæi ſunt, 8 & quomodo nos audiui- * audimus 1 MS.G.S.
mus vnuſquiſque linguam noſtram [i] in
qua nati ſumus? 9 Parthi, & Medi, &
Ælamitæ, & qui habitant Meſopota-
miam, Iudæam, & Cappadociam, Pon-
tum, & Aſiam, 10 Phrygiam, & Pam-
phyliam, Ægyptum & partes Libyæ quę
eſt circa Cyrénen, [k] & aduenæ Romani,
11 [l] Iudæi quoque, & Proſelyti, Cretes, &
Arabes: audiuimus eos loquentes no- * audimus 1 MS.G.S.
ſtris linguis [m] magnalia Dei. 12 Stupe-
bant autem omnes, & mirabantur, ad-
inuicem dicentes, [n] Quidnam vult hoc
eſſe? 13 Alij autem irridentes dicebant,
Quia [o] muſto pleni ſunt iſti. 14 [p] Stans
autem Petrus cum vndecim, leuauit
vocem ſuã, & locutus eſt eis, Viri Iudæi,

& qui

a *Tanquam ignis*] in genitiuo; linguæ colore claritate ac celeritate habentes inſtar ignis.

b *Seditque.*] Ignis ille non temerè vagatus eſt ſed ſingulos petiuit ex iis qui ſimul erant, & ſingulos inuaſit, & tetigit ſedens ſuper eos.

c *Spiritu ſancto.*] Spiritu ſanctificationi quo ſanctificati ſunt, & aucti etiam præterea linguarum dono.

d *Prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis.*] qui ſuggerebat rerum diuinarũ & verborum variorum copiam, quibus eloquerentur ea quæ in ſeipſis ſentiebant, & quæ de diuinis rebus erant edocti.

e *Iudæi viri religioſi.*] qui religionis colendæ ſtudio ex omnibus nationibus inter quas diſperſi erant Iſraelitæ, Ieroſolymam confluebant, ibidemque cõmorabantur.

f *Facta autem hac voce.*] Percrebreſcente rumore qui excitari cœperat, audito ſonitu flatus cæleſtis incumbentis in domum illam.

g *Lingua ſua.*] Non ſingulos pluribus linguis eodem momento, ſed ſingulos omnibus linguis pro ratione gentis ad quam conuertebantur ſinguli moti à Spiritu ſancto. Verè loquebantur Apoſtoli *variis linguis.*

h *Galilæi ſunt.*] Linguarum adeò rudes ſecundùm educationem, vt neque vulgarem Hebraicam rectè loqui ſoleant; quomodo nunc tam propriè & expeditè omnibus linguis loquuntur?

i *In qua nati ſumus.*] Non ſolùm Hebraicam, in cuius ſtudio ſumus verſati aliqui ex nobis, ſed maternas locorum noſtrorum atque regionum ſingularũ.

k *Et aduenæ Romani.*] & qui Roma huc venerunt cum iis qui ab imperatoribus mittuntur, aut ab ipſa ciuitate cui Ieroſolymitani parent.

l *Iudæi.*] tam Iudæi qui ex gente Iudaica ſunt, quàm alij ex omnibus nationibus proſelyti, qui Hebraicam linguam nunquam nouerunt.

m *Magnalia Dei.*] maxima & admiranda Dei in homines beneficia, & arcana etiam profundiſſima.

n *Quidnam vult hoc eſſe?*] Cuius rei ſignum eſt hoc, quid confirmat, quid portendit?

o *Muſto pleni.*] dulci quadam ebrietate tenentur, quãobrem læti adeò ſunt.

p *Stans autem Petrus.*] qui non ante multos dies ancillæ non auſus eſt confiteri Ieſum, nunc apertè & animo cõſtanti voceque ſublata orationem habuit ſapientiæ, veritatis & fortitudinis plenam.

[a] & qui habitatis Ieruſalem vniuerſi, hoc
vobis notũ ſit, & auribus percipite ver-
ba mea. 15 Non enim, ſicut vos æſti-
C matis, hi ebrij ſunt, [b] cùm ſit hora diei
tertia: 16 ſed hoc eſt quod dictum eſt
Ioel.2.g.28 Iſa.44.a.3 per prophetam Ioël, 17 Et erit, in nouiſ-
ſimis diebus (dicit Dominus) effundam
de Spiritu meo [c] ſuper omnem carnem:
& prophetabunt filij veſtri & filiæ ve-
ſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt,
& ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.
18 Et quidem ſuper ſeruos meos, & ſu-
per ancillas meas in diebus illis effundã
de Spiritu meo, & prophetabunt: 19 &
dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna
in terra deorſum, ſanguinem, & ignem,
& vaporem fumi. 20 Sol conuertetur in
tenebras, & luna in ſanguinem, antequã
veniat dies Domini magnus & manife-
Ioel.2.g.32 Rom.10.c.13 ſtus. 21 Et erit omnis quicunque inuo-
cauerit nomen Domini, ſaluus erit.
22 [d] Viri Iſraëlitę audite verba hæc, Ieſum
Nazarenum virum [e] approbatum à Deo
in vobis, virtutibus & prodigiis & ſignis
quæ fecit Deus per illum in medio ve-
*& 5 MS. a.5. ſtri, ſicut * vos ſcitis: 23 hunc [f] definito
conſilio & præſcientia Dei [g] traditum,
per manus iniquorum affigentes, inter-
emiſtis. 24 quem Deus ſuſcitauit [h] ſolu-
tis doloribus inferni, iuxta quod impoſ-
ſibile erat teneri illum ab eo. 25 Dauid
Pſal.15.b.8 enim dicit in eum, [i] Prouidebã Dominũ

in con-

a *Et qui habitatis Ieruſalem vniuerſi.*] ex omnibus nationibus, tam proſelyti quàm Iudæi.

b *Cùm ſit hora diei tertia.*] ante ſacrificium matutinum, quum nemo adhuc pranſus eſt die huius celeberrimi feſti.

c *Super omnem carnem.*] omnium ætatum, & vtriuſque ſexus homines.

d *Viri Iſraelitæ.*] ad quos illa magna mutatio ex infima in ſupremam conditionem a Deo promiſſa & præſtita primùm pertinet.

e *Approbatum.*] virtutis ac doctrinæ Deo probatiſſimæ, quod multis argumentis vobis cognitum eſſe potuit illũ à Deo miſſum.

f *Definito conſilio.*] non caſu, non ſua ipſius culpa, non ſine vllo fructu

g *Traditum.*] Datum à Deo in redemptionem hominum, ſed à vobis exceptum malignè, imò repulſum & occiſum crudeliter & ignominioſè, ac per manus iniuſtas & exleges hominum à Deo abalienatorum & inſolentiſſimorum, qui veſtræ malignitatis & inuidiæ miniſtri electi a vobis fuere.

h *Solutis doloribus inferni.*] vinculis ſepulchri quibus conſtringuntur mortui, videlicet legibus corruptionis [illegible] buſ ſcriptum eſt: Cinis es, & in puluerem conuerteris. huius corruptionis legibus caro Chriſti ſoluta fuit, vtpote ſanctiſſima & aliena [illegible] ab omni corruptione [illegible] ſententia illa quæ [illegible] cata & propter peccatum [illegible] lata eſt [illegible] poralis [illegible] Cinis es, &c. impoſſibile erat illum teneri.

i *Prouidebam Dominum.*] Legitur eluſ [illegible] noſtræ in Pſalterium.

in conſpectu méo ſemper: quoniam à
dextris [a] eſt mihi ne cōmouear. 26 Pro- [a] meis eſt MS.G.
pter hoc lætatum eſt cor meum, & ex-
ultauit lingua mea: inſuper & caro mea
requieſcet in ſpe. 27 Quoniam non de-
relinques [a] animam meam in inferno,
nec dabis Sanctum tuum videre corru-
ptionem. 28 Notas mihi feciſti vias vi-
tæ. replebis me iucunditate cum facie E
tua. 29 Viri fratres, [b] liceat audenter di-
cere ad vos de patriarcha Dauid quo- 3 Reg.2.b.10
niam * defunctus eſt, & ſepultus eſt: [c] & * & 4 MS. G.S.
ſepulchrum eius eſt apud nos, vſque in
hodiernum diem. 30 Propheta igitur
cùm eſſet, & ſciret quia iureiurando iu- Pſa.131.c.18
raſſet illi Deus de fructu lumbi eius ſe-
dere ſuper ſedem eius: 31 prouidens lo-
cutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia
neque derelictus eſt in inferno, neque Pſa.15.b.10 Inf.13.c.25
caro eius vidit corruptionem. 32 [d] Hunc
Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes Sup.1.b.8
nos teſtes ſumus. 33 [e] Dextera igitur
Dei exaltatus, & [f] promiſſione Spiritus
ſancti accepta à Patre, effudit [a] hunc quē [a] hoc donū quod MS.S.
vos videtis & auditis. 34 [g] Non enim
Dauid aſcendit in cælum: [h] dicit autem
ipſe, Dixit Dominus Domino meo, ſede Pſal.109.a.1
à dextris meis, 35 donec ponam inimi-
cos tuos ſcabellum pedum tuorum.
36 [i] Certiſſimè ſciat ergo omnis domus
Iſrael, quia & [k] Dominum eum, & Chri-
ſtum fecit Deus, hunc Ieſum, quem vos
crucifixiſtis.

a *Animam meā.*] Vide Leuit.21.verſ.1. ſignificationem NEPHES.

b *Liceat audenter dicere.*] veritatē ipſam ſine vllo contentionis aut inuidiæ ſtudio pronuntiare. Non enim minus tribuimus Dauidi quàm vos: in hac re fratres ſumus & nos profitemur, ipſúque Dauidem patriarchā agnoſcimus.

c *Et ſepulchrum eius.*] in quo adhuc oſſa vel cineres vel puluis illius iam in puluerem redacti continentur.

d *Hunc Ieſum reſuſcitauit.*] in vitā reddidit Deus quem in mortem tradiderat, vt mortem deſtrueret hominum æternam, eundem viuentem reddidit, vt vitam æternam hominibus communicaret.

e *Dextera igitur Dei.*] Igitur poſt reſurrectionem aſcendit ad Deum, cuius dextera exaltatus eſt, ſedens à dextris ei ipſius, & eiuſdem dexteræ potētia ac virtute præditus, idque manifeſtè demonſtratur.

f *Promiſſione Spiritus ſancti*] in homines per Meſſiam ſuū mittendi, effudit hunc Spiritum ſanctum ſiue hoc donū Spiritus ſancti, quē vos videtis. cùm videatis magnam in his diſcipulis Ieſu mutationem, & auditis apertè varias linguas, quibus magna Dei beneficia exponuntur, quod manifeſtum eſt Spiritus ſancti donum.

g *Non enim Dauid aſcendit in cælum.*] Viuus corpore & anima conſtans non aſcendit in cælum: nam ſepulchrum eius oſſa continens apud nos eſt.

h *Dicit autem ipſe.*] Ipſe per prophetiā cognouit & fatetur Dominum quendam ſuum fore, quem Deus ad dexteram ſuam conſtituat.

i *Certiſſimè ſciat.* Teſtimonium eorum qui ſpiritū ſanctificationis acceperunt, ſumma eſt Ieſum eſſe Dominum & Chriſtum filium Dei.

k *Dominum eum.*] Poteſtatem dedit ei omnē in cælo & in terra, ita vt poſſit ſeruare credentes in ipſum. & principatum atque regnum illi tribuit, eūdemque ad hanc rem vnctum, id eſt, & regem ad gubernandum regnum, & ſacerdotem ad homines Deo reconciliandos fecit. atque ita ille quem vos reprobaſtis factus eſt in caput anguli.

crucifixiſtis. 37 His autem auditis, [a] cō-
F puncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrū
& ad reliquos Apoſtolos, Quid facie-
mus viri fratres? 38 Petrus verò ad illos,
[b] Pœnitentiam (inquit) agite, [c] & bapti-
zetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine
Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorum
veſtrorum: & accipietis donum Spiritus
ſancti. 39 [d] Vobis enim eſt repromiſſio,
& filiis veſtris, & omnibus qui longè
ſunt, quoſcunque aduocauerit Domi-
nus Deus noſter. 40 Aliis etiam verbis
plurimis [e] teſtificatus eſt, & exhortaba-
tur eos, dicens, Saluamini à [f] generatione
iſta praua. 41 Qui ergo receperunt ſer-
monem eius, [g] baptizati ſunt: & appoſitę
ſunt in die illa animæ circiter tria millia.
42 [h] Erant autem perſeuerantes [i] in doctri-
na Apoſtolorum, & communicatione
fractionis panis, & orationibus.
G 43 [k] Fiebat autem omni animæ timor:
multa quoque prodigia & ſigna per Apo
ſtolos in Ieruſalem fiebant, & metus erat
magnus in vniuerſis. 44 Omnes etiam
qui credebant, [l] erant pariter, & habe-
bant omnia communia. 45 [m] Poſſeſſio-
nes & ſubſtantias vendebant, & diui-
debant

a *Compuncti ſunt corde.*] Multi ex illis qui in conſilio & ſtudio crucifigendi Ieſu fuerant. Namque hactenus expectauit Deus Iudæos, & hoc fuit ſignū Ionæ prophetæ. Neque reprobata fuit natio Iudæorum antequam hoc teſtimonium Apoſtolorum & aliorū diſcipulorum repelleret. ideoque multi ſeruati ſunt accepto hoc teſtimonio, & cōditionibus fidei & pœnitētię ſubitis.

b Pœnitentia ex corde & ſtudio profecta his qui audierint Chriſti doctrinam, neceſſaria eſt ad ſalutem à Deo conſequendam.

c *Et baptizetur vnuſquiſque veſtrum.*] baptiſmo pœnitentiæ, confeſſus ſe egere peccatorum remiſſione, quā in nomine, id eſt, virtute & efficientia Ieſu Chriſti ſe accepturum credat & ſperet. & qui hac fide inſtructi, atque hoc baptiſmo pœnitentiæ baptizati fueritis, accipietis eiuſmodi Spiritus ſanctificationis donum, quale nos accepimus.

d *Vobis enim eſt repromiſſio.*] Hoc Deus donum vobis dare vult quibus anteà promiſerat vltrò ſua benignitate, & præſtare vult ſua promiſſa, ne dubitetis de illius voluntate, quippe qui alios etiam longè remotos à veræ religionis cultu, & à promiſſionis notitia, aduocare ad hoc donum conſtituit, nedum & vobis quibus repromiſſio eſt præſtabit, & filiis veſtris etiam.

e *Teſtificatus eſt*] Ieſum eſſe Chriſtum & filium Dei.

f A *generatione iſta praua.*] eorum qui nec ſuperuenturum iudicium timent, nec oblatam miſericordiam excipiunt. Alluſio eſt ad tempora diluuij & Lot.

g *Baptizati ſunt.*] non ſolùm baptiſmo pœnitentiæ, ſed baptiſmo Spiritus ſancti in illos ſuperuenientis: atque ita factus eſt magnus numerus eorum qui teſtarentur virtutem mortis ac reſurrectionis Ieſu Chriſti.

h *Erant autem perſeuerantes.*] Breuis, verū expreſſiſſima imago Eccleſiæ Chriſti recentis, & Spiritus ſancti virtute & conſilio rectæ atque gubernatæ. Conſtabat Eccleſia tunc perfectis ac ſanctificatis & imperfectis adhuc hominibus. Quos *perfectos* dicimus, *ſpirituales* vocabant Apoſtoli; quos verò *imperfectos, animales* dicebant. Hanc diſtinctionem perpetuò obſeruare oportet ad intelligenda Apoſtolorum ſcripta.

i *In doctrina Apoſtolorum.*] quod ad vitæ actiones & exercitia attinet, quæ omnia ad charitatem mutuam referebantur. quod verò ad pietatis & religionis cultum, Euchariſtiæ ſacramentum repetebant aſſiduè, atque orationibus ſiue precationibus operam dabāt, & hymnis, & pſalmis, & ſupplicationibus & laudibus diuinis.

k *Fiebat autem omni animæ timor.*] illo in hominibus mutationis exemplo ſpectato, ſicut ſcriptum eſt: Omnes qui viderint eos cognoſcent eos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

l *Erant pariter.*] In vnum conueniebant maiores, minores & infimi: nullus priuatam eccleſiam aut aliud eiuſmodi per contentionem aut ambitionem ſibi parabat. m *Poſſeſſiones & ſubſtantias*, id eſt, facultates, praedia [illegible] ... bilia. Superior erat communio ſpiritualis, hæc temporalium communicatio.

debant illa omnibus, prout cuique opus
erat. 46 Quotidie quoque perdurantes
[n] vnanimiter in templo, & frangentes
[o] circa domos panem, ſumebant cibum
cum exultatione & ſimplicitate cordis:
47 collaudantes Deum, & [p] habentes gra-
tiam ad omnem plebem. Dominus au-
tem augebat [q] qui ſalui fierent quotidie
[r] in idipſum.

## CAP. III.

PEtrus autem & Iohannes aſcendebant A
in templum, [a] ad horam orationis no-
nam. 2 Et quidam vir qui erat claudus
ex vtero matris ſuæ, baiulabatur: quem
ponebant quotidie ad portam templi,
quæ dicitur [b] Specioſa, vt peteret eleemo-
ſynam ab introeuntibus in templum.
3 Is cùm vidiſſet Petrum & Iohannem
incipientes introire in templum, roga-
bat vt eleemoſynam acciperet. 4 Intuẽs
autem in eum Petrus cum Iohanne, di-
xit, Reſpice in nos. 5 At ille intendebat
in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab
eis. 6 Petrus autem dixit, Argentum &
aurum non eſt mihi: [c] quod autẽ habeo,
hoc tibi do: In nomine Ieſu Chriſti Na-
zareni ſurge, & ambula. 7 Et appre-
henſa manu eius dextera, alleuauit eum,
& protinus conſolidatæ ſunt [d] baſes eius
& plantæ. 8 Et exiliens ſtetit, & ambu- B
labat: & intrauit cum illis in templum
ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
9 Et

n *Vnanimiter.*] maxima animorũ ſtudiorum & ſpiritualium exercitationũ concordia in templo verſabantur, idem ſapientes, idem ſentientes, eandem doctrinæ ſcientiam conferentes. poſt hãc ſacram cõuentionẽ domi communionem illam ſacram celebrabant. deinde cibis vtebantur ſimplicibus, & nõ valdè apparatis, tamen hilari animo acceptis, hoc eſt, grato, & cum gratiarũ actione, nihil vltrà expetentes cùm victum & veſtitum haberent facilem & modeſtiſſimum.

o *Circa domos.*] Non in vna domo, ſed in variis, vt res ordine fieret decenti.

p *Habentes gratiam.*] Grati omnino & probati omni populo, qui illorũ conuerſationem atque mores videbat, vitæque puritatem & ſimplicitatem in omni conſuetudinis parte. Itaque nihil excipi poterat in illis apud ſimplices homines, & iudicantes de rebus ſine inuidia, aut odio, aut alia animi perturbatione.

q *Qui ſalui fierent.*] per Spiritum ſanctum quem accipiebant in vitam æternam.

r *In idipſum.*] in Eccleſiæ gremio.

CAP. III.

a *Ad horam orationis nonam.*] Veſpertini ſacrificij tempore, cùm frequens populus conuenire ſolet in templum, vt in illa frequentia veritatem Chriſti teſtarentur.

b *Specioſa.*] Porta pulchra, propter elegantiam fabricæ, quam deſcribit Ioſephus. Hæc porta propter pulchritudinem frequentior erat populo intranti & exeunti: ideoque illic conſtituebatur claudus ille.

c *Quod autem habeo, hoc tibi do.*] Facultatem habeo à Deo petendi in nomine Ieſu Chriſti, & obtinendi in eodem nomine quod tibi do.

d *Baſes eius & plantæ.*] pedes & malleoli.

9 Et vidit omnis populus eum ambulan-
tem, & laudantem Deum. 10 Cognoſce-
bant autem illum, quòd ipſe erat qui ad
eleemoſynam ſedebat ad Speciofam por
tam templi : & impleti ſunt [a] ſtupore &
extaſi in eo quod contigerat illi.
11 [b] Cùm "teneret' autem Petrum & Io-
hannem, cucurrit omnis populus ad eos
ad porticum quæ appellatur Salomonis,
ſtupentes. 12 Videns autem Petrus, re-
ſpondit ad populum, Viri Iſraelitæ, quid
miramini in hoc, aut nos quid intuemi-
ni, quaſi [c] noſtra virtute aut "pietate' fe-
C cerimus hũc ambulare? 13 Deus Abra-
ham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus
patrum noſtrorum [d] glorificauit Filium
ſuum Ieſum, quem vos quidem tradidi-
ſtis & negaſtis ante faciem Pilati, iudi-
cante illo dimitti. 14 Vos autem [e] ſan-
ctum & iuſtum negaſtis, & petiſtis vi-
rum homicidã donari vobis: 15 autho-
rem verò vitæ interfeciſtis, quem Deus
ſuſcitauit à mortuis, cuius nos teſtes ſu-
mus. 16 [f] Et in fide nominis eius, hunc
quem vos "videtis' & noſtis, confirmauit
nomen eius: & fides quæ per eum eſt,
dedit* integram ſanitatem iſtam in con-
ſpectu omnium veſtrum. 17 Et nunc
fratres [g] ſcio quia per ignorantiam feci-
ſtis, ſicut & principes veſtri. 18 Deus
autem "qui' prænuntiauit per os omniũ
prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic
z impleuit.

ᵇteneret MS. ᵇvideret O.

ᵇpoteſtate MS. S.

*Mat.17.c.20*
*Mar.15.b.11*
*Luc 12.c.18*
*Ioh.18.g.40*

ᵇvidiſtis O.

*illi t MS. L.G.S.

ᵇquæ 5 MS. G.
ᵇ*quemadmodum* S.

a *Stupore & extaſi.*] admiratione & pauore.

b *Cum teneret.*] Detinebat illos clamore gratiarum actionis & manifeſtationis rei factæ, atque gratiæ habendę. non facilè poterat dimoueri ab iis per quos tantum accepiſſet beneficium: atque hæc cauſa fuit vt frequẽtior populus eò accurreret.

c *Noſtra virtute aut pietate.*] aut propria vi ex nobis emanante, aut poteſtate imperandi morbis. *Pietatem* pro *poteſtate* hoc loco interpretamur ex emendatis exemplaribus & Syrica lectione.

d *Glorificauit.*] Deus patrum noſtrorum credentium promiſſis à ſe factis apertè oſtendit vobis dignitaté Ieſu filij ſui ſignis, portentis & miraculis; ſed illum vos repuliſtis. nunc autem gloriam eius quaſi vnigeniti à Patre pleni gratia & veritate manifeſtauit iam hominibus Spiritu ſancto in diſcipulos miſſo.

e *Sanctum & iuſtum.*] Quòd ſi dicatis hactenus vobis non adeò fuiſſe exploratum Ieſum eſſe filium Dei, tamen *ſanctum & iuſtum* illum eſſe exploratum vobis fuit. Nemo enim ex vobis illum arguere potuit de peccato, & tamen eum mutaſtis homicida viro famoſo; ita vt infamem & ignominioſa morte afficiendum eſſe duxeritis, quem reuera vitæ auctorem eſſe conſtat. Sed Deus ſanctum Filium ſuum à vobis reprobatum ſuſcitauit, ſuum propoſitũ in veſtram ſalutem perſecutus.

f *Et in fide.*] Eum autem eſſe auctoré vitæ, vti Deus apud ſe probauit, ita & apud homines confirmatum eſſe voluit: cuius rei teſtimonium eſt nomen eius, id eſt, virtus illi nomini cõtena, quæ hunc in ipſius nomen credentem confirmauit ex illa debilitate & membrorum cõtractione. Itaque fuit à nobis nomen eius ad hoc efficiẽdum appellatum, eiuſque auctoritate hoc factum eſt. Fuit ab hoc fide item nomẽ exceptum, & conueniente fide agentium cum fide expetentis integra ſanitas huic contigit.

g *Scio quod per ignorantiam.*] Non enim intellexiſtis planè illum eſſe Dei filiũ: quanquam autem veſtra culpa fuerit quod ignoraueritis, tamen ignoraſtis. nunc verò iam nulla erit ignorationis excuſatio, cùm illum denuò ornatum, & ampliſſimè confirmatũ à Deo eſſe vobis conſtet.

a *Vt deleantur peccata.*] Oportet vos prius per pœnitentiam conuerti ad Ieſum, & illius veritatem amplecti, doctrinam ſuſcipere, atque ita illius virtute & efficientia per Patris miſericordiam delebuntur peccata veſtra; ac deinde accipietis donum illud refrigerij.

b *Vt cum venerint.*] Quãdoquidẽ iam venerunt. hæc eſt ſententia huius loci quam ita res ipſa indicat & exemplares linguæ.

c *Qui prædicatus eſt.*] qui vobis propheta ac miniſter conſtitutus & paratus à vatibus olim prædicebatur.

d *Cælum ſuſcipere.*] Secundùm ſcripturas non oportet eum ſemper præſentẽ in terris corporali præſentia illa naturali eſſe, ſed certo tempore miniſtri officium facientem in terris eſſe; deinde cælo recipi, ſedereque ad dexteram Patris; ab illoque omnem Iſrael, atque omnes filios Dei reſtitui, & omnia ea impleri quæ à Deo conſtituta ac declarata fuère.

e *Moyſes quidem dixit.*] cùm loqueretur de Chriſti aduentu & oſtenſione in miniſterium.

f *Erit autem.*] Hoc & ad primã prophetæ illius oſtenſionem, ſed magis etiam ad ſecundam hanc demonſtrationem pertinet. Nam qui non acceperit Prophetam illum præſentem, neque illius iam denuò à Deo confirmati & clarificati verbum audierit, exterminabitur de populo noui Teſtamẽti.

g *Dies iſtos.*] hos in quibus eſtis dies manifeſtationis omnium promiſſorum Dei, & benedictionis illius quæ à vobis ad omnes familias terræ peruentura eſt.

h *Filij Prophetarum.*] hæredes ipſi ad quos illud pactum & promiſſa illa per Prophetas omnes celebrata.

i *Vobis primum.*] vt promiſſionis filiis iam anteà declaratis, ſuſcitauit Deus filium ſuum ſemen illud benedictum, efficaciſſimum ad benedicendum eos qui ad ſemen Abrahæ pertinent ſecũdùm carnem, & filij Abrahæ fuerint ſecundùm fidem; & deinde cæteris cognationibus & familiis terræ.

k *Vt conuertat ſe vnuſquiſque.*] dum modò conuertat ſe: nam aliàs non pertinebit ad ſemen illud benedictum.

CAP. IIII.

a *Magiſtratus templi.*] qui illa hebdomada moderabatur & gubernabat in templo ſacra omnia in ordine vicis ſuç. namque ad ſacrorum procurationes erat inſtitutum collegium ſiue magiſtratus communi nomine dictus [illegible], vt patet in libris antiquis tractatu initio anni cap. 1. & 2.

impleuit. 19 Pœnitemini igitur & con-
uertimini, [a] vt deleantur peccata veſtra:
20 [b] vt cùm venerint tempora refrigerij à
conſpectu Domini, & miſerit eum [c] qui
prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtum,
21 quem oportet quidem [d] cælum ſuſci- D
pere vſque in tempora reſtitutionis om-
nium, quæ locutus eſt Deus per os ſan-
ctorum ſuorum à ſæculo prophetarum.
22 [e] Moyſes quidem dixit, Quoniam pro- Deu.18.c.15
phetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus
veſter de fratribus veſtris tanquam me:
ipſum audietis iuxta omnia quæcunque
locutus fuerit vobis. 23 [f] Erit autem,
omnis anima quæ non audierit Prophe-
tam illum, exterminabitur de plebe.
24 Et omnes Prophetæ à Samuel, & dein-
ceps qui locuti ſunt * annuntiauerunt * & 5 MS. G. 5.
[g] dies iſtos. 25 Vos eſtis [h] filij Propheta-
rum & teſtamenti quod diſpoſuit Deus
ad patres noſtros, dicens ad Abraham,
Et in ſemine tuo benedicentur omnes fa Gen. 12.a.3. & 21.b.12
miliæ terræ. 26 [i] Vobis primùm Deus & 22.d.18 & 26.a.4
ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum bene-
dicentem vobis: [k] vt conuertat ſe vnuſ-
quiſque à nequitia ſua.

## CAP. IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, A
ſuperuenerunt ſacerdotes & [a] magi-
ſtratus templi & Sadducæi, 2 dolentes
quòd docerent populum, & annuntia-
rent in "Ieſum" reſurrectionẽ ex mortuis: * Ieſu 7 MS. G.
3 &

3 & iniecerunt in eos manus, & poſue-
runt eos in cuſtodiam, in craſtinum, erat
enim iam veſpera. 4 Multi autem eo-
rum qui audierant verbum, crediderunt:
& factus eſt numerus virorum [b] quinque
B millia. 5 Factum [c] eſt autem in craſtinū,
vt congregarentur principes eorum, &
ſeniores & ſcribę in Ieruſalem. 6 & An-
nas princeps ſacerdotum, & Caiphas &
Iohannes, & Alexander, & quotquot
erant de genere ſacerdotali. 7 Et ſtatuē-
tes eos in medio, interrogabant: In [d] qua
virtute aut in quo nomine feciſtis hoc
vos? 8 Tunc [e] repletus Spiritu ſancto
Petrus, dixit ad eos, Principes populi &
ſeniores * *: 9 Si nos hodie diiudicamur
[f] in benefacto hominis infirmi, in quo
iſte ſaluus factus eſt, 10 notum ſit om-
nibus vobis & omni plebi Iſrael, quia [g] in
nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quē vos
crucifixiſtis, quē Deus ſuſcitauit à mor-
tuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.
11 Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vo-
bis ædificantibus: qui factus eſt in caput
anguli. 12 [h] & non eſt in alio aliquo ſa-
lus. [i] Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo
C datum hominibus, in quo oporteat nos
ſaluos fieri. 13 Videntes autem [k] Petri
conſtantiam & Iohānis, comperto quòd
homines eſſent ſine literis & [l] idiótæ, ad-
mirabantur.

* Iſrael, ms.G.S.
* audite ms.S.

Pſa.117.d.22
Mat.21.d.42
Mar.12.a.10
Luc.20.c.17
Iſa.28.d.16
1 Pet.2.a.7
Rom.9.g.33

b *Quinque millia.*] cum iis qui anteà erant.

c *Vt congregarentur.*] Concilium integrum coactum eſt omnium miniſtrorum ſynagogæ, apud quod opportunitas oblata eſt Apoſtolis teſtimonium reddendi veritatis Chriſti & reſurrectionis eius ex mortuis.

d *Qua virtute.*] Veſtráne poteſtate & facultate, an aliundè accepta; vel quo nomine, an alicuius alius auctoritate & mandato?

e *Repletus Spiritu ſancto.*] Non hîc ſermo de Spiritu ſancto quatenus ſanctificat, quippe illum iam habebat Petrus à die Pētecoſtes: ſed Spiritu ſancto miniſterij, qui cùm ſit vnus idemq́; Spiritus, variis virtutibus alios atque alios auget & amplificat ad miniſterium Eccleſiæ. Sapiētiæ, fortitudinis, & eloquentiæ ſolidæ quo Spiritu repletus eſt Petrus hoc tempore ad illud munus.

f *In benefacto hominis infirmi.*] In quæſtionem & iudicium ducimur de beneficio collato in hominem inualidū, quo beneficio iſte affectus, ſeruatus & ſanatus eſt; & quomodo, quáve ratione. Summa cauſæ ex theſi & hypotheſi conſtans.

g *In nomine.*] Auctoritate & virtute à nobis appellata Ieſu, quem Chriſtum eſſe teſtamur, & hoc beneficio edito confirmamus; nomine, inquam, ipſius Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos cruci affixiſtis; quemq́; à Deo ſuſcitatū prędicamus, idque verum eſſe huius hominis ſanitas declarat apertiſſimè; quæ fieri non poſſet, ſi ille nondum reſurrexiſſet, vel à Deo approbatus non fuiſſet. Non enim mendacia illius nomine pronuntiata Deus confirmari pateretur. Nos dicimus illum eſſe Chriſtum, ſeruatorem, viuentem, vitæ auctorē, & filium Dei: & vt hoc confirmemus, appellamus ipſius nomen vt efficaciſſimum. fit vti nos fieri volumus. Igitur manifeſtè conſequitur noſtram aſſertionem eſſe veriſſimam.

h *Et non eſt in alio aliquo ſalus.*] Nullū genus ſalutis veræ eſt, præter illā quam Chriſtus efficit: & nullus alius Chriſtus eſt, præter hunc quem vos reprobaſtis: quem ſi adhuc reprobare pergatis, voſmet à ſalutis via excluderis.

i *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo.*] id eſt, hominum generi qui in terra naſcuntur ſub cælo, vt non niſi vnus Deus creator, ita non niſi vna ſalutis via & ratio & vna virtus, per quam hæc ſalus hominibus conſtet: & illa virtus eſt huius Ieſu Chriſti, cui ſoli Deus has partes dedit.

k *Petri conſtantiam & Iohannis.*] Hic verſus declarat illum, *Petrus plenus Spiritu ſancto*, &c.

l *Idiotæ.*] Phariſæorum & Scribarum ſermone dicuntur *Populus terræ*, & [illegible].

mirabantur, & cognoſcebant eos [a] quo-
niam cum Ieſu fuerant. 14 hominem
quoque vidētes ſtantem cum eis qui cu-
ratus fuerat, nihil poterant cōtradicere.
15 Iuſſerunt autem eos foras extra con-
cilium ſecedere: & conferebant adinui-
cem, 16 dicentes, Quid faciemus ho-
minibus iſtis? quoniam quidem notum
ſignum factum eſt per eos, omnibus ha-
bitantibus Ieruſalem: manifeſtum eſt, &
non poſſumus negare. 17 Sed ne am-
plius diuulgetur in populum, commi-
nemur eis, ne vltrà loquantur in nomine
hoc vlli hominum. 18 Et vocantes eos,
denuntiauerunt [b] ne omnino loqueren-
tur, neque docerent in nomine Ieſu. D
19 Petrus verò & Iohannes reſpondētes,
dixerūt ad eos, [c] Si iuſtum eſt in conſpe-
ctu Dei, vos potius audire quàm Deum,
iudicate. 20 non enim poſſumus [d] quæ
vidimus & audiuimus non loqui. 21 At
illi comminantes, dimiſerunt eos: non
inuenientes quomodo punirēt eos, pro-
pter populum, quia [e] omnes clarificabāt
id quod factum fuerat, in eo quod acci-
derat. 22 [f] Annorum enim erat amplius
quadraginta homo in quo factum fue-
rat ſignum iſtud ſanitatis. 23 Dimiſſi
autem venerunt ad ſuos: & annuntiaue-
runt eis quanta ad eos principes ſacerdo-
tum & ſeniores dixiſſent. 24 Qui cùm E
audiſſent, [g] vnanimiter leuauerunt vocē
ad Deum,

a *Quoniam cum Ieſu fuerant.*] Ita conueniebat profeſſio cum aſſertione, & aſſertio cum miraculo & ſigno.

b *Ne omnino loquerentur*] de fide, neque docerent pœnitentiam in remiſſionem peccatorum in nomine Ieſu.

c *Si iuſtū eſt in conſpectu Dei.*] An probabimus defenſionem noſtram coram Deo, quòd vobis potius quàm Deo ipſi obediamus.

d *Quæ vidimus.*] de reſurrectione ipſius & virtute atque efficacitate illius mortis ac reſurrectionis. Itaque rem ipſam quam certā ſcimus, inficiari non poſſumus, neque diſſimulare etiā aut tacere, quoniam eadem audiuimus à Deo nobis imperante vt teſtemur.

e *Omnes clarificabant.*] Dei conſilium & teſtimonium de Ieſu Chriſti veritate omnes prædicabant, [illegible]ſo ſigno tam clarè & apertè edito.

f *Annorū enim erat amplius quadraginta.*] Ita vt teſtimonium imbecillitatis illius & publicum & diuturnū eſſet; & non potuiſſe ſanari ex propria naturæ virtute, quia infirmitudo magis erat iam illi naturalis, quàm ſanitas: reſtitui verò per medicinæ artem multò minus poterat in illa ætate, iam magis ad imbecillitatem & defectum tendente: deinde in illa temporis breuitate. multa itaque conuenerunt in illo ſanitatis ſigno, quæ omnia maximum pondus haberent.

g *Vnanimiter.*] idem ſcientes, idem volentes, vtpote ab vno Spiritu acti.

*Deus 2 MS.R.G.S. ad Deum, & dixerunt, Domine, tu* [a]qui
feciſti cælum & terram, mare, & omnia
quæ in eis ſunt, 25 qui Spiritu ſancto
per os patris noſtri Dauid pueri tui dixi-
Pſalm.2.a.1 ſti, Quare fremuerunt Gentes, & populi
meditati ſunt inania? 26 Aſtiterunt re-
ges terræ, & principes conuenerunt in
vnum aduerſus Dominum, & aduerſus
Chriſtum eius? 27 conuenerunt enim
verè in ciuitate iſta [b]aduerſus ſanctum
puerum tuum Ieſum, quem vnxiſti, He-
rodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus
& populis Iſrael, 28 facere quæ manus
tua & conſilium tuum decreuerũt fieri.
F 29 Et nunc, Domine, reſpice in minas
eorum, & da ſeruis tuis [c]cum omni fidu-
cia loqui verbum tuum, 30 in eo quòd
manum tuam extendas ad ſanitates, &
ſigna & prodigia fieri per nomen ſancti
filij tui Ieſu. 31 Et cùm oraſſent, [d]mo-
tus eſt locus in quo erant congregati: &
repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, &
loquebantur verbum Dei cum fiducia.
32 [e]Multitudinis autem credentium erat
*5 MS.G. [f]cor* vnum & anima vna: nec quiſquam
eorum quę poſſidebat aliquid ſuum eſſe
G dicebat, ſed erãt illis omnia communia.
33 [g]Et virtute magna reddebant Apoſto-
li teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chri-
*6 MS.G.S. ſti Domini* noſtri: & [h]gratia magna erat
in omnibus illis. 34 Neque enim quiſ-
quam egens erat inter illos. Quotquot

a *Qui feciſti.*] Qui omnipotens, ſapiẽtiſſimus, miſericordiſſimusque es, certi conſilij & propoſiti tenax, qui inferioris ac minoris cõditionis res & ſuis naturis conſtituiſti, & ordinibus ac locis propriis conſtabiliſti, quę nulla aliena virtute turbari poſſunt, effice vt potes vt quę maiora longè ſunt, nulla virtute, potentia, aut calliditate, aut alia facultate inferæ vel terrenæ naturæ turbentur aut impediantur, quippe & id te facturũ ipſe recepiſti, & per prophetam tuum pronuntiaſti.

b *Aduerſus ſanctum puerum tuum.*] miniſtrum conſilij tui.

c *Cum omni fiducia.*] certitudine confirmationis à te efficiendæ: idque potentia & facultate miraculorum in hominum beneficium edendorum.

d *Motus eſt locus.*] in ſignum præſentiæ & approbationis Dei, iuxta illud: Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, illic ſum in medio corũ.

e *Multitudinis autem credentium.*] ſecundùm potentiam virtutis Dei. nam qui illo modo credunt, charitatem etiam perfectam habent; & perfecta charitas foras mittit timorem.

f *Cor vnum & anima vna.*] quippe ipſi erant vnum corpus, & vnius corporis membra, cuius caput Chriſtus. Ergo idem ſentiebant, idem ſapiebant, idem volebant omnes, tam in ſpiritualium quàm temporalium bonorum ratione conueniebant & communicabant.

g *Et virtute magna.*] tum vitæ & ſanctitatis ſuæ omnibus manifeſtæ, tum ſignorum edendorum in teſtimoniũ quod Chriſtus reſurrexiſſet à mortuis, & reſuſcitaret ſuos à morte æterna, in nouitatem vitæ æternæ.

h *Gratia magna.*] benignitas & liberalitas cum charitate eximia.

enim poſſeſſores agrorũ aut domorum
erant, vendentes afferebãt pretia eorum
quæ vendebant, 35 & ponebant ante pe-
des Apoſtolorum. Diuidebatur autem
ſingulis prout cuiq; opus erat. 36 Ioſeph
autem qui cognominatus eſt [i] [b] Barna- [b] Barſabas.
bas ab Apoſtolis, (quod eſt interpreta-
tum, filius conſolationis) Leuites, Cy-
prius genere, 37 cùm haberet agrum,
vendidit eum, & attulit pretium, & po-
ſuit ante pedes Apoſtolorum.

[i] *Barnabas.*] Galilææ linguæ veſtigiũ hîc obſeruamus, vt ſuperius in nomine *Ager ſanguinis*. Ideò dicit ab Apoſtolis ita eſſe cognominatum, qui ſponte obtulerit precium agri in conſolationem indigentium. eſtq; vtraque ſignificatio vocis N A B A, id eſt, conſolatio ſpontanea.

## CAP. V.

VIr autem quidam nomine Ananias, A
cum Saphira vxore ſua vẽdidit agrũ,
2 & [a] fraudauit de pretio agri, cõſcia vxo-
re ſua: & afferens partem quandam, ad
pedes Apoſtolorum poſuit. 3 [b] Dixit au-
tem Petrus*, Anania, cur tentauit ſata- * ad Ananiã O.
nas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, * ad eum MS. G q. s.
& fraudare de pretio agri? 4 Nónne ma-
nens tibi manebat, & venúndatum in
tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in
corde tuo hanc rem? Non es mentitus
hominibus, ſed Deo. 5 Audiens autem
Ananias hęc verba, [c] cécidit, & expirauit.
Et factus eſt timor magnus ſuper omnes
qui audierunt. 6 Surgentes autem iu-
uenes, amouerunt eum, & efferentes ſe-
pelierunt. 7 Factum eſt autem quaſi ho
rarum trium ſpatium, & vxor ipſius, ne- B
ſciens quod factum fuerat, introiuit.
8 Reſpondit autem ei Petrus, Dic mihi
mulier,

CAP. V.

[a] *Fraudauit.*] Sepoſuit ſibi doloſè, ac malitioſè exiſtimans id latêre poſſe, & tamen ſimulans Chriſtianam illam ſimplicitatem.

[b] *Dixit autem Petrus.*] Exemplum alterius muneris clauium Eccleſiaſticarum per Spiritum ſanctũ expediri hoc loco narrat Lucas, videlicet cognitionem & diſcretionem ſpirituum.

[c] *Cecidit, & expirauit.*] Exemplum ſtatuitur virtutis Euangelicæ; illius, inquam, virtutis & efficacitatis, quæ aliàs dicitur Odor mortis in mortem. Excommunicationis auctoritas admiranda atque horrenda comprobatur. Ita vniuerſa Apoſtolorum praxis his duabus definitionibus concluditur, *vitæ & mortis*.

6 MS. G. S. mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At
illa dixit, Etiam tanti. 9 Petrus autem
ad eam, [a]Quid vtique conuenit vobis
[b]tentare ſpiritum Domini? Ecce, pedes
eorum qui ſepelierunt virum tuum, ad
oſtium, & efferent te. 10 Confeſtim cé-
i ad MS. cidit ante pedes eius, & expirauit. Intrã-
tes autem iuuenes, inuenerunt illã mor-
tuam: & extulerunt, & ſepelierunt ad
virum ſuum. 11 Et factus eſt timor ma-
gnus in vniuerſa eccleſia, & in omnes
qui audierunt hæc. 12 Per manus autem
Apoſtolorum fiebant [c]ſigna & prodigia
multa in plebe. Et erant [d]vnanimiter
omnes in porticu Salomonis. 13 [e]Cæ-
C terorum autem nemo audebat ſe coniũ-
gere illis: ſed magnificabat eos populus.
14 Magis autem augebatur [f]credentium
in Domino multitudo virorum ac mu-
lierum: 15 ita vt in platéas eiicerent in-
firmos, & ponerent in lectulis ac grabá-
tis, vt veniente Petro, ſaltem vmbra il-
5 MS. G. S. lius obumbraret quenquam illorum, & 
liberarentur omnes ab infirmitatibus
ſuis. 16 [g]Concurrebat autem & mul-
titudo vicinarum ciuitatum Ieruſalem,
afferentes ægros & vexatos à ſpiritibus
immundis: qui curabantur omnes.
17 Exurgens autem princeps ſacerdotum
& omnes qui cum illo erãt, [h]quæ eſt hæ-
D reſis Sadducæorum, [i]repleti ſunt zelo:
18 & iniecerũt manus in Apoſtolos, & po
ſuerunt

a *Quid vtique conuenit vobis.* ] Quandoquidem communicato conſilio, & certo decreto voluiſtis hanc culpã ſuſcipere grauiſſimam tentandi Spiritum ſanctum in Eccleſia manentem & præſidentem, communicabitis etiam in pœna; adeò autem communicabitis, vt etiam per eoſdem efferamini ad ſepulchrum.

b *Tentare Spiritum ſanctum.* ] Periculum facere ſapientiæ, prouidentiæ & potentiæ Spiritus ſancti, illiuſque ſimplicitatis veritatem in dubium vocare.

c *Signa & prodigia.* ] in teſtimonium veritatis Ieſu Chriſti & reſurrectionis illius ex mortuis.

d *Vnanimiter.* ] Omnes Apoſtoli conueniebant in porticum illam, conſtanter & concorditer eandem rem teſtaturi.

e *Cæterorum autem.* ] qui non eſſent ex doctrina & fide Ieſu Chriſti, nemo audebat agglutinare ſeſe viris illis, quos humana ſorte maiores exiſtimabant, maximè videntes quæ ſigna in probos & ſimplices, quæ prodigia in improbos per manus Apoſtolorũ ederentur. Sic aliquando Petrus hoc affectu Ieſu dixit, Recede à me, Domine, quia homo peccator ſum. Itaque reuerentię & metus affectu ſibi cauebant cæteri. nãque maximos illos ducebat populus.

f *Credentium in Domino.* ] Credentium Ieſum eſſe Chriſtum & Dominum, cui omnis poteſtas data eſſet in cælo & in terra.

g *Concurrebant autem.* ] Sic propagabatur notitia & fides Ieſu Chriſti, conteſtante Deo ſignis & prodigiis.

h *Quæ eſt hæreſis Sadducæorum.* ] Qui maximè inuidebant & aduerſabãtur iam apertiſſimè doctrinæ Ieſu Chriſti, erãt Sadducæi, propter confirmatam doctrinam de reſurrectione mortuorum, quam illi negabant: & hi imprimis ſequebãtur partes principis ſacerdotum ægerrimè ferenti auctoritatem ſuam minui diſciplina Chriſtiana, quæ indicabat iam abolitum eſſe antiquum ſacerdotium, & mutatum noui Teſtamenti ſacerdotio.

i *Repleti ſunt zelo.* ] inuidia, non ſapientia, aut ſcientia, aut ſtudio religionis ac pietatis. Ita prodebant illi quidẽ ſuam inuidiam ſed nihil impedire poterant tempora virtutemque illius quẽ impugnabant.

ſuerunt eos in cuſtodia publica. 19 An-
gelus autem Domini per noctē aperiens
ianuas carceris, & educens eos, dixit,
20 Ite: & ſtantes loquimini in templo ple-
bi [a] omnia verba vitæ huius. 21 Qui
cùm audiſſent, intrauerunt diluculò in
templum, & docébant. Adueniens au-
tem princeps ſacerdotum & qui cum eo
erant, [b] conuocauerunt cōcilium & om-
nes ſeniores filiorum Iſrael: & miſerunt
ad carcerem vt adducerentur. 22 Cùm
autem veniſſent miniſtri, & aperto car-
cere non inueniſſent illos, reuerſi nun-
tiauerunt, 23 dicentes, Carcerem quidē
inuenimus clauſum cum omni diligen-
tia, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: ape-
rientes autem, neminem intus inueni-
mus. 24 Vt autem audierunt hos ſer- E
mones magiſtratus templi & principes
ſacerdotum, ambigebant de illis quid-
nam fieret. 25 Adueniens autem quidā
nuntiauit eis, Quia ecce viri quos poſui-
ſtis in carcerem, ſunt in templo ſtantes,
& docentes populum. 26 [c] Tunc abiit
magiſtratus cum miniſtris, & adduxit
illos ſine vi: timebant enim populum ne
lapidarentur. 27 Et cùm adduxiſſent il-
los, ſtatuerunt in concilio. Et interroga-
uit eos princeps ſacerdotum 28 dicens,
[d] Præcipiendo præcepimus vobis ne do-
ceretis in nomine iſto: & ecce repleſtis
Ieruſalem doctrina veſtra, & vultis in-
ducere

a *Omnia verba vitæ huius.*] huius vitæ nouæ, quæ vobis demonſtrata eſt; & liberationis ex morte æterna rationem omnem exponite populo, iuxta decreta conſilij Dei, qui vult hanc vitam nuntiari primùm Iſraeli.

b *Conuocauerunt concilium.*] In pleno cōcilio agitur cauſa veritatis Chriſti, ergo non potuit abſcondi iam illud lumen, neque negari res ab aduerſariis tanquā obſcura.

c *Tunc abiit magiſtratus.*] Præfectus populi, [illegible] concilij & ſacerdotum man[illegible] exequebatur, & ea quæ ad ſacrarum rerum rationem pertinerent agebat.

d *Præcipiendo*] denuntiauimus vobis apertiſſimè, ne doceretis pœnitentiam aut alia quæ docetis in nomine hoc: ſed vos ſtudioſè iſtud nomen appellātes, videmini velle concitare populum aduerſum nos, ad vltionē cædis iſtius hominis, tanquam noſtra auctoritate factæ.

ducere ſuper nos ſanguinem hominis
F iſtius. 29 Reſpondens autem Petrus &
Apoſtoli, dixerũt, [a]Obedire oportet Deo
magis, quàm hominibus. 30 Deus pa-
trum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem
[b]vos interemiſtis, ſuſpendentes in ligno.
31 [c]Hunc principem & ſaluatorem Deus
exaltauit dextera ſua, ad dandam pœni-
tentiam Iſraeli, & remiſſionem peccato-
rum. 32 & nos ſumus teſtes horum ver-
borum, & Spiritus ſanctus, quem dedit
Deus omnibus obedientibus ſibi.
33 Hæc cùm audiſſent, [d]diſſecabantur, &
cogitabant interficere illos. 34 Surgens
autem quidam in cõcilio Phariſæus, no-
mine Gamaliel, legiſdoctor honorabilis
vniuerſæ plebi, iuſſit "foras ad breue ho-
mines fieri'. 35 dixitque ad illos, Viri
Iſraelitæ, attendite vobis ſuper homini-
G bus iſtis quid acturi ſitis. 36 [e]Ante hos
enim dies extitit Theodas, dicens ſe eſſe
aliquem, cui cõſenſit numerus virorum
circiter quadringẽtorum, qui occiſus eſt:
& omnes "qui' credebant ei, diſſipati
ſunt, & "redacti' ad nihilum. 37 [f]Poſt
hũc extitit Iudas Galilæus in diebus pro-

Margin notes: "puſillũ foras Apoſtolos fecere ſ MS. G. S. — "quicunque ſ MS. G. — "redactus eſt 10 MS.

Aa feſſionis,

a *Obedire oportet.*] Tria erant propoſita crimina: vnum inobedientiæ erga magiſtratus & præfectos, alterum doctrinæ contra iuſſa ac decreta explicatæ: tertium ſeditionis & commotionis: quæ omnia propulſant Apoſtoli. primum, illa ſententia Supremo obediendum eſſe, id eſt, Deo; quem conſtat aliter mandaſſe quam illi iuberent. ſecũdum, doctrinam illam non poſſe celari, atque edi non poſſe aut explicari, detracto aut diſſimulato fundamento, qui eſt Ieſus Chriſtus, poſitus à Deo: quem cùm illi perdere omnino non potuerint, neque illius doctrinam interuertere poterunt.

b *Vos interemiſtis.*] Ieſum, & Deus in quẽ crediderunt & ſperauerunt patres noſtri illum ſuſcitauit. ſimiliter vos occultare conamini aut impedire doctrinam hanc: at vero Deus illam illuſtrat & confirmat.

c *Hunc principem.*] Hunc Deus virtute ſua conſpicuum & manifeſtum editũque probauit principem eſſe ad ducendum populum, & ſaluatorem ad ſaluandos eos qui in illum crederent. Nõ autem exaltauit ad vltionem in vos faciendam, neque concitandum ad eam rem populum; ſed ad vocandum vniuerſum Iſraelem, tam vos principes & magiſtratus, quam populum, ad pœnitentiam; & pœnitentibus donandã remiſſionem peccatorum, tam eorum qui communicauerunt in ſcelere cædis illius à vobis crucifixi, quã cęteris, qui aliis atque aliis peccatis obligati ſunt. Itaque non agitur de illius vltione, qui magis exaltatus, atque gloria maiori affectus eſt poſtquam crucifixus à vobis reuixit; ſed agitur de ſalute populi omnis, atque adeò veſtra in nomine illius. & nos non ſumus concitatores populi, ſed teſtes harum rerum quas exponimus, qui ex peccato ad gratiam, ex morte ad vitam ſumus traducti: idque profitemur, id docemur: hoc eſt *ſermones vitæ huius*. Teſtis etiam eſt Spiritus ſanctus vitæ æternæ auctor, quẽ dedit Deus obedientibus ſibi, & excipientibus Ieſum hunc filium ſuum in ſuam ſalutem. Id autem maximum teſtimonium & præſtantiſſimũ eſt veritatis Ieſu, videre multos ex morte tranſlatos ad vitã, & factos nouo homines, viuentes alia vita, diuina magis quàm humana, efficiente id in ipſis Spiritu ſancto. Hæc ſumma Euangelij doctrinæ noſtræ eſt, hoc ſtudia, hoc inſtitut[illegible] hoc propoſitum noſtrum commune eſt, teſtari Ieſu Chriſti veritatem per Spiritus ſancti virtutem.

d *Diſſecabantur.*] præ inuidia & odio iam obdurato in viſceribus illorum.

e *Ante hos enim dies.*] ante hoc annos. nam Theudas hic non eſt idem quem Ioſeph. lib. 20. Antiquit. cap. [illegible] exortum & oppreſſum Prætore Cuſpio Fado poſt Agrippæ mortem, Iudæa in prouinciam redacta. Nondum enim mortuus erat Agrippa, cùm hæc à Gamaliele dicerentur, vt conſtat ex cap. 12. huius libri: Regnauit enim Agrippa annis ſeptem ſub Caligula & Claudio. Videtur Theudas hic fuiſſe tempeſtate illa, cum poſt Herodis magni mortem ſeditiones in Iudæa excitatæ ſunt variæ, quæ per Varum vix ſedatæ. Ioſeph. lib. 17. cap. 12.

f *Poſt hunc.*] poſt illa tempora in quibus Iudas Theudas extinctus fuit. Tempore profeſſionis, hoc eſt, deſcriptionis ipſorum Galilæorum, quæ vel fuit quo tempore Ieſus natus eſt, vel cum Archelao in exilium miſſo, Iudæa rurſum in prouinciam eſt redacta, decennio poſt Ieſum natum.

feſſionis, & auertit populum poſt ſe, &
ipſe periit: & omnes quotquot conſen-
ſerunt ei, diſperſi ſunt. 38 Et nunc ita- MS. c.s.
què dico vobis, diſcedite ab hominibus
iſtis, & ſinite illos: quoniam [g] ſi eſt ex
hominibus conſilium hoc aut opus, diſ-
ſoluetur: 39 ſi verò ex Deo eſt, [h] non po-
teritis diſſoluere " eos, ne fortè & Deo " illud 2 MS. c.s.
repugnare inueniamini. Cōſenſerūt au-
tem illi. 40 Et conuocantes Apoſtolos,
[i] cæſis denuntiauerunt ne loquerentur in
nomine Ieſu, & dimiſerunt eos. 41 Et
illi quidem ibant gaudentes à conſpectu
concilij, quoniam digni habiti ſunt pro
nomine Ieſu [k] contumeliam pati.
42 Omni autē die non ceſſabant [l] in tem-
plo & circa domos docentes & euange-
lizantes Chriſtum Ieſum.

## CAP. VI.

IN diebus autem illis [a] creſcente nume- A
ro diſcipulorum, factum eſt murmur
[b] Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd
[c] deſpicerentur in miniſterio quotidiano
viduæ eorum. 2 Conuocantes autem
duodecim multitudinem diſcipulorum,
dixerunt, Non eſt æquum, nos derelin-
quere verbum Dei, & [d] miniſtrare mēſis.
3 Conſide-

g *Si eſt ex hominibus.*] ex hominum auctoritate aut incœpto aut propoſito, nō poterit durare. Mortalia enim ſunt quę à mortalibus inſtituuntur, & caduca ac vana, quæ Deus non decernit, fouet & promouet, etiam ſi videantur magnis incœptis exoriri & creſcere.

h *Non poteritis diſſoluere eos.*] qui Deo aguntur auctore & inſtitutore conſilij, & in geminam difficultatem incidetis; alteram, quòd nihil aduerſum homines efficere poteritis: alteram, quòd vos non cum hominibus, ſed cū Deo contendere declarabitis; idque vobis recidet in magnum malum.

i *Cæſis.*] Vt non viderentur concilium illud coegiſſe aduerſum immerentes, nulloq; crimini obnoxios, executi ſunt in illos correctionis iudicium, quod propter inobedientiam & temeritatem exercebatur, appellatū Hebraicè MALCVTH ARBAGHIM, a D. Paulo dictum quadragena: inferebatur autē huiuſmodi pœna ad humiliationem, vt illorum verbis vtamur. eratque genus notationis & ignominiæ Eccleſiaſticę.

k *Contumeliam pati.*] Minui honore, & notari atque humiliari pro exaltatione nominis quod profitebantur, ita illuſtrabatur & prædicabatur Ieſu nomē. hac etiam occaſione cùm notati eſſent ipſi & publicè à populo indicati, dicebatur cauſa quòd conſtanter prædicarent Ieſu nomen.

l *In templo & circa domos.*] publicè omnibus, & in priuatis conuentibus publicis concionibus & quotidianis ſermonibus docebant pœnitentiæ doctrinam, & nuntiabant bonum nuntium, Ieſum eſſe Chriſtum, id eſt, vnctum illum à Deo antè promiſſum, & nunc iam donatum.

CAP. VI.

a *Creſcente numero diſcipulorum.*] id eſt, Chriſtianorum, qui tunc omnes diſcipuli vocabantur.

b *Græcorum.*] Chriſtianorum ex Iudæis à Græcia oriundis aduerſus Chriſtianos indigenas. namque Hebræi nomen à regione ſumunt, non à genere, vt in ſacro apparatu docebamus lib. de Canaan.

c *Deſpicerentur in miniſterio quotidiano.*] Non ſolùm quòd pauperibus viduis neceſſaria non ſuppeditarentur: nam diſtribuebatur ſingulis vt cuique opus erat ſed etiam quòd Græcæ viduæ cuperent quoque ſuam operam ponere in miniſterio quotidiano, vti Hebræas facere videbant, & hoc modo officiū præſtare erga fratres ſed Hebrææ occupabant illis prætermiſſis omnē locum. Contentio igitur erat de miniſterio magis, quàm de commodo. Apoſtoli creſcente multitudine non cognoſcebant omnes viduas, tam aduenas quàm indigenas. magis enim indigenas cognoſcere & exercere poterant, cùm multæ eſſent Galilææ, vt ipſi ex Galilæa erant, & aliæ Ieroſolymitanæ, quas ipſi notiores habebant. Nam viduæ vt expeditiores hæc munia exercebant.

d *Miniſtrare menſis.*] Nomine miniſtrationis omnis ratio continetur ad illud miniſterium pertinens recipiendæ pecuniæ, expendendæ, collocandi miniſtros & miniſtras qui cibos parare, veſteſque conficere poſſent, & cætera quæ ad victum & veſtitum, illo tempore opportunum & commodum pertinebant.

3 Conſiderate ergo, fratres, viros ex vo-
bis [a] boni teſtimonij ſeptem, plenos Spi-
ritu ſancto & ſapientia, quos conſtitua-
mus ſuper [b] hoc opus. 4 [c] Nos verò, ora-
tioni & miniſterio verbi inſtátes erimus.
5 Et placuit ſermo coram omni multitu-
dine. Et elegerunt Stephanum virũ [d] ple-
B num fide & Spiritu ſancto, & [e] Philip-
pum, & Próchorum, & Nicánorem, & (Infr. 21. b. 8)
"Timónem, & Parmenam, & Nicolaũ ("Timotheũ a.)
aduenam [f] Antiochenum. 6 Hos ſtatue-
runt ante conſpectum Apoſtolorum: [g] &
orantes impoſuerunt eis manus. 7 [h] Et
verbum " Dei creſcebat, & multiplica- ("Domini a. 5 q.)
batur numerus diſcipulorum in Ieruſa-
lem valde: multa etiam turba ſacerdo-
tum [i] obediebat fidei. 8 Stéphanus au-
tem [k] plenus gratia & fortitudine facie-
bat prodigia & ſigna magna in populo.
9 Surrexerũt autẽ quidam de ſynagoga,
quæ appellatur [l] Libertinorum, & Cyre-
C nenſium, & Alexandrinorum, & eorum
qui erant à Cilicia & Aſia, diſputantes
cum Stéphano: 10 & non poterant reſi-
ſtere ſapientiæ & Spiritui qui loqueba-
tur. 11 Tunc ſummiſerunt viros, qui di-
cerent ſe audiuiſſe eum dicentem verba
blaſphemiæ in Moyſen & Deum.
12 Commouerunt itaque plebem, & ſe-
niores, & Scribas: & concurrentes rapue-
D runt eum, & adduxerunt in concilium,
13 & ſtatuerunt falſos teſtes qui dicerent,

 Homo

a *Boni teſtimonij.*] qui apud Eccleſiam teſtimonium habeant Spiritus ſancti in ipſis manentis, & ſapientiæ ad cognoſcendam veritatem & honeſtatem rerumque omnium decorem.

b *Super hoc opus.*] quos huic negotio præficiamus.

c *Nos verò.*] Varia munera & officia Eccleſiaſtica Spiritu ſancto dictante in concilio diſtributa.

d *Plenum fide.*] quæ reuelanda fuerat, & per Spiritum ſanctum reuelata iam erat. nam de fide in exercendo munere, hoc eſt fidelitate minima examinatio in illa tanta diſcipulorum ſimplicitate erat, vbi nemo eorum quę poſſidebat dicebat aliquid eſſe ſuum: Spiritu ſancto ſanctificationis & miniſterio.

e *Philippum, & Próchorum, & Nicanorem, &c.*] Adeò apertè conſtabat tunc Spiritus ſancti virtus in multis diſcipulis, vt palam nominari indicariq; poſſent qui pleni illo erant. Erant autem multi, ſed Apoſtolis tum ſatis viſi ſunt fore ſeptem.

f *Antiochenum.*] Non ex Gentilium genere, ſed Iudæorum qui Antiochiæ habitabant, factum diſcipulum iam & plenum Spiritu ſancto. Cæteros partim ex Hebræis, partim ex Græcis fuiſſe nomina ipſa indicant.

g *Et orantes.*] Gratulati Deo propter electionem, precati Deum vt illis adeſſet & faueret ſemper. *Impoſuerunt eis manus*, in ſignum traditæ poteſtatis & auctoritatis miniſterij.

h *Et verbum Dei creſcebat.*] Apoſtolis vacantibus miniſterio prædicationis verbi.

i *Obediebat fidei.*] agens pœnitentiam in obedientia fidei Ieſu Chriſti, in quē credebat.

k *Plenus gratia.*] Spiritus ſancti & auctoritate edendi miracula.

l *Libertinorum.*] Ita appellata, vt nobis videtur, ab inſtitutore ipſo & ædificatore Libertino dicto, quod Syrica lectio obſeruandum indicat. Erat autem Stephanus ex familiis Græcorũ, inter quos cùm verſaretur vt aliquos lucrifaceret, excitatus eſt tumultus ille.

Homo iſte non ceſſat [m] loqui verba ad-
uerſus locum ſanctum, & legem. 14 au-
diuimus enim eum dicentem, quoniam
Ieſus Nazarenus hic, deſtruet locum
iſtum, & mutabit [n] traditiones quas tra-
didit nobis Moyſes. 15 Et intuētes eum
omnes qui ſedebant in concilio, viderūt
faciem eius [o] tanquam faciem angeli.

## CAP. VII.

DIxit autem princeps ſacerdotum, Si A
hæc ita ſe habent? 2 Qui ait, [a] Viri
fratres & patres audite, [b] Deus gloriæ ap-
paruit patri noſtro Abrahæ [c] cùm eſſet in
Meſopotamia, prius quàm moraretur in
Charan, 3 & dixit ad illum, Exi de ter- Gen. 12. a. 1
ra tua, & de cognatione tua, & veni in
terram quam monſtrauero tibi. 4 Tunc
exiit de terra Chaldæorum, & habitauit
in Charan. Et inde, poſtquam mortuus
eſt pater eius, tranſtulit illum in terram
iſtam, in qua nunc vos habitatis. 5 [d] Et
non dedit illi hæreditatem in ea nec paſ-
ſum pedis: "& ' repromiſit dare illi eam "ſed ea
in poſſeſſionē, & ſemini eius poſt ipſum,
cùm non haberet filium. 6 [e] Locutus eſt
autem

m *Loqui verba.*] Blaſphema verba, & minuentia maieſtatem & auctoritatem religionis. Criminationis argumentum ex eo genere eſt quod morte punitur, iuxta illorum conſuetudinem. Diuiditur in duo crimina: blaſphemiam in locum ſanctum, & blaſphemiā in legem. Additur ex conſequenti crimen imminutæ auctoritatis legiſlatoris.

n *Traditiones quas tradidit.*] Significātur his verbis duæ leges, quas dicebant Scribæ datas à Moſe, alteram quā appellabant כתבה, alteram verò בעל פה, id eſt, ſcriptam & pronuntiatam. Accuſationis argumentum materiam præbuit ſanctiſſimo viro diſſerendi de vniuerſa veteris Teſtamenti ratione.

o *Tanquam faciem Angeli.*] Elucebat in illo virtus Spiritus ſancti, ſuggerentis ſapientiæ & ſermonis copiam & facultatem, animumque confirmantis.

CAP. VII.

a *Viri fratres & Patres.*] In pleno concilio Sacerdotum, Seniorum, Scribarū, & magnæ multitudinis populi explicatur Ieſu Chriſti Dei filij ratio veriſſima, & veritas teſtatiſſima, & cōfirmatiſſima eſſe oſtenditur ſcripturis & aliis Dei ſignaculis atque Spiritus ſancti diſtributionibus.

b *Deus gloriæ.*] Deus glorioſus & laudabilis: ita ſolent cum laude antiqui Deum ſemper nominare.

c *Cum eſſet in Meſopotamia.*] Sic ordinamus hunc locum noſtri ſermonis ſerie aliquantulum deflectente à ſerie narrationis Hebraicorum hiſtoriographorum, quo tempore ſcimus Abraham patrem noſtrum fuiſſe in Meſopotamia, priuſquam moraretur in Charan, non fuit id factum caſu aut priuato aliquo conſilio ſuo, ſed ex Dei conſilio & mandato, qui dixerat illi, Exi de terra tua, &c. & tunc obſequutus Dei imperio exiit cum patre vt veniret in terram Chanaā: exiit, inquam, de Vr vrbe in terra Chaldæorum, & commoratus eſt in Charan vſque ad mortem patris; & indè poſtquā mortuus eſt pater eius, idem Deus tranſtulit illum eodem iuſſu repetito in terrā iſtā, in qua nunc vos habitatis. ita Stephanus declarat exitum primū Abrahæ cum Thareh patre ex Vr Chaldæorum in Charan fuiſſe factum diuino conſilio & iuſſu, & rurſus eodem iuſſu incœptam migrationem fuiſſe abſolutam, deuentumque in terram Chanaan: quod Moyſes quamuis variatis verbis indicauit. & Gerundenſis ſatis luculenter explicuit in 12. cap. Geneſ. Obſeruandum eſt verbum *tranſtulit* à Stephano pronuntiatum.

d *Et non dedit hæreditatem ei.*] Nam quē agrum in ſepulchri vſum Abraham poſſedit, ſua pecunia emit, pactus de pretio cum dominis loci. Hæc omnia eò tendunt, Abraham credidiſſe promiſſis Dei, iuſſiſque obſequutum fuiſſe, magis adeò propter ſpiritualia dona illis promiſſis adumbrata & ſignificata, quàm propter terrena, quæ nec ipſe poſſedit, neque cùm audiret promiſſa filium aut ſemen habebat ſibi proprium, ad quem promiſſionum vſus pertineret; neque filius eius Iſaac, imò neque nepos Iacob terrenam promiſſam hæreditatem obtinuit, & tamen credidit ſe obtenturum promiſſa, & ideò imperiis paruit Dei: ex quo conſequitur ad aliud ſemen aliamque poſſeſſionem ſpiritualem Abraham reſpexiſſe.

e *Locutus eſt autem.*] imò & ipſi & poſteris eius vſque ad quartam generationem labores, peregrinationes, & ſeruitutis ærumnas prædixit.

*6 MS. G. Gen. 15. c. 13* autem ei Deus, Quia erit ſemen eius
accola in terra aliena, & ſeruituti eos
ſubiicient, & malè tractabunt eos annis
quadringentis: 7 & gentem cui ſeruie-
*dicit Dominus MS q.* rint, iudicabo ego, dixit Deus. & poſt
hæc exibunt, & ſeruiét mihi in loco iſto.
*Gen. 17. b. 10* 8 Et dedit illi [a] teſtamentum circunciſio-
*Gen. 21. a. 2. a. 4.* nis, & ſic genuit Iſaac, & circũcîdit eum
*Gen. 25. c. 24 d. 26* die octauo: & Iſaac, Iacob: & Iacob, duo-
*Gen. 29. d. 32 30. a. b. c. d. 35. d. 23.* decim Patriarchas. 9 [b] Et Patriarchæ æ-
*Gen. 37. f. 28.* mulantes, Ioſeph vendiderunt in Ægy-
B ptum. & erat Deus cum eo: 10 & eripuit
eum ex omnibus tribulationibus eius.
*Gen. 41. e. 37* & dedit ei gratiam & ſapientiam in con-
ſpectu Pharaonis regis Ægypti, [c] & con-
ſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptũ
& ſuper omnem domum ſuam. 11 Ve-
nit autem fames in vniuerſam Ægyptũ
& Chanáan, & tribulatio magna: [d] &
non inueniebant cibos patres noſtri.
*Gen. 42. a. 2* 12 Cùm audiſſet autem Iacob eſſe fru-
mentum in Ægypto: miſit patres noſtros
*Gen. 45. a. 3. a. 4.* primùm: 13 & in ſecundo cognitus eſt
Ioſeph à fratribus ſuis, & manifeſtatum
eſt Pharaoni genus eius. 14 Mittens au-
tem Ioſeph, accerſiuit Iacob patrem ſuũ,
*ſuam MS. R. G. S.* & omnem cognationem * in animabus
*Gen. 46. a. 1. a. 5.* ſeptuagintaquinque. 15 Et deſcendit
*Gen. 49. d. 32 Gen. 50. b. 7* Iacob in Ægyptũ: [e] & defunctus eſt ipſe
*Gen. 23. c. 16 50. b. 13* & patres noſtri. 16 Et tranſlati ſunt in
Sichem, & poſiti ſunt in ſepulchro quod
emit Abrahã pretio argẽti à filiis Hemor

a *Teſtamentum circunciſionis.*] Cũ Abraham hac fide promiſſorum instructo pactum & fœdus pepigit, vt in ſignum & ſacramẽtum quod ad populum ſuũ pertineret ſeſe circuncideret & ſuos, quod ille & illius filij & nepotes ſuſceperunt, & tamen non acceperunt promiſſa temporalia; ſed aſpiciebant in æterna à ſe accipienda, quæ temporalibus ſignificabantur, per poſteros longo tempore poſt accipiendis.

b Vſque adeò non acceperunt promiſſiones terrenas, vt etiam ex illis aliqui diſſidiis & inuidia laborantes ſibi difficultatem moliti fuerint, quo minus acciperent, vendentes fratrem in Ægyptum; quo facinore domus Iſrael imminuta eſt, & priuata optimo & innocentiſſimo filio. Sed Deus qui propoſitum ſuum promouebat, erat cum Ioſeph; & illorum malum facinus ſua ipſius miſericordia in vtilitatem ipſorum conuertit.

c *Et conſtituit eum præpoſitum.*] Hæc omnia eò ſpectant, vt oſtendat Stephanus Deum propoſitum ſuũ & promiſſum ſemper promouiſſe, quamuis homines, maximè illi ad quos primò beneficium promiſſionum pertinebãt, ſua culpa impedire potius, quàm ſequi cõſilium illud perſæpè voluerint. Ferè enim maxima pars Iſraelitarum reſiſtebat potius Deo, quàm obſequeretur; imò & alienigenæ commodiores ſeſe præſtabant ad Dei conſilij promotionem, vt Pharao & Ægyptij illi antiqui, qui Ioſeph tanto honore affecerunt.

d *Et non inueniebant cibos patres noſtri.*] quãquam in terra promiſſa eſſent, quã tamen non poſſidebant, & nihilominus ſentiebant difficultatem eandem quam indigenæ. Non enim erat repromiſſionis tempus, verùm fide & ſpe promiſſorum Iſrael ſuſtentabatur.

e *Et defunctus eſt.*] non accepta repromiſſione terrenæ poſſeſſionis, & tamen voluerunt ſepeliri in terra Chanaan, propter fidem quam habebant promiſſioni diuinæ in hac regione præſtandæ. Igitur aliud maius & vlterius expectabant, intelligentes ex illo promiſſo facto ſpiritualium rerum argumentum.

filij Sichem. 17 Cùm autem appropin- C
quaret tempus promiſſionis,[a] quam con
feſſus erat Deus Abrahæ,[b] creuit populus *Ioſue 24.5.32 Exod.1.a.7*
& multiplicatus eſt in Ægypto, 18 quo-
aduſque ſurrexit alius rex in Ægypto,
[c] qui non ſciebat Ioſeph. 19 Hic[d] circun-
ueniens genus noſtrum, afflixit patres
noſtros:[e] vt exponerent infantes ſuos, ne
viuificarentur. 20 Eodem tempore na- *Exod.2.a.2 Heb.11.c.23*
tus eſt Moyſes, & [f] fuit gratus Deo, qui
nutritus eſt tribus menſibus in domo
patris ſui. 21 Expoſito autem illo, ſuſtu-
lit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum
ſibi in filium. 22 Et eruditus eſt Moy-
ſes omni ſapientia Ægyptiorum: & erat
[g] potens in verbis & in operibus ſuis.
23 Cùm autem impleretur ei quadragin-
ta annorum tempus,[h] aſcēdit in cor eius
vt viſitaret fratres ſuos filios Iſrael.
24 Et cùm vidiſſet quēdam iniuriam pa- *Exod.2.b.11*
tientem, vindicauit illum: & fecit vltio-
nem ei qui iniuriam ſuſtinebat, percuſſo
Ægyptio. 25 [i] Exiſtimabat autem intel-
ligere fratres, quoniam Deus per manū
ipſius daret ſalutem illis: at illi non in-
tellexerunt. 26 Sequenti verò die appa- *Exod.2.b.13*
ruit illis litigantibus: & recōciliabat eos D
in pace, dicens, Viri, fratres eſtis, vt quid
nocetis alterutrum? 27 Qui autem in-
iuriam faciebat proximo, repulit eum,
dicens, Quis te conſtituit principem &
iudicem ſuper nos? 28 nunquid inter-
ficere

a *Quam confeſſus fuerat.*] quam expoſuerat & pollicitus fuerat.

b *Creuit populus.*] vt propoſitum Dei de temporalibus promiſſis, in quibus ſpiritualia continebantur, expediretur.

c *Qui non ſciebat Ioſeph.*] qui non erat ex genere illorum regum, qui diuitiarum & opum regiarum augmentum Ioſepho acceptum referrent.

d *Circumueniens.*] aſtutè agens, vt genus noſtrum exercendo paulatim perderet, & interim ille ex illorum perditione commodum caperet.

e *Vt exponerent infantes.*] adeò afflixit, vt non ſolùm ipſos laboribus enecaret adultos, ſed etiam infantes exponeret ne vitales eſſent.

f *Fuit gratus Deo.*] charus & dilectus; ſepoſitus tanquam vas delectum in vſum magnum. ideoque ſingulari prouidentia & beneficio fotus & promotus etiam inter inimicos, vt per totam hiſtoriam obſeruatur.

g *Potens in verbis & in operibus.*] ingenio ſolerti, ſolida facundia, & ad res gerēdas dexterrimus: quamobrem potuit in domo regia magnum locum obtinere & tueri.

h *Aſcendit in cor eius.*] venit illi in mētem illa cogitatio à Deo immiſſa.

i *Exiſtimabat autē intelligere fratres ſuos.*] Hæc oratio ad vtrumque huius concionis ſcopum tendit, quòd Deus ſemper ſuam voluntatem ſignificauerit Iſraelitis, quam illi frequentiſſimè repudiauerint.

ficere me tu vis, quemadmodum inter-
feciſti heri Ægyptium? [29] Fugit autem
Moyſes in verbo iſto: & factus eſt ad-
uena in terra Madian, [a] vbi generauit fi-
Exod. 3.A.2 lios duos. [30] Et expletis annis quadra-
ginta, apparuit illi in deſerto montis Si-
na angelus in igne flammæ rubi.
[31] Moyſes autem videns, admiratus eſt
viſum. Et accedente illo vt conſideraret,
*dicés MS q. facta eſt ad eum vox Domini*, [32] Ego
ſum [b] Deus patrum tuorũ, Deus Abra-
ham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Treme-
factus autem Moyſes, non audebat con-
ſiderare. [33] Dixit autem illi Dominus,
Solue calceamentum pedum tuorum:
locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.
[34] [c] Videns vidi afflictionem populi mei
qui eſt in Ægyp , & gemitum eorum
audiui, & deſcendi liberare eos. Et nunc
†MS. C. S. veni, † & mittam te in Ægyptum.
[35] [d] Hunc Moyſen, quem negauerũt, di-
centes, Quis te conſtituit principem &
°iudicem MS. G. R. °ducem? hunc Deus principẽ & redem-
ptorem miſit, cum manu angeli qui ap-
Exod. 7.8 9. 10.11.14 paruit illi in rubo. [36] Hic eduxit illos,
faciẽs prodigia & ſigna in terra Ægypti,
Exod. 16.a.1 & in rubro-mari, & in deſerto [e] annis
E quadraginta. [37] [f] Hic eſt Moyſes qui di-
Deut. 18.c.15 xit filiis Iſraël, Prophetã ſuſcitabit vo-
bis Deus de fratribus veſtris tanquã me:
Exod. 19.a.3. d.19. ipſum audietis. [38] [g] Hic eſt qui fuit in
eccleſia in ſolitudine, cum angelo qui lo-
quebatur

a *Vbi generauit filios duos.*] quorum nomina indicant illum permanſiſſe in fide Dei, & numero populi à Deo delecti.

b *Deus patrum tuorum.*] Ille qui miſericordiam pollicitus ſum Abraham, Iſaac & Iaacob, quam præſtiturus ſum illis ſpiritualiter & illorum poſteris téporaliter & ſpiritualiter, iis qui ſe non reddiderint indignos.

c *Videns vidi.*] Viſum fuiſſe Deum miniſteriis electorum à ſe, & miſſorũ virorum ad ſalutem populi, qui cùm ſua non curarent, ſed aliorum vtilitati ſtuderent, tamen patiebantur repulſas & ignominias, & mortem etiam ab iis quibus proderant.

d *Hunc Moyſen.*] Non ſatis eſt eſſe repulſum à populo miniſtrũ ad credendum non eſſe verum miniſtrum; cùm ſint manifeſta ſigna electionis Dei erga ipſum, & ſæpè repetita ac renouata varia argumenta.

e *Annis quadraginta*] fecit ſigna in Ægypto, in mari rubro, ac deinde per quadraginta annos in deſerto. diſiunctiuè legendum.

f *Hic eſt Moyſes.*] Hactenus hiſtoria Moſis, qui cùm non poſſit negari à Deo miſſus liberator ex illa ſeruitute Ægyptiaca, tamen ipſe profeſſus eſt & prædixit fore alium Prophetam, quem expectari oporteret, & miſſum excipi, & omni fide atq; obedientia coli; alias enim non permanſuras in populo Dei animas eorum, qui Prophetam illum non excepiſſent, aut repudiaſſent.

g *Hic eſt*] qui publicè confirmatus eſt à Deo miniſter & legiſlator Teſtamẽti veteris voce diuina, quam audierunt patres, prænuntiantẽ præcepta; & ſenſerunt vocantem ipſum Moſem publicè in tabernaculum, & ab illa angeli voce accepit oracula aperta ſimplici ſermone pronuntiata, tanquam viri ad amicum ſuum, quorum argumentum erant præcepta quæ nobis data ſunt. Et quanquam confirmatus ille fuerit à Deo miniſter, tamen à patribus noſtris poſt breuem abſentiam eſt repulſus, ac ſi nunquam fuiſſet à Deo delectus & miſſus, propterea quòd illi malũ morẽ tuerentur, & ad Ægyptiacam conſuetudinem animo & mente affecti eſſent, à qua illos quam longiſſimè alienos eſſe volebat Moſes.

quebatur ei in monte Sina, & cum pa-
tribus noſtris: qui accepit verba vitæ da-
re nobis. 39 Cui noluerunt obedire pa-
tres noſtri: ſed repulerunt, & auerſi ſunt
cordibus ſuis in Ægyptum, 40 dicentes
ad Aaron: Fac nobis Deos qui præcedãt *Exod. 32.a.1*
nos: Moyſes enim hic qui eduxit nos de Moyſi enim huic & ſq.
terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit
ei. 41 Et vitulum fecerũt in diebus illis,
& obtulerunt hoſtiam ſimulachro, [a] &
lætabantur in operibus manuum ſuarũ.
42 [b] Conuertit autem Deus, & tradidit
eos ſeruire militiæ cęli, ſicut ſcriptum eſt
[c] in Libro Prophetarum: Nunquid victi- *Amos 5.g.25*
mas & hoſtias obtuliſtis mihi annis qua-
draginta in deſerto, domus Iſraël? 43 [d] Et
ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſy-
dus Dei veſtri Rempham, figuras quas
feciſtis, adorare eas. Et transferam vos F
trans Babylonem. 44 [e] Tabernaculum
teſtimonij fuit patribus noſtris in deſer-
to, ſicut diſpoſuit Deus loquens ad 4 MS 0.6. *Exod. 25.a.40*
Moyſen, vt faceret illud [f] ſecundum for-
mam quam viderat. 45 Quod & indu- *Heb. 8. b.5* *Ioſue 3.a.14*
xerunt, ſuſcipientes patres noſtri cum
Ieſu in poſſeſſionem gentium, quas ex-
pulit

a *Et lætabantur in operibus manuum ſuarum.*] Voluerunt alium modum viuẽdi, aliud ſtudium, alios mores, alium denique Deum colere, quã Moſes præcipiebat, atque adeò quã Deus volebat.

b *Conuertit autem Deus.*] Conuertit ſe ab illis, ſiue potius auertit, & tradidit eos ſuæ ipſorum menti & cogitationi; quæ in illud euaſit ſcelus & nefas, vt ſeruirẽt militiæ cæli, Soli, Lunæ, aſtriſque aliis.

c *in libro Prophetarum.*] duodecim Prophetarum minorum, qui vno libro ſiue volumine conſcripti erant, & concinnati omnes propter breuitatem ſingulorum.

d *Et ſuſcepiſtis*] in humeris veſtris baiulãdum tabernaculum ſiue delubrum Molchon veſtri, ad Moabitarum idololatriam conuerſi.

e *Tabernaculum.*] Hactenus de poſteriori crimine legis abiectæ & violatæ auctoritatis Moſis, quẽ non ſolùn non violauit Stephanus, ſed apertè aſſeruit verum miniſtrũ Dei fuiſſe, & tamẽ ab ipſis à quibus ſuſcipiendus tradebatur repulſum, reprobatũ & ſæpè offenſum; ipſius ſententia atque auctoritate confirmata eſt expectatio Chriſti. Deinceps ad aliud crimen de irreuerentia & blaſphemia contra locũ ſanctum, oſtẽdit nullum locum in terris à patribus cultum ita perpetuò ſanctum fuiſſe, vt nunquam moueri aut mutari oportuerit; vnumque ſolum eſſe ſanctiſſimum illum, ad cuius exemplum alia loca duo, videlicet tabernaculum & templum, conſtructa eſſent. Illud enim exemplar primùm à Deo oſtenſum, maximè eſſe petendum & quærendũ, & probandum tanquam perpetuum atque Deo gratiſſimum.

f *Secundum formam quam viderat.*] Ergo aliud exemplar habuit Deus tabernaculi non manufacti ſibi gratiſſimum, quod oſtendit Moſi, & voluit manufactum ad illius imaginem conſtrui, tanquam qui illud maximè probaret: & hoc non niſi propter illud, vt probatur imago & amatur propter eum cuius imago eſt. Habuerunt hoc tabernaculum in deſerto, induxerunt in terram promiſſam, frequentarunt in ea; & quanquam à Deo inſtitutum, quãquam antiquum & diuturna poſſeſſione ſacratũ, patrum etiam reuerentia & frequentia cultum, tamen cùm placuit Deo quieta tẽpora præbere Iſraëli, & regẽ pacificum concedere, depoſitum eſt tabernaculũ illud, & translatus eius vſus in tẽplum à Salomone ædificatum, quod non apparet fuiſſe adeò ſacrum atque tabernaculum. Illic enim legislator primus à Deo probatiſſimus procurator fuit conſtruendi operis, exẽplar à Deo acceptum in monte; ſpiritus additus diuinitus architectis ipſis, opus maieſtatis diuinæ, & nubis aſſiduitate ac frequentia ornatum. hic Salomon auctor atque ad exẽplar humanum, ſaltẽ non ad illud quod monſtratum eſt Moſi in monte, ſed ad ſimilitudinẽ tabernaculi ipſius in deſerto facti, quod ad menſuratũ rationes pertinet; ſed varia materia, & opere vario atque humani ingenij cõpluribus ornamentis inſtructum, at verò Deo probatum interim dum purè ac ſanctè frequentaretur, & dũ tempus adeſſet illius primi quod monſtratum eſt in monte Deo gratiſſimi conſtituendi: quod probatum fuerit Deo interim his conditionibus teſtatur dies initiationis à Salomone indictæ & celebratæ: quod non fuerit perpetuũ, neque ſatis commodum Dei habitationi, docent tum Iſaiæ oracula, tum ratio.

pulit Deus à facie patrum noſtrorum, vſ-
que in diebus Dauid, [46] qui inuenit gra-
tiam ante Deum, & periit vt inueniret
tabernaculum Deo Iacob. [47] Salomon
autem ædificauit illi domum. [48] Sed
nõ Excelſus in manufactis habitat, ſicut
"propheta' dicit: [49] Cælum mihi ſedes
eſt: terra autem ſcabellum pedum meo-
rum. Quam domum ædificabitis mihi,
dicit Dominus? aut quis locus requie-
tionis meæ eſt? [50] Nónne manus mea
fecit hæc omnia? [51] [a]Dura ceruice & in-
circũciſis cordibus & auribus, vos ſem-
per Spiritui ſancto "reſiſtitis': ſicut patres
veſtri, & vos. [52] Quem Prophetarum
non ſunt perſequuti patres veſtri? Et oc-
ciderunt eos qui prænuntiabant de ad-
G uentu Iuſti, cuius vos nunc [53] prodito-
res & homicidæ fuiſtis: [b]qui accepiſtis
legem in diſpoſitione angelorum, & nõ
cuſtodiſtis. [54] Audientes autem hæc,
diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebãt
dentibus in eum. [55] Cùm autem eſſet
[c]plenus Spiritu ſancto, intendens in cæ-
lum, vidit [d]gloriam Dei, & Ieſum ſtan-
tem à dextris Dei. [56] Et ait, Ecce video
cælos apertos, & Filium hominis [e]ſtan-
tem à dextris *Dei. [57] Exclamantes au-
tem voce magna, [f]continuerunt aures
ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter
in eum. [58] Et eiicientes eum extra ciui-
tatem, lapidabant: & [g]teſtes depoſuerunt

Bb veſtimenta

3 Re. 16. c. 13
Pſa. 131. a. 5
3 Reg. 6. a. 1
1 Par. 17. b. 12
Infr. 17. f. 25

' per prophetam o.
Iſa. 66. a. 1
3 Re. 8. c. 27
2 Par. 6. e. 18

' reſtitiſtis o.

* virtutis o.

a *Dura ceruice.*] Concluſio argumentationis, illos non agere vt auctoritatem Moſis & legis atque templi ſanctitatem defendant, ſed vrgere propoſitũ antiquamque peruerſitatem gentis ſuę, excludendi & reiiciendi ſalutem ipſis allatam, & vexandi atque opprimendi Dei miniſtros omnes. id quod ex vniuerſali dicto confirmat, aſſeuerat etiam omnes illos annuntiaſſe aduentum Chriſti iuſti & iuſtificantis homines; quem etiam auctorem ſalutis ipſi non ſolùm repudiarint, ſed occiderint.

b *Qui accepiſtis legem.*] Vos eſtis qui legem violaſtis acceptam per internuntios angelos, quos apertè agnouiſtis non ex homine accepiſſe, ſed ex Deo; & tamen non ſeruaſtis: & in illa lege ſcriptum eſt de Chriſto: atque ita omnino violaſtis legem, & legis finem repudiaſtis.

c *Plenus Spiritu ſancto.*] prophetiæ, reuelationis & ſapientiæ, cognitioniſque diuinarum rerum.

d *Gloriam Dei.*] Maieſtatem Dei oculis animi per Spiritum ſanctum clarificatis, & oculis corporis quatenus id contingere poteſt homini eiuſdẽ Spiritus virtute ad id ſpectaculũ informato.

e *Stantem.*] exiſtentem: nam verbum etiam ſedentibus conuenit ex Græco.

f *Continuerunt aures ſuas.*] obſtinatorũ habitus.

g *Teſtes.*] qui illum detulerant, quique primi lapides coniecturi erant ex more.

veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis *Inf. 22. c. 20.*
qui vocabatur Saulus. 59 Et lapidabant
Stephanum inuocantem, & dicentem:
Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.
60 Poſitis autem genibus, clamauit voce
magna, dicẽs: Domine, [h] ne ſtatuas illis *3 Ms. c.*
hoc peccatum. Et cùm hoc dixiſſet, [i] ob-
dormiuit*. Saulus autem erat [k] conſen- ** in Domino.*
tiens neci eius.

h *Ne ſtatuas.*] ne firmes vt indelebile, ſed remitte & dele illud ex libro debitorum.

i *Obdormiuit.*] ſanctorum mors.

k *Conſentiens.*] ex ſtudio & zelo religionis ſuæ, & odio in Chriſti nomen, volens ſe ſocium adiungere ſententia & operatis qui illum occidebant: idóne verbis profitebatur, vt communicaret etiam in merito quod exiſtimabat inde obtineri.

## CAP. VIII.

FActa eſt autem [a] in illa die perſecutio A
magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſoly-
mis, & omnes [b] diſperſi ſunt per regiones
Iudææ & Samariæ, præter Apoſtolos.
2 Curauerunt autem Stephanum [c] viri ti-
morati, & fecerunt planctum magnum
ſuper eum. 3 Saulus autem deuaſtabat *Inf. 22. A. 4. c. 9.*
eccleſiam: per domos intrans, & trahens
[d] viros ac mulieres, tradebat in cuſtodiã.
4 Igitur qui diſperſi erant pertranſibant,
euangelizantes verbum*. 5 [e] Philippus ** Dei Mat.*
autem deſcendẽs in ciuitatem Samariæ,
prædicabat illis Chriſtum. 6 Intende-
bant autem turbę his quæ à Philippo di-
cebantur, [f] vnanimiter audientes, & vi-
dẽtes ſigna quæ faciebat. 7 Multi enim
eorum qui habebant ſpiritus immũdos, B
clamantes voce magna, exibant. Multi
autem paralytici & claudi curati ſunt.
8 Factum eſt ergo gaudium magnum [g] in
illa ciuitate. 9 Vir autem quidam no-
mine Simon, qui antè fuerat in ciuitate
magus,

### CAP. VIII.

a *In illa die.*] tumultuante populo, vt fieri ſolet vulgò ex recenti exemplo lapidationis Stephani aliis odio ſæuientibus aduerſus in diſcipulos, aliis verò ea ratione ſibi conſulere exiſtimantibus.

b *Diſperſi ſunt.*] poſt illam diem, atque hoc modo fama Chriſti & Euangelij eius propagabatur.

c *Viri timorati.*] non ſolùm ex diſcipulis, ſed ex Iudæis quos religio tãgebat, maximè audientes quid ille in illa diuina concione egiſſet, & propter integritatem & ſanctitatem vitæ, & propter diligentiam in miniſterio atque fidelitatem, quòd eius opera multi pauperes alerentur.

d *Viros ac mulieres.*] Adeò vehementi odio flagrabat aduerſus Ieſu Chriſti nomen, vt nulli conditioni aut ſexui parceret, tanquam rabidus leo.

e *Philippus autem deſcendens in ciuitatem Samariæ.*] conſulto & à Spiritu ſancto iuſſus: namque Apoſtolos non niſi ex metu diſperſos initio capitis legimus.

f *Vnanimiter audientes.*] Contentionis ſtudio ſemoto, ſed vera cognoſcendi cupiditate ducti, audiebãt diligenter doctrinæ rationem, collatam cum ſignis & miraculis; ideoque illuminabãtur.

g *In illa ciuitate.*] in qua nulla erat ſapientiæ arrogantia, ſed quædam potius magna diuinitatis, & veri cognoſcendi cupiditas, vt apud Iohannem obſeruauimus.

magus, ſeducens gentem Samariæ, di-
cens [a] ſe eſſe aliquem magnum: 10 cui
auſcultabant omnes à minimo vſque ad
maximum, dicentes, [b] Hic eſt virtus Dei,
quæ vocatur magna. 11 Attendebant
autem eum, propter quod multo tem-
pore "magicis ſuis' * dementaſſet eos. (magicis O.S. * artibus 9 MS.)
12 Cùm verò credidiſſent Philippo [c] euã-
gelizanti de regno Dei, "&' nomine Ieſu (in MS.S.)
Chriſti, baptizabantur viri ac mulieres.
C 13 Tunc Simon & ipſe credidit: & cùm
baptizatus eſſet, adhærebat Philippo. Vi-
dens etiã ſigna & virtutes maximas fieri,
[d] ſtupens admirabatur. 14 Cùm autem
audiſſent Apoſtoli qui erant in Ieroſoly-
mis, quòd recepiſſet Samaria verbũ Dei:
miſerunt ad eos Petrum & Iohannem.
15 Qui cùm veniſſent, orauerunt pro ip-
ſis, vt acciperent Spiritum ſanctum.
16 Nondum enim in quenquam illorum
"venerat', [e] ſed baptizati tantùm erant (superuenerat I MS.R.O.)
in nomine Domini Ieſu. 17 Tunc im-
D ponebant manus ſuper illos, & [f] accipie-
bant Spiritum ſanctum. 18 [g] Quum
vidiſſet autem Simon, quia per impoſi-
tionem manus Apoſtolorũ, daretur Spi-
ritus ſanctus, obtulit eis pecuniam,
19 dicens, Date & mihi hanc poteſtatem,
vt cuicunque impoſuero manus, accipiat

 Spiritum

a *Se aliquem eſſe magnum.*] Quendam magnum ſeſe iactauerat, & non declarauerat titulum quẽ ſibi arrogare vellet; ſed opinionem ſuæ magnitudinis firmare ſtuduerat in populi animis, vt poſteà oblata opportunitate eum locũ occuparet quem tempus offerret, aut Meſſiæ nomen vſurpaturus, aut filij cuiuſ[illegible]am Dei aut magni principis.

b *Hic eſt virtus.*] Iam vulgus omne cum proceribus conſentiebat pariter illum eſſe virtutem illam magnã Dei, quæ apud homines oſtẽdi ſpectarique poſſet; nihilque illa efficacitate vlterius aut maius expectari poſſe.

c *Euangelizanti de regno Dei.*] aſſerenti bonum nuntium de regno Dei ſpirituali in hominibus per Spiritum ſanctum conſtituto; idque in nomine & efficacitate Ieſu, quem verum Chriſtũ eſſe Deus [illegible] declararet ſignis, portentis & miraculis, atque Spiritus ſancti diſtributionibus: huius regni obtinendi à Deoque accipiendi, fide & ſpe animati, baptizabantur viri & mulieres, & baptizati fructus dignos pœnitentia faciebant: atque relicta opinione de magnitudine Simonis, Euangelio veritatis aſſentiebant.

d *Stupens admirabatur.*] Adeò præſtabant ſigna à Philippo edita, tum naturæ excellentia, tum vſu & vtilitate iis quæ à Simone fuerant anteà facta, vt non ſolùm populus veram virtutem ab illa pro maxima antehabita dignoſceret; ſed ipſe, qui ſe magnum iactauerat, admiraretur. Credidit quidem Ieſum eſſe magnum, & Dei filium à Deo miſſum Chriſtum, vt à Philippo prædicatum audierat; ſed prauæ doctrinæ cõſuetudine corruptus animus, in ſuæ gloriæ ambitioniſque amplificationem intendebat, exiſtimans ſe etiam maiorem euaſurum ex conſuetudine vna cum Philippo, & ſaltem non amiſſurum gloriam iam apud populum partam ſibi; quam facilè amitteret, ſi contentionem aduerſus Philippi doctrinam iniret. Ita turbat [illegible] hominum animos, qui mala do[illegible] deprauati ambitioneq; corrupti [illegible].

e *Sed baptizati tantùm.*] In fide & ſpe regni Dei, nomine & efficacitate Ieſu ſibi communicandi.

f *Accipiebant Spiritum ſanctum.*] [illegible] ſicantem [illegible] beneficij [illegible] exemplum [illegible] ſanctum & apertiſſimum, tum ex vitæ mutatione in ſanctitate & [illegible], tum ex donorum diſtributione, quæ varia & manifeſta contingebant multis ex illo numero ad ædificationem Eccleſiæ.

g *Cùm vidiſſet autem Simon.*] Non enim per imputationem, aut perſuaſionem, aut aliam imaginationem Spiritus ſanctus accipiebatur ab illis, ſed reapſe [illegible], extantibus maximis & perſpicuis argumentis, tum ſanctitatis, tum virtutis & efficacitatis diuini Spiritus ipſis communicati, adeò vt ſicut luminaria in mundo in medio nationis prauæ & peruerſæ lucerent in laudem & gloriam Dei.

Spiritum ſanctum. 20 Petrus autem di-
xit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in per-
ditionem: quoniam [a] donum Dei exiſti-
maſti pecunia poſſideri. 21 [b] Non eſt ti-
bi pars, neque ſors in ſermone iſto. cor
enim tuum non eſt rectum coram Deo.
22 Pœnitentiam itaque age ab hac nequi-
tia tua: & roga Deum, [c] ſi fortè remitta-
tur tibi hæc cogitatio cordis tui. 23 [d] In
felle enim amaritudinis, & obligatione
iniquitatis video te eſſe. 24 Reſpondens
autem Simon, dixit: Precamini vos pro E
me ad Dominum, vt nihil veniat ſuper
me horum quæ dixiſtis. 25 Et illi quidē
[e] teſtificati & loquuti verbum Domini,
redibant Ieroſolymam, & multis regio-
nibus Samaritanorum euangelizabant.
26 Angelus autem Domini loquutus eſt
ad Philippũ, dicens: Surge, & vade con-
tra meridianum, ad viam quæ deſcendit
ab Ieruſalem in Gazam: [f] hæc eſt deſerta.
27 Et ſurgens abiit. Et ecce, vir Aethiops,
[g] eunûchus, [h] potens "Candaces' Reginæ "Candach Ms q. 2.
Aethiopum, qui erat ſuper omnes gazas
eius, venerat adorare in Ieruſalem: 28 &
reuertebatur ſedens ſuper currum ſuum,
legénſque Iſaiam prophetam. 29 Dixit
autem

a *Donum Dei.*] Donum verum à Deo donatum, verè & reipſa poſſum ab iis qui accipiunt, gratis autem donatum, ideoq́ue *donum* dictum; neque hominũ arbitrio, ſed Dei voluntate conſtans. Vt autem donum eſt iis qui ipſum accipiunt, ita eius impartiendi poteſtas & auctoritas non poteſt emi aut redimi, quia donum etiam Dei eſt, legitimis & ordinariis Euangelij miniſtris conceſſum.

b *Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto.*] in iſta ratione Spiritus ſancti, vel diſtribuendi vel obtinendi in tuam ſalutem: nam Spiritus ſanctus non habitat in duplicibus, neque in iis qui diuinis rebus abuti volunt ad auaritiam, vel ambitionem: atque vt excluſus es ab Spiritu ſancto, ita te egò excluſum declaro & excommunicatum. Non autem deiicio ſpe veniæ à Deo impetrandæ, ſi tamen ex animo verè pœnitenti conuerſus fueris.

c *Si fortè dimittatur tibi.*] Dubitatio nō erit ex parte Dei, qui præſto eſt vt miſericordiā præſtet omnibus inuocantibus ſe in veritate; ſed ex defectu veręſolidæq́ue pœnitentiæ & feruentis deprecationis.

d *In felle enim amaritudinis.*] Apoſtolus per Spiritum ſanctum qui in ipſo habitabat, cognoſcebat horrendum ſtatum in quo Simō erat, tum culpæ, tum etiā exagitationis conſcientiæ metus ac perturbationis, quam iudicio diuino patiebatur ille. Exponit igitur illi morbi grauitatem maiorem multo quàm ipſe exiſtimabat, tametſi conſcientia excruciatetur. Medici enim ſæpè monent ægrotos vt ſibi conſulant, vtpote qui malitiam & magnitudinē morbi melius norint, quàm ægrotantes ipſi qui patiuntur. Scio, inquit, te grauiſſima & acerbiſſima conſcientiæ inquietudine agitari, ſed tamen peiora tibi metuo, vtpote qui nouerim te teneri magna culpa, & obligatum eſſe vinculis iniquitatis & malitiæ magnæ, ex qua cauſa grauiores etiam euentus expectari neceſſe eſt, niſi cauſa remittatur. Expectanda autem eſt perditio tui à me per Spiritum ſanctum tibi denuntiata.

e *Teſtificati.*] Per Spiritum ſanctū reddito & confirmato teſtimonio, quòd Ieſus eſſet Chriſtus & filius Dei; & exponētes publicè doctrinam Euangelij, quæ continet rationem poteſtatis, virtutis, auctoritatis & efficacitatis Domini Ieſu. Perfuncti demum gemino munere Apoſtolico, quo cætera omnia referuntur, *redibant Ieroſolymam*, vbi oportebat miniſterium impleri totum, docendi, monendi, teſtandi, obteſtandi, ad præſtandas promiſſiones patrum.

f *Hæc eſt deſerta.*] Via Auſtralis à Ieruſalem in Gazam per ſolitudines ducitur, in qua cùm non ſint oppida neque hoſpitia, neceſſe eſt omnes qui ab vtraque parte iter faciunt, concurrere, & inuicem videri. Ea autem parte deſcendebat Eunuchus Ægyptum verſus, vt inde in Æthiopiam deueniret.

g *Eunuchus.*] Ordo potius & conditio, quàm corporis vitium, hoc nomine apud Æthiopas ſignificatur.

h *Potens.*] præfectus, dictator ſiue imperator, vt in Commentariis Deo præſide docebimus.

autem Spiritus Philippo: Accede, & ad-
iunge te ad currum iſtum. 30 Accurrẽs
autem Philippus, audiuit eum legentem
Iſaiam prophetam: & dixit, Putáſne in-
telligis quæ legis? 31 Qui ait, Et quo-
modo poſſum, ſi non aliquis oſtenderit
mihi? Rogauitque Philippum vt aſcen-
deret, & ſederet ſecum. 32 Locus autem
*Eſa.53.b.7* ſcripturæ quam legebat, erat hic: Tan-
F quam ouis ad occiſionem ductus eſt: &
ſicut agnus coram tondente ſe, ſine vo-
ce, ſic non aperuit os ſuum. 33 In humi-
litate iudicium eius ſublatum eſt. Gene-
rationem eius quis enarrabit, quoniam
"tolletur' de terra vita eius? 34 Reſpon-
dens autem eunuchus Philippo, dixit:
Obſecro te, de quo Propheta dicit hoc?
de ſe, an de alio aliquo? 35 Aperiens au-
tem Philippus os ſuum, & incipiens à
ſcriptura iſta, [a] euangelizauit illi Ieſum.
36 Et dum irent per viam, venerunt ad
G quandam aquam: & ait eunûchus, Ecce
aqua, "quis' prohibet me baptizari?
37 Dixit autẽ Philippus, Si credis ex toto
corde, licet. Et reſpondens ait, [b] Credo
filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum. 38 Et
iuſſit ſtare currum: & deſcenderũt vter-
que in aquam, Philippus & eunûchus,
& baptizauit eum. 39 Cùm autẽ aſcen-
diſſent de aqua, Spiritus Domini rapuit
Philippum, & amplius non vidit eum
eunûchus. [c] Ibat autem per viam ſuam
gaudens.

"tollitur 1 MS. G.S.

"quid 1 MS. G.S.

a *Euangelizauit illi Ieſum.*] Significauit prædictum eſſe à Prophetis fore mittẽdum à Deo Meſſiã, qui cùm nihil ipſe deberet, debita tamen hominum morte ſua luiturus expiaturusque eſſet. illúmque iam miſſum eſſe Ieſum Nazarenum, qui morte in Ieruſalem obita, omnibus credentibus in ipſum, & baptizatis in nomine ipſius, ſalutem attuliſſet; communicaretque iam multis Spiritu ſancto immiſſo. hancque bonum nuntium iam deferri & propagari per regiones illas, ac per totum orbẽ eſſe promulgandum.

b *Credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum.*] Cõfeſſio eius qui ex Deo iam natus eſt, à quo aqua prohiberi non poteſt, hoc rectè intellexit Philippus.

c *Ibat autem per viam ſuam gaudens.*] Spiritu ſancto imbutus, cuius fructus ſunt gaudium, pax, &c.

gaudens. 40 Philippus autem inuentus
eſt in Azóto: & pertranſiens [d] euangeli-
zabat ciuitatibus cunctis, donec veniret
Cæſaréam.

d *Euangelizabat ciuitatibus cunctis.*] Ita diuulgabatur Euangelium Ieſu Chriſti per regionem illã, partim à Gentibus, partim à Iudæis habitatam.

## CAP. IX.

SAulus autem [a] adhuc ſpirans minarum A
& cędis in diſcipulos Domini, acceſſit
ad principem Sacerdotum, 2 & petiit Gal. 1. c. 13 Infr. 22. a. 5
ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynago-
gas, vt ſi quos inueniſſet [b] huius viæ vi-
ros ac mulieres, vinctos perduceret in
Ieruſalem. 3 Et cùm iter faceret, conti- Infr. 22. b. 6
git vt appropinquaret Damaſco: & ſubi-
tò circunfulſit eum lux de cælo. 4 Et ca- 1 Cor. 15. a. 8 2 Cor. 12. a. 1
dens in terram, audiuit vocem dicentem
ſibi, Saule, Saule, [c] quid me perſequeris?
5 Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego
ſum Ieſus, quem tu perſequeris. [d] durum
eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. 6 Et
tremens ac ſtupens dixit, Domine, quid
me vis facere? 7 Et Dominus ad eum,
Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur
tibi quid te oporteat facere. Viri autem B
illi qui comitabantur cum eo, [e] ſtabant
ſtupefacti, audientes quidem vocem, ne-
minem autem videntes. 8 Surrexit au-
tem Saulus de terra, apertiſque oculis
[f] nihil videbat. Ad manus autem illum
trahentes, introduxerunt Damaſcum.
9 Et erat * tribus diebus non videns, & * ibi e.
non manducauit, neque bibit. 10 Erat
autem quidam diſcipulus Damaſci, no-
mine

### CAP. IX.

a *Adhuc ſpirans.*] indies flagrantior illo odio nominis Ieſu Chriſti, quòd non iam iuuenilem perturbationẽ, ſed deliberatum propoſitum arguebat perdendi diſcipulos Domini, hoc eſt, Chriſtianos, qui tunc omnes *diſcipuli* appellabantur.

b *Huius viæ.*] huius inſtituti ac diſciplinæ: neque vlli ſexui aut ætati parceret, adeo concitato animo aduerſus nomen Ieſu ferebatur.

c *Quid me perſequeris?*] Nomẽ Ieſu inuiſum habebat Saulus: quem verò vexare non poterat in ſua perſona, in diſcipulis vexare ſtudebat. Appellat Ieſus diſcipulos ſuo nomine, vtpote corporis ſui membra, quorum ipſe caput eſſet.

d *Durum eſt.*] Prouerbium antiquum erat, quo ſignificabatur irritus conatus aduerſum magnam potentiam & vim.

e *Stabant ſtupefacti.*] immobiles hærebant ex admiratione ac terrore: nam lucem ſenſerunt, & vocem Sauli loquentis audierunt, nec videbant qui eum loqueretur.

f *Nihil videbat.*] nam omnis illius viſionis vis & efficiẽtia ad vnũ Saulum pertinuit, quem Chriſtus in miniſtrum delectum ſibi aſſerere volebat.

mine Ananias: & dixit ad illum in viſu
Dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego
Domine. 11 Et Dominus ad eum, Sur-
ge, & vade in vicum qui vocatur Rectus:
& quære in domo Iudæ Saulum nomine
Tarſenſem. ecce enim orat. 12 (Et vidit
virum Ananiam nomine, introeuntem,
& imponentem ſibi manus vt viſum re-
cipiat.) 13 Reſpondit autem Ananias,
Domine, audiui à multis de viro hoc,
C quanta mala fecerit ſanctis tuis in Ieru-
ſalem: 14 & hic habet poteſtatẽ à prin-
cipibus ſacerdotum alligãdi omnes qui
inuocant nomen tuum. 15 Dixit autem
ad eum Dominus, Vade, quoniam [a] vas
electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen
meum coram gentibus & regibus, & fi-
liis Iſrael. 16 Ego enim oſtendam illi
quanta oporteat eum pro nomine meo
pati. 17 Et abiit Ananias, & introiuit in
domum: & imponens ei manus, dixit,
Saule frater, Dominus miſit me Ieſus,
qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt
videas, [b] & implearis Spiritu ſancto.
18 Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius
tanquam ſquamæ, & viſum recepit. &
D ſurgens [c] baptizatus eſt. 19 Et cùm acce-
piſſet cibum, confortatus eſt. Fuit autem
cum diſcipulis qui erant Damaſci, [d] per
dies aliquot. 20 Et continuò ingreſſus
in ſynagogas, prædicabat [e] Ieſum, quo-
niã hic eſt filius Dei. 21 Stupebant autẽ

omnes

[*] in ſynagogis prædicabat 3 MS. e.s.

a *Vas electionis.*] Ille quem omnes nominis mei hoſtem audiſtis eſſe, eſt iam inſtrumentum electum mihi ad nominis mei famam propagandam per Gentes: namque illos ſpiritus quos aduerſum me feruidus oſtẽdebat, egi iam vt in mei nominis gloriam promptiſſimos & expeditiſſimos valdè exerceat: ita vt qui contra nomen meum multa moliebatur, edocendus ſit à me quãta pro nomine meo laborum, curarum, ac tandem mortis pericula & exempla ſit ſubiturus.

b *Et implearis Spiritu ſancto.*] Spiritu ſanctificationis tui ipſius, & miniſterij erga alios.

c *Baptizatus eſt.*] baptiſmo aquæ ab Anania, & baptiſmo interiori Spiritus ſancti & ignis à Ieſu Chriſto.

d *Per dies aliquot.*] antequam iret in Arabiam vicinam regionem, & rediret Damaſcum, in eoque conſumpſit triennium.

e *Quoniam hic eſt filius Dei.*] Reddebat viuum teſtimonium veri[illegible] reſurrectionis Ieſu Chriſti [illegible] eſſet filius Dei per Spiritum [illegible] ſanctificaret & filius Dei [illegible] [illegible] autem [illegible] [illegible] Chriſtum [illegible] nis.

omnes qui audiebant, & dicebant, Nónne hic eſt qui expugnabat in Ieruſalem
eos qui inuocabant nomen iſtud: & huc
ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad
principes ſacerdotum? 22 Saulus autem
multò magis conualeſcebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci,

a *Affirmans*] non ſolùm teſtimoniis ſcripturarum, ſed viuo teſtimonio Spiritus ſancti ſibi per Ieſum donati.

b *Cum autem veniſſet*] poſt tertium annum, Galat. 1. 17.

a affirmans quoniam hic eſt Chriſtus.
23 b Cùm autem implerentur dies multi,
conſilium fecerunt Iudęi vt eum interficerent.
24 Notæ autem factæ ſunt Saulo inſidiæ eorum. Cuſtodiebant autem 2.Cor.11.g.32
& portas die ac nocte, vt eum interficerent.
25 Accipientes autem eum diſcipuli * nocte, per murum demiſerũt eum, * eius M.s.
ſubmittentes in ſporta. 26 Cùm autem
veniſſet in Ieruſalem, tentabat ſe iungere E
diſcipulis, & c omnes timebãt eum, non
credentes quòd eſſet diſcipulus. 27 Barnabas autem apprehenſum illum d duxit
ad Apoſtolos: & narrauit illis quomodo
in via vidiſſet Dominum, & quia locutus eſt ei, & quomodo in Damaſco f fiducialiter egerit in nomine Ieſu.
28 Et erat
cum illis e intrans & exiens in Ieruſalem,
& fiducialiter agens in nomine Domini.
29 Loquebatur quoque Gentibus, & diſputabat g cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum.
30 Quod cùm cognouiſſent fratres, deduxerunt eum Cęſaream, & dimiſerunt Tarſum.
31 Eccleſia quidem per totam Iudæam & Galilæam

c *Omnes timebant eum.*] Manifeſtũ enim erat illum fuiſſe maximum aduerſariũ nominis ac doctrinæ Chriſti. Eò tendũt hæc omnia, vt Pauli teſtimonium de Ieſu Chriſto illuſtrius euadat, vtpote qui ex tanto odio in tãtum ſtudium non potuerit tranſire, niſi apertiſſimo argumento veritatis Ieſu Chriſti.

d *Duxit ad Apoſtolos.*] Petrum & Iacobum, qui tunc erant Ieroſolymis, Gal. 1.

f *Fiducialiter.*] palam, apertè & liberè.

e *Intrans & exiens.*] Publicè palamque verſabatur cum illis: non latenter illos adibat aut admittebat, ſed publicè & apertè agebat apud illos, & cum illis. idiotiſmus Hebraicus.

g *Cum Græcis.*] cum Iudæis ad Græcorum collegia & ſynagogas pertinentibus: nam ipſe illis familiarior fuerat, vtpote Tharſenſis: id quod ex hiſtoria etiã Stephani apparet: iunxerat enim ſeſe Paulus teſtibus & aliis ex ſynagoga Libertinorũ, aduerſus Stephanum.

lilæam & Samariam[a] habebat pacem, &
ædificabatur ambulans[b] in timore Do-
mini, & conſolatione ſancti Spiritus re-
plebatur. 32 Factum eſt autem, vt Pe-
trus dum tranſiret vniuerſos, deueniret
ad ſanctos qui habitabant Lyddæ.
F 33 Inuenit autem ibi hominem quēdam
nomine Æneam, ab annis octo iacētem
in grabáto, qui erat paralyticus. 34 Et
ſanat ſ S.G.S. ait illi Petrus, Ænea,[c] ſanet te Dominus
Ieſus Chriſtus: ſurge, &[d] ſterne tibi. Et
continuò ſurrexit. 35 Et viderunt eum
omnes qui habitabant Lyddæ, &[e] Saró-
næ: qui conuerſi ſunt ad Dominum.
36 In Ioppe autem fuit quædam diſcipu-
la nomine[f] Tabitha, quæ interpretata
dicitur Dorcas. Hæc erat[g] plena operi-
bus bonis & eleemoſynis quas faciebat.
37 Factum eſt autem in diebus illis, vt in-
firmata moreretur. Quã cùm lauiſſent,
poſuerunt eam in cœnaculo. 38 Cùm
autem propè eſſet Lydda ab Ioppe, diſci-
puli audiētes quia Petrus eſſet in ea, mi-
ſerunt duos viros ad eum, rogantes,[h] Ne
G pigriteris venire vſque ad nos. 39 Exur-
gens autē Petrus venit cum illis. Et cùm
aduenīſſet, duxerunt illum in cœnaculū:
& circunſteterunt illum omnes viduæ
o MS.G. flentes, & oſtēdentes ei tunicas & veſtes,
quas faciebat illis Dorcas. 40 Eiectis au-
tem omnibus foras, Petrus ponens ge-
nua orauit: & conuerſus ad corpus, dixit:

a *Habebat pacem.*] Pacem Chriſti ex Spiritu ſancto, & proſperitatem & gaudium. Quanquam enim vexabantur à Iudæis Chriſtiani, tamen confortabātur ſpiritu Dei, & creſcebat ædificatio. Erat etiam victoria veritatis aduerſus Iudæorum rabiem & inuidiam; ac populus admiratus probabat & laudabat diſcipulos, ita vt non tantum auderent aduerſarij ſæuire in illos.

b *In timore Domini.*] Duplex conditio eorum qui in Eccleſia erant indicatur. Perfecti, & qui Spiritu ſancto pleni erant, ambulabant in conſolatione & aduocatione ſancti Spiritus. & eadem conſolatio animabat imperfectiores, vt ſpe illius magni doni ambularēt in timore Domini filiali & ingenuo, quotidie autem augebatur illa conſolatio ſancti Spiritus in multis.

c *Sanet te.*] Indicantis & exponentis, non imperantis verbum.

d *Sterne tibi.*] Non ſolùm ſanaris pedibus, ſed brachiis, manibus, & toto corpore, quod paralyſi reſolutū erat: idque volo conſtare actionibus ipſis ſurgendi & ſternendi, qui hactenus nec ſurgere, neque tibi aliquo modo inſeruire potueras.

e *Sarone.*] Regionis eſt nomen potius quàm vrbis, Eſ. 33, 9. 1. Parali. 27, 29.

f *Tabitha.*] טביא Hebraicè Syriacum nomen.

g *Plena operibus bonis & eleemoſynis.*] Ergo non deſtituunt bona opera ſuū auctorem, imò & diuitem & plenum, & Deo gratum, & Spiritui ſancto laudabilem reddunt.

h *Ne pigriteris venire.*] Fides diſcipulorum de virtute Euangelij Chriſti per Apoſtolos edenda, & de occaſione annuntiandæ & confirmandæ veritatis Ieſu in illa regione.

Tabitha ſurge. At illa aperuit oculos
ſuos: & viſo Petro, reſedit. 41 Dans au-
tem illi manum, erexit eam. Et cùm vo-
caſſet ſanctos & viduas, aſſignauit eam
viuam. 42 Notum autẽ factum eſt per
vniuerſam Ioppen: & crediderunt multi
in Domino. 43 Factum eſt autem vt
dies multos moraretur in Ioppe, apud
Simonem quendam coriarium.

## CAP. X.

VIr autem quidam erat in Cæſaréa, no- A
mine Cornelius, centurio cohortis
quæ dicitur Italica, 2 [a]religioſus, ac ti-
mens Deũ cum omni domo ſua, faciens
eleemoſynas multas plebi. Et [b]deprecans
Deum ſemper, 3 is vidit [c]in viſu mani-
feſtè, quaſi hora diei nona, angelum Dei
introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi, Cor-
néli. 4 At ille intuens eum, timore cor-
reptus, dixit, Quis es Domine? Dixit au-
tem illi, Orationes tuæ & eleemoſynæ
tuæ aſcenderunt [d]in memoriam in con-
ſpectu Dei. 5 Et nũc mitte viros in Iop-
pen, & accerſi Simonem quendam qui
cognominatur Petrus. 6 hic hoſpitatur
apud Simonem quendam coriarium, cu
ius eſt domus iuxta mare. hic dicet tibi
quid te oporteat facere. 7 Et cùm diſceſ-
ſiſſet angelus qui loquebatur illi, vocauit
duos domeſticos ſuos, & militẽ metuen-
tem Dominum ex his qui illi parebant.
8 Quibus cùm narraſſet omnia, miſit
illos

a *Religioſus, ac timens Deum.*] Quanquã Gentilis, tamen Deum timebat, virtutique operam dabat, ad eamque normam totam familiam ſuã inſtituebat.

b *Deprecans Deum ſemper.*] animæ ſuę ſalutem de qua cogitabat cõmendans Deo. Tres partes in hoc viro commẽdantur: religio, hoc eſt, cõſcientia erga Deũ & erga homines ſtudioſa obſeruatio; eleemoſynarum exercitatio, & preces apud Deum ſolicitæ & aſſiduæ pro animæ ſuæ & ſuorum ſalute.

c *In viſu manifeſtè.*] non inſomnio, ſed vigilans clara die.

d *In memoriam.*] in monimentum & admonitionem promiſſi ſui. nam Deus pollicitus eſt ſe reſpecturum ad humilem & contritum corde, & tremẽtem ſermones ſuos. atqui Cornelius, quanquam expers fortaſſis eſſet ſermonum Dei ſcriptorum, tamen legem naturæ, quæ ſermo etiam Dei eſt, obſeruabat, & humilis cõtritoq; corde erat. Quod verò ait, *in memoriam*, alludit ad antiquam Prophetarum conſuetudinem.

illos in Ioppen. 9 Poſtera autem die iter
B illis facientibus, & appropinquantibus
ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, vt
oraret, circa horam ſextam. 10 Et cùm
eſuriret, voluit guſtare. Parantibus au-
tem illis, cécidit ſuper eum [a] mentis ex-
ceſſus: 11 & [ǁ] vidit cælum apertum, &
deſcendés vas quoddam, [b] velut linteum
magnum, quatuor initiis ſubmitti de
cælo in terram, 12 in quo erant [c] omnia
quadrupedia & ſerpentia terræ, & vola-
tilia cæli. 13 Et facta eſt vox ad eũ, Sur-
ge Petre: occíde, & manduca. 14 Ait
autem Petrus, Abſit Domine, quia nun-
quam manducaui [d] omne commune &
immundum. 15 Et vox iterum ſecundò
ad eum, [e] [ǁ] Quæ Deus purificauit, tu cõ-
C mune ne dixeris. 16 Hoc autem factum
eſt [f] per ter. & ſtatim receptum eſt vas in
cælum. 17 [g] Et dum intra ſe hæſitaret
Petrus quidnam eſſet viſio quã vidiſſet,
ecce, viri, qui miſſi fuerant à Cornelio,
inquirentes domum Simônis, aſtiterunt
ad ianuam. 18 Et cùm vocaſſent, inter-
rogabant, ſi Simon, qui cognominatur
Petrus, illic haberet hoſpitiũ. 19 Petro
autem cogitante de viſione, [h] dixit Spiri-
tus ei, Ecce viri tres quærunt te. 20 Sur-
ge itaque, & deſcende, & vade cum eis,
nihil dubitans: quia ego miſi illos.
21 Deſcendens autem Petrus ad viros,
dixit, Ecce, ego ſum quem quæritis: quæ



ǁ vidit ǁ 11.6.

ǁ Quod MS.

ǁ 11.b.7

a *Mentis exceſſus.*] ſublimis quidam raptus & eleuatio vltra communem hominum ſortem, ad videndum & intelligẽdum res diuinas illuminatione interiori illuſtriſſima, ita vt melius etiam affectus eſſet ad illa quæ contemplabatur cognoſcenda, quàm ſi oculis & ſenſu externo conſpiceret eadem. Non fuit ſomnium, ſed viſio manifeſtior & planè prophetica.

b *Velut linteum.*] quod terræ ſuperficiem referebat, quatuor mundi plagis ſiue ventis diſtinctum.

c *Omnia quadrupedia.*] Manifeſta explicatio ſymbolorum antiquorum in Leuitico.

d *Omne commune & immundum.*] Prohibitorum diſtinctio in commune & immundum. Commune vocatur quod natura ſua impurũ non eſt, ſed actione impurum, vt feræ & rapaces aues & iumenta: immundum, quod natura eſt impurum, vt ſerpentia & reptilia, Hebraicè שרץ aut etiam quod accidẽte factum eſt immundum, vt morticiniũ. Eſt contrarium commune ſancto.

e *Quæ Deus purificauit.*] quod iã pronuntiauit comedẽdum, & comedi iuſſit, purum eſſe probatur ex verbo Dei; verbum autem ex conſilio profectum. ergo conſilio & verbo diuino ſublata declaratur impuritas illa myſtica prohibitorum. Non agitur hîc de naturali impuritate: nam omnis hæc viſio arcana eſt.

f *Per ter.*] Tertiũ repetita eſt diſputatio inter vocẽ & Petrũ, ad cõfirmandũ teſtimonium voluntatis Dei, in mutatione rei antiquiſſima conſuetudine comprobatæ.

g *Et dum intra ſe hæſitaret.*] Cognouit Petrus viſo illo aliquid magnum ſignificari; ſed ſignificationem nondum planè intelligebat; donec reipſa edoctus eſt. Sic multa olim Prophetis oſtenſa ſunt, quę ſine interprete cognoſcere planè & explicare ipſi nõ poterãt.

h *Dixit Spiritus ei.*] iam extra viſionẽ; ſed eo modo quo alloqui interius ſolet Spiritus eos in quibus habitat, vt ſuperius allocutus eſt Philippum.

cauſa eſt, propter quã veniſtis? 22 Qui
dixerunt, Cornelius Centurio, [a]vir iuſtus
& timens Deum, & teſtimonium habẽs
ab vniuerſa gente Iudæorum, reſpõſum
accepit ab Angelo ſancto accerſire te in
domum ſuam, & audire verba abs te.
23 Introducens ergo eos, recepit hoſpi- D
tio. Sequenti autem die ſurgens, profe-
ctus eſt cum illis: & [b]quidam ex fratri-
bus ab Ioppe comitati ſunt eum. 24 Al-
tera autem die introiuit Cæſaréam. Cor-
nelius verò expectabat illos, [c]conuocatis
cognatis ſuis, & neceſſariis amicis.
25 Et factum eſt, cùm introiſſet Petrus,
obuius venit ei Cornelius: & prócidens
ad pedes eius [d]adorauit*. 26 Petrus ve- * cum eo.
rò eleuauit eum, dicens, Surge, & ego
ipſe homo ſum. 27 Et loquens cum illo
intrauit, & inuenit multos qui conuene-
rant, 28 dixitque ad illos, Vos ſcitis quo-
modo abominatum ſit viro Iudæo [e]cõ-
iungi, aut accedere ad alienigenam: ſed
mihi oſtendit Deus, neminem commu-
nem aut immundum dicere hominem.
29 Propter quod ſine dubitatione veni
accerſitus. Interrogo ergo, quam ob cau- E
ſam accerſiſtis me? 30 Et Cornelius ait,
[f]A nudiuſquarta die, vſque ad hanc ho-
ram*, orans erã hora nona in domo mea, * ieiunus MS.G.S.
& ecce vir ſtetit ante me in veſte cãdida,
31 & ait, Cornéli, exaudita eſt oratio tua,
& eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt
in

a *Vir iuſtus.*] iuſtitia illa morali profecta ex timore Dei & bona conſcientia; quæ etiam probari poteſt apud homines ex ſtudiis, & actionibus atque officiis. id autem non ſolùm familiaribus cognatis & propinquis, ſed Iudæis etiam teſtibus doceri ac probari poſſe affirmabant nuntij.

b *Quidam ex fratribus.*] Chriſtiani ad Chriſti doctrinam relati diſcipuli, ad ſemuicem *fratres* appellabantur. Erant autem illi fratres numero ſex, qui geminatum teſtimoniũ reddere poſſent earum rerum quæ corã ipſis agerentur.

c *Conuocatis cognatis ſuis.*] quos vel ex conſuetudine, vel ex narratione rerum quę ſibi acciderant in eandem fidem & ſpem conciliauerat, primitiæ fuerunt hæ Eccleſiæ gentium.

d *Adorauit.*] Maximum ſtudiũ ſuum erga pietatem dèclarans & agnoſçens, magnam præſtantiam ſanctorum & miniſtrorum Dei ſupra cæteros homines; ſed quia Petrus & homo & ſanctus erat, non patiebatur ſe adorari, tũ propter modeſtiam quæ ſanctis antiqua eſt, tum propter exemplum omnium hominum, quos gloria & ambitio tentare ſolet.

e *Coniungi.*] ſocietatem inire, aut accedere vltrò conſuetudinis & conuerſationis cauſa.

f *A nudius quarta die.*] In ieiunio & oratione per totum quatriduum fuiſſe ſe exponit: namque Syricè & Græcè mentio fit ieiunij expreſſè: deinde redditur ad narrationem illius contentæ expectationis.

in conſpectu Dei. 32 Mitte ergo in Iop-
pen, & accerſi Simônem qui cognomi-
natur Petrus: hic hoſpitatur in domo Si-
mônis coriarij iuxta mare.* 33 Cõfeſtim
ergo miſi ad te: & tu bene feciſti venien-
do. Nunc ergo omnes nos in conſpectu
tuo adſumus, audire omnia quæcunque
tibi præcepta ſunt à Domino. 34 [a] Ape-
F riens autem Petrus os ſuum, dixit, In ve-
ritate comperi quia [b] non eſt perſonarum
acceptor Deus. 35 ſed in omni gente,
[c] qui timet eum, & operatur iuſtitiam,
acceptus eſt illi. 36 [d] Verbũ miſit Deus
filiis Iſrael, annuntians pacem per Ieſum
Chriſtum: (hic eſt omnium Dominus.)
37 [e] Vos ſcitis, quod factum eſt verbum
per vniuerſam Iudæam, incipiens enim
à Galilæa, poſt baptiſmum quod prædi-
cauit Iohannes: 38 Ieſum à Nazareth
quomodo vnxit eum Deus [f] Spiritu ſan-
cto & virtute, qui pertranſiit benefaciẽ-
do & ſanando omnes oppreſſos à diabo-
lo, quoniam Deus erat cum illo. 39 Et
nos teſtes ſumus omnium quæ fecit in
regione Iudæorum & Ieruſalem, [g] quem
occiderunt ſuſpendentes in ligno.
40 Hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & de-
dit eum manifeſtum fieri 41 non omni
populo, ſed teſtibus [h] præordinatis à Deo:
nobis, qui manducauimus & bibimus
cum illo poſtquam reſurrexit à mor-
tuis. 42 Et præcepit nobis prædicare po-

* Is cùm venerit, loquetur tibi. MS. a.5.

*Deu.10.d.17* · *2 Par.19.c.7* · *Iob.34.b.19* · *Sap.6.b.8* · *Eccl.35.b.16* · *Rom.2.b.11* · *Gal.2.b.6* · *Eph.6.b.9* · *Col.3.d.25* · *1 Pet.1.c.17*

*Mat.3.c.38* · *Luc.4.b.14*

a *Aperiens autem os ſuum.*] ex profeſſo verba faciens.

b *Non eſt perſonarum acceptor.*] Non ſolùm dixit *nationum*, ſed nec *perſonarum*. Igitur nullum impedimentum prædeſtinationis aut præſcientię agnoſcit Petrus aut excipit hominibus, quominus omnibus ſalus afferatur, volentibus facere quod in ſe eſt.

c *Qui timet eũ.*] Præuia fide in ipſum, timet, religioſè colit; & hoc affectu in Deum animatus, operatur illam iuſtitiam moralem ex naturæ lege proficiſcentem, in iis qui legem ſcriptam non habent; in his verò qui habent ex lege ipſa, quæ naturæ legis interpres eſt. Eſt autem illius iuſtitiæ ſumma, Declinare à malo; & facere bonum.

d *Verbum miſit Deus.*] Hoc verbũ pacis, reconciliationis, admiſſionis omniũ gentium, teſtatus eſt Deus apud Iſraelitas; apud quos cùm Ieſus naſceretur, auditum eſt à paſtoribus qui poſteà tecinerũt, In terra pax hominibus, bona voluntas etiam Dei. idque verbum cæteris nationibus annuntiari voluit per Iſraelitas. Et cùm hic declaratus ſit omnium Dominus, conſequens eſt regnum ipſius pertinere ad omnes gẽtes.

e *Vos ſcitis.*] Sermo Petri habetur partim ad fratres qui ſecum venerãt, apud quos confirmare ſtudet Chriſti doctrinam, & gratiam, ad gentes quoq; pertinere, vt ipſe iam edoctus ex viſione & memoria totius rei geſtæ ab initio Euangelij; partim ad Cornelium illiuſq; familiares, quos docere & inſtruere curat in fide Ieſu Chriſti. Itaque *vos ſcitis*, refertur ad ea quæ his ſimilia ſunt: vt, *Nos teſtes ſumus*, &c. referuntur ad fratres, quos teſtes adhibet Petrus apud concionem illam & ſocietatem. Narratio autem eſt, *Ieſum à Nazareth quomodo vnxit*, &c.

f *Spiritu ſancto.*] ſapientiæ, doctrinæ, & auctoritatis, omniumque facultatũ ad Euangelium annunciandum, atque reipſa & veritate expediendum opportunarum, & virtute & efficacitate ad confirmandam doctrinæ ſuæ veritatẽ, ſignis, portentis & miraculis, ac demũ Spiritus ſancti diſtributionibus.

g *Quem occiderunt.*] Datũ ipſis & omnibus in dominũ & pacis conciliatorẽ occiderunt, non vt malefactorem, vtpote beneficentiſſimum omni populo. Ergo non ſuas culpas luit, ſed alienas expiauit morte ſua: quãdoquidem ipſe non debebat ſeſe Deo reconciliare, à quo nunquam fuerat abalienatus, & dictus erat pacis auctor & nuntius. reconciliauit ergo alios Deo, nempe homines, quibus pax per ipſum annuntiata fuerat.

h *Præordinatis.*] manu diuina delectis, ipſius Chriſti Ieſu operæ.

pulo, & teſtificari quia ipſe eſt qui con-
ſtitutus eſt à Deo [i] iudex viuorũ & mor- G
tuorum. 43 [k] Huic omnes Prophetæ te- Iere. 31. f. 34 Mich. 7. d. 18
ſtimonium perhibent, remiſſionem pec-
catorum accipere per nomẽ eius omnes
qui credunt in eum. 44 Adhuc loquen-
te Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſan-
ctus [l] ſuper omnes qui audiebant verbũ.
45 Et obſtupuerunt ex circunciſione fi-
deles qui venerant cum Petro, quia & in Infr. 15. b. 8
nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.
46 [m] Audiebant enim illos loquentes lin-
guis, & magnificantes Deum. Tunc re-
ſpondit Petrus, 47 [n] Nunquid aquã quis
prohibere poteſt, vt non baptizentur hi
qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut
& nos? 48 Et iuſſit eos baptizari [o] in no-
mine Domini Ieſu Chriſti. Tunc roga-
uerũt eum vt maneret apud eos aliquot
diebus.

## CAP. XI.

AVdierunt autem Apoſtoli & fratres A
qui erant in Iudæa, quoniam & Gen-
tes receperunt verbum Dei. 2 Cùm au-
tem aſcẽdiſſet Petrus Ieroſolymam, [a] diſ-
ceptabant aduerſus illũ qui erant ex cir-
cunciſione, dicentes, 3 Quare introiſti
ad viros præputium habentes, & mãdu-
caſti cum illis? 4 [b] Incipiens autem Pe-
trus, exponebat illis ordinem, dicens:
5 Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vi-
di in exceſſu mentis viſionem, deſcendẽs

vas

i *Iudex viuorum & mortuorum.*] cui auctoritas data eſt diiudicãdi inter viuos & mortuos, & viuos pro viuis, mortuos autem pro mortuis decernere, ſtatuere & pronuntiare. *Viuorum* autem & *mortuorum* appellatione totũ genus humanum continetur.

k *Huic omnes Prophetæ.*] Quod nos iuſſi ſumus experimento & viuo exemplo teſtari, id maximè quadrat cum teſtimoniis, prædictionibus & expoſitionibus Prophetarum omnium. quibus ex rebus manifeſtum eſt hoc fuiſſe à Deo propoſitum, & tandem præſtitum atque expeditum.

l *Super omnes qui audiebant verbum.*] vtpote credentes.

m *Audiebant enim illos.*] Duo ſigna Spiritus ſancti in illos illapſi variæ linguæ & anteà illis ignotæ, & diſertio de laudibus diuinis, in qua continebatur argumentum ſalutis humanæ per Ieſum allatæ & præſtitæ, quæ materia eſt magnificationis & ſanctificationis nominis Dei.

n *Nunquid aquam quis prohibere poteſt.*] Nunquid hi arcebuntur à ſacramento, atque Eccleſiæ noſtræ membra eſſe negabuntur, quos Spiritus ſanctus rem ſacramenti accepiſſe apertiſſimè declarauit; & eodem ſigno quo nos anteà membra Chriſti eſſe oſtenderat, & hos etiam eſſe confirmauit?

o *In nomine Domini Ieſu Chriſti.*] cuius virtute iam baptizati erant Spiritu ſancto. ita non fuit hic opus illos baptizari in pœnitentiam.

CAP. XI.

a *Diſceptabant.*] Increpabant eũ Chriſtiani ex Iudæis facti, non quòd verbũ Dei annuntiaſſet illis: nam nulla lex aut traditio antiqua vetuit ſalutis viam ſcire & inire volentibus indicari & doceri; ſed quod cum illis fuiſſet conuerſatus familiariterq; conuixerit per dies aliquot. nam cum proſelytis hoc facere ex traditionibus non licebat, antequam illi omnino in religionis & ſacrorum communionem eſſent admiſſi: ſeruandam autem adhuc illam diſtinctionem: putabant nonnulli ex diſcipulis, qui nondum penitus omne illud vinum vetus abiecerant. verbum illud *Quare*, non notat interrogationẽ, ſed reprehenſionis argumentũ indicat.

b *Incipiẽs autem Petrus.*] Petrus nullius rei aut ſententiæ nouæ auctorem ſe eſſe defendit, ſed tantùm Dei conſilij & voluntatis miniſtrum, quam ipſis à principio exorſus exponit, & certiſſimo argumento confirmat hoc eſt Spiritus ſancti manifeſto dono.

vas quoddam velut linteum magnum
quatuor initiis ſummitti de cælo, & ve-
nit vſque ad me. 6 In quod intuens, cō-
ſyderabam, & vidi quadrupedia terræ,
& beſtias, & reptilia, & volatilia cæli.
7 Audiui autem & vocem dicentē mihi,
Surge Petre, occîde & manduca. 8 Dixi
*omne R. c.5. autem, Nequaquam Domine: quia *cō-
mune aut immundum nunquam intro-
*mihi R. a.5. iuit in os meum. 9 Reſpondit autem *
vox ſecundò de cælo: Quæ Deus mun-
B dauit, tu ne commune dixeris. 10 Hoc
autem factum eſt per ter: c & recepta ſunt
omnia rurſum in cælum. 11 Et ecce, viri
tres confeſtim aſtiterunt in domo in qua
eram, miſſi à Cæſaréa ad me. 12 Dixit
autem ſpiritus mihi, vt irem cum illis,
nihil hæſitans. Venerunt autem mecum
& ſex fratres iſti: & ingreſſi ſumus in do-
mum viri. 13 Narrauit autē nobis, quo-
modo vidiſſet angelū in domo ſua, ſtan-
tem & dicentem ſibi, Mitte in Ioppen,
& accerſi Simonem, qui cognominatur
Petrus, 14 qui loquetur tibi verba in qui-
bus ſaluus eris tu & vniuerſa domus tua.
15 Cùm autem cœpiſſem loqui, cécidit
Spiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos
in initio. 16 Recordatus ſum autem ver-
Sup.1.a.5 Matt.3.c.11 Marc.1.b.8 Luc.3.c.16 Ioh.1.d.26 Infr.19.a.4 bi Domini, ſicut dicebat, Iohannes qui-
dem baptizauit aqua, d vos autem bapti-
zabimini Spiritu ſancto. 17 Si ergo ean-
dem gratiam dedit illis Deus, ſicut &
nobis

c *Et recepta ſunt omnia.*] manifeſta ſignificatione iam eſſe ſanctificata genera ea omnia quæ illis animantibus referebantur, quandoquidem ex cęlo demiſſa ante me ſunt, & rurſus recepta in cælum, quo nihil impurum, commune aut prophanum admittitur.

d *Vos autem baptizabimini.*] Cùm dicebat Dominus *vos*, eos indicabat qui Spiritum ſanctum accepturi erant in teſtimonium veritatis ſuæ. Videns ergo Petrus Spiritum ſanctum in illos miſſū, intellexit illos etiam comprehendi in verbo *vos*.

nobis [a] qui credidimus in Dominum Ie-
ſum Chriſtum: ego quis eram, qui poſ- C
ſem prohibere Deum? 18 His auditis ta-
cuerunt: & glorificauerunt Deum, dicé-
tes, Ergo & Gentibus [b] pœnitentiam de-
dit Deus ad vitam. 19 Et illi quidem qui
diſperſi fuerant à tribulatione quæ facta
fuerat ſub Stéphano, perambulauerunt
vſque Phœnicen & Cyprum & Antio-
chîam, nemini loquentes verbum, [c] niſi
ſolis Iudæis. 20 Erant autem quidam ex
eis viri Cyprij & Cyrenæi, qui cùm in-
troiſſent Antiochîam, loquebantur ad
Græcos, annuntiátes Dominum Ieſum.
21 Et erat [d] manus Domini cum eis: [e] mul-
tuſque numerus credentium conuerſus
eſt ad Dominum. 22 Peruénit auté ſer-
mo ad aures eccleſiæ quæ erat Ieroſoly-
mis, ſuper iſtis: & miſerunt Barnabam
vſque ad Antiochîam. 23 Qui cùm per- D
ueniſſet, [f] & vidiſſet gratiam Dei, gauiſus
eſt: & hortabatur omnes * propoſito cor- * in MS q.
dis permanere in Domino: 24 [g] quia erat
vir bonus, & plenus Spiritu ſancto & fi-
de. Et appoſita eſt multa turba Domino.
25 Profectus eſt autem Tarſum, vt quæ-
reret Saulum: 26 quem cùm inueniſſet,
perduxit Antiochîam. Et annum totum
conuerſati ſunt ibi in Eccleſia: & docue-
runt turbam multam, ita vt cognomi-
narentur primùm Antiochîæ diſcipuli,
Chriſtiani. 27 In his autem diebus ſu-
peruenerunt

a *Qui credidimus in Dominum Ieſum.*] ſecundùm potentiam virtutis eius. Magnum myſterium in his verbis eſt, Credere in Dominum Ieſum Chriſtum.

b *Pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*] Ergo cùm vitæ æternæ cõmunioné Deus impartitus fuerit iam Gentibus, idque cõfirmarit Spiritu ſancto in iſtos miſſo, conſequens eſt & pœnitentiam vltrò illis denũtiari poſſe, ac deberi per miniſtros ſuos hanc rem geri ad vitam accipiendam.

c *Niſi ſolis Iudæis.*] propter illam opinionem quam adhuc retinebant de abſtinentia à communicatione cum Gétibus. & quia Ieſus Apoſtolis dixerat, In viam Gentium ne abieritis, &c. ſed prędicate ouibus domus Iſrael: quod à Ieſu dictum pertinebat tantùm ad tempus miniſterij ſui. nondum autem explicata ipſis fuerat illa ratio quam Deus per Petrum explicuit publicè, quanquam aliqui intelligerent ex illo promiſſo, Et eritis mihi teſtes in Iudæa & Galilæa & vſque ad vltimum terræ. qui verò ex iis magis hoc cauebant, erant ij qui in Iudæa nati cum Gentibus nunquam conſueuerant: nam & hi non modò à conuictu Gentilium, ſed ab omni alloquio abſtinebant. Cyprij verò & Cyrenæi, quia inter Græcos nati & verſati fuerant, non dubitabãt Græcos adire, & Dominum Ieſum illis annuntiare, quanquam cum ipſis non conueſcerentur. Ita cognoſcitur diſcrimen rationis vtrorumque.

d *Manus Domini.*] Efficientia diuina ſeſe planè oſtendebat in illis, propter miracula quæ edebantur ab eis, &c.

e *Multuſque numerus credentium.*] Multus numerus Gentilium qui erant alienati à Deo, cõuerſus eſt ad Dominum credens in Ieſum Chriſtum.

f *Et vidiſſet gratiam Dei.*] vocationem Gentium ex gratia Dei, qui omnes ad viam veritatis vocari, & ad vitam admitti vellet.

g *Quia erat vir bonus.*] Legendum eſt, vt ſententia coniungatur cum antecedenti verſu, *Miſſus eſt, quia erat vir bonus,* &c. *& hortabatur eos,* &c.

peruenerūt ab Ieroſolymis prophetę An-
tiochîam, 28 & ſurgens vnus ex eis no-
mine Agabus, ſignificabat per Spiritum
famem magnam futuram in vniuerſo
orbe terrarum, quæ facta eſt ſub Clau-
dio*. 29 Diſcipuli autem prout quis ha-
bebat, propoſuerunt ſinguli [h] in miniſte-
rium mittere habitantibus in Iudæa fra-
tribus: 30 quod & fecerunt, mittētes ad
ſeniores per manus Barnabæ & Sauli.

* Cæſare: MS.G.S.

*Infr.* 12.d.24

h *In miniſterium.*] vt traderetur miniſtris ad diſpenſationem opportunam, ideo miſſa ſunt illa munera a d ſeniores.

## CAP. XII.

A E Odem autem tempore [a] miſit Hero-
des rex manus, vt affligeret quoſdam
de eccleſia. 2 Occîdit autem Iacôbum
fratrem Iohannis gladio. 3 Videns au-
tem quia placeret Iudæis, appoſuit ap-
prehendere & Petrum. Erant autem dies
Azymorum. 4 Quem cùm apprehen-
diſſet, miſit in carcerem, "tradens [a] [b] qua-
tuor quaternionibus militū "cuſtodien-
dum", volens poſt Paſcha producere eum
populo. 5 Et Petrus quidem ſeruabatur
in carcere. Oratio autem fiebat ſine in-
termiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo.
6 Cùm autem producturus eum eſſet
Herodes, in ipſa nocte erat Petrus dor-
miens [c] inter duos milites, vinctus cate-
nis duabus: & cuſtodes ante oſtium cu-
ſtodiebant carcerem. 7 Et ecce angelus
Domini aſtitit: & lumen refulſit in ha-
bitaculo: percuſſoque latere Petri, exci-
tauit eum, dicens, Surge velociter. Et

[a] tradénſque e.

[b] ad cuſtodiendū eum MS.R.G.S.

CAP. XII.

a *Miſit Herodes rex manus.*] Deliberato animo & ſtudio atque conatu opportuno cœpit experiri Iudæorum gratiā, affligendis & perdendis nonnullis ex illa ſocietate diſcipulorum Ieſu.

b *Quatuor quaternionibus militum.*] vt ſenis horis à ſingulis quaternionibus cuſtodiretur, atque ita perpetua eſſet cuſtodia.

c *Inter duos milites.*] Milites tenebant ſinguli ſingulas catenas quib^9 erat vinctus Petrus, vt duriori cuſtodia vteretur; & intra carcerem & extra portam nemo aut eum adire aut accedere poſſet, cùm intus & foris omnia eſſent munita.

ceciderunt catenæ de manibus eius.
8 Dixit autem angelus ad eum, Præcin-
gere, & calcea te "caligas tuas'. Et fecit [° ſandalia tua G. S.]
ſic. Et dixit illi, Circunda tibi veſtimen- B
tum tuum, & ſequere me. 9 Et exiens
ſequebatur eum, & neſciebat quia verũ
eſt quod fiebat per angelum: exiſtima-
bat autem ſe viſum videre. 10 Tranſeũ-
tes autem primam & ſecundam cuſto-
diam, venerunt ad [a] portam ferream quę
ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta eſt
eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum vnũ:
& continuò diſceſſit angelus ab eo.
11 Et Petrus [b] ad ſe reuerſus, dixit: Nunc
ſcio verè quia miſit Dominus angelum
ſuum, & eripuit me de manu Herodis, &
de omni expectatione plebis Iudæorum.
12 Conſyderanſque, venit ad domũ Ma-
riæ matris Iohannis, qui cognominatus
eſt Marcus, vbi erant multi congregati
& orantes. 13 Pulſante autem "eo' oſtiũ [° Petro MS. G.]
ianuæ, proceſſit puella ad videndum, no- C
mine Rhode. 14 Et vt cognouit vocem
Petri, præ gaudio non aperuit ianuam,
ſed intrò currens nuntiauit ſtare Petrum
ante ianuam. 15 At illi dixerunt ad eam,
Inſanis. Illa autem affirmabat ſic ſe ha-
bere. Illi autem dicebant, [c] Angelus eius
eſt. 16 Petrus autem perſeuerabat pul-
ſans. Cùm autem aperuiſſent*, viderunt [* oſtium G.]
eum, & obſtupuerunt. 17 Annuens au-
tem eis manu, vt tacerent, narrauit quo-
modo

a *Ad portam ferream.*] Namque hactenus erant in caſtris Herodis quæ extra vrbis veteris mœnia erant, vt in Apparatu ſacro indicabamus.

b *Ad ſe reuerſus.*] rem tandem cognoſcens aperteque intelligens.

c *Angelus eius eſt.*] Exiſtimabant Angelum qui Petro adeſſet à Deo miſſus in miniſterium, venire vt illos orantes conſolaretur & hortaretur: namque Angelorum miniſteria in illa Eccleſiæ naſcentis integritate frequentia, & piis viris apertiſſima erant.

modo Dominus eduxiſſet eum de car-
cere: dixitque, Nuntiate Iacobo & fra-
tribus hæc. Et egreſſus abiit in alium lo-
cum. 18 Facta autem die, erat non par-
ua turbatio inter milites, quidnam fa-
ctum eſſet de Petro. 19 Herodes autem
cùm requiſiſſet eum, & non inueniſſet,
inquiſitione facta de cuſtodibus, [d] iuſſit
eos duci: deſcendenſque à Iudæa in Cæ-
ſaréam, ibi commoratus eſt. 20 Erat
autem iratus Tyriis & Sidoniis. At illi
vnanimes venerunt ad eum, & perſuaſo
D Blaſto, qui erat ſuper cubiculum regis,
poſtulabant pacem, eò quòd alerentur
regiones eorum [e] ab illo. 21 Statuto au-
tem die Herodes veſtitus veſte regia, ſe-
dit pro tribunali, & concionabatur ad
eos. 22 Populus autem acclamabat, Dei
voces, & non hominis. 23 Confeſtim
autem percuſſit eum angelus Domini,
[f] eo quòd non dediſſet honorem Deo: &
[g] conſumptus à vermibus, expirauit.
24 [h] Verbum autem Domini creſcebat &
multiplicabatur. 25 Barnabas autem &
Saulus [i] reuerſi ſunt ab Ieroſolymis ex-
Sup.11.d.29 pleto miniſterio, aſſumpto Iohanne qui
cognominatus eſt Marcus.

CAP. XIII.

A Erant [a] autem in Eccleſia quę erat An-
Sup.14.d.25 tiochię, prophetæ & doctores, in qui-
bus Barnabas, & Simon qui vocabatur
Niger, & Lucius Cyrenēſis, & Manahen

d *Iuſſit eos duci*] ad ſupplicium, non ad iudicium. nam inquiſitio quam hîc legimus, iudicij facti ſignificationē habet; poſt iudicium producti ſunt ad ſupplicium.

e *Ab illo.*] ab illius agro. Refertur ad χώρας antea nominatum.

f *Eo quòd non dediſſet honorem Deo.*] in liberatione Petri manifeſta, & arrogaſſet ſibi illos honores. Leg. Ioſeph. Nihil eſt quod credere de ſe non poſſit, cùm laudatur dijs æqua poteſtas.

g *Conſumptus à vermibus.*] intra corpus natis, vt ex medica diſciplina conſtat. σκωληκόβρωτος, Lege Marcell. in Dioſc.

h *Verbum autem Domini.*] Euangelij prædicatio & efficientia in credentibus & obtemperantibus.

i *Reuerſi ſunt ab Ieroſolymis.*] in Antiochiam, vt in nōnullis codicibus legitur.

CAP. XIII.

a *Erant autem in Eccleſia.*] Eccleſia Antiochenſis inſtructa erat miniſtris opportunis plenis Spiritu ſancto & virtute variorum miniſteriorum. oportebat ex illis aliquos ſegregari ad Euangelij miniſterium in aliis regionibus: & quamuis multi & idonei eſſent, tamen Paulus præcipuè ſegregatus eſt, qui ad peregrinationis munus atque prædicationis officium fuerat vocatus Apoſtolus, vt portaret nomen Ieſu coram gentibus, & regibus & principibus Iſraël.

qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneꝰ,
& Saulus. 2 [a] Miniſtrãtibus autem illis
Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus
ſanctus: Segregate mihi Saulum & Bar- Rom. 1. a. 1
nabam [b] in opus, ad quod aſſumpſi eos.
3 Tunc ieiunantes & orantes, [c] imponen-
téſque eis manus, dimiſerunt illos.
4 Et ipſi quidem [d] miſſi à Spiritu ſancto,
abierunt Seleucîam: & inde nauigaue-
runt Cyprum. 5 Et cùm veniſſent Sala-
mînam, prædicabát verbum Dei in ſyn-
agogis Iudæorum. [e] Habebant autem
& Iohannem in miniſterio. 6 Et cùm
perambulaſſent vniuerſam inſulam vſ-
que ad Paphum, inuenerunt quendam
virum magum pſeudoprophetam, Iu-
dæum, cui nomen erat [f] *Bar-ieſu, 7 qui * Barieu putat B. legendum eſſe.
erat cum Proconſule Sergio Paulo viro
prudéte. Hic accerſitis Barnaba & Sau- B
lo, deſyderabat audire verbum Dei.
8 Reſiſtebat autem illis Elymas, magus
(ſic enim interpretatur nomen eius) quę-
rens auertere Proconſulem à fide.
9 Saulus autem, [g] qui & Paulus, [h] repletus
Spiritu ſancto, intuens in eum, 10 dixit:
O plene omni dolo, & omni fallacia, fili
diaboli, [i] inimice omnis iuſtitiæ, non de-
ſinis ſubuertere [k] vias Domini rectas.
11 Et nunc ecce manus Domini ſuper te,
& [l] eris cæcus, non videns ſolem vſque
ad

a *Miniſtrantibus.*] Cùm quadam die miniſterium ſuum exercerent prophetandi & docendi, & indicto ieiunio vacarent orationi & precibus, cõmendantes Deo Eccleſiæ amplificationem.

b *In opus.*] in Apoſtolatus munus.

c *Imponentéſque eis manus.*] in electionis & cooptationis Eccleſiaſticæ ſignum, communicationemque gratiæ & auctoritatis.

d *Miſſi à Spiritu ſancto.*] Antiochenſis Eccleſia non indicauit illis locum quò irent, ſed permiſit eam rem Spiritus ſancti reſponſo: id autem illis datum fuit vt irent Seleuciam, &c.

e *Habebant autem & Iohannem.*] cognominatum Marcũ, qui miniſtraret ipſis & pauperibus, dum ipſi intenti erant Euangelio enuntiando. Magnum myſterium totius virtutis & efficientiæ Ieſu Chriſti cõtinetur illo nomine *verbum*, ſæpè repetito in hac hiſtoria.

f *Bar-ieſu.*] Propriũ nomen illius magi fuit *Elymos* ſiue *Elumos*, quod inuerſum interpretantur *Somoel*. Porrò *Somoel* ſignificat nomen forte ſiue magnificum: quia ille ſuis magiis & artibus nomen ſibi fecerat, vocabatur *Barſomo*, hoc eſt, *filius nominis*. Hæc rectè ſibi cõueniunt ex Syro deſumpta contextu: nam Græca & Latina variant in his vocibus peregrinis.

g *Qui & Paulus.*] Hoc loco Sauli nomen in Paulum mutauit, quod familiarius erat pronuntiationi Græcorum & Latinorum, quàm Sauli: & id accepiſſe videtur occaſione accepta à familiaritate Sergij Pauli, quem primum ex Gentibus illuſtrem virum viam Ieſu docuit.

h *Repletus Spiritu ſancto.*] cognitionis & fortitudinis efficientiæque, ad illud exemplũ quod mox ſubiungitur, edendum. namque aliàs Spiritu ſanctificationis repletus erat Paulus, & ſpiritu miniſterij in vniuerſum; ſed Spiritus ſanctus in opportunitate incendit & excitat animos miniſtrorum Dei ad aliquid inſigne agendum.

i *Inimice omnis iuſtitiæ*] humanæ ac diuinæ: qui nec iuſtus es, nec iuſtitiã ac virtutem hominibus coli ſinis, nec iuſtificationem diuinam ab illis accipi permittis.

k *Vias Domini rectas.*] Simplicitatem doctrinæ Chriſtianæ hoc nomine appellat Paulus, quæ antiquam omnem lectionem ad Chriſti veritatem refert. Veritas Chriſti eſt, deponere veterem hominem cum actibus & concupiſcẽtiis ſuis. ad eam rem neceſſaria eſt fides & pœnitentia in adultis. Hæc ſunt *viæ Domini rectæ*.

l *Eris cæcus.*] Miraculum quo declarata eſt cæcitas cordis & caligo doctrinæ illius magi. ſignum enim ſignificato conueniebat, quod tamen ad illius correptionem & aliorum eruditionem, non diuturnum eſſe Dei clementia voluit.

ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum
caligo & tenebræ, & circuiens quærebat
qui ei manum daret. 12 Tunc Procon-
ſul cùm vidiſſet factum, [a]credidit, admi-
rans ſuper doctrina Domini. 13 Et cùm
à Papho nauigaſſent Paulus, & qui cum
eo erant, venerunt [b] Pergen Pamphyliæ.
Iohannes autem diſcedens ab eis, reuer-
ſus eſt Ieroſolymam. 14 Illi verò [c] per-
tranſeuntes Pergen, venerunt [d] Antio-
chîam Piſidiæ: & ingreſſi ſynagogam
die ſabbathorum, ſederunt. 15 Poſt le-
C ctionem autem legis & Prophetarum,
miſerunt principes ſynagogæ ad eos, di-
centes, Viri fratres, ſi quis eſt in vobis
[e] ſermo exhortationis ad plebem, dicite.
16 Surgens autem Paulus, & manu ſilen-
tium indicens, ait, [f] Viri Iſraelitæ, & qui
timetis Deum, audite: 17 [g] Deus plebis
Iſrael elegit patres noſtros, & [h] plebem
Exod. 1. a. 1 exaltauit cùm eſſent incolæ in terra Æ-
Ex. 15. c. 16. 14. c. 2. f. 19 gypti, & in brachio excelſo eduxit eos
Exod. 16. a. 2 ex ea, 18 & per quadraginta annorum
tempus [i] mores eorum ſuſtinuit in de-
ſerto. 19 Et deſtruens gentes ſeptem in
Iosue 14. a. 2 terra-Chanaan, ſorte diſtribuit eis ter-
ram eorum, 20 [k] quaſi poſt quadringen-
Iud. 3. b. 5 / 1 Reg. 8. a. 5 tos & quinquaginta annos: & poſt hæc
1 Reg. 9. a. 16 / 4. 17. 10 a. 1 dedit iudices, vſque ad Samûel prophe-
tam. 21 Et exinde poſtulauerunt regem:
& dedit illis [l] Saul filium Cis, virum de
tribu Ben-iamin, annis quadraginta.

a *Credidit*] doctrinæ Domini, efficacitatem ipſius admiratus.

b *Pergen Pamphyliæ.*] Appulerunt in Pamphyliam ad vrbem Pergen Nõ ad diſcrimen alterius Perges, verùm ad prouinciæ ipſius notationem dictũ eſt.

c *Pertranſeuntes Pergen.*] profecti Perga.

d *Antiochiam Piſidiæ.*] ad diſcrimen Antiochiæ in Syria ſitæ.

e *Sermo exhortationis.*] Si quid affertis à fratribus noſtris qui ſunt in Iudæa quo populum conſolemini & exhortemini, vel ex nuntio aliquo nouo bono, vel ex doctrina & mandato Ieroſolymitanorum, vbi caput erat religionis communis omnibus Iudæis.

f *Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum*] Nõ ſolũ Iſraelitas appellabat hoc loco Apoſtolus, ſed etiam Gentiles proſelytos, & alios qui ex religione conueniebant ſabbathis in ſynagogas, vt audirét myſteria, ac doctrinam illam cognoſcerét. hos indicat illa oratio, *qui timetis Deum.*

g *Deus plebis Iſrael.*] Deus ille omnium gentium Dominus, qui ſingulari & ſapienti ratione apud Iſraelitas notus & cultus eſt, ille elegit Iſraelitarũ patres, non vt cęteras gentes omnino repudiaret, ſed ad publicæ ſalutis expeditionẽ in lucem Gentium, vt ex totius hiſtoriæ narratione cognoſcetur.

h *Plebem exaltauit.*] Populum ex patribus noſtris ortum ſingulari prouidentiæ beneficio proſecutus eſt, ſeſe ipſorum Deum appellans, & oſtendés, quos potentiſſimè detentos miſeraque ſeruitute afflictos, liberauit, & eduxit triumphantes. Hoc ſignificat *in brachio extento.*

i *Mores eorum ſuſtinuit.*] Enutriuit eos, quanquam indignos tanto beneficio, vtpote qui ab illo ſæpè defeciſſent, tamen eos aluit ſuſtentauitque, quod manifeſtum ſignum fuit non eſſe illos electos ad mundanam aliquam excellentiam, ſed per illos aliquod aliud parari maximum in futuro tempore edẽdum exemplum.

k *Quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos.*] A promiſſione facta Abrahamo ad exitum ex Ægypto anni fluxere quadringenti. in deſerto fuère Iſraelitæ annis quadraginta. Ioſue ſepté annis debellauit gentes, vt oſtendimus in Apparatu ſacro lib. Daniel interpto. Sũt igitur quaſi quadringenti & quinquaginta. ſic ratio rectè conuenit cum Latina verſione.

l *Saul filium Cis, virum de tribu Ben-iamin annis quadraginta.*] Non indicantur anni Saulis, duo enim tantùm fuêre: ſed omnes anni ab initio Samuelis vſque ad Dauidem. nam tempora ita diſtributa ſunt, à promiſſione ad exhibitionem, ab exhibitione ad nouæ gubernationis initium, quod contigit ſub

Samuele, qui fuit vltimus Iudicum, ſed alio modo electus, quàm alij Iudices qui illum præceſſerant, atque alio modo vſus & functus munere ſuo. Vnde nomen Iudicum in libris Iudicum appellatur, poſt quos incipit Samuelis nomen duobus libris integris, ſcilicet primo & ſecundo Regum. Itaque illud tempus Samuelis & Saulis in quo res nouatæ fuerunt, vſque ad Dauidem, in quo regnum fuit conſtitutum, quadraginta annis definitur.

22 & amoto illo, [a] ſuſcitauit illis Dauid Reg. 16. c. 1
Regem: cui teſtimonium perhibens, di- D
xit, Inueni Dauid filium Ieſſæ, virum ſe- Pſa. 88. c. 21
cundum cor meum, qui faciet omnes
voluntates meas. 23 Huius Deus ex ſe-
mine ſecundum promiſſionem eduxit Iſaia 11. a. 1
Iſrael ſaluatorem Ieſum, 24 [b] prædicante Mat. 3. a. 1
Iohanne [c] ante faciem aduentus eius ba- Mar. 1. a. 2 Luc. 3. a. 3
ptiſmum pœnitētiæ omni populo Iſrael.
25 Cùm impleret autem Iohannes cur-
ſum ſuum, dicebat, Quem me arbitra-
mini eſſe? non ſum ego, ſed ecce venit Ioh. 1. c. 20
poſt me, [d] cuius non ſum dignus calcea- Mat. 3. c. 11 Marc. 1. a. 7
menta pedum ſoluere. 26 Viri fratres, Luc. 3. d. 16 Ioh. 1. d. 27
[e] filij generis Abraham, & qui in vobis
timent Deum, vobis verbum ſalutis hu-
ius miſſum eſt. 27 Qui enim habitabāt
Ieruſalem, & principes eius [f] hunc igno-
rantes, & voces Prophetarum quæ per
omne ſabbathum leguntur, iudicantes
impleuerunt, 28 & nullam cauſam mor-
tis inuenientes in eo, petierunt à Pilato, Mat. 27. c. 20
vt interficerent eum. 29 Cúmque con- c. 22 Mar. 15. b. 13
ſummaſſēt omnia quæ de eo ſcripta erāt, Luc. 23. c. 21 c. 23
deponentes eum de ligno, poſuerunt in Ioh. 19. a. 6
monumento. 30 Deus verò ſuſcitauit E Mat. 28. a. 6
eum Mar. 16. a. 6

a *Suſcitauit illis Dauid regē.*] Nouo modo inſtaurauit electionē Deus in Dauide, iam ſignificantius oſtendens auctorem ſalutis, & gubernatorem populi ſui, qui ex Dauid ſecundùm carnem oriturus erat; quem Dauid ipſe tanquā figura exprimebat & referebat. Ille enim populo exhibitus & oſtenſus atque declaratus fuit Rex, præeunte & indicante Samuele propheta: probatus etiam officio & munere rectè obito, accepit autē promiſſum de fructu ventris ſui ponendum à Deo Dauid alterū fidelem perpetuum ſuper ſedem ſuā.

b *Prædicante Iohanne.*] qui magna auctoritate à Deo obtenta declarauit Ieſum eſſe ſuſcitatum in regem & ſeruatorem, vt Dauidem Samuel declarauerat.

c *Ante faciem aduentus eius.*] ipſo iam præſente in mundo, & paulo pòſt aduenturo, publicéque functuro legatione ſua.

d *Cuius non ſum dignus.*] Ille tanto me dignitate & efficacitate ſuperat, vt cùm ego baptizem in pœnitentiam, tamen ille baptizet verè & realiter Spiritu ſancto.

e *Filij generis Abraham.*] ad quos primùm pertinent promiſſa Abrahæ facta. & cæteri ex vobis qui hîc congregati eſtis, quicunque timent Deū. nam ad gentes etiam omnium nationū gratia hæc ſaluſque pertinet. Cuius ſalutis expediendę ratio illa fuit, vt non cognitum hūc ſeruatorem Iudæi ad quos miſſus erat, interfecerint, atq; ille morte, ſepultura & reſurrectione ſua, impleuerit omnia quę de ipſo ſcripta fuerant.

f *Hunc ignorantes.*] Ignoratione affectata & ſtudioſè concepta, quia noluerunt animum aduertere ad ipſius virtutem maximam, multis ſignis obſeruabiliſſimam; neque ad Prophetarum oracula quæ omni ſabbatho leguntur, in quibus de illo agitur: ſed eorundem Prophetarum ſcripta quæ de huiuſmodi ignoratione edita erant, impleuerūt damnantes eum. Itaque priorem rationem propheticam nolentes conſiderare, poſteriorem impleuerunt: atq; hoc pacto quem illi ſeruatorem ſuum repudiabant, Deus totius orbis ſeruatorem confirmauit. Atque illa ipſorum repudiatio tantum abeſt vt fidem auctoritatemque Ieſu imminuat vel frangat, vt etiam maximè apertiſſiméque demonſtret, quippe cùm hoc modo omnia quæ de illius morte ſcripta erant, perfecta fuerint, illi quidem vſque ad ſepulturam omnia effecerunt, quæ ipſi arbitrabantur pertinere ad abſolutam reprobationem & repulſam ipſius: ſed ipſum non fuiſſe imminutum illa morte ſuſcepta quamuis ac deguſtata; imò magis etiam propter obedientiam illam vſque ad mortem fuiſſe amplificatum & confirmatum à Deo auctore factum, conſtat ex euentu, Cùm Deus ſuſcitauerit illum, &c.

Luc.24.a.5 Ioh.20.a.1 20.c.19 eum à mortuis tertia die: 31 qui viſus
eſt per dies multos his qui ſimul aſcen-
derant cum eo de Galilæa in Ieruſalem,
qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebē.
32 a Et nos vobis annuntiamus eam quæ
ad patres noſtros repromiſſio facta eſt:
33 quoniam hanc Deus adimpleuit filiis
a veſtris MS q.8. "noſtris', reſuſcitans Ieſum, ſicut & in
b primo MS q. teſte Beza. Pſalmo "ſecundo' ſcriptum eſt: Filius
Pſal.2.b.7 Heb.1.b.5. & 5.b. meus es tu, b ego hodie genui te'.
Iſa.53.[illegible] 34 Quod autem ſuſcitauit eum à mor-
tuis, amplius iam nō reuerſurum in cor-
ruptionem, ita dixit, Quia dabo vobis
c ſancta Dauid fidelia: 35 Ideóq; & aliâs
Pſal.16.b.10 Sup.2.c.31 dicit: Non dabis Sanctum tuum videre
corruptionem. 36 Dauid enim d in ſua
generatione cùm adminiſtraſſet, volun-
3 Reg.2.b.10 tati Dei dormiuit: & appoſitus eſt ad pa-
tres ſuos, & vidit corruptionem.
c à mortuis e. 37 e Quem verò Deus ſuſcitauit*, non vi-
dit corruptionem. 38 f Notúm igitur ſit
vobis, viri fratres, quia per hunc vobis
d & 1 MS.R. e,g. remiſſio peccatorum annuntiatur,* g ab
F omnibus quibus non potuiſtis in lege
Moyſi

a *Et nos vobis euangelizamus.*] Et nos qui rogati ſumus verba conſolationis populo exponere, annūtiamus vobis bonum nuntium præ[illegible]torum promiſſorum, quæcunque ad Abraham & patres noſtros facta fuerant, præſtitorū, inquam, nobis, idque per Ieſu Chriſti reſurrectionem: nam qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. cuius rei argumentum euidentiſſimum eſt illum reſurrexiſſe, omnis corruptionis expertem, idque perpetuum & æternū ipſi eſſe, æternum, quia non poterat videre corruptionem, qui omnis peccati ac debiti expers eſſet. perpetuū verò, quia qui ſemel natura ſua & diuina prouidentia incorruptus extitit, ita mortem vicit vtramque, vt mori amplius non poſſit. id autem non ſolùm ratione ex natura ipſius petitæ, ſed ſacris oraculis conſentiens, conſonumque eſt.

b *Ego hodie genui te.*] Hebraicè eſt, *Ego hodie naſci feci te.* qua oratione ſignificatur Ieſus reſurrectionis ſuæ die probādus apertè filius Dei, qui cùm anteà reprobatus eſſet à gentibus, regibus & principibus, ac tanquam ſeductor ad mortem damnatus & occiſus, à Deo reſuſcitatus, teſtimonium tulerit manifeſtum ſe eſſe filium Dei, neque verò *hodie* aduerbium exponit natiuitatem ipſius illa die fuiſſe; ſed illud teſtimonium *genui te*, illa [illegible] iſſe maximè confirmatum, cùm [illegible]aratus ſit filius Dei, qui multos filios ſecum in gloriam adduceret, ſecundùm vir[illegible]nctificationis ex reſurrectione mo[illegible]rum Ieſu Chriſti. Itaque dies illa teſtimoniū edidit manifeſtum veritatis huius, Ieſum eſſe filium Dei à Deo genitum. Significat autem *hodie* hoc loco & aliis huiuſmodi, idē quod *hec dies teſtatur*. Quòd ſi quis reſurrectionem ex mortuis nouum etiam naſcendi genus interpretetur, non aberrauerit à recta ratione.

c *Sancta Dauid fidelia.*] beneficia Dauidis certa, perpetua, indeficientia: deinde de eodem ſancto ſiue bono ſcriptum non viſurum illum eſſe corruptionem: quod cùm in Dauid ipſo non fuerit præſtitum; & verbum Dei inane non ſit, conſequitur ad illud ſemē Dauid pertinere, in quo Deus tot ſanctitatis ſuæ argumenta demonſtrauit, vt oſtenderit apertè illum priorē Dauid propter hunc Ieſum electum fuiſſe, & omnia ad hunc pertinuiſſe.

d *In ſua generatione.*] ſæculo ſuo, & ætatis ſuæ actionibus, rebusque omnibus perfunctus, quibus Deo auctore expediendis electus fuerat. e *Quem vero Deus ſuſcitauit.*] Hic Ieſus cùm tertia die ſuſcitatus fuerit, non potuit videre nec vidit corruptionem ſecundùm naturam: ergo hic eſt Sanctus ille de quo Dauid ſcripſit, *Non dabis Sanctum tuum*, &c. f *Notum igitur.*] Summa igitur legationis noſtræ eſt, quòd huius virtute præſtabuntur vobis maxima illa promiſſa Dei, quæ continent liberationem à peccatis veram, realem, & non imaginariam aut imputatiuā; ſed quæ repræſentat figurā illā liberationis ab Ægyptiaca ſeruitute, quę patribus noſtris ex Dei, qui Abrahæ pollicitus fuerat, miſericordia & virtute contigit; volentibus, inquā, vobis illi credere & obedire.

g *Ab omnibus quibus non potuiſtis.*] per legem Moſis iuſtificari, à veteri homine cum actibus & concupiſcentiis ſuis; quē non potuiſtis exuere, quamuis exquiſita & ſtudioſa ſingulorū præceptorum obſeruatione laborantes, & quāuis multis victimis, hoſtiis, ritibus & ceremoniis exerciti, tamen huius virtute & efficacitate v[illegible]tremini, & iuſtificemini diuino promiſſo anteà, nunc vero exhibito iam beneficio donatum vobis à Deo eſt.

Moyſi iuſtificari. 39 In hoc omnis qui
credit, iuſtificatur. 40 Videte ergo ne
ſuperueniat vobis [a] quod dictum eſt in
Prophetis, 41 [b] Videte contemptores, & Aba. 1. b. 5
admiramini, & diſperdimini: quia opus
operor ego in diebus veſtris, opus [c] quod
non credetis, ſi quis enarrauerit vobis.
42 Exeuntibus autem illis, [d] rogabant vt
ſequenti ſabbatho loquerentur ſibi ver-
ba hæc. 43 Cúmque dimiſſa eſſet ſyna-
goga, ſecuti ſunt multi Iudæorum, " &
colentium *aduenarum Paulum & Bar-
nabam: qui loquentes ſuadebant eis [e] vt
permanerent in gratia Dei. 44 Sequenti
verò ſabbatho penè vniuerſa ciuitas cõ-
uénit audire verbum Dei. 45 [f] Videntes
autem turbas Iudæi, repleti ſunt zelo, &
contradicebant his quæ à Paulo dicebã-
tur, blaſphemantes. 46 [g] Tunc conſtan-
ter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis
oportebat primùm loqui verbum Dei:
ſed quoniam repellitis illud, & indignos
vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuer-
timur ad Gentes. 47 ſic enim præcepit
nobis Dominus: Poſui te in lucem Gen-
tium:

* Deum ms. g.

" & etiam aduenæ, ſeu proſelyti, qui timebant Deũ. g. [illegible], hoc eſt, & colentium proſelytorũ. G.

a *Quod dictum eſt in Prophetis.*] in Prophetarum libro: náque duodecim Prophetæ minores ad vnum librum omnes redacti ſunt; & liber ille Prophetæ appellatur.

b *Videte contemptores.*] Hoc quod Habacuc dixit in eos, qui illo tempore nõ credebant denuntiationibus diuinis, quæ tamen euenerunt, & fidem fecerunt veritatis vaticinij, magno ipſorũ malo qui non crediderant; ne etiam in vos cadat ſimilis incredulitatis exẽplo damnatos. Quippe diuina promiſſa & obnuntiata perpetui exempli ſunt erga eos qui crediderint, vel non crediderint & contempſerint. Ideò Paulus dixit *ſuperueniat*, id eſt, denuò edatur in vobis illud exemplum quod in illius ætatis homines editum fuerat, quos primùm Habacuc denuntiatio ſpectabat.

c *Quod non credetis, ſi quis enarrauerit vobis.*] Opus Dei admirandum hominibus, vt quæ legi impoſſibilia fuerant, Ieſus Chriſtus effecerit in credentibus & obtemperantibus. Opus etiam Dei, vt Iudæis incredulis incredibile denũtiatu, vt illis repudiatis & reprobatis ſufficerentur gentes, quibus Euangeliũ ſalutis annũtiari vellet Dominus: vtrũque opus effectus eſt Euangelij, iuſtificatio credentium & obedientium, atque reprobatio incredulorum: ſed alterum ex virtute, alterũ ex conſequenti, vt aliàs oſtendemus.

d *Rogabant*] ij qui erant ex Gentibus, auidi audiendi illum publicæ ſalutis nuntium.

e *Vt permanerent in gratia Dei.*] vt adhærerent firmiter huic Euangelio gratiæ Dei, accepturi Spiritum ſanctũ gratis, quo illam literæ legis vetuſtatem exuerent. ſuadebant itaque illis fidem in Euangelium, & tranſitum ab vmbra legis ad gratiæ lumen.

f *Videntes autem turbas Iudæi.*] Scandalum maximum Iudæorum fuit, videre confluentes Gentes ad Chriſtum, & illis promitti ac donari Dei dona, antequàm fierent proſelyti, aut legi Moſis nomen darent: vnde in eam inſaniam acti ſunt, vt Ieſu Euangelium repudiarint & damnauerint, dicentes promiſſiones non factas Gentibus, ſed ipſis Iſraelitis: & Ieſum qui Gentes promiſcuè admitteret, omneſque vocaret, & illam Iſraeliticam dignitatem non foueret & amplificaret, non eſſe à Deo miſſum. Hoc eſt quod Lucas ait, *Blaſphemantes*, id eſt, detrahentes nomini & auctoritati Ieſu Chriſti, contradicentes oraculis ac teſtimoniis ſcripturarum à Paulo citatis, idque proterua & obſtinata contentione.

g *Tunc conſtanter.*] Cùm Iudæi affirmarent non eſſe verbum Dei promiſſum Gentibus; ideoque illos non eſſe Apoſtolos Dei, qui Gentibus annuntiarent Euangelium. Contrà Apoſtoli conſtanter affirmarunt verbum Dei, quod Iudæis propoſitum & repudiatum eſſet pertinere ad Gentes, cùm neque Gentes à ſalute publica excluderentur, neque Iſraelitæ prohiberentur Gentibus verbum in ſalutem nuntiare: ſed primùm proponi debere Iſraelitis verbũ ſalutis, propter promiſſa patribus facta: & ſi ab illis acciperentur, ad Gentes etiam transfundi lucem illam; ſin verò ab Iſraelitis repudiarentur, debere omnino Euangelium ſalutis, & Euangeliſtas atque Apoſtolos ad Gentes conuerti: idque manifeſto reſponſo diuino confirmabant, quòd expoſuerat ſalutis nuntium Gentibus per Iſraelitas deferendum eſſe.

tium: vt ſis in ſalutem vſque ad extremū
Eſaia 46.b.6 terræ. 48 [h] Audientes autem Gentes, [i] ga-
uiſæ ſunt, & glorificabant verbum Do-
mini: & [k] crediderunt [l] quotquot erant
præordinati ad vitam æternam. 49 Diſ-
ſeminabatur autem verbum Domini
per vniuerſam regionem. 50 Iudæi au-
tem concitauerunt [m] mulieres religioſas
& honeſtas, & primos ciuitatis, & exci-
tauerunt perſecutionem in Paulum &
Barnabam: & eiecerunt eos de finibus
Mat.10 b.14 Mar.6.b.11 Luc.9.a.5 ſuis. 51 At illi excuſſo puluere pedum in
eos, venerunt Iconiū. 52 Diſcipuli quo-
que replebātur gaudio & Spiritu ſancto.

## CAP. XIIII.

A Factum eſt autem Iconij vt ſimul in-
troirent ſynagogam Iudæorum, & lo-
querentur [a] ita vt crederet Iudæorum &
Græcorum copioſa multitudo. 2 [b] Qui
verò increduli fuerunt Iudæi, ſuſcitaue-
runt, & ad iracundiam [c] concitauerunt
*Deus autē pacem fecit MS. & Gr. teſte Beda. animas Gentium aduerſus fratres*.
3 Multo igitur tempore demorati ſunt,
[d] fiducialiter agentes in Domino, teſti-
monium perhibente verbo gratiæ ſuæ,
dante ſigna & prodigia fieri per manus
Ec eorum.

h *Audientes.*] audientes & credentes fide requiſita ad vitam æternam.

i *Gauiſæ ſunt.*] quòd illa promiſſa ad ipſos pertinerent. Hoc gaudium ſignū fuit illos crediđiſſe Euangelio; & illud etiam quod non vt Iudæi reprobi, & reprobantes repudiabant & blaſphemabant verbum, ſed glorificabant & gratulabantur.

k *Et crediderunt.*] ſecundùm operationem virtutis Dei.

l *Quotq... erant præordinati.*] Lege Græca & Syrica, vt expendas ſignificationē verborum *quotquot* & *præordinat.* Sic interpretamur ſimpliciter & verè hunc locum: Omnes qui ſteterunt & perſeuerarunt in ordinatione & electione Dei, qui elegerat & diſpoſuerat atq; ordinauerat ſecundū beneplacitū ſuum, quod propoſuit in diſpenſationem plenitudinis temporum donare vitā æternam, hoc tempore acceptabili, & his diebus ſalutis omnibus credentibus & obtēperātibus ſibi, ex quacunque gente ſint. Itaque hic locus id confirmat ordinationem videlicet Dei, ad Gentes pertinere, id quod Iudæi negabant: quorum contradictio nihil impedimenti attulit, quominus Gentes quæ credere & obedire voluerunt, ex fide in fidem auctæ & promotæ crediderint in ſuam ſalutem & vitam æternam, vt ordinatum erat à Deo.

m *Mulieres religioſas.*] Iudæas & Gentiles, quæ nomine & ſpecie religionis & honeſtatis commendabantur vulgò; ſed aliàs ſtulto zelo & ſtudio ductiles & habiles ad huiuſmodi ſeditionem concitandam, vtpote quibus facilè perſuaderi pōterat a malè affectis magiſtris, Paulum & Barnabam irreligioſos eſſe, qui Moſis legem euertere conarētur. mirum dictu eſt quàm facilè ingenio muliebri mali miniſtri abutātur.

CAP. XIIII.

a *Ita vt crederet.*] Euangelio & euangelizantis aſſertioni: nam hæc fides imprimis exigitur ab hominibus.

b *Qui verò increduli fuerunt.*] qui ſermonibus de veritate Ieſu Chriſti fidem adhibere noluerunt.

c *Concitauerunt animas Gentiū aduerſus fratres.*] Gentium animos aliàs malè affectos aduerſum Iudæos, omnes tamen Iudæi iſti adhuc magis irritarunt contra fratres ſuos Iudæos ex ſemine Abrahæ, adeò magno odio illis erat nomen Ieſu Chriſti, vt propter id canes, ab ipſis ita vocatos, incitarent, in inuidiam & perniciem fratrum ſuorum.

d *Fiducialiter agentes.*] Euangelium annuntiantes nouæ vitæ, & Spiritus ſancti per Chriſtum credentibus conferendi: idque nulla verecundatione aut cunctatione, quippe qui virtutem præſentem annuntiarent, & reipſa demonſtrarent, cum ſua ipſorum vita, tum etiam illorum qui credebant ſanctificatione, quæ gratiam Domini ipſis donatam apertè demonſtrabat, adeò vt Apoſtoli animos Gentium aduerſum ipſos à Iudæis incitatos non timerent, freti illa virtute ab ipſis nuntiata, à Domino verò collata & confirmata: adiunctis etiam miraculis & ſignis multis, quibus Apoſtolorum ipſorum munus & auctoritatem Deus demonſtrabat euidenter.

eorum. 4 [a] Diuiſa eſt autem multitudo
ciuitatis: & quidam quidem erant cum
Iudæis, quidam verò cum Apoſtolis.
5 Cùm autem factus eſſet impetus Gen-
tilium & Iudæorum [b] cum principibus
ſuis, vt contumeliis afficerent, & lapida-
rent eos, 6 intelligentes confugerunt
ad ciuitates Lycaoniæ Lyſtram & Der-
ben, & vniuerſam in circuitu regionem, B
& ibi euangelizantes erant. 7 * Et qui-
dam vir Lyſtris [c] infirmus pedibus ſede-
bat, claudus ex vtero matris ſuæ: qui nũ-
quam ambulauerat. 8 Hic audiuit Pau-
lum loquentem. Qui intuitus eum, &
videns [d] quia fidem haberet vt ſaluus fie-
ret, 9 dixit magna voce*, Surge ſuper
pedes tuos rectus. Et exiliuit: & ambu-
labat. 10 Turbæ autem cùm vidiſſent
quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem
ſuam Lycaonicè dicentes, [e] Dij ſimiles
facti hominibus, deſcenderunt ad nos.
11 Et vocabant [f] Barnabam, Iouem: Pau-
lum verò, Mercurium, quoniã ipſe erat
[g] dux verbi. 12 Sacerdos quoque Iouis
[h] qui erat ante ciuitatem, [i] tauros & coro-
nas ante ianuas afferens, cum populis vo-
lebat ſacrificare. 13 Quod vbi audierũt C
Apoſtoli Barnabas & Paulus [k] conſciſſis
tunicis ſuis exilierunt in turbas clamãtes,
14 & dicentes, Viri, quid hæc facitis? &
nos

* Et cõmota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Lyſtris. MS. B.R.6 q.

* Tibi dico, In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti MS. B.6.5.

a *Diuiſa.*] Iudiciorum & ſtudiorum diuiſio facta eſt, aliis omnino probantibus Apoſtolorum doctrinã & actiones, aliis verò Iudæorum parti fauentibus.

b *Cum principibus ſuis.*] vtriuſque gentis Gentilium & Iudæorum principibus, qui iam impetus deliberatus & certus dici poterat: nam interim dum nõ conueniũt principes & plebs, nihil agi poteſt aut incipi quod conſtet & ſuccedat: cùm verò vtrique ſimul in idem ſtudium conuenêre, tunc deliberata decretaque eſſe videtur res. Atque ita Apoſtoli iam functi munere ſuo in illa ciuitate, hoc eſt, expoſito Euangelio tam plebi quàm principibus, ad alia loca tranſierunt.

c *Infirmus pedibus.*] impoſſibilitatus, vt ita loqui liceat; cùm verbum Latinum *impotens* aliud ſignificet.

d *Quia fidẽ haberet vt ſaluus fieret.*] Credebat ille Euãgelio ſalutis, & adeò credebat firmiter, vt non ſolùm ſe ſeruatum in ſpirituali ſalute crederet, ſed etiam corpori ſanando adeò potens & efficax illud verbum in credentibus eſſe intelligebat. vtramque rem ille credebat, vtramque oratio ſignificat, alterã autem tã[q]uam argumentũ alterius.

e *Dij ſimiles facti hominibus.*] Beneficiũ diuinitatis indicium, vel à diuinitate profectum omnes nationes interpretãtur. At verò cùm beneficio naturæ exempla communia ſuperantur, manifeſtum diuinæ virtutis argumentũ eſt. huiuſmodi beneficium admirati homines illi, Apoſtolos Deos eſſe credebãt, humana ſpecie ſeſe terris præſentes conſpiciendosque exhibentes.

f *Barnabam Iouem.*] qui ætatis grandioris ſpeciem præferr[e]t, & adeſſe videretur, annuereque ac[tis] ſocij Pauli, videlicet qui ſermonem [in]ceperat, ideóque nuntius & interp[re]s eſſe exiſtimabatur.

g *Dux verbi.*] legationis eius quæ apud ipſos expoſita erat, inceptor.

h *Qui erat ante ciuitatem.*] cuius templum erat ante vrbem ipſam, ſacerdote certo cultum, & ritibus ſuis celebre. ideò interpretati ſunt *Iouem* illum eſſe, qui ab ipſis haberetur tutelaris Deus ipſorum, quod ſi quiſpiam Deorũ ipſis adeſſet, eum eſſe exiſtimabant, quem ipſi præcipuè colerent. Miraculum autem in vrbe tota diuulgatum fuit.

i *Tauros & coronas.*] Coronas quibus tauri ſacrificandi, & ianuæ poſtes coronarentur Omnium autem generum coronas & vittas ritibus illis ſolennes intelligit.

k *Conſciſſis tunicis.*] Hoc geſtu populum à propoſito auocarunt, & indignum facinus illud eſſe indicarunt, atque ad orationis inchoandæ expectationem adduxerunt.

nos mortales ſumus, ſimiles vobis ho-
mines, annuntiantes vobis [a] ab his vanis
Pſa.145.a.6 Apoc.14.b.7 conuerti ad Deum viuum, qui fecit cæ-
lum & terram, & mare, & omnia quę in
eis ſunt: 15 [b] qui in præteritis generatio-
Pſa.8.c.13 nibus dimiſit omnes gentes ingredi vias
ſuas: 16 Et quidem non ſine teſtimonio
ſemetipſum reliquit, benefaciens de cæ-
lo, dans pluuias, & tempora fructifera,
ª veſtra 17 MS.eq. implens [c] cibo & lætitia corda ª noſtra.
17 Et hæc dicentes, vix ſedauerũt turbas,
ne ſibi immolarent. 18 Superuenerunt
autem quidam ab Antiochîa & Iconio
2 Cor.11.f. 24 25. ª & lapidato Paulo MS. G.S. Iudæi: & [d] perſuaſis turbis ª lapidantéſque
Paulum, traxerunt extra ciuitatem, exi-
ſtimantes eum mortuum eſſe. 19 Cir-
D cundantibus autem eum diſcipulis, ſur-
gens intrauit ciuitatẽ, & poſtera die pro-
fectus eſt cum Barnaba in Derben.
20 Cumque euangelizaſſent [e] ciuitati illi,
& docuiſſent multos, reuerſi ſunt Ly-
ſtram & Iconium, & Antiochîam:
21 Confirmantes animas diſcipulorum,
exhortantéſque [f] vt permanerent in fide,
& quoniam per multas tribulationes o-
portet nos intrare [g] in regnum Dei.
22 [h] Et cùm conſtituiſſent illis per ſingu-
las eccleſias presbyteros, & oraſſent cum
ieiunationibus, commendauerunt eos

a *Ab his vanis*] diis deorumque cultibus. ſunt enim vana iſta numina inaniaque tantùm nomina, quibus nulla ſubeſt virtus aut facultas, iis qui ſeruiũt nihil agunt, nihil proficiunt. hoc eſt quod primùm vobis exponimus: deinde eſſe alium ve[ru]m [D]eum viuentẽ, potentem, prouidentẽ in rebus hominum, cuius cultus vtiliſſimus colentibus ſit: ad hunc cognoſcendum & colendum vos reuocare ſtudemus.

b *Qui in præteritis generationibus.*] ſeculis antiquis, cùm homines varios errores ſponte ſubirent & perſequerentur, adeò clementem ſeſe præbuit, vt non vlciſceretur ipſorum inſcitiam & ſtultitiam, atque adeò nefariam inſaniam; ſed permittẽs ſingulis nationibus ſuas religionum & cultuum vias inſiſtere, vt ipſa etiam varietate & inconſtantia admonitæ, ad veritatem rurſus quærendam & repetendam reuocarentur; maximè cùm ipſe non ita ſe ab illis ſubduxerit aut celauerit, quin certiſſimis argumentis agnoſcendum prębuerit, [m]ulta & aſſidua atque publica beneficiorum collatione, quæ auctorem ſuum probarent eundem eſſe, qui cùm mundum anteà condidiſſet, certa & conſtanti prouidentia gubernaret, eiuſque gubernationis vſus ad homines ipſos vſque pertineret: ita vt cælũ terræ, tẽpora cælo ac terræ reſpond[erent].

c *Cibo & lætitia.*] Nam [illegible] ac temporum viciſſitudines non ſolùm fructus afferunt, ſed lætitiam mortalibus, vt ver tẽpere, æſtas & autumnus frugum & fructuum copia.

d *Perſuaſis turbis.*] Facilè vulgus abducitur in ſententiam eorum, qui coniunctam eloquentiam cum malitia habent; pręcipuè quæſita perſuaſionis occaſione, qualem Iudæi illi arripere potuerunt ex Pauli oratione publicè habita, ſiquidem Iudæi turbis accuſabant Paulum tãquam religionum omnium euerſorem, vt qui nec Iſraelitarum legem probare diceretur, & Gentium omnium cultus meras va[nit]ates eſſe affirmaret.

e *Ciuitati.*] Omni ciuitati bonum nũtium attulerunt ſalutis; ex ciuitate verò multos docuerunt, volentes videlicet doceri & cognoſcere viatum Domini Ieſu Chriſti rationem.

f *Vt permanerent in fide.*] vt fide illa pręſtantiſſima, qua credentes donati fuerant à Deo, tolerarent omnia aduerſa ea quæ veritatis hoſtes inferrent diſcipulis.

g *In regnum Dei.*] Accipitur hoc loco pro vniuerſa ratione regni, cuius initium in hac vita eſt. finis & conſummatio in cælo.

h *Et cùm conſtituiſſent.*] Huius actionis ſeries illa fuit; principiò ieiunium indictũ & initum eſt, preceſque intereà fuſæ ad Deum; deinde electi presbyteri ab Eccleſia & Apoſtolis, impoſitione manuum declarati & auctoritate aucti. Ita verborum ratio hunc locum exponi poſtulat.

Domino [i] in quē crediderunt. 23 Tranſ-
euntesque Piſidiam, venerunt in Pam-
phyliam, 24 & loquentes [k] verbum Do-
mini in °Pergen, deſcenderunt in [l] Atta- ° Perge r MS. C.S. Sup. 13.a.1
liam: 25 & inde nauigauerunt Antio-
chîam, [m] vnde erant traditi gratiæ Dei in
opus quod compleuerunt. 26 Cùm au-
tem veniſſent, & cōgregaſſent eccleſiam,
retulerunt quāta feciſſet Deus cum illis,
& [n] quia aperuiſſet Gētibus oſtium fidei.
27 Morati ſunt autem tempus non mo-
dicum cum diſcipulis.

## CAP. XV.

ET [a] quidam deſcendentes de Iudæa, A
docebant fratres: Quia niſi circunci-
damini [b] ſecundùm morē Moyſi, nō po- Gal. 5.a.2
teſtis ſaluari. 2 Facta ergo ſeditione non
minima Paulo & Barnabæ aduerſus il-
los, [c] ſtatuerunt vt aſcenderent Paulus &
Barnabas, & quidā alij ex °aliis ad Apo- ° illis R. C.S.
ſtolos & presbyteros in Ieruſalem, ſuper
hac quæſtione. 3 Illi ergo [d] deducti ab
eccleſia, pertranſibant Phœnicen & Sa-
mariam, narrantes [e] conuerſionem Gen-
tium: & faciebant gaudium magnum
omnibus fratribus. 4 Cùm autem ve-
niſſent Ieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab
eccleſia, & ab Apoſtolis & ſenioribus,
annuntiantes quanta Deus feciſſet cum
illis.

i *In quem crediderunt.*] Commendauerunt Domino Ieſu Chriſto, vt illos ad illā perfectionis & Spiritus ſancti gratiam promoueret, quam ipſi euangelizauerant, illique ſe accepturos ex diuino beneficio crediderāt: vt ſe, inquam, in quem illi crediderant, ipſis oſtenderet ac donaret; cum quo omnia diuina promiſſa ſimul donabantur, quæ ad vitam & pietatem pertinent.

k *Verbum Domini.*] Euangelizantes illud myſterium renouationis ac regenerationis hominum, quę Domini virtute & efficacitate fit in credentibus & obedientibus.

l *Attalum.*] vrbem Pamphyliæ maritimam Lyciæ finibus proximam, quā Stephanus De vrbibus Lyciæ attribuit.

m *Vnde erant traditi gratiæ Dei.*] voluntati & beneplacito gratuito Dei, qui dixerat: Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos.

n *Quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei.*] Euangelium ſalutis ipſarum, cōfirmatum ſignis, portentis & miraculis, & Spiritus ſancti diſtributionibus. Ita duo expoſuerunt Apoſtoli, alterū quid actum eſſet cum ipſis, docentibus Iudæos veritatem Ieſu Chriſti: alterū verò interim apertum eſſe oſtium fidei Gentibus.

CAP. XV.

a *Et quidam.*] Cerinthi aſſeclas hos fuiſſe ſcribit Epiphanius.

b *Secundum morem Moyſi.*] Paulus & Apoſtoli edocti veritate ipſa, circunciſionem in ſpiritu à Chriſto fieri prædicabant: circunciſionem itaque probabant, ſed in Spiritu, non in litera, hoc eſt, cordis circunciſionem. Iudaizantes illi circunciſionē in litera defendebāt: ex illo, Anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit, abſcindetur anima illa de populo meo. Paulus & Barnabas contendebant illam circūciſionem iam otioſam eſſe, vt ſignum otioſum eſt præſente re ſignificata: rem verò ſignificatam iam præſentem eſſe, hoc eſt, cordis circunciſionem, de qua ſcriptum eſſet: Circūcidet Dominus Deus tuus cor tuū, & cor ſeminis tui. Cùm igitur ex vtraque parte eſſet ſacræ ſcripturæ auctoritas, & circunciſioni literali faueret antiquitas & celebratiſſima conſuetudo, atque adeò vulgi animus ad eiuſmodi ceremonialia retinenda propenſiſſimus, cauſa grauiſſima exiſtimata eſt, & concilio publico vniuerſalique digniſſima.

c *Statuerunt vt aſcenderent.*] Conciliorum Chriſtianorum integrum, abſolutum, & pulcherrimum exemplar.

d *Deducti ab Eccleſia.*] Totius Eccleſiæ nomine miſſi.

e *Conuerſionem Gentium.*] ab errore & cæcitate ad veritatis cognitionem & Euangelij lucem.

illis. 5 [a] Surrexerunt autem quidam [b] de
hæreſi Phariſæorum qui crediderũt, di-
B centes, Quia oportet circuncidi eos, præ-
cipere quoque [c] ſeruare legem Moyſi.
6 Conueneruntque Apoſtoli & ſeniores
videre de verbo hoc. 7 Cùm autẽ [d] ma-
gna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus di-
*Sup. 10. b. 20* xit ad eos, Viri fratres, vos ſcitis quoniã
[e] ab antiquis diebus Deus [f] in nobis ele-
git, per os meum [g] audire Gentes verbum
Euangelij, & credere. 8 [h] Et qui nouit
*Sup. 10. g. 45* corda Deus, teſtimonium perhibuit, dãs
illis Spiritum ſanctum ſicut & nobis,
9 & nihil diſcreuit inter nos & illos, [i] fide
purificans corda eorum. 10 Nunc ergo
[k] quid tentatis Deum, imponere iugum
ſuper "ceruices diſcipulorum, quod ne-
que patres noſtri neque nos portare po-
tuimus? 11 Sed per gratiam Domini

" ceruicem M5. G.

 Ieſu

a *Surrexerunt autem.*] Oratio hęc Pauli eſt exponentis cauſam aduentus ſui, nõ Lucæ narrantis hiſtoriam. Sic contexitur: Dicebat Paulus ſurrexiſſe quoſdã
b *De hæreſi Phariſæorum.*] ex diſciplina [illegible] eorum. Non enim fuit hæc cõ[illegible]o cum merè Iudæis, qui omnibus no[m]inibus impugnabãt Chriſti Apoſt[olos] eumque doctrinam; ſed cum quibuſdam, qui cùm credidiſſent in Chriſtum, tamen propter illam conſuetudinem Phariſaicæ obſeruationis exiſtimabant & docebant retinendas eſſe ceremonias quaſdam iam inde à principio per Moſem traditas, & à maioribus obſeruatas; atque in his præcipuè circunciſionem, ſine qua neminẽ Gentilium ſeruari poſſe affirmabant.
c *Seruare legem Moyſi.*] ceremonialem.
d *Magna conquiſitio.*] diſceptatio argumentatioque ex variis diuinæ ſcripturæ locis, & ex rationibus & conſequẽtiis deductis à conſideratione Gẽtium, & Iudæorum vtriuſque populi collatione: oportuit autem in re tam graui, & quæ magnis ab vtraque parte argumentis premeretur, Spiritum ſanctum interpretem doctoremque intereſſe.
e *Ab antiquis diebus.*] à præcedentibus ſiue anterioribus: idem quod Latinorũ *iampridẽ*: ante annos ferè tredecim, vt ex Epiſt. ad Galat. conicere licet.
f *In nobis elegit.*] Voluit vt nos ipſi Apoſtoli primi omnium hanc prouinciã ſubiremus; atque inter nos me primũ ad hanc rem delegauit.
g *Audire Gentes verbum Euangelij, & credere.*] Nihil in illa electione aliud conſtituiſſe viſus eſt Deus, quàm vt Gentes Euangelij verbo per me ipſis annunciato, crederent & obedirent. atqui in Euangelij verbo nulla præceptio eſt de circũciſione, aut reliquis ceremonialibus in lege Moſis contentis. Itaq; Gẽtibus tantùm indicta eſt per os meum fides Euangelio Chriſti adhibenda ſine mentione circunciſionis.
h *Et qui nouit corda.*] Deus qui iuſtificationis auctor eſt, & promiſſa ſua præſtat iis qui contrito ſunt corde, & tremunt ſermones ipſius, quos ipſe optimè nouit, vtpote qui corda hominum omnium cognoſcit, ipſe idem teſtatus eſt illam fidem & obedientiam Euangelio præſtitam ſibi adeò placere, vt dignam ſuis promiſſis declararit, quippe qui Gentibus Euangelio credentibus Spiritum ſanctificationis immiſerit ſanctificantem illos, qui non obſeruauerant legem Moſis, vt nos qui obſeruaueramus: & in dono ipſo dando nihil diſcriminis poſuit Deus inter nos & ipſos. Nam ſanctificatio eſt cordis purificatio: hæc nobis contigerat dono Dei, hæc eadem illis allata eſt eiuſdem Dei dono; ita vt neque puriora corda nobis, quam Gentibus eſſe facta, ex hoc Dei beneficio quiſquam indicare aut docere poſſit. Ergo apud Deum non eſt diſtinctio Iudæi & Græci, quoad ſanctificationem quam Euangelium promittit.
i *Fide purificans corda eorum.*] fide arcana ac planè diuina, quæ reuelanda erat, qua creditur Ieſum eſſe Chriſtum & filium Dei. Igitur cùm res ipſa, quamobrem & lex, & Euangelium & Prophetarum doctrina inſtituta allataq; ſunt hominibus, cùm res, inquã, ipſa gentibus cõtigerit abſque legis ceremoniis & abſque circunciſione, nefarium profectò eſt velle aliter ſtatuere de ſalute Gentium, atque ſtatutum eſt per Deum ipſum.
k *Quid tentatis Deum?*] Quid Deum inconſtantem & mutabilem fore putatis, volentes vt aliter denuò ſtatuat de Gentium ſalute, atque iam ſemel apertiſſimè declarauit: præcipuè cùm ſciamus illam legis obſeruationem Moſaicæ & inutilem eſſe ad iuſtificandum, & grauiſſimam ad obſeruandum: immò nunquam rectè fuiſſe obſeruatam per omnia ſæcula præterita à maioribus noſtris, nec à nobis. Ita enim fieret vt damnaremus omnes maiores noſtros, & affirmaremus non fuiſſe ſeruatos, ſi per legem iſtam grauem & ſcrupuloſam ceremoniarum ſeruari debuiſſe dicamus, & ſine ipſa non potuiſſe ſeruari, vtpote quam à nemine ipſorum aut noſtrum obſeruatam exactè fuiſſe conſiteri neceſſe ſit: & tamen noſtro generi impoſita fuit illa lex, non Gentibus. nefas itaque eſt illos obligari iugo illis non impoſito à Deo, & nobis grauiſſimo, nec tamen efficaci ad ſalutẽ: quibus illa lex tanquam pædagogus fuit ad Chriſtum, quem iam & nos habemus, & Gentes habere cœperunt.

Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemad-
modum & illi. 12 Tacuit autem omnis C
multitudo: & audiebant Barnabam &
Paulum narrantes [a] quanta Deus feciſſet
ſigna & prodigia in Gentibus per eos.
13 Et poſtquam tacuerunt, [b] reſpondit Ia-
côbus, dicens, Viri fratres, audite me.
14 Simon narrauit quemadmodum pri-
mum Deus viſitauit ſumere ex Gẽtibus
populum [c] nomini ſuo. 15 Et huic con-
cordant verba Prophetarum, ſicut ſcri-
ptum eſt: 16 Poſt hæc reuertar, & reæ- *Amos 9.a.11*
dificabo tabernaculum Dauid, quod dé-
cidit, & diruta eius reædificabo, & erigâ
illud: 17 vt requirant cæteri hominum
Dominum, & omnes gentes ſuper quas
inuocatum eſt nomen meum, dicit Do- D
minus [d] faciens hæc. 18 [e] Notum à ſecu-
lo eſt Domino opus ſuum. 19 Propter
quod ego iudico, [f] non inquietari eos qui
ex Gentibus conuertuntur ad Deum,
20 ſed ſcribere ad eos vt abſtineant ſe à *Infr. 15.c.29 21.c.25*
[g] contaminationibus ſimulachrorum, &
[h] fornicatione, & [i] ſuffocatis, & ſanguine.
21 [k] Moyſes enim à temporibus antiquis
habet in ſingulis ciuitatibus qui eũ præ-
dicent in ſynagogis, vbi per omne ſab-
bathum legitur. 22 Tunc placuit Apo-
ſtolis

a *Quanta Deus feciſſet ſigna & prodigia in Gentibus per eos.* ] Affirmabant & docebant doctrinam ipſorum, in qua nulla de circunciſione & ceremoniali lege præceptio erat, approbatam fuiſſe a Deo, conteſtante ſignis & prodigiis, & Spiritus ſancti diſtributionibus inter Gentes. cuius rei exemplum nullum docere poterant aut ſtatuere illi qui cum Euangelio circunciſionem etiam tanquam neceſſariam prædicabant.

b *Reſpondit Iacobus* ] Ieroſolymitanus epiſcopus.

c *Nomini ſuo* ] ſanctificando.

d *Faciens hæc.* ] cuius conſilium certiſſimum eſt, & hominum ingenio mutari non licet aut iudicio, ille voluit Iudæos in circunciſione primùm, deinde Gentes in præputio vocare.

e *Notum a ſeculo eſt.* ] Tametſi nunc nobis declarata ſit voluntas Dei erga vtriuſque populi vocationem, tamen ipſi id quod faciendum erat notiſſimũ ſemper & certiſſimum fuit: hoc enim præterquam quod diuinæ naturæ poſtulat ratio atque probat, ipſe etiam Deus per vates ſuos, vti oſtendimus, iam ante multos annos ſignificauit.

f *Non inquietari.* ] non turbari & diſtrahi ab illa via, per quam vocati ſunt à Deo.

g *Contaminationibus ſimulachrorum.* ] ab idolothytis, & omni communione ſacrificiorum Gentilium.

h *Fornicatione.* ] Omni genere impudicitiæ & illiciti concubitus. nam hæc etiam in præceptis filiorum Noë, quæ communia fuerant omnibus Gẽtibus, continebantur.

i *Suffocatis, & ſanguine.* ] Etiam in præceptis filiorum Noë duo erant hæc ceremoniales obſeruationes non ſine ſignificatione magna: quæ interim per Chriſtianos ex Gentibus factos obſeruanda commendabant Apoſtoli, donec ipſa veritas Chriſti manifeſtè omnibus eluceſceret. Itaque ad tempus hæc cõmendata ſunt, ne omnino Chriſtiani ex Iudæis abalienarentur à Gentilibus, & vt auferretur Iudæis anſa calumniandi Chriſtianam diſciplinam, dicentibus ab ipſa non excipi etiam ceremonialia omnibus olim Gentibus ſingulari cum ſignificatione tradita.

k *Moyſes enim.* ] Nobis nunc iniũctum eſt munus enuntiandi ac declarandi mundo nomen quod Deus ſanctificari ſibi voluit per Ieſum Chriſtum, cuius diſcipulos nos profitemur. Hoc nobis ſtudium vnicum oportet eſſe, vocare populos ad Dei cognitionem, ſub Ieſu Chriſti diſciplina & Euangelio. hoc eſt nouum opus à Deo nobis iniunctum: namque vocare eos ad cognitionem Dei ſub doctrina Moſis, nec nouum nec noſtrum eſt: illa ſchola iam eſt antiqua, habet ſuos miniſtros & profeſſores, relinquamus illis ſuum munus curemus noſtrum, ne miſceamus veterem rem cum noua adeò diſtincta: alij de figuræ obſeruatione ſatis multi ſunt qui agãt atque de vmbra, nos agemus de figurato ac luce ipſa. ſi vtrũque permiſcebimus tanquam neceſſarium, turbabimus profectò. ſit ergo diſtinctio vt rerum, ſic etiam miniſteriorum & argumentorum.

ſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia,
[a]eligere viros ex eis, & mittere Antio-
chîam cum Paulo & Barnaba, Iudam,
qui cognominabatur Barſabas, & Silam
viros primos in fratribus, 23 ſcribentes
per manus eorum*. APOSTOLI & ſe-
niores, fratres, his qui ſunt Antiochię &
Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus,
ſalutem. 24 Quoniam audiuimus, quia
quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt
vos verbis, euertentes animas veſtras,
quibus non mãdauimus: 25 placuit no-
bis collectis in vnum, eligere viros, &
mittere ad vos cum chariſſimis noſtris
E Barnaba & Paulo, 26 hominibus [b]qui
tradiderũt animas ſuas pro nomine Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. 27 Miſimus
ergo Iudam & Silam, [c]qui & ipſi vobis
verbis referent eadẽ. 28 Viſum eſt enim
Spiritui ſancto & nobis, nihil vltrà im-
ponere vobis oneris quàm hæc neceſſa-
ria: 29 vt abſtineatis vos ab immolatis
ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffoca-
to, & fornicatione, à quibus cuſtodien-
tes vos, bene agetis. Valete. 30 Illi ergo
dimiſſi deſcenderunt Antiochîam: & cõ-
gregata multitudine tradiderunt epiſto-
lam. 31 Quam cùm legiſſent, [d]gauiſi
F ſunt ſuper conſolatione: 32 Iudas autem
& Silas, & ipſi cùm eſſent prophetę, [e]ver-
bo plurimo conſolati ſunt fratres, & [f]con
firmauerunt. 33 Facto autẽ ibi aliquãto
tempore,

* epiſtolam continẽtem hæc 4 MS.
* hac e.
* hoc modo s.

Sup. 15. d. 20
Inf. 21. e. 25

a *Eligere viros.* ] qui quod controuerſiæ illius quæ apud vos orta eſt participes non fuerunt, ſententiã noſtrã integerrimè & ſine vlla exceptionis cauſa exponent ac teſtabuntur.

b *Qui tradiderunt animas ſuas.* ] Quorum officium integerrimum eſſe ex eo cognoſci etiã poſſit, quòd ipſi ſua non quærant; neque ſuæ commoditati; ſed Domini Ieſu nomini declarando ſtudeant, propter quod ſeſe omni incommodo ac difficultati, atque adeò mortis periculo expoſuerunt, nihil huiuſmodi paſſuri, ſi vel ſuas agerent res, vel non veſtras, ſed Iudæorum. Nam pro Moſis lege laborantibus, nullum à Iudæis periculum imminet, à Gẽtibus rarum & exiguum. namque Moſis legi locus eſt apud omnes Gentes, vbi ſynagogæ conſtitutæ ſunt, & certi dies quibus illius doctrina colitur & explicatur. Igitur hæc ratio ſatis idonea eſt ad horum virorum munus & officium probandum.

c *Qui & ipſi vobis verbis referent eadem.* ] quæ in literis his ſignatis continentur, eritque vobis certum & conſtans concilij noſtri decretum, literarum atque nuntiorum teſtimonio eiuſdem argumenti ac ſententiæ.

d *Gauiſi ſunt ſuper conſolatione.* ] conſolatione accepta ex illa perturbatione, in quam inciderant propter metum obligationis ad circunciſionem atque legẽ, atq; ſecuris iam animis propter reſponſum à Spiritu ſancto relatũ gauiſi ſunt.

e *Verbo plurimo.* ] abundanti ſermone & myſteriis à Spiritu ſancto acceptis & & explicatis, plenè adhortabantur fratres ad conſtantiam in fide Euangelij.

f *Et confirmauerunt.* ] virtute Spiritus ſancti multis cõmunicata, illorum ſermonem audientibus.

tempore,[g] dimiſſi ſunt cum pace à fratri-
bus ad eos qui miſerant illos. 34 [h] Viſum
eſt autem Silæ ibi remanere:[*] Iudas au-
tem ſolus abiit[*]: 35 Paulus autem &
Barnabas demorabantur Antiochię, do-
centes, & euangelizantes cum aliis plu-
ribus verbum Domini. 36 Poſt aliquot
autem dies, dixit ad Barnabam Paulus, G
Reuertentes viſitemus fratres per vni-
uerſas ciuitates, in quibus prędicauimus
verbum Domini, quomodo ſe habeant.
37 Barnabas autem volebat ſecum aſſu-
mere & Iohannem, qui cognominaba-
tur Marcus. 38 [i] Paulus autem rogabat
eum, (vt qui diſceſsiſſet ab eis de Pam-
phylia, & non iſſet cum eis in opus[*]) non
debere recipi. 39 Facta eſt autem [k] diſ-
ſenſio, ita vt diſcederent abinuicem, &
Barnabas quidem aſſumpto Marco na-
uigaret Cyprum: 40 Paulus verò electo
Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à
fratribus. 41 Perambulabat autem Sy-
riam & Ciliciam, [l] confirmans eccleſias:
[*] præcipiens cuſtodire [m] præcepta Apo-
ſtolorum & ſeniorum[*].

## CAP. XVI.

PEruênit autem in Derben & Lyſtram. A
[a] Et ecce, diſcipulus quidam erat ibi
nomine Timótheus, filius mulieris [*] vi-
duæ[*] fidelis, patre Gentili. 2 Huic teſti-
monium bonum reddebant qui in Ly-
ſtris erant & Iconio fratres. 3 Hunc vo-
luit

* 7 MS. G. S.

* Ieruſalem O. n... eſt G q præcedit ... ba, hanc tamen dictionem in nullis inuenimus.

* quò miſſi fuerát MS q.

* 4 MS. G. S.

* cuiuſdam Iudææ MS. R. G. S.

g *Dimiſſi ſunt cum pace.*] cum ſalutatione & bona venia totius eccleſiæ.

h *Viſum eſt autem Silæ.*] Poſtquã iam dimiſſi fuerant & valedixerant Eccleſiæ, extiterunt certæ cauſæ quibus adductus Silas hærere ibi diutius conſtituit.

i *Paulus autem rogabat.*] Intercedebat ſententiæ atque voluntati Barnabæ, vterque ex ſtudio ac bono zelo contendebat: Paulus vt doceret Euangelij annuntiã ſi prouinciam ſemel ſuſceptam non debere deſeri, quãuis magno propoſito periculo etiam ipſis Apoſtolis & doctoribus nedum comitibus, quibus minus curæ atque periculi eſſet. Barnabas verò ignoſcendi ſtudio agebatur, intelligens debere recipi eum qui ſemel recuſarit laborem aut refugerit, vbi compertum eſſet illum præteriti conſilij pœnitere, iam vtiliorem deinceps futurum & confirmatiorem, vtpote deliberato animo rurſus redeuntem. Vtriuſque Apoſtoli conſilium & ſtudium honeſtum fuit, & neutrum improbandum, quamobrem vterque ſuum tueri potuit abſque vllo peccato aut vitio, & vtriuſque actio ipſi Marco vtilis fuit, Pauli, vt deinceps caueret ab eiuſmodi deſertione, quam grauiſſimam Apoſtolo illi viſam & iudicatam cognouerat: Barnabæ, vt ſtudioſius officium deinde faceret, obligatus beneficio illius Apoſtoli, qui vt ipſius vtilitati cõſuleret, à Paulo potius diſcedere paſſus ſit, quàm ipſum deſerere, atque in mœrorem maximum protrudere.

k *Diſſenſio.*] Non animorum aut ſtudiorum, ſed ſentẽtiæ illius, an vnà ducendus eſſet Marcus, an relinquendus. Hæc diſſenſio etiã acerba propter ſtudium officij vtriuſque non ſolùm ſine peccato fuit, ſed à Spiritu ſancto probata fuiſſe nobis videtur, qui ex illa diuiſione vtrique Apoſtolo ſeorſum tãtum muneris & officij commiſit, quãtum ambo ſimul ſubituri erant; & alterum in alias regiones legauit.

l *Confirmans Eccleſias.*] verbo & virtute Spiritus ſancti.

m *Præcepta Apoſtolorum & ſeniorum.*] qualia ex Ieroſolymitano concilio ad fratres ex Gentibus conuerſos miſſa fuerant.

CAP. XVI.

a *Et ecce diſcipulus.*] Exemplum animaduerſione & obſeruatione dignum indicat vox *Ecce*.

luit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens
[a]circuncîdit eum propter Iudęos qui erãt
in illis locis. Sciebant enim omnes quòd
pater eius erat Gentilis. [4] Cùm autem
pertranſirent ciuitates, tradebant eis cu-
ſtodire [b] dogmata, quæ erant decreta ab
Apoſtolis & ſenioribus qui erant Ieroſo-
lymis. [5] Et eccleſiæ quidem [c]confirma-
bantur fide, [d]& abundabãt numero quo-
tidie. [6] Tranſeuntes autem Phrygiam
& Galatiæ regionem, vetati ſunt à Spi-
*Dei MS. s. ritu ſancto loqui verbum * in Aſia.
[7] Cùm veniſſent autem in Myſiam, ten-
B tabant ire in Bithyniam: & non permiſit
eos Spiritus Ieſu. [8] Cùm autem per-
tranſiſſent Myſiam, deſcẽderunt [e]Troa-
dem: [9] & viſio per noctem Paulo oſtẽ-
ſa eſt: Vir Macedo quidam erat ſtans &
deprecans eum, & dicens, Tranſiens in
Macedoniam, adiuua nos. [10] Vt autem
viſum vidit, ſtatim quæſiuimus profi-
ciſci in Macedoniam, certi facti quòd
vocaſſet nos Deus euangelizare eis.
[11] Nauigantes autẽ à Troade, recto cur-
ſu venimus Samothraciam, & ſequenti
die [f]Neapolim: [12] & inde Philippos:
quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas
colonia. Eramus autem in hac vrbe die-
[b]conferentes e. bus aliquot, [g] "conſiſtentes'. [13] Die au-
tem ſabbathorũ egreſſi ſumus foras por
C tam iuxta flumen, vbi [h] videbatur oratio
eſſe: & ſedentes [i]loquebamur mulieribus

 quæ

a *Circuncidit eum.*] Illuſtre exemplum & prudens offendiculi vitandi cauſa, quod Iudæos abalienare poſſet à conſuetudine atque doctrina Pauli, videntes illum adminiſtro vſum Gentili. Ita qui ex Spiritu ſancto priùs & ex concilio etiam cognouerat circũciſionem inutilem eſſe, atque adeò iam pluſquã otioſam, tamen ipſe diſcipulum circuncîdit, vt Iudæos lucrifaciat. Temporum rationes obſeruare prudentiæ Spiritus ſancti eſt.

b *Dogmata*] illa pertinentia ad ſeptem præcepta filiorum Noë, in Ieroſolymitano concilio expoſita ac deſcripta, ad omnium diſcipulorum qui ex Gentibus conuerterentur, diſciplinam.

c *Confirmabantur fide.* fide quę reuelãda erat, arcana fide quam Spiritus ſanctus in cordibus credentium & obedientium efficit.

d *Et abundabant numero.*] Indies augebantur aliæ Eccleſiæ in aliis locis. & in iiſdẽ Eccleſiis fiebat acceſſio animarũ.

e *Troadem.*] Maritimam vrbem aliàs Antigoniam & Alexandriam dictam; cuius meminit Plinius, & frequenter Galenus.

f *Neapolim.*] Philippis proximam, in Thraciæ ac Macedoniæ confinio.

g *Conſiſtentes.*] commorati.

h *Videbatur oratio eſſe.*] Ipſe loci aſpectus indicabat conuentum ad preces illic celebrari.

i *Loquebamur*] verbum vitæ æternæ mulieribus, quæ vt fieri ſolet viros præceſſerant in illum conuentum.

quæ conuenerant. 14 Et quædam mu-
lier nomine [a] Lydia, purpuraria ciuitatis
Thyatirenorum, colens Deum, [b] audi-
uit: cuius Dominus aperuit cor intende-
re his quæ dicebantur à Paulo. 15 Cùm
autem baptizata eſſet, & domus eius, de-
precata eſt, dicens, Si iudicaſtis me fide-
lem Domino eſſe, introite in domum
meam, & manete. Et coëgit nos. 16 Fa-
ctum eſt autem euntibus nobis ad ora-
tionem, [c] puellam quandam habentem
ſpiritum pythônem obuiare nobis, quæ
quæſtum magnum præſtabat dominis
ſuis [d] diuinãdo. 17 [e] Hæc ſubſecuta Pau-
lum & nos, clamabat dicens, Iſti homi-
nes, ſerui Dei excelſi ſunt, qui annun-
tiant vobis viam ſalutis. 18 Hoc autem
faciebat multis diebus. Dolens autem
Paulus, & conuerſus, ſpiritui dixit, Præ-
cipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire D
ab ea. Et exiit eadem hora. 19 Videntes
autem domini eius quia exiuit ſpes quę-
ſtus eorum, apprehendentes Paulum &
Silam, perduxerunt in forum ad princi-
pes: 20 & offerentes eos magiſtratibus,
dixerunt, Hi homines [f] conturbant ciui-
tatem noſtram, cùm ſint Iudæi: 21 &
annuntiant morem quem non licet no-
bis ſuſcipere, neque facere, cùm ſimus
Romani. 22 Et cucurrit plebs aduerſus
eos: & magiſtratus ſciſſis tunicis [h] eorũ, [h] ſuis al.
iuſſerunt eos virgis cædi. 23 Et cùm
multas

a *Lydia purpuraria.*] purpuræ vẽditrix, quæ eò negotij ſui cauſa venerat ex Thyatira vrbe; & pia erat, Deumque Iſraelitarum colebat: ideoque conueniebat cum aliis in domum illam orationis.

b *Audiuit*] Pauli ſermonem libenter & attentè, cum magna auiditate cognoſcendi illius verbi myſterium in ſuam ſalutem. Hoc ſtudium probans Deus, mulieris cor aperuit, vt totam illam humanæ ſalutis rationem rectè caperet, hoc eſt, Chriſtum crucifixum, Iudæis ſcandalum, Gentibus ſtultitiã.

c *Puellam.*] ancillam. *Spiritum pythonem.*] ſpiritum malum interrogationũ, vel ſortilegij, vt vocant.

d *Diuinando.*] de furtis, de rebus amiſſis, de abſentium actis & factis, atque eiuſmodi rebus quæ vulgus ab huiuſmodi ſagis & diuinis petere ſolet.

e *Hæc ſubſecuta Paulum.*] Puella cognouerat per ſpiritum pythonem Pauli & ſociorum miniſterium, auctoritatem & virtutem: atque ipſa quidem ſuo iudicio illos commendabat, quanquam inuito ſpiritu illo malo, ideò ſequebatur Apoſtolos.

f *Conturbant ciuitatem noſtram.*] legum ſtudium prætexentes, illi ſuas res agebant & vrgebant.

2.Co.11.f.25 1.The.2.a.2 Phil.1.c.5 3 d.19

multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt
eos in carcerē, prę̨cipientes cuſtodi vt di-
ligenter cuſtodiret eos. 24 Qui [a]cùm tale
E præceptum accepiſſet, miſit eos in inte-
riorem carcerem, & pedes eorum ſtrin-
xit ligno. 25 Media autem nocte, Pau-
lus & Silas [b] orantes, laudabant Deum.
[c] Et audiebant eos qui in cuſtodia erant.
26 Subitò verò terręmotus factus eſt ma-
gnus, ita vt mouerentur fundamēta car-
ceris. Et ſtatim [d] aperta ſunt omnia oſtia:
& vniuerſorum vincula ſoluta ſunt.
27 Expergefactus autem cuſtos carceris,
& videns ianuas apertas carceris, euagi-
nato gladio volebat ſe interficere, æſti-
mans fugiſſe vinctos. 28 [e] Clamauit au-
tem Paulus voce magna, dicens, Nihil
tibi malefeceris: vniuerſi enim hîc ſu-
mus. 29 Petitoque lumine introgreſſus
eſt: & tremefactus prócidit Paulo & Si-
læ ad pedes: 30 & producens eos foras,
ait, Domini, quid me oportet facere vt
ſaluus fiam? 31 At illi dixerunt, Crede
in Dominum Ieſum: & ſaluus eris tu, &
F domus tua. 32 Et locuti ſunt ei verbum
Domini cum omnibus qui erant in do-
mo eius. 33 Et tollens eos in illa hora
noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus
eſt ipſe, & omnis domus eius continuò.
34 Cúmque perduxiſſet eos in domum
ſuam, appoſuit eis menſam, [f] & lætatus
eſt cum omni domo ſua credens Deo.

a *Cùm tale præceptum accepiſſet* ] Intelligens maiorem cuſtodiam illis adhibere oportere, aliàs ipſe illorum vicem ſubiturus, atque adeò ratus eos vel virtute propria, vel gratia aliqua valere exolui, niſi accuratiſſimè cuſtodiri contingeret loco exquiſito concluſos; intimo, inquam, arctius conſtrinxit, ligno numella à Latinis dicto. Germanis block.

b *Orantes.* ] Precari Deum vt Euangelii virtu abundè cōmunicaretur omnibus, Chriſtusque annunciaretur: laudabant cantico pio Deum, qui eos dignos fecerat pro nomine Ieſu contumeliam pati.

c *Et audiebant eos.* ] intelligebantq; laudum argumentum.

d *Aperta ſunt omnia oſtia.* ] magna ſignificatione ſalutis & liberationis à Deo allatæ terris & gentibus.

e *Clamauit autem Paulus.* ] qui quanquam in obſcuro carceris eſſet, tamen quid ageret cuſtos coŋnoſcebat.

f *Et lætatus eſt cum omni domo ſua, credens Deo.* ] lætitia illa quam Spiritus ſanctus efficit in animis hominum, cum ... poribus illius fidei quę reuelanda erat,

35 Et cùm dies factus eſſet, miſerunt ma-
giſtratus lictores, dicentes, Dimitte ho-
mines illos. 36 Nuntiauit autem cuſtos
carceris verba hæc Paulo: Quia miſerũt
magiſtratus vt dimittamini. nunc igitur
exeuntes, ite in pace. 37 Paulus autem
dixit eis, Cæſos nos publicè, indemna-
tos, homines Romanos miſerunt in car-
cerem, & nunc occultè nos eiiciũt? Non G
ita: ſed veniant, & [g] ipſi nos eiicia...
38 Nuntiauerunt autem magiſtratibus
lictores verba hæc. Timuerúntque audi-
to quòd Romani eſſent: 39 & venientes
[h] deprecati ſunt eos, & educentes roga-
bant [i] vt egrederentur de vrbe. 40 Exeũ-
tes autem de carcere, introierunt ad Ly-
diam: & viſis fratribus, [k] conſolati ſunt
eos, & profecti ſunt.

## CAP. XVII.

CVm autem perambulaſſent Amphi- A
polim & Apolloniam, venerũt Theſ-
ſalonicam, vbi erat ſynagoga Iudæorũ.
2 [a] Secundum conſuetudinem autẽ Pau-
lus introiuit ad eos, & per ſabbatha tria
[b] diſſerebat eis de ſcripturis, 3 adaperiẽs
& inſinuans quia Chriſtũ oportuit pati,
& reſurgere à mortuis: & quia hic eſt Ie-
ſus Chriſtus, quem ego annuntio vobis.
4 Et quidam ex eis crediderunt, & adiũ-
cti ſunt Paulo & Silæ, [c] & de colentibus
Gentilibus multitudo magna, & mulie-
res nobiles non paucę. 5 [d] Zelantes autẽ
Iudæi,

g *Ipſi nos eiiciant.* ] Non ambitioſè aut glorioſè hoc Paulus dicebat; ſed vt cauſam ſuam, hoc eſt, Chriſti Euangeliũ, propter quod cæſi erant, honeſtiſſimã populo ipſius magiſtratus officio probaret: atque ita Chriſtus enuntiaretur ſiue per honorem, ſiue per ignominiã, vt ipſe alias docet.

h *Deprecati ſunt eos.* ] veniam petierũt iudicij in illos exerciti propter ſubitum populi tumultum.

i *Vt egrederentur de vrbe.* ] proſpicientes nimirum ne concitatus, vt pridie, populus, impetum in illos faceret.

k *Conſolati ſunt eos.* ] exhortati ſunt ad perſeuerantiam in fide & Chriſtiana religione.

CAP. XVII.

a *Secundum conſuetudinem.* ] vt ſemper conſueuerat Paulus adire Iudæorũ ſynagogas.

b *Diſſerebat eis de ſcripturis.* ] Quoniam Iudæi illi ſtudioſi erant ſcripturarum ſanctarum, Paulus ex ipſis ſcripturarũ locis adductis & explicatis, docebat illos diuini conſilij de humana ſalute rationem, proponens illis Chriſtũ eſſe mittendum procuratorem & auctorẽ ſalutis publicæ ſecundum ſcripturas: hoc negotium eſſe efficiendum morte ac reſurrectione ipſius Chriſti. Hæc erat hypotheſis diſputationis, quæ ex ſcripturarum ſententiis ac verbis exponebatur & confirmabatur. Theſis verò illa, verum Chriſtum eſſe Ieſum, quem ipſe teſtis & Apoſtolus annuntiaret, cuius mors omnibus & reſurrectio multis teſtibus nota eſſet, virtus & efficacia ab ipſo eodem Apoſtolo aſſereretur ſuo ipſius experimẽto & multorum aliorum, tam ex Iudæis quàm ex Gentibus: deinde etiã ſignis, portentis ac miraculis, cæteriſque omnibus documentis quę in ſcripturis cõtinerentur.

c *Et de colentibus Gentilibus.* ] De Gentilibus qui pio animo affecti erant in Deum, Iudæorũque legem probabant, & ſcripturas libenter audiebant.

d *Zelantes autem Iudæi* ] contumaces, qui Ieſu odio ſacrorum librorum oracula à Paulo expoſita reiiciebant.

B Iudæi, aſſumentes quæ [a] de vulgo viros
quoſdam malos, & turba facta, concita-
uerunt ciuitatem: & aſſiſtentes domui Iá-
ſonis, quærebant eos [b] producere in po-
pulum. 6 Et cùm non inueniſſent eos,
trahebant Iáſonem & quoſdam fratres
ad principes ciuitatis, clamantes, Quo-
a vrbem o. niam hi qui [c] "orbem concitant, & huc
venerunt, 7 quos ſuſcepit Iaſon, [d] & hi
omnes contra decreta Cæſaris faciunt,
regem alium dicentes eſſe, Ieſum.
8 Concitauerunt autem plebem, & prin-
cipes ciuitatis audientes hæc. 9 Et [e] acce-
pta ſatisfactione à Iáſone & à cæteris, di-
C miſerunt eos. 10 Fratres verò confeſtim
per noctem dimiſerunt Paulum & Silam
in Berœam. Qui cùm veniſſent, in ſyn-
agogam Iudæorum introierunt. 11 (Hi
autem erant [f] nobiliores eorum qui ſunt
Theſſalonicæ, qui [g] ſuſceperunt verbum
cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes
ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. 12 [h] Et
multi quidem crediderunt ex eis, & mu-
a virorum lierum Gentilium [i] honeſtarum, & "viri
non pauci.) 13 Cùm autem cognouiſ-
ſent in Theſſalonica Iudæi, quia & Be-
rœæ prædicatum eſt à Paulo verbũ Dei,
venerunt & illuc commouentes & [k] tur-
bantes multitudinem. 14 Statímque
tunc Paulum dimiſerunt fratres, vt iret
[l] vſque ad mare: Silas autem & Timó-
theus remanſerunt ibi. 15 Qui autem

 dedu-

a *De vulgo.*] ex compitis & foris tumultuoſos & inſolentes, habiles ad mouendas turbas, plebemque cogendã ſuis orationibus, actionibus & geſtibus.

b *Producere in populum.*] Tumultuaria & popularis furoris inſolentia lapidandos ac dilaniandos.

c *Orbem concitant.*] nouas res moliũtur, & ſtatum rerum euertere tentant.

d *Et hi omnes.*] Coniurationis crimen multitudinis delatione confirmare ſtudebant accuſatores hi.

e *Accepta ſatisfactione.*] Apologia ſeu defenſione probata.

f *Nobiliores*] familiis, atque moribus & ingenio elegantiores quàm Theſſalonicenſes Iudæi.

g *Suſceperunt verbum cum omni auiditate.*] libenter audierunt rationem illam rerum à Paulo prædicatarum; atque animo tranquillo, ſedato, & veri cognoſcendi cupido, diligenter conferebant ſcripturas, an Prophetarum oracula cũ his quæ Paulus proponebat & docebat, conſentirent.

h *Et multi quidem crediderunt.*] ſecundùm potentiam virtutis Dei.

i *Honeſtarum.*] celebrium.

k *Turbantes multitudinem.*] plebem & vulgus facilè mobile ad turbas ſeditioſorum & inſolentium ſermonibus & actionibus.

l *Vſque ad mare.*] vt ſimularet ſe nauiculam cõſcendere, inde abiturum, quò Theſſalonicenſes ipſum perſequi deſinerent. hoc Berœenſes animo magis eripiendi Paulum ab illorum inſania, quàm metu fecerunt, quippe qui ſecũ retinuerint duos Pauli ſocios eiuſdem doctrinæ miniſtros, atque doctrinam ipſam conſeruare ſtuduerunt: deinde officium fecere bonorum virorũ, conſtitutis viris, qui Paulum Athenas vſque longo itinere deducerent.

deducebant Paulum, perduxerunt eum D
vſque ad Athenas, & accepto mandato
ab eo ad Silam & Timótheum, vt quam
celeriter venirét ad illum: profecti ſunt.
16 Paulus autem cùm Athenis eos expe-
ctaret, [a] incitabatur ſpiritus eius in ipſo,
videns idololatriæ deditam ciuitatem.
17 Diſputabat igitur in ſynagoga [b] cum
Iudæis, & colẽtibus, & in foro, per om-
nes dies ad eos qui "aderant'. 18 Quidã [a] aſterãt MS. audierãt o.
autem [c] Epicurei & Stoici philoſophi diſ-
ſerebant cum eo: & quidam dicebant,
Quid vult [d] " ſeminator verborum' hic, [b] ſeminiuerbius MS.B.6.
dicere? Alij verò, [e] Nouorum dæmonio-
rum videtur annuntiator eſſe. quia Ie-
ſum & reſurrectionem annuntiabat eis.
19 Et apprehenſum eum, [f] ad Areópagum E
duxerunt, dicentes: Poſſumus ſcire quæ
eſt hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina?
20 noua enim quædã infers auribus no-
ſtris. Volumus ergo ſcire quidnam ve-
lint hæc eſſe. 21 (Athenienſes autem
omnes, & aduenę hoſpites, ad nihil aliud
vacabant, niſi aut dicere, aut audire ali-
quid noui.) 22 Stans autem Paulus in
medio Areópagi, ait, Viri Athenienſes,
per omnia [g] quaſi " ſuperſtitioſos' vos [c] ſuperſtitioſiores: MS.G.S.
video.

a *Incitabatur ſpiritus eius.*] exacerbabatur vehementer, videns ciuitatem, quæ ſcientiæ ac ſapientiæ facultatem magnam profiteretur, plenam erroribus & inſaniis, & opinionib⁹ de varia deorum natura, qui illic variis nominibus per omnes vias & plateas conſecrati colebantur.

b *Cum Iudæis, & colentibus*] Gentilibus, ſacrarum literarum doctrinæ deditis, & ad Iudæorum religionem accedentibus, quanquam incircuncißis. Cum vtriſque diſputabat ex ſcripturis, in foro verò ex rationibus ſapientię ac ſciẽciæ humanæ, quam illi maximi faciebant, melius tamen ac prudentius deductis, quàm cæteri Philoſophi deducere ſolerent.

c *Epicurei & Stoici.*] Duæ ſectæ religionis Chriſtianæ veritati omnino cõtrariæ, & ſecum ex diametro pugnantes: altera enim omnia caſu, altera verò neceßitate omnia definit.

d *Seminator verborum.*] Ita dicebatur, quòd varias res differeret, non ex arte & eloquentia Attica, ſed ſimplici ſermone, magnaque libertate omnium hominum ſententias varias refelleret, opiniones recenſeret, & placita improbaret. denique cum omnibus verba ſermoneſque confereret, hoc nomine otioſum & nugatorem ſignificare volebant.

e *Nouorum dæmoniorum.*] Non dixit, *deorum*, ſed *dæmoniorum*; habita ratione ad myſterium Ieſu in hominum animos veniente, quẽ euangelizabat Paulus; & ad reſurrectionem corporalem & ſpiritualem. Nam philoſophi Græci, alia de dæmonibus, alia de diis tradiderant; ac dæmones bonos & malos diſtinxerant. hinc autem illud celebratum dæmonium Socratis.

f *Ad Areópagum.*] Martis curiam Latini vocant: locus erat iudicij, in quo de grauibus criminib⁹ cognoſcebatur, ex quibus vnum impietas erat: raptus eſt igitur Paulus ad iudicium illud, tãquàm religionis perturbator, nouorũque deorum inuector, quod capitale apud Athenienſes erat. raptus eſt autem impetu quodam populari, nullis accuſatoribus conſtitutis; ſed tanquam ex ſuſpicione criminis, vt ipſe de ſe rationem redderet: non enim conſtabat adhuc illius ratio ad cauſam conſtituẽdam aduerſus ipſum, vt videre eſt ex variis ſententiis & opinionibus populi. Ita Spiritus ſanctus rem diſpoſuit, vt liberius audiretur Paulus teſtimonium redditurus de Chriſto coram populis, & gentibus & principibus.

g *Quaſi ſuperſtitioſiores.*] Video vos præter cæteros Græcos in diis colendis & inquirendis deorum naturis nimis ſtudioſos, idque probandum eſt, dummodò veritatem, quam inquirere & cognoſcere imprimis oportet, amplectamini. & quoniam res ipſa ingeniumque veſtrum & ſtudium fores mihi aperit ad exponendũ vobis rem nouã ſimul & antiquam vobis: antiquam, vtpote quam apud vos conſtare video; nouam, quippe cuius cognitione & certa ratione caretis. Intelligetis igitur me non nouos deos afferre vobis, verùm de Deo à vobis culto, nouam & certam rationem reddere.

video. 23 Præteriens enim & videns ſi-
mulachra veſtra, inueni & aram in qua
ſcriptum erat, IGNOTO DEO. Quod
ergo ignorantes colitis, hoc ego annun-
Gen.1.a.1 tio vobis. 24 Deus qui fecit mundum
F & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & ter-
Sup.7.f.48 ræ cùm ſit Dominus, non in manufa-
ctis templis habitat, 25 nec manibus hu-
manis colitur, indigens aliquo, cùm ipſe
det omnibus vitam & inſpirationem, &
omnia: 26 fecítque a ex vno omne genus
hominum, inhabitare ſuper vniuerſam
faciem terræ, definiens ſtatuta tempora
& terminos habitationis eorũ, 27 quæ-
& R.G.O. rere Deum ſi fortè attrectent eum aut
inueniant, quamuis non longè ſit ab v-
noquoque noſtrûm. 28 In ipſo enim vi-
uimus, & mouemur & ſumus, ſicut &
Aratus. quidam veſtrorum poëtarum dixerunt,
Ipſius enim & genus ſumus. 29 b Genus
Iſa.40.d.18. ergo cùm ſimus Dei, non debemus æſti-
mare auro aut argento, aut lapidi, ſcul-
G pturæ artis & cogitationis hominis, Di-
uinum eſſe ſimile. 30 Et c tempora quidẽ
huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc
annuntiat hominibus, vt omnes vbique
pœnitentiam agant, 31 eò quòd ſtatuit
diem in quo iudicaturus eſt orbem in
æquitate,

a *Ex vno.*] ſanguine ad Noë atque tẽpora poſt diluuium, quod Græcis non erat ignotum, referimus hanc orationem, *omne genus hominum*, quamuis nationibus variis ac regionibus diſiuncti, tamen ab vno Noë ortum duxere, atque poſt diluuium miſſi ſunt & diuiſi in regiones quas habitarent, certis limitibus diſtincti, & certis terminis cohibiti: neque enim in immenſum extenditur terra. Ita alij cum aliis communicantes & conferentes, poterant originis ſuæ notitiam & communionem conſeruare. Deinde etiam cùm vterétur certis temporum conſtitutionibus ad communem omniũ vtilitatem, poterant cognoſcere auctorẽ illum vnicũ, qui hæc ipſis adeò conſtãter prę beret, atq; hoc modo & ſuam dignitatẽ concordia ſumma tueri debuerunt, & ipſum maximum ſui generis auctorem beneficentiſſimum quærere atque inuenire, illi tanquam patri omnium inhærere ſtudentes, maximè cùm ipſe adeò prope ſit, vt inueniri à quærentibus facilè poſſit, quippe qui vltrò ſeſe collatis in omnes beneficiis inſinuet.

b *Genus ergo cùm ſimus Dei.*] ex veritate à veſtris poëtis decantata, atque cõſenſu omnium comprobata, intelligere & cognoſcere debemus diuinam naturã longiſſimè remotam eſſe à materia atque ab imperfectione iſtarum rerum & artium, quæ nobiſcum comparatæ nihil ferè eſſe videntur; aut ſi quid formæ habent, id ab hominibus acceperunt, non ſecundùm naturam hominum, ſed ſecundum cogitationem & artem à naturæ perfectione infinito ferè interuallo diſtantem.

c *Tempora quidem huius ignorantiæ deſpiciens Deus.*] Prætermittens propter ſuã clementiam præterita tempora ignorationis huius criminoſæ idolomaniæ, ob quam iuſtè poterat Gentes omnes damnare, cæcitatique ſuæ permittere adeò ſtudioſè affectatæ ſumma illa & immenſa ſua miſericordia ac beneficẽtia voluit hoc tempore lumen veritatis vltrò offerre Gentibus ab eo abalienatiſſimis, quas nunc iam vocat ad veritatis agnitionem & ad lumen ſuum ad ipſorum ſalutem ac deificationem: idque facit per virum ab illum a ſe, vt homines veritatem doceret eam quæ de diuina natura, atque eam etiam quæ de humana natura eſt; ille enim vtriuſque naturæ ſeorſum & vtriuſque coniunctæ rationem exponere do erétque poteſt efficaciſſimè & certiſſimè. hunc dedit doctorem huius doctrinæ; hunc eundem à mortuis ſuſcitatum ſtatuit perpetuum magiſtrum & certiſſimum auctorem huius veritatis: ita vt illo viuente & mortuo atque reſuſcitato fides facta ſit omnibus Gentibus veritatis huius, quam omnes cognoſcere amplectíque debent. eundem conſtituit iudicem, cuius virtute & munere Deus certa ſibique conſtituta die iudicaturus eſt orbem æquiſſimè. Oportet igitur præteriti erroris pœnitere homines omnes, accepto hoc nuntio à Deo, & ſequi voluntatem admirandam beneficentiamque Dei, talem tantamque conditionem vltrò offerentis.

æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem
præbẽs omnibus, ſuſcitans eũ à mortuis.
32 Cùm audiſſent autem [d] reſurrectionẽ
mortuorum, quidã quidem [e] irridebant,
quidam verò dixerunt, [f] Audiemus te de
hoc iterum. 33 Sic Paulus exiuit de me-
dio eorum. 34 [g] Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus &
Dionyſius Areopagita, & mulier nomi-
ne Damaris, & alij cum eis.

## CAP. XVIII.

POſt hęc egreſſus ab Athenis, venit Co- A
rinthum. 2 & inueniẽs quendam Iu-
dæum, nomine Aquilam, Ponticum
genere, qui nuper venerat ab Italia, &
Priſcillam vxorem eius (eò quòd præce-
piſſet Claudius diſcedere omnes Iudæos
à Roma,) acceſſit ad eos. 3 [a] Et quia eiuſ-
dẽ erat artis, manebat apud eos, & ope-
rabatur (erãt autem ſcenofactoriæ artis.)
4 Et [b] diſputabat in ſynagoga per omne
ſabbathum, [m] interponens nomen Do-
mini Ieſu, ſuadebátq; Iudæis & Græcis.
5 [c] Cùm veniſſent autem de Macedonia
[d] Silas & Timótheus, inſtabat verbo Pau B
lus, teſtificans Iudæis eſſe Chriſtum, Ie-
ſum. 6 [e] Contradicentibus autem eis &
blaſphemantibus, excutiens veſtimenta
ſua, dixit ad eos, [f] Sanguis veſter ſuper
caput

[m] MS. B. G. S. *minus vero probanda videntur illa MS. quæ totum hunc versum tollunt.*

d *Reſurrectionem mortuorum.*] quã nulla Philoſophię ratio excogitare potuit, nulla humanæ ſapientiæ perſpicacitas inuenire, neque, niſi à Deo expoſitam, cognoſcere; quanquam de animi immortalitate in illis Gentium tenebris nonnullæ ſcintillæ eluxerint.

e *Irridebant.*] eiuſmodi ingenia & iudicia, qualia vel Stoicorum vel Epicuræorum erant.

f *Audiemus te de hoc iterum.*] nouarum rerum audiendarum cupidi, & non nihil iam permoti & affecti ex priore aſſertionis atque expoſitionis parte, argumentum illud alterum, cuius nulla apud ipſos ratio aut mentio antea fuerat, dignum duxerunt cui commodum tempus aſſignarent ac darent; vtpote quod à principio altiùs repetito explicari debere intelligerent.

g *Quidam vero viri adhærentes ei.*] per fidem & pœnitentiam ab ipſo indictã & poſtulatam, ſuum nomen in illius diſciplinam profitentes, crediderũt ſecundùm potentiam virtutis Dei, per fidem quæ reuelanda fuerat; neque vllus ſexus aut ordo excluſus fuit ab illa vocatione.

CAP. XVIII.

a *Et quia eiuſdem erat artis.*] Occaſione communis artis diuertit Paulus ad Iudæum illum, vt ipſe labore ſuo ſibi victum pararet, & familiaritate quotidiani ſermonis hominem lucrifaceret Chriſto. Scenofactoria ars, conopęa, & tabernacula paſtoralia, & lectorum munimenta conficiũtur; artes huiuſmodi ad vſum vitæ inuentæ à ſanctis probatæ exercitæque fuêre.

b *Diſputabat.*] diſſerebat de ſalute hominum, quam per Meſſiam aſſerendã & efficiendam diuinæ ſcripturæ prædixerant atque docuerant, ea ſcripturarum loca citabat, & exponebat quæ ad hanc rem ſignificandam fuerant à Spiritu ſancto dictata. Itaque hypotheſim de Meſſia Meſſiæque officio ille apertè proponebat, exponebat & confirmabat, adeò vt eam rationem probaret ac ſuaderet Iudæis & Gentibus.

c *Cum veniſſent autem de Macedonia Silas & Timótheus.*] duo certi præſentesque teſtes veritatis Ieſu Chriſti, tunc ſeſe omnino aperuit Paulus, diuini Spiritus ardore incẽſus, affirmabat frequẽter & ſtudioſiſſimè Ieſum Nazarenum eſſe Meſſiam illum, de quo per præterita ſabbatha diſputatum fuerat.

d *Contradicentibus autem eis & blaſphemantibus.*] Contradictio in diſputatione: blaſphemia autem in maledicentia erat: vt enim Paulus Ieſum affirmabat Chriſtum eſſe, & virtutem efficientiamque illius miris laudibus prædicabat, ſic illi contra & illum eſſe Chriſtum negabant, & maledicentiſſimis verbis illius nomẽ proſequebantur. Fuit hæc ſtudioſa ac deliberata repulſio.

e *Sanguis veſter.*] Culpa veſtra erit veſtrumque crimen omnino, quòd Euangeliũ à vobis repulſum ad Gentes trãsferatur, vnà cum donis & gratia Dei. Neque enim quiſquã deſideratur

iam propter conſilium voluntatemq́ue veſtram quo minus regnum Dei accipiatis, ſunt oracula diuina, acceſſere tempora, concordant etiam teſtimonia, exempla ſunt apertiſſima, documenta à me facta, meoq́ue periculo & ſociorum meorum conſenſu confirmata, ita Deum promiſſis ſteuiſſe ſuis, & miniſtros Dei officio ſuo ſuiſſe functos conſtat. Ergo ſi reprobamini à Deo, veſtra culpa eſt. ego iam officio meo erga vos ſatisfeci. ſed à vobis reiectus ad Gentes conuertar ex præcepto Dei, qui ſalutem omnibus crediturìs & accepturis promiſit.

caput veſtrum: mundus ego, ex hoc ad
Gentes vadam. 7 Et migrans indè, in-
trauit in domum cuiuſdam, nomine Titi
Iuſti, [a]colentis Deum, cuius domus erat
C coniuncta ſynagogæ. 8 Criſpus autem
archiſynagogus credidit Domino, cum
omni domo ſua: & multi Corinthiorum
audientes credebant, & baptizabantur.
9 Dixit autem Dominus nocte per viſio-
nem Paulo, [b]Noli timere, ſed loquere,
& ne taceas. 10 propter quod ego ſum
tecum: & "nemo apponetur tibi vt no-
ceat te: quoniam populus eſt mihi mul-
tus in hac ciuitate. 11 Sedit autem * an-
num & ſex menſes, docens apud eos ver-
bum Dei. 12 Gallióne autem [c]procon-
ſule Achaiæ, inſurrexerunt vno animo
Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad
tribunal, 13 dicentes, [d]Quia contra le-
gem hic perſuadet hominibus colere
Deum. 14 Incipiente autem Paulo [e]ape-
rire os, dixit Gallio ad Iudæos, Si qui-
D dem eſſet iniquum aliquid, aut facinus
peſſimum, ô viri Iudæi, [f]rectè vos ſuſti-
nerem. 15 Si verò quæſtiones ſunt [g]de
verbo & nominibus, & legis veſtræ, vos
ipſi videritis: Iudex ego horum nolo eſſe.
16 Et minauit eos à tribunali. 17 [h]Ap-
prehendentes autem omnes Soſthenem

Gg prin-

"nullus nocere poterit tibi; MS. S.

* ibi MS. *quibus fauent* G q. & S. *addunt etiam, in Corintho.*

a *Colentis Deum.*] qui quanquam Gentilis eſſet, tamen doctrinæ Iudæorum piè adhærebat; & ſalutem ſuā ſtudiosè magis quàm Iudæi cupiebat. Proxima fuit parata Gentilis domus Apoſtolo è Iudæorum ſynagoga repulſo.

b *Noli timere.*] vel tibi vel miniſterij tui expeditioni: namque tibi nemo nocebit. etſi à Iudæis repellaris, tamen à frequenti Gentium populo qui ſuam ſalutem cupiunt, ad quam per me vocabuntur & admittentur, excipieris.

c *Proconſule Achaiæ.*] totius Græciæ à Romanis per Achaios ſubiectæ. Pauſanias.

d *Quia contra legem.*] Biceps accuſatio, quòd Iudæus cùm ſit, Iudæos contra ipſorum legem aliam religionis formā docet. item Gentes conatur auertere ab ipſorum religionibus, ad aliudq́ue colendi genus traducere: quod neque ipſarum Gentium lege neque noſtra continetur.

e *Aperire os.*] parante iam Paulo in defenſionem ſuam dicere, & Euangelium hac ratione exponere.

f *Rectè vos ſuſtinerem.*] iuxta muneris officijque mei rationem vos exciperē.

g *De verbo, & nominibus, & legis veſtræ.*] Intellexerat iam Proconſul ea quæ Paulus doceret, non eſſe aliena à Iudæorū ſcripturis; verùm controuerſiam eſſe in expoſitione ſcripturarum. Atqui Iudæorum ſcripturas & religionem apud Gentes doceri, maximè apud Græcos & Romanos, iam illo tempore licebat: ſine vllo enim periculo aut crimine multi Gentiles Iudæorum ſynagogas frequentabant.

h *Apprehendentes autem omnes Soſthenē.*] Græci qui illic aderāt impetum in Soſthenem nouum Archiſynagogum fecerunt, indignabundi quòd virum ſanctum honeſtiſſimè apud ipſos verſatū, & bonam doctrinam, pietatiſq́ue rectam inſtitutionem profeſſum, in crimen & calumniam raptum ab illis Iudæis viderent.

principem ſynagogæ, percutiebant eum
ante tribunal: & nihil eorum Gallióni
cūræ erat. 18 Paulus verò cùm adhuc E
ſuſtinuiſſet dies multos, fratribus vale-
faciens, nauigauit Syriam, (& cum eo
Priſcilla & Aquila) [a] qui ſibi totonderat *Num. 6. c. 18. Infr. 21. d. 24.*
in Cěchris caput. habebat enim votum.
19 Deuenitque Epheſum, & illos ibi re-
liquit. [b] Ipſe verò ingreſſus ſynagogam,
[c] diſputabat cum Iudæis. 20 Rogātibus
autem eis, vt ampliori tempore mane-
ret*, non conſenſit, 21 ſed valefaciens, & *apud eos R. G. S.
dicens, *Iterum reuertar ad vos Deo vo- *Oportet me ſolenné dié aduenié-
lente: profectus eſt ab Epheſo. 22 [d] Et tem facere. Ieroſolymis. MS. G. S.
deſcendens Cæſaréam, aſcendit, & ſalu-
tauit eccleſiam, & deſcendit Antiochīā. F
23 Et facto ibi aliquanto tempore, profe-
ctus eſt, perambulans ex ordine Galati-
cam regionem & Phrygiam, confirmans
omnes diſcipulos. 24 [e] Iudæus autem
quidam, Apollo nomine, Alexandrinus
"genere", vir eloquēs, deuênit Epheſum, *natione MS.
[f] potens in ſcripturis. 25 Hic erat [g] edo-
ctus viam Domini: & feruens ſpiritu lo-
quebatur, & docebat diligenter ea quæ
ſunt Ieſu, ſciens tantùm baptiſma Iohā-
nis. 26 Hic ergo cœpit fiducialiter agere
in ſynagoga. Quem cùm audiſſent Priſ- G
cilla & Aquila, aſſumpſerunt eum, &
diligentius expoſuerunt ei viam "Domi- *Dei 5 MS. R. G.
ni". 27 Cùm autem vellet ire Achaiam,
exhortati fratres, ſcripſerunt diſcipulis

a *Qui ſibi totonderat.*] Paulus ipſe votum religioſum abſtinentiæ ad orationem faciens, totonderat caput, vouentium ritu: quæ ceremonia cùm media eſſet, poterat ipſi locū aperire, & viam munire ad côuerſandum cum Iudæis, minusque ſuſpectum reddere.

b *Ipſe verò.*] Cōtinuatio hiſtoriæ Pauli, abſoluta narratione de comitibus Aquila & Priſcilla.

c *Diſputabat cum Iudæis.*] de interpretatione ſacrarum ſcripturarum, de ſalute publica in ſcripturis promiſſa per Chriſtum efficienda.

d *Et deſcendens.*] è naui in qua Epheſo nauigauerat Cæſaréam, Stratonis portum ab Herode conſtructum ad commoditatem nauigationis ex Aſia aliisque locis in Palæſtinam.

e *Iudæus autem.*] Poſt Pauli diſceſſum venit ille qui nondùm Chriſtianus factus, neque ſtudio religioſus iam ſuſceptæ; ſed veritatis Chriſti ex diſciplina aliorum compos factus, certiſſimā rationem per ſcripturas demōſtraret atque defenderet.

f *Potens in ſcripturis.*] qui ſcripturarum argumenta & loca omnia & mente tenebat, & opportuné referebat.

g *Edoctus viam Domini.*] Catechizatus & informatus in veritate Ieſu Chriſti, quippe cùm ſcripturarum ſententiam & interpretationem probé teneret; intellexerat ex Chriſtianis rationem virtutis & efficacitatis atque efficientiæ Ieſu, quæ ratio ſcripturarum omnium ſcopus eſt. Eam rationem cùm ex catechiſmo cognouiſſet, amplexus eſt magno ſtudio; quāobrêm baptizatus erat aqua in pœnitentiam in remiſſionem peccatorum, & ſperabat expectabatque baptiſmū illum Chriſti in Spiritu ſancto & igni, quem nondum obtinuerat. Interim tamen illam Chriſti veritatem ex ſcripturarum lectione doctiſſimè, ſtudioſiſſimè & efficaciſſimè aſſerebat; adeò vt illius diſputatione ex ſcripturis valdè iuuarentur Chriſtiani illi, qui Spiritu ſancto accepto teſtimoniū reddebant virtute magna veritatis Ieſu.

vt ſuſciperent eum. Qui cùm veniſſet,
contulit multum [h] his qui crediderant.
28 Vehementer enim Iudæos reuincebat
publicè, oſtendens per ſcripturas, eſſe
Chriſtum, Ieſum.

## CAP. XIX.

A FActum eſt autẽ cùm Apollo eſſet Co-
rinthi, vt Paulus peragratis ſuperiori-
bus partibus [a] veniret Epheſum, & inue-
niret [b] quoſdam diſcipulos: 2 dixitque
ad eos: [c] Si Spiritum ſanctum accepiſtis
credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed
neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus.
3 Ille verò ait, [d] In quo ergo baptizati
eſtis? Qui dixerunt, [e] In Iohannis baptiſ-
Mat.3.c.11 Marc.1.b.8 Luc.3.c.16 Ioh.1.d.26 Sup.1.a 5.11 b.16.19.a.4 Sup.2.a.4
mate. 4 Dixit autem Paulus: [f] Iohannes
baptizauit baptiſmo pœnitentiæ popu-
lum, dicens: In eum qui venturus eſſet
poſt ipſum vt crederẽt, hoc eſt, in Ieſum.
5 His auditis, baptizati ſunt [g] in nomine
Domini Ieſu. 6 [h] Et cùm impoſuiſſet
illis manus Paulus, [i] venit Spiritus ſan-
B ctus ſuper eos, & loquebantur linguis, &
prophetabant. 7 Erant autem omnes
viri ferè duodecim. 8 Introgreſſus au-
tem ſynagogã, [k] cum fiducia loquebatur

 per

h *His qui crediderant.*] ex gratia ſecundùm potentiam virtutis Dei. nam hi ex proprio experimento, ille ex diſputatione teſtabantur apertiſſimè Ieſum eſſe Chriſtum.

CAP. XIX.

a *Veniret Epheſum.*] iuxta promiſſum à ſe factum. Epheſi enim de Ieſu nihil apertè expoſuerat, ſed tantùm de ſalute publica ex ſcripturis diſſeruerat.

b *Quoſdam diſcipulos.*] qui Chriſti doctrinam profitebantur, quatenus ex diſciplina Iohannis Baptiſtæ cognouerant, expectantes aduentum regni Dei, & baptizati in remiſſionem peccatorũ; ſed illius regni myſterium nondum edocti.

c *Spiritum ſanctum accepiſtis credentes.*] Rogat an poſtquam crediderint appropinquaſſe regnum Dei, & Ieſum fuiſſe agnum Dei, qui tolleret peccata mũdi, accepiſſent Spiritum ſanctificationis, cuius virtute viuum teſtimonium redderbatur veritatis Ieſu Chriſti. Hæc enim erat regni Dei communio. Illi negant ſe hactenus cognouiſſe aliquid de hoc Spiritu ſanctificationis. Nõ enim negabant Spiritus ſancti nomen ſibi cognitum eſſe: namque hoc nemo Iudæus ignorabat, eſſe videlicet Spiritum ſanctum, eundemque Deũ eſſe; verùm illum Spiritum Dominum ſanctificatorem eſſe ignorabant, quippe hoc myſterium pauciſſimis ante Chriſti aduẽtum & eti.. cientiam cognitum fuit, vel ex auditu, nullis verò ex experimento, antequam Chriſtus eſſet glorificatus.

d *In quo ergo baptizati eſtis?*] cuius rei profeſſione & cauſa accipiẽdæ aut obtinẽdæ baptiſma ſubiiſtis?

e *In Iohannis baptiſmate.*] in pœnitentiam & expectationem regni Dei.

f *Iohannes baptizauit.*] Atqui Iohannes cùm baptizaret in pœnitentiam & expectationem regni Dei, non dixit regnum Dei illo ſuo baptiſmo aut ſignificari aut communicari; ſed baptizatos in pœnitentiam baptiſmo ipſius, oportere etiam credere in eũ qui poſt ſe venturus erat, tãquam in auctorem & communicatorem regni Dei, quod communicandũ erat baptizatis ab illo in Spiritu ſancto & igni. Illum autem ipſe idem Iohannes indicauit ac teſtatus eſt eſſe Ieſum.

g *In nomine Domini Ieſu.*] in virtutem, potentiã, auctoritatem & efficientiam Ieſu, qui illum Dominũ omnium, & regem cælorum, hæredemque Dei docere teſtarique poſſet, accepto per illum Spiritu ſancto, qui eſſet pignus & arrhabo hæreditatis ipſorum.

h *Et cum impoſuiſſet illis manus.*] in ſignum efficacitatis Euangelii & auctoritatis Ieſu.

i *Venit Spiritus ſanctus.*] non ſolum dona Spiritus, verùm ipſe Spiritus in illos eſt illapſus, quos ſanctificauit mutato veteri homine in nouum, & regenerauit, eiuſque ſanctificationis & nouæ creaturæ teſtimonia erant linguæ, nullo humano præceptore adhibito, repentè cognitæ & pronuntiatæ, & diuinarum rerum cognitio, de quibus diſputabant & prophetabant, eratque abundantiſſimum tot virorum teſtimonium.

k *Cum fiducia.*] magna aſſertione, vtpote qui iam exempla manifeſtiſſima ediderat veritatis Ieſu Chriſti, quem regni Dei regem, pontificem, communicatorem & largitorem eſſe affirmabat.

per tres menſes, [a] diſputans & ſuadens
de regno Dei. 9 Cùm autem quidam in-
durarentur, & non crederent, [b] maledi-
centes "viam' ˜Domini' coram multitu- "viæ 1 MS. ˜ 1 MS. G. & Syr viã Dei legunt.
dine, diſcedens ab eis, [c] ſegregauit diſci-
pulos, quotidie diſputans in ſchola [d] Ty-
ranni cuiuſdam. 10 [e] Hoc autem factum
eſt per biennium, ita vt omnes qui ha-
bitabant in Aſia, audirent verbum Do-
mini, Iudæi atque Gentiles. 11 Virtu-
teſque non quaſlibet faciebat Deus per
"manũ' Pauli: 12 ita vt etiam ſuper lan- "manus MS. G.
guidos deferrentur à corpore eius ſuda-
ria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis
languores, & ſpiritus nequam egredie-
bantur. 13 Tentauerunt autem qui- C
dam ˜& [f] de circumeuntibus Iudæis ex- ˜ R. B. C.
orciſtis, [g] inuocare ſuper eos qui habe-
bant ſpiritus malos, nomen Domini Ie-
ſu, dicẽtes, "Adiuro' vos per Ieſum quem "Adiuramus MS. G.
Paulus prædicat. 14 Erant autem qui-
dam Sceuæ Iudæi principis ſacerdotum
ſeptem filij, qui hoc faciebant. 15 Re-
ſpondens autem ſpiritus nequam, dixit
eis, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos au-
tem qui eſtis? 16 Et inſiliens homo in
eos, in quo erat dæmonium peſſimum,
& dominatus amborum, inualuit con-
tra eos, ita vt nudi & vulnerati effuge-
rent de domo illa. 17 Hoc autem no-
tum factum eſt omnibus Iudæis atque
Gentilibus, qui habitabant Epheſi: &
cecidit

a *Diſputans*] ex ſcripturis, *& ſuadens* ex teſtimoniis & exemplis veris, viuis & præſentibus. Diſputatio, ad rẽ ipſam referebatur, hoc eſt, ad definitionem veram & ſimplicem regni Dei: ſuaſio, ad Ieſum, in quem credentes regnum Dei obtenturos eſſe docebat; non ex lege, quæ regnum Dei non poterat cõmunicare, ſed ex pœnitentia & fide in Ieſum Chriſtum, verum & vnicum regni Dei donatorem.

b *Maledicentes viam Domini.*] execrati ac deteſtati illam rationem regni obtinendi, quæ legi efficacitatem detrahebat, Chriſto autem omnem tribuebat.

c *Segregauit diſcipulos.*] eos qui in Chriſtum Ieſum crediderant, ſeparauit à congreſſu & conuentu Iudçorum iam induratorum, qui Euangelium ſæpè ac frequenter ipſis oblatum repulerant.

d *Tyranni cuiuſdam.*] cuiuſdam viri nomine Tyrni, ſiue Turni, vt Syrica habent.

e *Hoc autem factum eſt.*] Diſputatio aſſidua & frequens concio ac doctrina, adhortatio, & miraculorum ac ſignorum editio Pauli miniſterio facta, biẽnium Epheſi durauit, ita vt omnes qui in Aſia erant, cuius celeberrima vrbs Epheſus fuit, audirent illam rationem publicæ ſalutis per Ieſum Chriſtum mundo allatæ, quam Paulus prædicabat: atque ex fama miraculorũ ad eum concurrerent ex tota regione, varij ac multi ſanationis cauſa.

f *De circumeuntibus.*] qui quæſtum aliquem hac ratione faciebant dæmonia eiicientes, appellantes & obteſtati nomina diuina, & certis ritibus, ceremoniis ac ſuffitionibus vſi.

g *Inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen Domini Ieſu.*] quem illi non credebãt ſaluatorem hominũ, & Chriſtum verum; ſed exiſtimabant ſe tentaturos efficacitatẽ illius nominis ipſo experimento & periculo, non præcedente fide. quod ſi ſuccederet, dicerẽt illi Ieſum non eſſe auctorem illius doctrinę quam Paulus prædicabat, vtpote cuius nomen etiam in vſu eſſet Iudęis, à doctrina Pauli diſſentientibus. Sin verò non, affirmarent inane nomen illud eſſe. Veruntamen illorum conſilium Deus eluſit, coacto dæmoniaco confiteri Ieſu Chriſti virtutem, & Pauli veritatem; & illos opprimere, in exemplum audaciæ Deo inuiſæ & improbatæ.

cecidit timor ſuper omnes illos, [a] & ma-
gnificabatur nomen Domini Ieſu.
D 18 [b] Multique credentium veniebant cō-
fitentes & annuntiantes actus ſuos.
19 Multi autem ex eis [c] qui fuerant curio
ſa ſectati, contulerunt libros, & com-
buſſerunt coram omnibus: & computa-
tis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam
[d] denariorum quinquaginta millium.
20 Ita fortiter creſcebat verbum ‶Dei’ &
‶confirmabatur’. 21 His autem exple-
tis, propoſuit Paulus [e] in Spiritu, tranſita
Macedonia & Achaia, ire Ieroſolymam,
dicens, Poſtquam fuero ibi, oportet me
& Romam videre. 22 Mittens autem
in Macedoniam duos ex miniſtrantibus
ſibi, Timótheum & Eraſtum, ipſe re-
manſit ad tempus in Aſia. 23 Facta eſt
autem illo tempore turbatio non mini-
ma de via ‶Domini’. 24 Demetrius e-
E nim quidam nomine, argentarius, fa-
ciens [f] ædes argenteas Dianæ, præſtabat
artificibus non modicum quæſtum.
25 quos conuocans & eos qui huiuſmo-
di erant opifices, dixit, Viri, ſcitis quia
de hoc artificio eſt nobis acquiſitio:
26 & videtis, & auditis quia non ſolùm
Epheſi, ſed penè totius Aſiæ, Paulus hic
ſuadens auertit multam turbam, dicens,
Quoniā non ſunt dij qui manibus fiunt.
27 Non ſolùm autem hæc periclitabitur
nobis pars [g] in redargutionem venire, ſed

‶Domini MS. G. ‶confortabatur 1 MS. *invaleſcebat* G.

‶ſ MS. G.

a *Et magnificabatur nomen Domini Ieſu.*] contra quam Iudęi illi ſtuduerant, cognoſcebatur publicè Ieſu Domini virtus præſtantiſſima, & illius doctrina quā Paulus prædicabat certiſſima eſſe.

b *Multique credentium.*] Multi ex iis qui crediderant ſecundùm potentiam virtutis Dei, teſtabantur mutationem in ipſis factam virtute Ieſu Chriſti in ſe habitantis per Spiritum ſanctum: atque in eo teſtimonio cōfitebātur quales anteà fuiſſent, quales redditi eſſent per Ieſu Chriſti efficientiam. Huius cōfeſſionis exemplum extat in Apoſtolicis ſcriptis.

c *Qui fuerant curioſa ſectati.*] Magicas artes exercuerant, ſiue naturales, ſiue præter naturam, & ſortilegia, & exorciſmos quoſdam ſuperſtiuoſos. hi libri combuſti ſunt in deteſtationem illius diſciplinæ, quæ à pietate animos auerteret: & teſtimonium atque confeſſionem veræ ac ſolidæ ſapientiæ, quæ vnica eſt quærere Ieſum Chriſtum, quem qui habet, omnia habet, vtpote omnium Dominum.

d *Denariorum quinquaginta millium.*] drachmarū argenti ferè ſexaginta millium. Oportuit autē huiuſmodi libros igni potius conſumi, in deteſtationem argumenti ac doctrinæ, quàm vendi, & pauperibus erogari. præſtat enim huiuſmodi pecuniæ vſum perire omnino, quàm librorum lectione alios corrumpi. Fuit magnum exemplum iudicij Chriſtiani, ideóque à Luca expoſitum; id quod ipſe per epiphonema indicat, *Ita fortiter creſcebat*, &c.

e *In Spiritu*] ſancto, id conſilium ipſi ſuggerente.

f *Ædes argenteas.*] ædiculā argento cælato artificioſiſſimam, cuiuſmodi ab Italis architectis ducuntur in Piceno. Erāt etiam imagunculæ ędium Dianæ hoſpitibus ad emendum paratæ.

g *In redargutionem venire.*] confutari & redargui, atque aboleri.

& magnæ Dianæ templum in nihilum
reputabitur, ſed & deſtrui incipiet ma-
ieſtas eius, quam tota Aſia & orbis colit.
28 His auditis repleti ſunt ira, & excla-
mauerunt dicẽtes, [a] Magna Diana Ephe-
ſiorum. 29 Et impleta eſt ciuitas tota
cõfuſione, & impetũ fecerũt vno animo F
in theatrũ, rapto Gaio & Ariſtarcho Ma-
cedonibus comitibus Pauli. 30 [b] Paulo
autẽ volẽte intrare in populum, non per-
miſerunt diſcipuli. 31 Quidam autem
& de Aſiæ principibus qui erant amici
eius, miſerunt ad eum, rogantes ne ſe
daret in theatrum: 32 [c] alij autem aliud
clamabant. Erat enim eccleſia confuſa:
& plures neſciebant qua ex cauſa con-
ueniſſent. 33 De turba autem [d] detra-
xerunt Alexandrum, propellẽtibus eum
Iudæis. Alexander autem manu ſilentio
poſtulato, volebat reddere rationem po-
pulo. 34 Quem vt [e] cognouerunt Iudęũ
eſſe, vox facta vna eſt omnium, quaſi per
horas duas clamantium, Magna Diana
Epheſiorum. 35 Et cùm ſedaſſet [f] ſcriba
turbas, dixit, Viri Epheſij, quis enim eſt
hominum, qui neſciat Epheſiorum ciui-
tatem cultricem eſſe magnæ Dianæ, [g] Io-
uiſque prolis? 36 Cùm ergo his contra-
dici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe,
& nihil temerè agere. 37 Adduxiſtis G
enim homines iſtos, [h] neque ſacrilegos,
neque blaſphemantes deam veſtram.
38 Quòd

a *Magna Diana Epheſiorum.*] popularis acclamatio ſine iudicio, idonea ad concitandos tumultus.

b *Paulo autem volente intrare.*] ex ſtudio pietatis ac religionis Chriſtianæ quam illo loco aſſerere cupiebat. Deinde etiá ex charitate & cura eripiendi comites ex illa turba. Diſcipuli etiam ex ſtudio Paul. diſſuaſerunt ingreſſum, & prohibuerunt.

c *Alij autem aliud clamabant.*] varij variè, vt fit in populo repentè concitato. Nam Demetrij ſectatores aduerſus Paulum Paulique com[illegible] vociferabantur. alij cùm viderent ibidem Iudæos, exiſtimabant Iudæorum cauſa conuẽtum illum eſſe factum; & clamabant etiam contra Iudæos. Iudæis non placebat tumultus aduerſus Paulum excitatus propter contemptũ ſuperſtitionis Gentilium deorum, quos & ipſi Iudæi execrabantur. Ita Deo rem conſtituente effectum eſt, vt Iudæus vir oratione habita, tumultum ſedaret.

d *Detraxerunt Alexandrum*] Iudæi ipſi.

e *Cognouerunt Iudæum eſſe.*] exiſtimantes Iudæos fuiſſe in culpa, quamobrem turbæ illæ excitarentur.

f *Scriba.*] ciuitatis illius illuſtris vir, & orator ac princeps in ſenatu. nam Alexander prohibitus eſt rationẽ reddere propter tumultum.

g *Iouiſque prolis.*] Dianæ ſignum ab Epheſiis cultum, dicebatur è cælo delapſum. διοπετὴς appellabatur Diana illa.

h *Neque ſacrilegos.*] qui nihil ex templo deæ veſtræ rapuerunt, neque deã [illegible] verbis laceſſierunt impuris.

38 Quòd ſi Demetrius, & qui cum eo
ſunt artifices, habent aduerſus aliquem
cauſam, conuentus forenſes aguntur, [i] &
proconſules ſunt, accuſent inuicem.
39 Si quid autem alterius rei quæritis, [k] in
legitima eccleſia poterit abſolui. 40 Nã
& periclitamur [l] argui ſeditionis hodier-
ne: cùm nullus obnoxius ſit (de quo poſ-
ſimus reddere rationem) cõcurſus iſtius.
Et cùm hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam.

i *Et proconſules ſunt.*] Si ſatis illis non fuerit forum adire, aut ſi iudicibus forenſibus non acquieſcant, adeant proconſules.

k *In legitima eccleſia.*] in loco publico vbi conciones de rebus ad populum pertinẽtibus fieri ſolent, nõ in theatro.

l *Argui ſeditionis hodiernæ.*] à Romanis huius ciuitatis dominis, qui ſeditionis crimen nobis principibus viris adſcribent: cuius criminis nulla cùm ratio nobis ſuppetat, nulla poterit eſſe depulſio.

## CAP. XX.

A POſtquam autem ceſſauit tumultus,
vocatis Paulus diſcipulis, [a] & exhor-
tatus eos, valedixit, & profectus eſt vt
iret in Macedoniam. 2 Cùm autem per-
ambulaſſet partes illas, & [b] exhortatus
eos fuiſſet multo ſermone, [c] venit ad Græ-
ciam: 3 vbi cùm [d] feciſſet menſes tres,
factæ ſunt illi inſidiæ à Iudæis nauigatu-
ro in Syriam: habuitque conſilium vt
reuerteretur per Macedoniam. 4 Comi-
tatus eſt autem eum * [e] "Soſipater Pyrrhi
Beroënſis, [f] Theſſalonicenſium verò Ari-
ſtarchus, & Secũdus, & Gaius Derbéus,
& Timótheus, Aſiani verò Tychicus &
Trophimus. 5 Hi cùm præceſſiſſent, [g] ſu-
ſtinuerunt nos Troade: 6 nos verò na-
uigauimus [h] poſt dies Azymorum à Phi-
lippis, & venimus ad eos Troadem in
B diebus quinque, vbi demorati ſumus
diebus ſeptem. 7 [i] Vna autem ſabbathi
cùm conueniſſemus ad frangendũ panẽ,
Paulus

* vſque in Aſiam 3 MS. G.S.

" Sopater 5 MS. G.S.

CAP. XX.

a *Et exhortatus.*] complexus & benè precatus eis valedixit.

b *Exhortatus.*] cõſolatus eos commemoratione maximorum beneficiorum Dei erga illos, & narratione geſtorum & exemplorum recentium in Euangelij miniſterio editorum.

c *Venit ad Græcum.*] ad eam Græciæ partem quam veteres ἑλλάδα dixerunt.

d *Feciſſet menſes tres.*] commoratus & verſatus eſſet non in otio, ſed in opere Euangelij, ad quod ſegregatus fuerat.

e *Soſipater.*] ſiue *Sopater*, vt aliàs legimus, ciuis Berœenſis, Pyrrhi filius.

f *Theſſalonicenſ. Derbeus. Aſian.*] multi iam teſtes virtutis & efficientiæ verbi Dei in ſuis regionibus annuntiari: atq; adeò Chriſtianæ charitatis ſuauiſſimo vinculo concordes, & leniſſimo iugo coniuncti, quanquam ex variis regionibus & ciuitatibus.

g *Suſtinuerunt.*] expectarunt.

h *Poſt dies Azymorum à Philippis.*] peruenimus Philippos ad dies Azymorũ; & tranſactis illis, petiimus Troadem, diebuſque quinque deuenimus.

i *Vna autem ſabbathi.*] prima poſt ſabbathum, hoc eſt, Dominica die, quæ iam celebris Chriſtianis eſſe cœperat, & Eccleſiaſticis conuentibus atque ſacræ ſynaxi dicata, [illegible] ſabbathi ritu.

a *Profecturus in craſtinum.* ] poſtridie; ideoque longo ſermone de Chriſti virtute, efficientia ac veritate diſſerebat.

b *Vbi eramus congregati.* ] Scriptor ipſe teſtis oculatus eſt huius miraculi.

c *Ductus ſomno.* ] delapſus ſiue demiſſus ſomni impotentia.

d *De tertio cœnaculo.* ] tertia contignatione.

e *Incubuit ſuper eum.* ] hoc geſtu ſignificans vitam, ſpiritum, & calorem ſuum illi impertiri, aut illum ſpiritu ſuo fouere, velleque omnino ad vitam reuocare. Lege Hierem. lib. in Apparatu ſacro.

f *Satiſque allocutus.* ] abundè diſſeruit, ſermonemque habuit.

g *Profectus eſt* ] terreſtri itinere.

h *Non minimè.* ] non mediocriter, vltrà quàm dici poſſit gauiſi ſunt.

i *In Aſſon.* ] Æolidis ſeu Miſiæ vrbẽ.

k *Diem Pentecoſtes.* ] vt in cõuentu publico opportunitatem nactus Chriſtum prædicaret, aut ſaltem teſtaretur Ieſum eſſe Chriſtum & filium Dei.

Paulus diſputabat ⁻cum' eis [a] profectu- ⁻ MS.G.
rus in craſtinum, protraxitque ſermo-
nem vſque in mediam noctem. 8 Erant
autem lampades copioſæ in cœnaculo
[b] vbi eramus congregati. 9 Sedens autẽ
quidam adoleſcens nomine Eutychus,
ſuper feneſtram, cùm mergeretur ſom-
no graui, diſputante diu Paulo, [c] ductus
ſomno, cecidit [d] de tertio cœnaculo de-
orſum, & ſublatus eſt mortuus. 10 Ad
quem cùm deſcẽdiſſet Paulus, [e] incubuit
ſuper eum: & complexus dixit, Nolite
turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt. C
11 Aſcendẽs autem, frangénſque panem
& guſtans, [f] ſatiſque allocutus vſque in
lucem, ſic [g] profectus eſt. 12 Adduxe-
runt autem puerum viuentem, & con-
ſolati ſunt [h] non minimè. 13 Nos autem
aſcendẽtes nauem, nauigauimus [i] in Aſ-
ſon, inde ſuſcepturi Paulum. ſic enim
diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus.
14 Cùm autem "inueniſſet' nos in Aſſon, "conueniſſet 1 MS.
aſſumpto eo venimus Mitylénen. 15 Et
inde nauigantes, ſequenti die venimus
contra Chium: & alia applicuimus Sa-
mum. & ſequenti ⁻die' venimus Milétũ. ⁻ 1 MS.G.
16 propoſuerat enim Paulus tranſnaui-
gare Epheſum, ne qua mora illi fieret in
Aſia. Feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi
eſſet, vt [k] diem "Pentecoſten' faceret Ie- "Pentecoſtes R.G.S.
roſolymis. 17 A Mileto autem mittens D
Epheſum, vocauit maiores natu eccleſię.
18 Qui

18 Qui cùm veniſſent ad eum, & ſimul
eſſent, dixit eis, Vos ſcitis à prima die
qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vo-
biſcum per omne tempus fuerim, 19 ſer-
uiens Domino [a] cum omni humilitate
& lachrymis, & tentationibus quæ mi-
hi acciderunt ex inſidiis Iudæorum:
20 quomodo [b] nihil ſubtraxerim vtilium,
quominus annuntiarem vobis, & do-
cerem vos [c] publicè & per domos,
21 teſtificans Iudæis atque Gentilibus in
E Deum [d] pœnitentiam & fidem in Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum.
22 Et nunc ecce [e] alligatus ego ſpiritu,
vado in Ieruſalem: quæ in ea ventura
ſint mihi ignorans, 23 niſi quod Spi-
ritus ſanctus per omnes ciuitates mihi
proteſtatur, dicens: Quoniam vincula
& [f] tribulationes Ieroſolymis me ma-
nent. 24 Sed nihil horum vereor: [g] nec
facio animam meam pretioſioré quàm
mē, dummodo conſummé curſum meū
* verbi o. & miniſterium * quod accepi à Domino
Ieſu, teſtificari Euangelium gratiæ Dei.
25 Et nunc [h] ecce ego ſcio, quia amplius
non videbitis faciem meam [i] vos om-
nes, per quos tranſiui prędicans regnum
Dei. 26 Quapropter conteſtor vos ho-
dierna die, quia mundus ſum [k] à ſangui-
F ne omnium. 27 Non enim ſubterfugi,
quominus annuntiarem [l] omne conſi-
lium Dei vobis. 28 Attendite vobis &

a *Cum omni humilitate.* ] modeſtia & probitate, tanquam miniſter Dei apud vos.

b *Nihil ſubtraxerim.* ] nihil ſuffugerim vel periculi, vel officij, vel difficultatis, quod à me ſuſcipi & adiri è re veſtra eſſe intellexerim.

c *Publicè & per domos.* ] in publicis concionibus & conuentibus, in ſynagogis & foris; atque etiam priuatè multorū domos adiens, vt multos lucrifacerē. ita nulli parti publici aut priuati officij defui; nullis laboribus peperci: id autem ſine vllo veſtro ſumptu, vt cùm multis inſeruierim, nulli tamen fuerim grauis aut ſumptuoſus.

d *Pœnitentiam in Deum* ] cōuerſionem ab errore, atque à vitæ improbis ſtudiis ad cognitionem & obſequium Dei veri ac viui. deinde etiam fidem in Ieſum vnctum Dei, humanæ ſalutis auctorē efficaciſſimum.

e *Alligatus ego ſpiritu.* ] vinctus impulſu & inſtinctu Spiritus ſancti, qui ſpiritum meum ſibi deuinxit; meq; iuſſit mandatum ſuum faceſſere, quod faceſſo, quamuis magna pericula laboresque multos ſubiturus. Hoc dixit Apoſtolus, ne quis illi tam laborioſum iter diſſuaderet, omnesque obſequerētur Spiritui ſancto.

f *Tribulationes.* ] afflictiones ac labores.

g *Nec facio animam meam pretioſiorē quàm me.* ] neque meam vitam mihi ipſi charam aut pretioſam duco, vt propter ipſam officio meo aliqua ex parte deſim.

h *Ecce ego ſcio.* ] per Spiritum ſanctum docentem ſe & monentē, ſciebat Apoſtolus hæc.

i *Vos omnes.* ] vllos ex vobis.

k *A ſanguine omnium.* ] Nulli ego fui auctor aut impulſor exitij improbitatis, aut alicuius maleficij, aut culpæ, aut vitij, aut omiſſionis & proditionis officij proprij; ſed munus meum liberè, intrepidè, ſimpliciter, ſinceroq; animo, diligenter, integroque exemplo, nullo pecuniæ pretio, nulla ambitione apud vos peregi.

l *Omne conſilium Dei vobis.* ] Omne id quod vt vobis annuntiaretur, conſiliū voluntasque Dei erat. Itaque ſimpliciter conſilium Dei ſum ſecutus abique vlla exceptione.

vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſan-
ctus poſuit epiſcopos, regere eccleſiam
Dei, quam acquiſiuit [a] ſanguine ſuo.
29 [b] Ego ſcio quoniam intrabunt poſt diſ-
ceſſionem meam lupi [*] rapaces in vos, [*] graues 1 M.S.G.
non parcentes gregi. 30 Et ex vobiſipſis S. autem lupi efferi.
exurgent viri loquentes peruerſa, [c] vt ab-
ducant diſcipulos poſt ſe. 31 Propter
quod vigilate, memoria retinentes quo-
niam per triennium nocte & die non
ceſſaui, [d] cum lachrymis monens vnum-
quenque veſtrûm. 32 Et nunc com-
mendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius,
[e] qui potens eſt ædificare, & dare hære-
ditatem [f] in ſanctificatis omnibus.
33 Argentum [*] & aurum, aut veſtem [*] aut M.S. G.S.
nullius concupiui. 34 * Ipſi ſcitis quo- * ſicut o. 1 Cor. 4. c. 11
niam ad ea quæ mihi opus erant, & his 1 The. 2. b. 9 2 The. 3. b. 8
qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus G
iſtæ. 35 [g] Omnia oſtendi vobis, quo-
niam ſic laborantes, oportet ſuſcipere
infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ie-
ſu, (quoniam ipſe dixit,) Beatius eſt ma-
gis dare, quàm accipere. 36 Et cùm hæc
dixiſſet, poſitis genibus ſuis, orauit cum
omnibus illis. 37 Magnus autem fletus
factus eſt omnium: & procumbentes ſu-
per collum Pauli, oſculabantur eum,
38 dolentes maximè in verbo quod dixe-
rat, quoniam amplius faciem eius non
eſſent viſuri. Et deducebant eum ad
nauem.

a *Sanguine ſuo.*] Chriſtus Dei filius proprio ſanguine, ac Deus pater pretio illo inæſtimabili ſanguinis Filij ſui.

b *Ego ſcio.*] Catholicum præſagium communiſque admonitio.

c *Vt abducant diſcipulos poſt ſe.*] vt ex diſcipulis Ieſu Chriſti ſuos priuatim faciant.

d *Cum lachrymis monens.*] officij ſui admonens vnumquénque, & docens quãta machinetur & moueat ſatan vt peruertat viam Chriſti & obſcuret.

e *Qui potens eſt ædificare.*] vos lapides viuos faciendo, & in templum viuum ſuum adaptando.

f *In ſanctificatis omnibus.*] iis ex vobis qui nondum ſanctificati ſunt, ſtabilem hæreditatem cum ſanctificatis in requiemque ſuam adductis, dare poteſt.

g *Omn̄ia oſtendi vobis.*] Omnino per omnem officij partem oſtendi vobis, non ſolùm laborandum vt nulli graues ſimus; ſed vt curemus infirmiores, eorumque imbecillitati conſulamus.

## CAP. XXI.

A CVm autem factum eſſet vt nauigare-
mus, abſtracti ab eis, recto curſu ve-
nimus Coum, & ſequenti die Rhodum,
& inde Pataram. 2 Et cùm inueniſſe-
mus nauem transfretantem in Phœni-
cen, aſcendentes nauigauimus. 3 Cùm
[a] apparuiſſemus autem Cypro, relinquẽ-
tes eam ad ſiniſtram, nauigauimus [b] in
Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim
nauis expoſitura erat onus. 4 [c] Inuentis
autem diſcipulis, manſimus ibi diebus
ſeptem: [d] qui Paulo dicebant per Spiri-
tum, ne aſcenderet Ieroſolymam.
5 Et expletis diebus profecti ibamus,
deducentibus nos omnibus cum vxori-
bus & filiis vſque foras ciuitatem: & po-
ſitis genibus in litore, orauimus. 6 Et
cùm valefeciſſemus inuicem, aſcendi-
mus nauem: illi autem redierunt in ſua.
completa 12 1 7 Nos verò nauigatione explicita, à Ty-
B ro deſcendimus [e] Ptolemaidam: & ſalu-
tatis fratribus, manſimus die vna apud
illos. 8 Alia autem die profecti, veni-
mus Cæſaréam. Et intrantes domum
Supr. 6. b. 5 Philippi Euangeliſtæ, qui erat [f] vnus
de ſeptem, manſimus apud eum.
9 Huic autem erant [g] quatuor filiæ virgi-
nes, prophetantes. 10 Et cùm morare-
mur per dies aliquot, ſuperuenit quidam
à Iudæa propheta, nomine Agabus.
11 Is cùm veniſſet ad nos, tulit zonam

a *Apparuiſſemus Cypro.*] Cùm nauigãtes Cyprum iam videremus nobis inferiorem, vt contingit, terram à longè aperientibus & proſpicientibus.

b *In Syriam.*] Palæſtinam Syriam; ad eam enim cõtendimus recta, cuius primus & optimus portus Tyrus erat.

c *Inuentis autem diſcipulis.*] Chriſtianis, qui *diſcipuli* dicebantur, doctrinæ Ieſu Chriſti Euangelicæ ſectatores & cultores.

d *Qui Paulo dicebant per Spiritum.*] Per Spiritum ſanctum cognouerant vincula & labores Paulum Ieroſolymis manere; ſed non cognouerant quid Spiritus idem iuſſiſſet Paulo. Itaque prænotio & prædictio ex Spiritu ſancto erat, dehortatio ex ſuo ipſorum affectu & ſtudio erga Paulum.

e *Ptolemaidam.*] olim Ghacho, nunc Iacha.

f *Vnus ex ſeptem.*] celeberrimis & notiſſimis viris qui Euangelium Cæſareę, hoc eſt, bonum nuntium de humana ſalute nuntiabant.

g *Quatuor filiæ virgines prophetãtes.*] que diuino Spiritu auctæ, de diuinis rebus magna & profunda dicebant; & conſultæ reſpondebãt multa ad hominum vtilitatem pertinentia.

Pauli: & [a] alligans ſibi pedes & manus,
dixit, Hæc dicit Spiritus ſanctus: Virum
cuius eſt zona hæc, ſic alligabunt in Ie-
ruſalem Iudæi, & tradent in manus Gen-
tium. 12 Quod cùm audiſſemus, roga-
bamus nos & qui loci illius erant, ne C
aſcenderet Ieroſolymam. 13 Tunc re-
ſpondit Paulus, & dixit, Quid facitis
flentes & affligentes cor meum? [b] Ego
enim non ſolùm alligari, ſed & mori in
Ieruſalem paratus ſum propter nomen
Domini Ieſu. 14 Et cùm ei ſuadere
non poſſemus, quieuimus, dicentes, Do-
mini voluntas fiat. 15 Poſt dies autem
iſtos [c] præparati, aſcendebamus in Ieru-
ſalem. 16 Venerunt autem & ex diſci-
pulis à Cæſaréa nobiſcum; adducentes
ſecum (apud quem hoſpitaremur) [d] "Iáſo- "Mnaſonem MS.G.S.
nem" quendam Cyprium, antiquum diſ-
cipulum. 17 Et cùm veniſſemus Ieroſo-
lymam, libenter exceperunt nos fratres.
18 Sequenti autem die introibat Paulus
nobiſcum ad Iacôbum, omneſque col-
lecti ſunt ſeniores. 19 Quos cùm ſalu- D
taſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus
feciſſet in Gentibus per miniſterium
ipſius. 20 At illi cùm audiſſent, magni-
ficabant Deum, dixeruntque ei: Vides
frater quot millia ſunt in Iudæis [e] qui cre-
diderũt: & omnes æmulatores ſunt legis.
21 Audierunt autem de te quia diſceſſio-
nem doceas à Moyſe [f] eorũ qui per Gẽtes
ſunt

a *Alligans ſibi pedes & manus.*] vt certior notiorque eſſet prædictio, & res memoria teneretur diutius, magisq; moueret adſtantium animos & Pauli cõſtantiam maximam reſponſio euentusque indicarent.

b *Ego enim non ſolùm alligari, ſed & mori.*] Magnitudo animi & perfecta charitas eorum qui baptizati ſunt Spiritu ſancto & igne.

c *Præparati.*] ſarcinis collectis ac deliberato animo iter ſuſcepimus, Spiritus ſancti voluntatem ſubeuntes.

d *Iaſonem.*] Mnaſonem, ex primis diſcipulis apud Ieroſolymam factis.

e *Qui crediderunt.*] Crediderunt doctrinæ Euangelij Chriſti, ſed nondum ad perfectionem cognitionis eius peruenerunt; ideoque & legis ceremonias eas maximè quæ antiquiſſimæ habentur & omniũ celeberrimæ, qualis Circuncisio eſt, obſeruandas ducunt & obſeruant.

f *Eorum qui per Gentes ſunt.*] te auctorẽ fuiſſe Iudæis iis qui apud Gentes degunt, vt à Moſis doctrina & lege, omnique ritu illo antiquo & ceremoniali penitus abſcedatur.

ſunt Iudæorum : dicens non debere eos
circuncidere filios ſuos, neque ſecun-
dum conſuetudinem ingredi. 22 Quid
ergo eſt? vtique oportet conuenire mul-
titudinem : audiét enim te ſuperueniſſe.
23 Hoc ergo fac quod tibi dicimus, Sunt
nobis viri quatuor, [a] votum habentes ſu-
per ſe. 24 His aſſumptis, [b] ſanctifica te
Num.6.c.18 Sup.18.a.8 cum illis: & impende in illis, vt radant
capita: & ſcient omnes quia quę de te au-
dierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe
cuſtodiens legem. 25 [c] De his autem
Sup.15.d.20 e.19 qui crediderunt ex Gentibus nos ſcripſi-
E mus, iudicantes vt abſtineant ſe ab idólis
immolato, & ſanguine, & ſuffocato, &
fornicatione. 26 Tunc Paulus aſſum-
Infr.24.e.18 ptis viris, poſtera die purificatus cum il-
lis intrauit in templum, [d] annuntians ex-
pletionem dierum purificationis, donec
offerretur pro vnoquoque eorũ oblatio.
27 [e] Dum autem ſeptem dies conſumma-
rentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cùm
vidiſſent eum in templo, concitauerunt
omnem populum, & iniecerunt ei ma-
nus, 28 clamantes, Viri Iſraelitæ, adiu-
uate: hic eſt homo qui [f] aduerſus popu-
lum, & legem, & locum hunc, omnes
vbique docens, inſuper & Gentiles in-
duxit in templum, & violauit ſanctum
F locum iſtum. 29 (Viderant enim Tro-
phimum Epheſium in ciuitate cum ipſo,
quem æſtimauerunt quoniam in templũ

a *Votum habentes ſuper ſe.*] qui ſuſceperunt votum Nazaræorum.

b *Sanctifica te cum illis.*] Lauare cũ ipſis ritu vouentium, & abſtine à vino; & tu ipſe impende rituales ſumptus in lotionem & tonſuram capillorum.

c *De his autem.*] quod attinet ad diſcipulos ex Gentibus factos, nihil tibi imponetur vt auctori legis Moſaicæ prætermittendæ aut prætermiſſæ; quandoquidem cócilio coacto & celebrato decretum eſt quid Gentibus obſeruandũ eſſet, atque eo decreto per Spiritũ ſanctum pronuntiato, hi noſtrates Chriſtiani ex Iudęis facti tandem acquieuerunt.

d *Annuntians expletionem dierum.*] Declarans ſacerdotibus iam ſeptem illos dies purificationis Nazaræorum illis adeſſe; oportereque ipſorum nomine munera quę pro purificatis hoc ritu in lege Moſis decreta erant.

e *Dum autem ſeptem dies.*] ſeptima iam ferè voti die tranſacta.

f *Aduerſus populum.*] Commouet Gẽtes in odium gentis noſtræ, & in deteſtationem legis & loci huius vaſtationem.

introduxiſſet Paulus. 30 Commotaque
eſt ciuitas tota: & facta eſt concurſio po-
puli. Et apprehendentes Paulum, trahe-
bant eum extra templum: & ſtatim [a] clau-
ſæ ſunt ianuæ. 31 [b] Quærentibus autem
eum occidere, nuntiatum eſt tribuno
cohortis, Quia tota confunditur Ieruſa-
lem. 32 Qui ſtatim aſſumptis militibus
& centurionibus, decurrit ad illos. Qui Infr. 26. c. 21
cùm vidiſſent tribunum & milites, ceſ-
ſauerunt percutere Paulum. 33 Tunc
accedens tribunus apprehendit eum, &
iuſſit eum alligari catenis duabus: & in-
terrogabat quis eſſet, & quid feciſſet.
34 Alij autem aliud clamabant in turba.
Et cùm non poſſet certum cognoſcere G
præ tumultu, iuſſit duci eum in caſtra.
35 Et [c] cùm veniſſet ad gradus, contigit
vt portaretur à militibus propter vim
populi. 36 Sequebatur enim multitudo
populi, clamans, Tolle eum. 37 Et cùm
cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tri-
buno, Si licet mihi loqui aliquid ad te?
Qui dixit, Græcè noſti? 38 Nónne tu
es Ægyptius qui ante hos dies tumul-
tum concitaſti, & eduxiſti in deſertum
quatuor millia virorum ſicariorum?
39 Et dixit ad eum Paulus, Ego homo Infr. 22. a. 3
ſum quidem Iudæus à Tarſo, Ciliciæ
[d] non ignotæ ciuitatis "municeps'. Rogo " ciuis MS. 2.
autem te, permitte mihi loqui ad popu-
lum. 40 Et cùm ille permiſiſſet, Paulus,
ſtans

a *Clauſæ ſunt ianuæ.*] ſponte ſua, diuina prouidentia id efficiente, ne populus multus irrueret in templum, cuius tumultu & inſania Apoſtolus obrueretur quàm breuiſſimè; aut illi qui eum cõprehenderant, & in templo occidere non audebant, extra templum propellentes interficerent. Itaque manſit inter templum & atrium Gentium, atque montem domus.

b *Quærẽtibus autem eum occidere.*] iis qui interius erant id agẽtibus vt extra templum interficiendum producerent, idipſum etiam poſtulantibus & clamantibus iis qui exterius tumultuabantur.

c *Cùm veniſſet ad gradus.*] ad gradus atrij Gentium, eſſetque populus frequentiſſimus in monte domus & extra expectans, & alij pone ſequerentur & impellerent.

d *Non ignotæ ciuitatis.*] Romanæ ciuitatis, cuius ciuis ego ſum; ita vt facilè docere poſſim me nõ alium eſſe quàm declaro.

ſtans in gradibus, annuit manu ad ple-
bem. & magno ſilentio facto, allocutus
eſt lingua Hebræa, dicens:

## CAP. XXII.

A VIri fratres & patres, audite quam ad
vos nunc reddo rationem. 2 Cùm
audiſſent autem quia [a] Hebręa lingua lo-
queretur ad illos, magis præſtiterunt ſi-
Sup. 21. g. 39 lentium. 3 Et dicit, Ego ſum vir Iudęus,
natus Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in
iſta ciuitate, [b] ſecus pedes Gamaliel eru-
ditus [c] iuxta veritatem paternæ legis, æ-
mulator legis ſicut & vos omnes eſtis
Supr. 8. a. 3 hodie: 4 [d] qui hanc viam perſecutus ſum
vſque ad mortem, alligans & tradens in
cuſtodias viros ac mulieres, 5 ſicut prin-
ceps ſacerdotum mihi teſtimonium red-
Sup. 9. a. 2 dit, & omnes [e] maiores natu: à quibus &
B epiſtolas accipiẽs ad fratres, Damaſcum
pergebam, vt adducerem inde vinctos
Sup. 9. a. 3 in Ieruſalem, vt punirentur. 6 Factũ eſt
autem eunte me, & appropinquãte Da-
maſco media die, ſubitò de cęlo circum-
fulſit me lux copioſa: 7 & decidens in
terram, audiui vocem dicentem mihi,
Saule, Saule, quid me perſequeris?
8 Ego autem reſpondi, Quis es Domine?
Dixitque ad me, Ego ſum Ieſus Nazare-
nus, quem tu perſequeris. 9 Et qui me-
C cum erant, lumen quidem viderũt, vo-
cem autem non audierunt eius qui lo-
quebatur mecum. 10 Et dixi, Quid
faciam

a *Hebræa lingua.*] lingua Syra, quæ tũc Hebræis vernacula erat.

b *Secus pedes Gamaliel.*] aſſiduus auditor & diſcipulus Gamalielis ſenioris videlicet illius docentis ac diſſerentis ex ſuperiore loco, ipſe in ſcabello pedum ſedebam.

c *Iuxta veritatem paternæ legis.*] iuxta exactiorem & diligentiorem interpretationem, qualis eſt domus Hilel, cuius diſciplinæ ſectator erat Gamaliel.

d *Qui hanc viam.*] Ego ſum ille notiſſimus & infenſiſſimus hoſtis atque æmulus huius diſciplinæ Ieſu Nazareni, quam nunc iam profiteri ac defendere dicor.

e *Maiores natu.*] presbyteri, & concilium ſeniorum populi, hoc eſt, ſenatorum.

faciam Domine? Dominus autem dixit
ad me, Surgens vade Damaſcum: & ibi
tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat
facere. 11 Et cùm non viderẽ [a] præ cla-
ritate luminis illius, ad manum dedu-
ctus à comitibus, veni Damaſcum.
12 Ananias autem quidam, [b] vir * ſecun- * timoratus I MS. R. G.
dum legem teſtimonium habens ab om- * iuſtus S.
nibus habitantibus Iudæis, 13 veniens
ad me, & aſtans, dixit mihi, Saule frater,
reſpice. Et ego eadem hora reſpexi in eũ. D
14 At ille dixit, Deus patrum noſtrorum
præordinauit te, vt [c] cognoſceres volun-
tatem eius, [d] & videres iuſtum, & audires
vocem ex ore eius: 15 quia [e] eris teſtis
illius ad omnes homines, eorum quæ vi-
diſti & audiſti. 16 Et nunc quid mora-
ris? Exurge, & [f] baptizare, & * ablue pec- * abluere S MS. S. G. autē dubia ſunt.
cata tua inuocato nomine ipſius.
17 Factum eſt autem reuertenti mihi in
Ieruſalem, & oranti in templo, fieri me
in ſtupore mentis, 18 & videre illum
dicentem mihi, Feſtina, & exi velociter E
ex Ieruſalem: quoniam non recipient te-
ſtimonium tuum de me. 19 Et ego dixi,
Domine, ipſi ſciunt quia ego eram con- Sup. 8. a. 3
cludens in carcerem, & cædens per ſyna-
gogas eos qui credebant in te: 20 Et cùm
funderetur ſanguis Stéphani teſtis tui,
ego aſtabam & conſentiebam, & cuſto- Sup. 7. 5. 58.
diebam veſtimenta interficientium illũ.
21 Et

a *Præ claritate luminis illius.*] Lucis præſtantiam & gloriam humani ſenſus vires præſtringentem & exuperantem commemorauit Paulus, vt diuinitatẽ & virtutem præſtantiſſimã Ieſu Chriſti ſignificaret.

b *Vir ſecundum legem.*] pius vir, legiſque obſeruator diligens, quod teſtimonio Iudæorum apertiſſimè probari poteſt. tamẽ à Deo monitus me petiit inſtruxitque, quod ille non faceret, niſi ſciret Dei conſilium hoc eſſe; quippe qui legem cui ſtuduerat ſemper non tranſgrederetur, ſi intelligeret tranſgreſſionem legis eſſe Ieſu Chriſti doctrinam. Itaque probat Apoſtolus Chriſti veritatem teſtimonio pij viri atque à Deo inſtructi & edocti, vt fidem faciat Iudæis optimorum Iudæorum iudicio ac Dei auctoritate.

c *Cognoſceres voluntatem eius.*] in teipſo accipiens cognoſceres ſanctificationẽ, quæ voluntas Dei eſt.

d *Et videres iuſtum.*] iuſtum illum iuſtificantem homines exoptatum à maioribus noſtris, de quo ſcriptum eſt: Rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum. hanc viſionem internam maximè interpretamur; ita enim videtur iuſtus ille vt intus. Videres igitur in tuam ſanctificationem, audires mandatum ab illo in miniſterium ad ſalutem aliarum gentium.

e *Eris teſtis illius.*] Viuum ac verum teſtimonium redditurus in Spiritu ſancto, quòd ille ſit Chriſtus & filius Dei.

f *Baptizare.*] baptiſmo exteriori, & ablue peccata tua baptiſmo interiori per virtutem nominis Ieſu Chriſti miſſuri in te Spiritum ſanctum.

21 Et dixit ad me, Vade, [g] quoniam ego in
nationes longè mittam te. 22 Audiebant
autem eum vſque ad hoc verbum, & le-
F uauerunt vocem ſuam, dicentes, Tolle
de terra huiuſmodi: nõ enim fas eſt eum
viuere. 23 Vociferantibus autem eis, &
proiicientibus veſtimenta ſua, & pulue-
rem iactantibus in aërem, 24 iuſſit tri-
bunus induci eum in caſtra, & flagellis
cædi, & torqueri eum: vt ſciret propter
quam cauſam ſic acclamarent ei. 25 Et
cùm "aſtrinxiſſent' eum loris, dicit aſtãti
ſibi Centurioni Paulus: Si hominẽ Ro-
manum & indemnatũ licet vobis flagel-
lare? 26 Quo audito, Centurio acceſſit
ad tribunum, & nuntiauit, dicens, Quid
acturus es? hic enim homo, ciuis Roma-
nus eſt. 27 Accedens autem tribunus,
G dixit illi, Dic mihi, ſi tu Romanus es?
At ille dixit, Etiam. 28 Et reſpondit tri-
bunus, Ego multa ſumma "ciuitatem'
hanc conſecutus ſum. Et Paulus ait, Ego
autem & natus ſum. 29 Protinus er-
gò diſceſſerunt ab illo qui eum torturi
erant. Tribunus quoque timuit poſt-
quam reſciuit, quia ciuis Romanus eſ-
ſet, & quia alligaſſet eum. 30 Poſtera
autem die volens ſcire diligentiùs qua
ex cauſa accuſaretur à Iudæis, ſoluit eũ,
& iuſſit ſacerdotes conuenire & omne
concilium: & producens Paulum, ſtatuit
inter illos.

aſtrinxiſſet MS. G.

ciuilitatem MS. R. B.
πολιτείαν G.
*ius municipij* E.

g *Quoniam ego in nationes mittã te.* ] Scandalum Iudæorum.

## CAP. XXIII.

INtendens autem in concilium Paulus, A
ait, Viri fratres, ego omni conſcientia
bona conuerſatus ſum ante Deum, vſ-
que in hodiernum diem. 2 Princeps au-
tem ſacerdotum Ananias præcepit aſtan-
tibus ſibi percutere os eius. 3 Tũc Pau-
lus dixit ad eum, [a] Percutiet te Deus, pa-
ries dealbate. Et tu [¶] ſedens iudicas me ¶ ſedes iudicans R. G. S.
ſecundum legem, & contra legem iubes
me percuti? 4 Et qui aſtabant dixerunt:
Summum ſacerdotem Dei maledicis?
5 Dixit autem Paulus, Neſciebam fra-
tres, quia princeps eſt ſacerdotum. Scri-
ptum eſt enim: Principem populi tui nõ Exo. 22. d. 22
maledices. 6 [b] Sciens autem Paulus quia
vna pars eſſet Sadducæorum, & altera
Phariſæorum, exclamauit in concilio,
Viri fratres, ego Phariſæus ſum filius Phil. 3. b. 5
[*] Phariſæorum: de ſpe & reſurrectione * Phariſæi R. G. S.
mortuorum ego iudicor. 7 Et cùm hæc Infr. 24. f. 21
dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter Phari- B
ſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multi-
tudo. 8 Sadducæi enim dicunt non eſſe Mat. 22. c. 23
reſurrectionem, [c] neque Angelum, ne-
que Spiritum: Phariſæi autem [d] vtraque
confitentur. 9 Factus eſt autem clamor
magnus. Et ſurgentes quidam Phari-
ſæorum, pugnabant dicentes, Nihil mali
inuenimus in homine iſto. [e] quid ſi Spi-
ritus locutus eſt ei, aut Angelus? 10 Et
cùm magna diſſenſio facta eſſet, timens
tribunus

a *Percutiet te.*] Non imprecatur Apoſtolus, ſed obiurgat, & pœnam denũtiat ex prædictione legis antiquæ, & ex conſequentia ob repulſam Euangelij veritati ac miniſterio factam. vt illud, Væ vobis Scribæ & Phariſæi.

b *Sciens autem Paulus.*] Spiritus ſancti prudentiæ exemplum.

c *Neque angelum*] bonum, *neque ſpiritum*] bonum aut malum: in quo genere negant etiam ſpiritus humani ſubſiſtentiam.

d *Vtraque confitentur.*] & ſpirituũ tam bonorum quàm malorum naturam, & reſurrectionis ſpem.

e *Quid ſi Spiritus.*] vel Spiritus ſanctus, vel ſancti hominis ſpiritus. Quid (inquiunt) culpæ eſt, ſi dicat Spiritũ ſibi eſſe locutum: nam præcipua capita cõfeſſionis ipſius ac teſtimonij ſunt relationes viſionum & allocutionum: quę nulli crimini dari poſſunt ipſi.

tribunus ne diſcerperetur Paulus ab ip-
ſis, iuſſit milites deſcendere, & rapere eũ
de medio eorum, ac deducere eum in ca-
ſtra. 11 Sequenti autem nocte aſſiſtens
C ei Dominus, ait, Conſtans eſto: ſicut e-
nim teſtificatus es de me in Ieruſalem,
[a] ſic te oportet & Romæ teſtificari.
12 Facta autem die collegerũt ſe quidam
ex Iudæis, & [b] deuouerunt ſe, dicentes,
neque manducaturos neque bibituros,
donec occiderent Paulum. 13 Erant au-
(– 5 MS. G. at A. & 1. legũt.) tem plus quàm quadraginta – viri, qui
hanc coniurationem fecerant: 14 qui ac-
ceſſerunt ad principes ſacerdotum & ſe-
niores, & dixerunt, Deuotione deuoui-
mus nos nihil guſtaturos, donec occida-
mus Paulum. 15 Nunc ergo vos [c] notũ
facite tribuno cum concilio, vt produ-
cat illum ad vos, tanquam aliquid cer-
tius cognituri de eo. Nos verò, prius quã
appropiet, parati ſumus interficere illũ.
16 Quod cùm audiſſet filius ſororis Pau-
li inſidias, venit & intrauit in caſtra, nũ-
tiauitque Paulo. 17 Vocans autem Pau-
D lus ad ſe vnum ex Centurionibus, ait,
Adoleſcentem hunc perduc ad tribunũ:
habet enim aliquid indicare illi. 18 Et
ille quidem aſſumens eum duxit ad tri-
(* vocans 6 MS. R. G. S.) bunum, & ait, Vinctus Paulus * rogauit
me hunc adoleſcentem perducere ad te,
habentem aliquid loqui tibi. 19 Appre-
hendens autem tribunus manum illius,

a *Sic te oportet Romæ teſtificari.*] In capite circuncißionis teſtimonium redditũ eſt per te; ita etiam mei conſilij & iuſſi eſt, vt in capite Gentium teſtimonium reddas nominis mei: viuum, inquam, teſtimonium, idque publicum in publicis concionibus, & in concilio corã Imperatore ac magiſtratu.

b *Deuouerunt ſe.*] Interdictum in voti formam ſibi indixerunt, quod genus ab illis ad ſuperſtitionem vſque obſeruatur.

c *Notum facite tribuno cum concilio.*] Vos coacto concilio fingite velle ex ritu veſtro conuentu legitimo agere de rebus ipſis vt veritatem inquiratis, & edocti referatis quid iuris ſit, ad tribunum. ita ille minus ſuſpicabitur de vobis, cùm non priuato cuiuſquam ſtudio, ſed publico conſenſu Paulum ad concilium poſtulari intelligat.

ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogauit
illũ, Quid eſt quod habes indicare mihi?

a *Iudæis conuenit.*] compoſitum & c i-ſtitutum eſt inter Iudæos.

20 Ille autem dixit, [a]Iudæis conuênit ro-
gare te, vt craſtina die producas Paulum
in cõcilium, quaſi aliquid certius inqui-
ſituri ſint de illo. 21 tu verò ne credide-
ris illis. inſidiãtur enim ei ex eis viri am-
plius quàm quadraginta, qui ſe deuoue-
runt non manducare neque bibere, do-
nec interficiant eum: & nunc parati ſunt, E
[b] expectantes promiſſum tuum. 22 Tri-
bunus igitur dimiſit adoleſcentem, præ-
cipiens ne cui loqueretur [c] quoniam hæc
nota ſibi feciſſet. 23 Et conuocatis duo-
bus centurionibus, dixit illis, Parate [d]mi-
lites ducentos, vt eant vſque Cæſaréam,
& equites ſeptuaginta, & lancearios du-
centos, à tertia hora noctis: 24 & iumẽ-
ta præparate, vt imponentes Paulũ, eum
ſaluum perducerent ad Felicem prẹſidẽ,
25 (Timuit enim ne fortè raperent eum 9 MS.
Iudæi, & occiderent, & ipſe poſteà ca-
lumniam ſuſtineret, tãquam accepturus
pecuniam) 26 ſcribens epiſtolam con-
tinentem hẹc: CLAVDIVS Lyſias opti-
mo Præſidi Felici ſalutem. 27 Virum F
hunc comprehenſum à Iudæis, & inci-
pientem interfici ab eis, ſuperueniens [e]cũ
exercitu, eripui, cognito quia Romanus
eſt: 28 Volenſque ſcire cauſam quã ob-
iiciebant illi, deduxi eum in concilium
eorum. 29 Quẽ inueni accuſari de quæ-
ſtionibus

b *Expectantes promiſſum tuum.*] Omnia illis cætera parata & cõſtituta ſunt atque certa; ſolum promiſſum tuũ deeſt, vt expediatur conſilium ipſorum: id conſilium illi expectant à te faciẽdum, vbi poſtulauerint.

c *Quoniam hæc nota ſibi feciſſet.*] vt cùm poſtridie Paulus abeſſet loco, Iudæi conſilij ſui fruſtrationem non tribuno, ſed ſuæ ipſorum cunctationi adſcribe-rent.

d *Milites.*] Romanos qui militare ſacramentum fecerint ex peditibus. *Lancearios*, qui haſtis vtantur, quas dextera manu geſtant ex aliis nationibus à Romanis.

e *Cum exercitu.*] cum parte Romanorum militum, qui propriè *exercitus* dicebatur. idque feci ſtudioſe magis cùm Romanum eſſe poſtea cognouiſſem.

ſtionibus legis ipſorum: nihil verò di-
gnum morte aut vinculis habentem cri-
men. 30 Et cùm mihi perlatum eſſet de
inſidiis quas parauerant illi, miſi eum ad
te, denuntians & accuſatoribus, vt di-
cant apud te. Vale. 31 Milites verò, ſe-
cundum præceptum ſibi, aſſumentes
G Paulum, duxerunt per noctem in An-
tipatridem. 32 Et poſtera die dimiſſis
equitibus vt cum eo irent, reuerſi ſunt
ad caſtra. 33 Qui cùm veniſſent Cæſa-
réam, & tradidiſſent epiſtolam Præſidi,
ſtatuerunt ante illum & Paulũ. 34 Cùm
legiſſet autẽ, & interrogaſſet de qua pro-
uincia eſſet: & cognoſcens quia de Cili-
* & 4 MS. G. cia, 35 Audiam te, inquit, cùm * accu-
ſatores tui venerint. Iuſſitque in præto-
rio Herôdis cuſtodiri eum.

## CAP. XXIIII.

A POſt quinque autẽ dies deſcendit prin-
ceps ſacerdotum Ananias, cum ſenio-
ribus quibuſdam, & Tertullo quodam
oratore, qui adierunt Præſidem aduerſus
Paulum. 2 Et citato Paulo cœpit accu-
ſare Tertullus, dicens, [a] Cùm in multa
pace agamus per te, & multa corrigan-
tur per tuam prouidentiam: 3 [b] ſemper
& vbique ſuſcipimus, optime Felix, cum
omni gratiarum actione. 4 Ne diutius
autem te protraham, oro breuiter vt au-
B dias nos [c] pro tua clementia. 5 Inueni-
mus hunc hominem peſtiferum, & con-

a *Cùm in multa pace agamus.*] & turbationis omnes auctores, rerumque nouarum molitores arces & cohibes; & ipſam turbationum materiam prudentiſſimè caues; id quod agnoſcentes & nobis gratulamur, & tibi optimo Pręſidi gratias agimus. Ceperat enim Tertullus Eleazarum ſicariorum ducem, & Ægyptium impoſtorem profligarat. Ioſeph. lib. 10. Antiquit. cap. 11. & *De* bello Iudaico 2. cap 12.

b *Semper & vbique.*] Nos omnes vbicunque ſumus agnoſcimus, acceptamq; referimus tibi eam, qua fruimur, tranquillitatem.

c *Pro tua clementia.*] æquitate & humanitate.

citantem "ſeditiones' omnibus Iudęis in [a] ſeditionem MS.C.
vniuerſo orbe, & [a] auctorem ſeditionis
ſectæ Nazarenorum, 6 qui etiam [b] tem-
plum violare conatus eſt. quem & " ap- [a] apprehendimus MS.
prehenſum' ~ voluimus ſecũdum legem B.C.S. ~ MS.B.
noſtram iudicare. 7 Superueniens au
tem tribunus Lyſias, cum vi magna eri-
puit eum [c] de manibus noſtris, 8 iubens
accuſatores eius ad te venire', à quo po-
teris ipſe iudicans, de omnibus iſtis co-
gnoſcere, de quibus nos accuſamus eũ.
9 [d] Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes C
hæc ita ſe habere. 10 Reſpondit autem
Paulus, (annuente ſibi Præſide dicere)
[e] Ex multis annis te eſſe iudicem genti
huic ſciens, bono animo pro me ſatiſ-
faciam. 11 Potes enim cognoſcere quia
nõ plus ſunt mihi dies quàm duodecim,
ex quo aſcendi adorare in Ieruſalem.
12 & neque in templo inuenerunt me
cum aliquo diſputantem, aut concur-
ſum facientem turbæ, neque in ſynago-
gis, neque in ciuitate: 13 neque [f] probare
poſſunt tibi de quibus nũc me accuſant. D
14 Confiteor autem hoc tibi, quòd [g] ſe-
cundum ſectam, quam dicunt hæreſim,
ſic deſeruio " patri' Deo ~ meo', credens [a] patrio 2 MS.G.S.
omnibus quæ in lege & Prophetis ſcri- ~ 7 MS.G.
pta ſunt: 15 ſpem habens in Deũ, quam
& hi ipſi expectant, reſurrectionẽ futurã
iuſtorum & iniquorum. 16 [h] In hoc &
ipſe ſtudeo ſine offendiculo conſciẽtiam
habere

a *Auctorem.*] præfectum illi ſectæ ducemque in ea vnum de primis & præcipuis, vt primipilares eſſe ſolent in exercitu.

b *Templum violare.*] profanare.

c *De manibus noſtris.*] eundemque ad te miſit, qui nollemus tibi iſtam moleſtiam exhibere; ſed coacti facimus, tum ſtudio legis, tum Lyſiæ mandato, qui nos ad te remiſit.

d *Adiecerunt autem.*] Tertulli orationem communi conſenſu firmarunt.

e *Ex multis annis.*] Felix antè adminiſtrauerat Traconitidem, Bataneam, & Gaulanitidem regiones. deinde præfectus fuerat Iudææ à Claudio Cæſare, Ioſeph. De bello Iudaico lib 2. cap. 11. & hæc biennio antè agebantur, quàm ille è prouincia decederet, vt in hoc capite declaratur inferius.

f *Probare.*] certis argumentis & exemplis ex vera definitione petitis.

g *Secundum ſectam.*] viam certam, expeditam, & nihil à ſcripturarum veritate diſſentientem, quam ipſi *hæreſim* appellant. Ego verò non priuatam ſemitam, ſed viam verè regiam eſſe aio; vtpote quæ nihil ſcripturarum veritati & auctoritati deroget vllo modo, ſed planè conſentiat.

h *In hoc & ipſe ſtudeo.*] hanc viam ſecutus, quæ me ad veram legis & Prophetarum cognitionem duxit, ſtudeo etiã meipſum pium erga Deũ, & nulli mortalium grauem aut moleſtũ, imò omnibus miniſtrum exhibere, vt ſint vt ego ſum, hanc cognitionem ex diuino dono aſſecutus. Itaque nihil mihi quęro, ſed pietatem paternę legis cognoſci, teneri obſeruarique ab omnibus quã puriſſimè & ſanctiſſimè cupio. hoc enim noui Deo gratum, & hominibus eſſe vtiliſſimum. Atque hoc ſtudium meum fuit, vbicunque fuerit hoc exercitium in aliis regionibus nemini nocui: Ieroſolymã poſt multos annos beneficium pauperibus allaturus veneram, & preces ac vota facturus, quæ omnia probantur in lege noſtra.

habere ad Deum, & ad homines ſem-
per. 17 Poſt annos autem plures, elee-
moſynas facturus in gentem meam ve-
Sup. 21. c. 26 ni, & oblationes, & vota. 18 [a] in quibus
E inuenerunt me purificatum in templo:
non cum turba, neque cum tumultu:*
19 [b] Quidam autem ex Aſia Iudæi, quos
oportebat apud te præſto eſſe & accuſa-
re, ſi quid haberent aduerſum me:
20 [c] aut hi ipſi dicant, ſi quid inuenerunt
in me iniquitatis, [d] cùm ſtem in concilio,
21 niſi de vna hac ſolummodo voce, qua
Sup. 23. b. 6. clamaui inter eos ſtans, Quoniam de re-
ſurrectione mortuorum ego iudicor ho-
F die à vobis. 22 Diſtulit autem illos Fe-
lix, [e] certiſſimè ſciens de via hac, dicens,
[f] Cùm Tribunus Lyſias deſcenderit, au-
diam vos. 23 Iuſſitque Centurioni cu-
ſtodire eum, & habere requiē, nec quen-
quam de ſuis prohibere miniſtrare ei.
24 Poſt aliquot autem dies veniens Felix
cum Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudęa,
G vocauit Paulum, & audiuit ab eo [g] fidem
quæ eſt in Chriſtum Ieſum. 25 Diſpu-
tante autem illo [h] de iuſtitia & caſtitate,
& de iudicio futuro, tremefactus Felix
reſpondit, Quod nunc attinet, vade: tē-
pore autem opportuno accerſam te.
26 ſimul & ſperans, quòd pecunia ei da-
retur à Paulo, propter quod & frequen-
ter accerſens eum, loquebatur cum eo.
27 Biennio autem expleto accepit ſucceſ-
ſorem

* Et apprehenderunt me, clamantes & dicentes: Tolle inimicum noſtrū. M sq.

a *In quibus*] votis. in ipſo votorum ritu exoluēdo purgatum iam & ſacrum facturum, me ipſi inuenerunt, non autem tumultuantem vel turbas mouentem.

b *Quidam autem ex Aſia.*] Iudæi Aſiatici quidam fuerunt auctores tumultus facti in templo, non ego. illos oportuit hic ſiſti, ac docere crimen, quamobrē me apud Ieroſolymitanos detulerint & accuſarint, aut ipſi tumultus auctores cenſeri iure debuere.

c *Aut hi ipſi dicant.*] Aſiatici nihil certi de me dixerunt aut dicere poſſunt, quod crimen oleat. hi antequam me comprehenderent, nihil aduerſum me docere poſſunt: poſtquam comprehenderunt, nullam cauſam nacti ſunt me in iudicium vocandi, niſi crimen eſſe definiant id quod ego profeſſus ſum de fide & ſpe reſurrectionis, quod negare grauiſſimum crimē, vel ab his qui inter ipſos rectè ſentiunt exiſtimatur.

d *Cum ſtem in concilio.*] eo tempore cū fui inter ipſos in concilio examinādus.

e *Certiſſimè ſciens.*] Cùm iam cognouiſſet quidnam intereſſet inter Iudæorum antiquam doctrinam & Chriſtianam diſciplinam; intellexiſſetq; in hac nullam tumultus vel turbarum occaſionem aut materiam verè contineri, nihilque verè contra præcipua & primaria capita legis Moſis & ſcripturarū, vtpote qui diu, vt Paulus dixit, in illis regionibus fuiſſet verſatus, & Iudaicū ius cognouiſſet.

f *Cum tribunus Lyſias.*] De via quā Paulus profitetur iam ipſe aperit quid ſentiat. Veſtram legem non ignoro: ſupereſt vt de tumultu, cuius iudicium ad Romanas leges pertinet, Lyſiam audiā.

g *Fidem quæ eſt in Chriſtum.*] omnium Prophetarum & legis finem Ieſum eſſe, quem oporteat Chriſtum credere verū.

h *De iuſtitia*] Dei iuſtificantis. *& caſtitate.*] à Spiritu ſancto per Chriſtum donata iis qui mundi corde verè dicūtur & ſunt, qui ipſi Deum videbunt. *& de iudicio futuro.*] de viuis & mortuis ſecundum ſcripturas.

ſorem Felix Portium Feſtum. Volẽs au-
tem gratiam præſtare Iudæis Felix, reli-
quit Paulum vinctum.

## CAP. XXV.

FEſtus ergo cùm veniſſet in prouinciã, A
poſt triduum aſcendit Ieroſolymam à
Cæſaréa. 2 Adierúntque eum principes
ſacerdotum, & primi Iudæorum aduer-
ſus Paulum: & rogabant eum, 3 [a] po-
ſtulantes gratiam aduerſus eum, vt iu-
beret perduci eum in Ieruſalem, inſidias
tendentes vt interficerent eum in via.
4 Feſtus autem reſpondit, ſeruari Pau-
lum in Cæſaréa: ſe autem maturiùs pro-
fecturum. 5 Qui ergo in vobis (ait) [b] po-
tentes ſunt, deſcendentes ſimul, ſi quod
eſt in viro crimen, accuſent eum.
6 Demoratus autem inter eos dies non B
amplius quàm octo aut decem, deſcen-
dit Cæſaréam, & altera die ſedit pro tri-
bunali: & iuſſit Paulum adduci.
7 Qui cùm perductus eſſet, circunſtete-
runt eum qui ab Ieroſolyma deſcende-
rant Iudæi, multas & graues cauſas ob-
iicientes, quas non poterant probare,
8 Paulo rationem reddente, Quoniam
neque in legem Iudæorum, neque in
templum, neque in Cæſarem quicquam
peccaui. 9 Feſtus autem volẽs gratiam
præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, di-
xit, Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de C
his iudicari apud me? 10 Dixit autem
Paulus,

a *Poſtulantes gratiam.* ] Noui & boni aduentus in prouincia auſpicio & munere quodam in gratiam ipſorum ſibi tradi Paulum, vt publicè poſtulatum, iudicandum iuxta legem ipſorum.

b *Potentes ſunt.* ] poſſint ſine ſuo aut rerum ſuarum detrimento abeſſe domo, & iter hoc facere.

Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, vbi me
oportet iudicari: Iudæis non nocui, ſicut
tu melius noſti. 11 [a] Si enim nocui, aut
dignum morte aliquid feci, non recuſo
mori. ſi verò nihil eſt eorum quæ hi ac-
cuſant me, [b] nemo poteſt me illis donare.
Cæſarem appello. 12 Tunc Feſtus [c] cum
concilio locutus, reſpondit, Cæſarem
appellaſti? ad Cæſarem ibis. 13 Et cùm
dies aliquot tranſacti eſſent, Agrippa rex
& Bernice deſcenderunt Cæſaréam ad
D ſalutandum Feſtum. 14 Et cùm dies
plures ibi demorarentur, Feſtus regi in-
dicauit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt
derelictus à Felice vinctus, 15 de quo
cùm eſſem Ieroſolymis, adierunt me
principes ſacerdotum & ſeniores Iudęo-
rum, [d] poſtulantes aduerſus illum dam-
nationem. 16 Ad quos reſpondi, Quia
non eſt Romanis conſuetudo [e] donare
aliquem hominem, prius quàm is qui
accuſatur, præſentes habeat accuſatores,
locumque defendendi accipiat [f] ad ab-
luenda crimina. 17 Cùm ergo huc con-
ueniſſent, ſine vlla dilatione ſequenti die
E ſedens pro tribunali, iuſſi adduci virum.
18 De quo cùm ſtetiſſet accuſatores, nul-
lam cauſam deferebant, de quibus ego
ſuſpicabar malum: 19 Quæſtiones verò
quaſdam [g] de ſua ſuperſtitione habebant
aduerſus eum, & de quodam Ieſu de-
functo, quem affirmabat Paulus viuere.

a *Si enim nocui.*] ſi iniuriam aliquam feci, aut aliud capitale ſcelus admiſi.

b *Nemo poteſt me illis donare.*] Si iure damnari non debeo, me gratis poſtulantium arbitrio & libidini donare non poſſum. Quod ſi auctoritate tua niti velis vt me dones tanquã ſubditum poteſtati tuæ, iſtam poteſtatem non detrecto; ſed maiorem appello, eã videlicet ex qua tua emanat; illíque meipſum addico: addictum non potes tu tradere alteri quàm Cæſari ipſi, cuius ſum ex appellationis iure.

c *Cum concilio locutus.*] communicata re cum conſiliariis ſuis.

d *Poſtulãtes aduerſus illum damnationem.*] damnari illum tradendum poſtulationis ergò, quæ non iure, ſed publica gratia nititur.

e *Donare aliquẽ.*] dono & gratia poſtulationis aliquẽ tradere ad exitiũ & necẽ, quanquã ad ſalutem & vitam in populi gratiam donare aliquando hominẽs mortis apud Romanos ſit. Oportet igitur primũ iudicari an pœna dignus ſit, deinde hominem conuictum atque damnatum legitimis ac certis ſuppliciis alias afficiendum, populo pro ſuo arbitratu puniendum permittere, nonnunquam licet.

f *Ad abluenda crimina.*] ſuper criminatione certa.

g *De ſua ſuperſtitione.*] varia illa religione, ab aliarum Gentium cultu longè diuerſa Impropriè loquebatur homo profanus de cultu Dei, ſed non vt offendere vellet Agrippam Iudæum profeſſione.

20 Hæſitans autem ego [h] de huiuſmodi
quæſtione, dicebam ſi vellet ire Ieroſo- F
lymam, & ibi iudicari de iſtis. 21 Pau-
lo autem appellante vt ſeruaretur [u] ad [u] Auguſti cognitioni MS.
Auguſti cognitionem, iuſſi ſeruari eum,
donec mittam eum ad Cæſarem.
22 Agrippa autem dixit ad Feſtum, Vo-
lebam & ipſe hominem audire. Cras,
inquit, audies eum. 23 Altera autem
die cùm veniſſet Agrippa & Bernice cum
multa [i] ambitione, & introiſſent in audi-
torium cum tribunis & viris principali-
bus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt G
Paulus. 24 Et dicit Feſtus, Agrippa rex,
& omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum
viri, videtis hunc, de quo omnis multi-
tudo Iudæorum interpellauit me Ieroſo-
lymis, [*] petentes & acclamantes non o- [*] & hic 4 MS.G.S.
portere eum viuere amplius. 25 Ego ve-
rò comperi, nihil dignum morte eum ad-
miſiſſe. Ipſo autem hoc appellante ad
Auguſtum, iudicaui mittere. 26 De quo
quid certum ſcribam [k] domino, non ha-
beo. Propter quod produxi eum ad vos,
& maximè ad te, rex Agrippa, vt inter-
rogatione facta habeam quid ſcribam.
27 Sine ratione enim mihi videtur, mit-
tere vinctum, & [l] cauſas eius non ſigni-
ficare.

h *De huiuſmodi quæſtione.*] videlicet ad Iudaicam religionem pertinente; cùm in cæteris nullam cauſam inuenirem, in hac verò ratione & rei & iuris imperitus & ignarus adhuc eſſem.

i *Ambitione.*] oſtentatione & apparatu regio, vt qui Iudaicæ gentis gloriam ac dignitatem oſtendere vellent eo die quo quaſi iudices audituri eſſent hominem de ſua religione agentem. Atq; hanc vnam ex oportunitatibus Paulus nactus eſt Chriſti nomen prædicandi coram regibus, & gentibus, & principibus Iſrael.

k *Domino.*] Cæſari.

l *Cauſas eius.*] non ſignificare crimina quæ doceãt ipſum iure vinctum fuiſſe, & iure etiam mitti debere.

## CAP. XXVI.

AGrippa verò ad Paulum ait, Permit- A
titur tibi loqui pro temetipſo. Tunc
Paulus

Paulus extenta manu cœpit rationem
reddere. 2 [a] De omnibus quibus accu-
ſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo me bea-
tum, apud te cùm ſim defenſurus me
omnes R.G.S. hodie, 3 maximè te ſciente "omnia' quę
apud Iudæos ſunt [b] cõſuetudines & quę-
ſtiones: propter quod obſecro, patienter
me audias. 4 Et quidem vitam meam à
iuuentute, quæ ab initio fuit [c] in gente
mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iu-
dæi: 5 [d] præſcientes me ab initio (ſi ve-
lint teſtimonium perhibere) quoniam
B ſecundum [e] certiſſimam ſectam noſtræ
religionis vixi Phariſæus. 6 Et nunc in
ſpe quæ ad patres noſtros repromiſſio-
nis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus.
in quam : M.S.G.S. 7 "in qua' duodecim tribus noſtræ [f] nocte
& die deſeruientes, ſperant deuenire. De
qua ſpe accuſor à Iudæis, rex. 8 [g] Quid
incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus
mortuos ſuſcitat? 9 Et ego quidem exi-
ſtimaueram, me aduerſus nomen Ieſu
Nazareni debere multa contraria agere.
Sup.8.a.3. 9.a.2.22.c.4 10 quod & feci Ieroſolymis, & multos
C [h] ſanctorum ego in carceribus incluſi, à
principibus ſacerdotum poteſtate acce-
pta: & cùm occiderentur, [i] detuli ſenten-
tiam. 11 Et per omnes ſynagogas fre-
quenter puniens eos, [k] compellebam bla-
ſphemare: & amplius inſaniens in eos,

 perſe-

a *De omnibus.*] cum iis quæ eûm ipſe negauerim illi probare non poſſunt, tũ verò iis maximè quæ ipſe cõfiteor; quæ an criminoſa ſint, Romani cognoſcere ac iudicare non poſſunt, tu verò rectè potes.

b *Conſuetudines.*] quæ omnibus notæ & exercitę ſunt atque peruulgatæ, vincuntque in diſputatione. *& quæſtiones*] quæ in cõtrouerſia adhuc verſantur, & ab altera parte vno, ab altera verò altero exponũtur & pręcipiuntur modo, neutraque pars vulgo damnatur, ſed præfertur ea quę ſcripturarũ teſtimoniis innititur.

c *In gente mea.*] inter cognatos & notos, Tharſi vbi natus & educatus ſum, deinde etiam Ieroſolymis, vbi parentũ meorum exemplum ſecutus, Phariſęorum diſciplinæ nomen dedi.

d *Præſcientes me ab initio.*] illi qui meæ vitæ totius atque educationis à maioribus vſque meis incœptę notitiam habent, ſciunt me Phariſæorum filium, Phariſæum etiam profeſſione fuiſſe.

e *Certiſsimam ſectam noſtræ religionis.*] exactiſſimam ſectam exercitationis & obſeruationis noſtræ: hoc eſt, nomen meũ profeſſus fui in domo Hilel, quæ exquiſitior habetur & exiſtimatur quã domus Samai, vt ex Miſnaieth cõſtat. Fuit enim Gamaliel antiquior diſciplinæ Hilelitarum ſectator. Itaque de vita mea vitæque inſtituto & conſuetudine non poſſum in iudicium vocari, cùm religioſus vixerim ſemper quantum ad praxim & obſeruantiam. Quod verò ad intellectum & cognitionem attinet, in quo cauſa mea verſatur tota, nihil diſcrepo non ſolùm ab vtraque Phariſæorum ſecta (ambæ enim ſpem ſalutis & reſurrectionis profitentur) verũ etiam neque ab omni Iſrael, aut ab aliqua tribu ex duodecim: omnes enim in eundẽ finem ſpe cõtendunt ſua, hoc eſt, in ſalutem per Meſſiam afferendã, & reſurrectionem ex mortuis.

f *Nocte & die deſeruiẽtes.*] omnibus cultibus ac ceremoniis ſuis hãc ſpem profitentur.

g *Quid?*] quidnam eſt hoc? Iudicatis nunc non oportere credi, id quod omnis Iſrael perpetuò credidit & ſperauit? Conſequitur enim hoc eſſe veſtrum iudicium, ſi ego nomine huius ſpei in iudicium & crimen vocor.

h *Sanctorum.*] ſanctificatorum per Spiritum ſanctum Chriſti virtute & efficientia.

i *Detuli ſententiam.*] præſentia, aſſiſtẽtia & ſubminiſtratione atque adiumẽto omni, illis me participem & ſocium me occiſoribus præbui, vt in Stephani exemplo.

k *Compellebam blaſphemare.*] magno ſtudio & contentione, omnibus modis curabam, vt eos qui hoc nomen profiterentur, ad blaſphemandum adigerem: & quoſdam etiam ad id cogebam. Sed hoc non de perfectis, verùm de imperfectioribus eſt intelligendum.

perſequebar vſque in exteras ciuitates.
12 In quibus dum irem Damaſcum cum Sup.9.a.2 Sup.9.a.3. 22.b.9
poteſtate & permiſſu principum ſacer-
dotum, 13 die media, in via, vidi, rex,
de cælo ſupra ſplendorem ſolis circum-
fulſiſſe me lumen, & eos qui mecum ſi-
mul erant. 14 Omneſque nos cùm de-
cidiſſemus in terram, audiui vocem lo- D
quentem mihi Hebraica lingua: Saule,
Saule, quid me perſequeris? durum eſt
tibi contra ſtimulum calcitrare.
15 Ego autem dixi, Quis es Domine?
Dominus autem dixit, Ego ſum Ieſus,
quem tu perſequeris. 16 Sed exurge &
ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim appa-
rui tibi, vt conſtituam te [a] miniſtrum &
teſtem eorum quæ vidiſti, & eorum qui-
bus apparebo tibi, 17 eripiens te de [n] po- [n] populo, 2 MS.G.S.
pulis & gentibus in quas nunc ego mit-
to te, 18 [b] aperire oculos eorum, vt con-
uertantur à tenebris ad lucem, & de po-
teſtate ſatanæ ad Deum, [c] vt accipiant re- E
miſſionem peccatorum, & ſortem inter
ſanctos per fidem quæ eſt in me.
19 Vnde, rex Agrippa, [d] non fui incredu-
lus cæleſti viſioni: 20 ſed his qui ſunt
Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in Siip.9.d.20 e.28.13.c.14. 14.a.1.
omnem regionem Iudææ, & Gentibus
annuntiabam, vt pœnitentiam agerent,
& conuerterentur ad Deum, digna pœ-
nitentiæ opera facientes. 21 [e] Hac ex
cauſa me Iudæi cùm eſſem in templo,
compre-

a *Miniſtrum & teſtem.*] Miniſtrum in Euangelij nuntiatione, & teſtẽ in ipſa confirmatione virtutis & veritatis meę, quod teſtimonium tu in te habebis per Spiritum ſanctum, hoc eſt eorum quæ vidiſti: nam vidiſti lumen clarum gloriæ meę oculis corporis; interno autem ſenſu videbis virtutem meam. atq; hoc modo eris teſtis virtutis meę omnibus. Deinde etiam multis aliis exemplis cognoſcetur virtus mea, te liberato ex variis periculis ac difficultatibus maximis, vt præſentiſſimus omnino tibi eſſe cognoſcar, aliàs tanta diſcrimina euadere non valituro.

b *Aperire oculos eorum.*] non vt cuiquam mortalium vel malum, vel damnum, vel ſumptum, vel incommodum aliud vel inuidiam afferas; ſed Gentibus bonum offeras, hoc eſt, lucem veritatis, de qua ſcriptum eſt: Dedi te in lucem Gentium, vt ſit ſalus mea vſque ad extremum terræ.

c *Vt accipiant remiſſionem peccatorum*] præteritorum omnium, *& ſortem inter ſanctos*, inter ſanctificatos, idque *per fidẽ quæ eſt in me*, vt credentes Euãgelio primùm, & pœnitentes credant: deinde ſecundùm operationem virtutis Dei, atque ita ſanctificati euadant ex fide in fi em.

d *Non fui incredulus.*] inobediens aut co tumax.

e *Hæc ex cauſa.*] quæ & honeſta eſt, & Deo ipſi probata, imò commendata, & antiquis ſcripturis conſentiens, & Iudæis nihil omnino incommoda.

Sup. 21. f. 32. comprehenſum tentabant [m] volentes me
interficere. [22] [a] Auxilio autem adiutus
F Dei, vſque in hodiernum diem ſto, te-
ſtificans minori atque maiori, nihil ex-
tra dicens quàm ea quæ Prophetæ locuti
ſunt futura eſſe, & Moyſes, [23] [b] ſi paſſi-
bilis Chriſtus, ſi primus [c] ex reſurrectio-
ne mortuorum, [d] lumen annuntiaturus
eſt populo & Gentibus. [24] Hæc loquen-
te eo, & rationem reddente, Feſtus ma-
gna voce dixit, Inſanis Paule: multæ te
literæ ad inſaniam conuertunt. [25] Et
Paulus: Non inſanio (inquit) optime Fe-
ſte: ſed veritatis & [e] ſobrietatis verba [n] lo-
quor. [26] Scit enim de his rex, ad quem
& [f] conſtanter loquor. latêre enim eum
nihil horum arbitror. Neque enim [g] in
angulo quicquam horum geſtum eſt.
[27] Credis, rex Agrippa, Prophetis? Scio
quia credis. [28] Agrippa autem * ad Pau-
G lum: [h] In modico ſuades me Chriſtianũ
fieri. [29] Et Paulus: [i] Opto apud Deum,
& in modico, & in magno: non tantùm
te, ſed etiã omnes qui audiunt hodie fieri
tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis
his. [30] Et exurrexit rex, & præſes, &
Bernice, & qui aſsidebant eis. [31] Et cùm
ſeceſsiſſent, loquebantur adinuicem, di-
centes, Quia nihil morte aut vinculis di-
gnum quid [n] fecit homo iſte. [32] Agrippa
autem Feſto dixit, Dimitti poterat ho-
mo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

[m] 4 MS. G. S.

[n] eloquor MS. G.

* dixit MS. G. S.

[n] facit 2 MS. G.

a *Auxilio autem adiutus Dei.*] qui hac etiam ratione teſtem me voluit eſſe virtutis Ieſu Chriſti.

b *Si paſsibilis eſt Chriſtus.*] Hæ enim ex præcipuis quæſtionibus habentur, de quibus diſputatur ac diſſeritur apud Iudæos.

c *Ex reſurrectione mortuorum.*] peccato, & corpori peccati, quod cùm ipſe non admiſerit vnquam in ſe, tamen pro mortuis peccatum factus ſit, id eſt, victima peccatis expiandis debita: & primus victor ex morte euaſerit, ſuãque reſurrectionem ſuis ſpiritu & veritate communicauerit.

d *Lumen annuntiaturus eſt populo & gentibus.*] lumen illud ineffabile & admirabile ſalutis humanæ.

e *Sobrietatis.*] ſanæ mentis, qualẽ habent qui Spiritu ſancto imbuti ſunt ſapientiæ ſummę & maximæ, cuius omnes theſauri in Chriſto ſunt.

f *Conſtanter.*] apertè & magna fiducia, vtpote conſcius ac teſtis veritatis huius.

g *In angulo.*] Publica ſunt hæc genera omnia quæſtionum, actionum & exẽplorum, quæ à me cõmemorata ſunt, & quæ nõ abſtruſum aliquid & ignotum habeant, quod ab inſania aut mẽtis alienatione profecta putentur; ſunt planè à Spiritu ſancto per Prophetas primùm prædicta.

h *In modico.*] Exiguo negotio & labore vis mihi ſuadere vt fiam Chriſtianus iſta interrogatione, an credam Prophetis.

i *Opto apud Deum.*] Vtinã Deus mihi hanc gratiam concedat, vt non modò exiguo, ſed quamuis magno negotio à me ſuſcepto & obito, omnibus communicaretur cõditio mea illa qua vtor ex Chriſti virtute; non tamen infirmitatis & laborum ſimilis ſenſus.

## CAP. XXVII.

VT autem [a] iudicatū eſt nauigare eum A
in Italiam, & tradi Paulum cum reli-
quis cuſtodiis centurioni nomine Iulio
cohortis Auguſtæ, 2 aſcendentes nauē
[b] Adrumetinam, "incipientes' nauigare
[c] circa Aſiæ loca, [d] ſuſtulimus, [e] perſeue-
rante nobiſcum Ariſtarcho Macédone
Theſſalonicenſi. 3 Sequenti autem die
deuenimus Sidônem. Humanè autem
tractās Iulius Paulum, permiſit ad ami-
cos ire, & [f] curam ſui agere. 4 Et inde
cùm ſuſtuliſſemus, [g] ſubnauigauimus
Cyprum: propterea quòd eſſent venti
contrarij. 5 [h] Et pelagus Ciliciæ & Pam-
phyliæ nauigantes, vénimus "Lyſtram',
quæ eſt Lyciæ: 6 & ibi inueniens cen-
turio [i] nauem Alexandrinam nauigan-
tem in Italiam, tranſpoſuit nos in eam.
7 Et cùm multis diebus [k] tardè nauigare- B
mus, & vix deueniſſemus contra Gni-
dum, prohibente nos vento, adnauiga-
uimus Cretæ iuxta [l] Salmónem: 8 & vix
iuxtà nauigantes, venimus in locum
quendam qui vocatur [m] Boni portus, cui
iuxtà erat ciuitas [n] Thalaſſa. 9 Multo
autem tempore peracto, & cùm iam
non eſſet tuta nauigatio, eo quòd * [o] ie-
iunium iam præteriiſſet, "conſolabatur' *
Paulus, 10 dicens eis, Viri, video quo-
niam cum iniuria & multo damno non
ſolùm

Marginal notes (right): 2 Cor. 11. f. 25 — " incipientē MS. & q. s. — " Myra G. S. — * & MS. G. — " conſolebat G. ' παρῄνει, id eſt, ſuadebat, admonebat G. — * eos MS. S.

CAP. XXVII.

a *Iudicatum eſt*] à Feſto, vt mitteretur Paulus ad Cæſarem; ad eamque rem conſtitutæ nauigationis ſuſceptio decerneretur Iulio, alia etiam fortaſſis negotia acturo.

b *Adrumetinam.*] ex Adramantto vrbe Myſiæ, quæ variè pronuntiatur.

c *Circa Aſiæ loca.*] verſus Aſiam propriè ſic dictam.

d *Suſtulimus.*] progreſſi ſumus.

e *Perſeuerante.*] Cùm cæteri qui cum illis ingreſſi fuerant nauigium honoris & officij cauſa rediiſſent, hic voluit cū illis nauigare.

f *Curam ſui agere.*] reſpirare & quieſcere aliquantulum à laborum & vinculorum contentione.

g *Subnauigauimus Cyprum.*] Reliquerūt Cyprum ad ſiniſtram præteruecti cum recta via, & ſecunda nauigatione ventibus, ad dextram Cyprus erat relinquenda. Ita nauigarunt à Sidone in Septentrionem Orientem verſus, cùm recta nauigatio eſſet à Sidone in Septētrionem occaſum verſus.

h *Et pelagus Ciliciæ & Pamphyliæ.*] recto curſu ab Oriente in Occidentem prætérlegitur Lycia, cuius vna ex inſignib9 vrbibus Myra eſt, quam hîc Lyſtriam legimus.

i *Nauem Alexandrinam.*] Non Alexandriæ factam, ſed ad formam & menſuram Alexandrinarum, quæ breues ſunt, & frumentis aſportandis cōmodos fundos habent, quorum ſinguli ad minimum quadragenos ſatos capiunt. huius nauigij (eſt enim nauigiū potius quàm nauis) fit frequens mentio apud veteres tractatu de Sabbath, & aliàs.

k *Tardè nauigaremus.*] quanquam celeri nauigio.

l *Salmonem.*] promontorium occidētale Cretæ Salmonium dictum, in quo vrbs eiuſdem nominis.

m *Boni portus.*] καλὴν ἀκτὴν Stephanus nominauit.

n *Thalaſſa.*] corruptum videtur nomē apud Græcos.

o *Ieiunium iam præteriiſſet.*] quod ante feſtum Tabernaculorum celebratur in autumno.

ſolùm oneris & nauis, ſed etiam [a] ani-
marum noſtrarũ incipit eſſe nauigatio.
11 Centurio autem gubernatori & nau-
C cléro magis credebat, quàm his quæ à
Paulo dicebantur. 12 Et cùm aptus por-
tus non eſſet ad hyemandum, plurimi
ſtatuerunt conſilium nauigare inde, ſi
quomodò poſſent deuenientes [b] Phœni-
cem, hyemare, portum Cretæ reſpi-
cientem ad Africum & ad Corum.
13 [c] Aſpirante autem Auſtro, æſtimantes
propoſitum ſe tenere, [d] cùm ſuſtuliſſent
de Aſſon, legebant Cretam. 14 Non
poſt multum autem miſit ſe contra ip-
ſam ventus [e] Typhonicus, qui vocatur
[f] Euroaquilo. 15 Cúmque arrepta eſſet
nauis, & non poſſet conari in ventum,
data naue flatibus, ferebamur. 16 In
inſulam autem quandam decurrentes,
quæ vocatur [g] Cauda, potuimus vix ob-
tinere ſcapham. 17 [h] Qua ſublata, ad-
iutoriis vtebantur, accingentes nauem, *
timentes ne in Syrtim inciderent, [i] ſum-
miſſo vaſe ſic ferebantur. 18 Validè
autem nobis tempeſtate iactatis, ſequẽti
die [k] iactum fecerunt. 19 & tertia die
ſuis manibus armamenta nauis proiece-
runt. 20 Neque autem ſole, neque ſyde-
ribus apparentibus per plures dies, &
D tempeſtate non exigua imminente, iam
ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ.
21 [l] Et cùm multa ieiunatio fuiſſet, tunc
ſtans

* &c 3 MS. G.S.

a *Animarum noſtrarum.*] vitæ noſtræ.

b *Phœnicem.*] vrbem & portum Cretæ. portus nomen, φοινικοῦς Ptolom.

c *Aſpirante autem Auſtro.*] leniter flante, ita vt non impediret illis facilé nauigationem ſecundum Cretæ littora Auſtralia.

d *Cùm ſuſtuliſſent de Aſſon.*] Cùm iuxta Cretam nauigarent ſatis propè.

e *Typhonicus.*] Turbulentus & vehemens, interruptusque, cuiuſmodi Typhones ſunt.

f *Euroaquilo.*] εὐροκλύδων, Eurus fluctuans ſiue fluctuoſus.

g *Cauda.*] aliis Clauda, aliis Caudæ, quibuſdam Gaudoa, nonnullis Coru: occidentalior quàm Phœnix portus.

h *Qua ſublata.*] Scaphæ compotes facti, funibus nauem cinximus, & remis è ſcapha contendentes continebamus nauim.

i *Summiſſo vaſe.*] demiſſa antés ſcapha contendentes.

k *Iactum*] mercium & ſarcinarũ ad vectores & mercatores pertinẽt.

l *Et cùm multa ieiunatio fuiſſet.*] cùm diu ieiuni permãſiſſent omnes propter ægrimoniam & nauſeam, omnibus ferè nauigantibus in tempeſtate communẽ.

ſtans Paulus in medio eorum, dixit, O-
portebat quidem, ô viri, audito me, non
tollere à Creta, lucriq́ue facere [a] iniuriam
hanc & iacturam. 21 Et nunc ſuadeo
vobis bono animo eſſe. amiſſio enim
nullius animæ erit ex vobis, [b] præterquã
nauis. 23 Aſtitit enim mihi hac nocte
angelus Dei, cuius ſum ego, & cui de-
ſeruio, 24 dicens, Ne timeas Paule, Cæ-
ſari te oportet aſſiſtere: & ecce donauit
tibi Deus omnes qui nauigant tecum.
25 Propter quod bono animo eſtote viri:
credo enim Deo, quia ſic erit, quemad- E
modum dictum eſt mihi. 26 In inſu-
lam autem quandam oportet nos deue-
nire. 27 Sed poſtea quàm quartadéci-
ma nox ſuperuenit, nauigantibus nobis
[c] in Adria circa mediam nocté, ſuſpica-
bantur nautæ apparere ſibi aliquam re-
gionem. 28 Qui & ſummittentes boli-
dem, inuenerunt paſſus viginti: & puſil-
lum inde ſeparati, inuenerunt paſſus
quindecim. 29 Timentes autem ne [d] in
aſpera loca incideremus, de puppi mit-
tentes ancoras quatuor, optabant diem
fieri. 30 Nautis verò quærentibus fuge-
re de naui, cùm miſiſſent ſcapham in
mare, ſub obtentu quaſi inciperent à
prora ancoras extendere, 31 dixit Pau-
lus Centurioni & militibus, Niſi hi in
naui manſerint, vos ſalui fieri non po- F
teſtis. 32 Tunc abſciderũt milites funes
ſcaphæ:

a *Iniuriam hanc & iacturam.*] iacturam mercium, &c. iniuriam, periculum vitæ, & detrimentum famis, iactationis metum, & alia quæ perpeſſi erant.

b *Præterquam nauis.*] cuius damno cognoſcatur diuina prouidentia & miſericordia, atque prædictionis veritas & certitudo.

c *In Adria.*] in Adriatici ſinus ore primo iuxta Ceraunia ſaxa, vbi Ionium mare cum Adriatico iungitur. ibi enim periculoſiſſima nauigatio eſt, maximè verò aduerſa tempeſtate.

d *In aſpera loca.*] in Acroceraunia infames ſcopulos.

ſcaphæ: & paſſi ſunt eam excidere.
33 Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Pau
lus omnes ſumere cibum, dicens, Quar-
tadecima die hodie expectantes ieiuni
permanetis, nihil accipiẽtes. 34 Propter
quod rogo vos accipere cibum pro ſalu-
Mat.10.c.30 Luc.12.b.7 te veſtra: quia nullius veſtrûm [a] capillus
de capite peribit. 35 Et cùm hæc dixiſſet,
ſumens panem, gratias egit Deo [b] in con-
ſpectu omnium: & cùm fregiſſet, cœpit
manducare. 36 Animæquiores autem
facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum.
37 Eramus verò vniuerſæ animæ in naui
ducentæ ſeptuaginta ſex. 38 Et ſatiati
cibo alleuiabant nauem, iactantes triti-
cum in mare. 39 Cùm autem dies factus
G eſſet, terram non agnoſcebant: ſinum
verò quendam conſyderabant habẽtem
litus, in quem cogitabant, ſi poſſent, eii-
cere nauẽ. 40 Et cùm ancoras ſuſtuliſ-
ſent, committebant ſe mari, [c] ſimul laxã-
tes iuncturas gubernaculorum: & [d] leua-
to artemone ſecundum auræ flatum, ten
debant ad litus. 41 Et cùm incidiſſemus
in locum [e] dithalaſſum, impegerunt na-
uem: & prora quidem fixa manebat im-
mobilis: puppis verò ſoluebatur à vi ma-
ris. 42 Militum autem conſilium fuit,
[f] vt cuſtodias occiderent: ne quis cùm e-
nataſſet, effugeret. 43 Centurio autem
volens ſeruare Paulum, prohibuit fieri:
iuſſitque eos qui poſſent natare, emittere

a *Capillus de capite peribit.*] ſalui & integri euadetis.

b *In conſpectu omnium.*] vt actione ipſa animus ipſius confirmatus probaretur, aliorumque animi hoc exemplo magis etiam reficerentur.

c *Simul laxantes iuncturas.*] ſuſpendentes gubernacula, vt laxiora redderẽtur, liberiusque agerentur & faciliùs.

d *Leuato artemone.*] cùm anteà nullis velis vterentur propter illiſionis metũ, ſuſtulerunt velum paruum.

e *Dithalaſſum.*] breuem locum vadũque cæcum inter profunditates duas conſtitutum.

f *Cuſtodias occiderent.*] vinctos.

ſe primos, & euadere, & ad terram exire:
44 & cæteros alios in tabulis ferebant:
quoſdam ſuper ea quæ de naui erant. Et
ſic factum eſt, vt omnes animæ euade-
rent ad terram.

## CAP. XXVIII.

ET cùm euaſiſſemus, tũc cognouimus A
quia [a] "Mitylene", inſula vocabatur. — " Melita R. C, S.
Barbari verò præſtabant non modicam
humanitatem nobis. 2 Accenſa enim
pyra reficiebant nos omnes, propter im-
brem qui imminebat & frigus. 3 Cùm
congregaſſet autem Paulus ſarmẽtorum
aliquantam multitudinem, & impoſuiſ-
ſet ſuper ignem, vipera à calore cùm pro-
ceſſiſſet, inuaſit manum eius. 4 Vt verò
viderunt Barbari pendentem beſtiam de
manu eius, adinuicem dicebant, Vtique
homicida eſt homo hic, qui cùm euaſe- B
rit de mari, [b] vltio non ſinit eum viuere.
5 Et ille quidem excutiens beſtiam in
ignem, [c] nihil mali paſſus eſt. 6 At illi
exiſtimabant eum [d] in tumorem cõuer-
tendum, "&" ſubitò caſurum & mori. — " aut R. C.
Diu autem illis "expectantibus" & viden- — " ſperantibus M. S. Q.
tibus nihil mali in eo fieri, [e] conuertentes
ſe, dicebant eum eſſe Deum. 7 In locis
autem illis erant prædia principis inſu-
læ, nomine Publij, qui nos ſuſcipiens,
triduo benignè exhibuit. 8 Contigit
autem patrem Publij [f] febribus & dy-
ſenteria vexatum iacere. Ad quẽ Paulus
intrauit:

a *Mitylene.*] non quæ in Adriatico mari Corcyræ vicina iacet, ſed quæ in Siculo eſt mari, inter Africam & Siciliam.

b *Vltio.*] diuina iuſtitia.

c *Nihil mali.*] nihil omnino incõmodi, neque ſignum vllum oſtendit ſymptomatis aduerſi.

d *In tumorem conuertendum.*] ſubitò tumentem futurum ex veneni vi.

e *Conuertentes ſe.*] ſententia & ſermone mutatis.

f *Febribus & dyſenteria.*] periculoſiſſima morborum complicatione.

intrauit: & cùm oraſſet, & impoſuiſſet ei
manus, ſaluauit eum. 9 Quo facto, &
C omnes qui in inſula habebant infirmi-
tates, accedebant, & curabantur: 10 qui
etiam multis honoribus nos honoraue-
runt, & nauigantibus impoſuerunt quæ
neceſſaria erant. 11 Poſt menſes autem
tres, nauigauimus in naui Alexandrina,
quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſi-
gne [a] Caſtorum. 12 Et cùm veniſſemus
Syracuſam, manſimus ibi triduo.
13 Inde circunlegentes deuenimus Rhe-
gium. & poſt vnum diem flante Auſtro,
ſecunda die venimus Puteolos, 14 vbi
inuentis fratribus, rogati ſumus manere
apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Ro-
D mam. 15 Et inde [b] cùm audiſſent fratres,
occurrerũt nobis vſque ad Appij forum,
ac tres Tabernas. Quos cũ vidiſſet Pau-
lus, gratias agẽs Deo, accepit fiduciam.
16 Cùm autem veniſſemus Romam, per-
miſſum eſt Paulo [c] manere ſibimet cum
cuſtodiente ſe milite. 17 Poſt tertium
autem diem conuocauit primos Iudæo-
rum. Cúmque conueniſſent, dicebat eis,
Ego, viri fratres, nihil aduerſus "plebem"
faciens, aut morem paternum, vinctus
ab Ieroſolymis, traditus ſum in manus
Romanorum, 18 qui cùm interrogatio-
nem de me habuiſſent, voluerunt me di-
mittere, eò quòd nulla eſſet cauſa mortis
in me. 19 Contradicentibus autem Iu-

" legem o.

a *Caſtorum.* Geminorum.

b *Cùm audiſſent fratres.*] qui in Chriſtũ crediderant ex Iudæis & ex Gentibus etiam.

c *Manere ſibimet.*] Cæteris vinctis pręfecto prætori traditis, permiſſum eſt Paulo quocunque loco vrbis habitare.

dæis, coactus ſum appellare Cæſarem, E
non quaſi gentem meam habens aliquid
accuſare. [20] Propter hanc igitur cauſam
rogaui vos videre & alloqui. Propter ſpẽ
enim Iſraël, catena hac circundatus ſum.
[21] At illi dixerunt ad eum, Nos neque
literas accepimus de te à Iudæa, neque
adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut
locutus eſt quid de te malum. [22] Roga-
mus autem à te audire quæ ſentis: nam
de ſecta hac notum eſt nobis quia vbi-
que ei contradicitur. [23] Cùm conſti-
tuiſſent autẽ illi diem, venerunt ad eum
in hoſpitium plures: [a] quibus exponebat, F
teſtificans regnum Dei, ſuadénſque eis
de Ieſu ex lege Moyſi & Prophetis, à ma-
ne vſque ad veſperam. [24] Et quidam
credebant his quæ dicebantur, quidam
verò non credebant. [25] Cúmque inui-
cem non eſſent conſentientes, diſcede-
bant, dicente Paulo vnũ verbum: Quia
bene Spiritus ſanctus locutus eſt per
Iſaiam prophetam ad patres noſtros,
[26] dicens, Vade ad populum iſtum, & dic
ad eos, [b] Aure audietis, & non intellige- *Iſaiæ 6.c.9*
tis: & videntes videbitis, & non perſpi- *Mat.13.b.14* *Mar.4.b.12*
cietis. [27] Incraſſatum eſt enim cor po- *Luc.8.b.10* *Ioh.12.f.40* *Rom.11.b.8*
puli huius, & auribus grauiter audierũt, G
& oculos ſuos compreſſerunt: ne fortè
videant oculis, & auribus audiant, &
corde intelligant & conuertantur, & ſa-
nem eos. [28] Notum ergo ſit vobis, quo-
niam

a *Quibus exponebat, teſtificans regnũ Dei.*] Exponebat rationem regni Dei, quod intra homines in ipſorum hominum animis conſtituitur, non in ſermone, ſed in virtute conſiſtens: idque teſtabatur Spiritus ſancti in ſe manentis teſtimonio; eiuſque regni caput & pontificem Ieſu eſſe aſſerebat: idque docebat omnino conuenire cum ſacris ſcripturis.

b *Aure audietis.*] Auditione audietis myſterium regni Dei, quod vobis ineptum, vel incredibile, vel abſurdum videbitur, propter craſſam iſtam & affectatam duritiem & peruerſitatem.

niam Gentibus miſſum eſt [c] hoc ſaluta-
re Dei, & ipſi audient. 29 Et cùm hæc
dixiſſet, exierunt ab eo Iudæi, multam
habentes inter ſe [d] quæſtionem.
30 Manſit autem biennio toto [e] in ſuo
conducto: & ſuſcipiebat omnes qui in-
grediebantur ad eum, 31 [f] prædicans re-
gnum Dei, & docens quæ ſunt de Do-
mino Ieſu Chriſto [g] cum omnī fiducia,
ſine prohibitione.

c *Hoc ſalutare Dei.*] hæc diuina ſalus & redemptio è peccatis & corpore peccati, atque traductio ad vitam & ſanctitatem.

d *Quæſtionem.*] diſceptantes inter ſe vario ſtudio varioque ſenſu circa diuinas ſcripturas, & rem ipſam de qua agebatur.

e *In ſuo conducto.*] in hoſpitio ſibi conducto.

f *Prædicans regnum Dei.*] regnum Dei illud internum, cùm liberati homines ab inimicis ſuis, ſine timore ſeruiunt Deo in ſanctitate & iuſtitia corā ipſo omnibus diebus eorum, habitante & manente in ipſis Deo per Spiritum ſanctum, idq; efficiente in ipſis Ieſu Chriſto, qui verus, vnicus, & efficaciſſimus huius ſalutis auctor eſt.

g *Cum omni fiducia.*] apertè, diſertè & palam, quod ad expoſitionem attinet: quod verò ad aſſiduitatem & libertatem, nemine prohibente.

BENEDICTVS *qui dat laſſo virtutem, Deus immortalis, inuiſibilis, opifex & ſalutaris, cuius eſt quidquid in vita omni boni eſt.*

*Antuerpiæ pridie Id. Ianuar.*
M. D. LXXIIII.

ELVCIDATIONES *has in quatuor Euangelia, & in Acta Apoſtolorum conſcriptas, Benedictus Arias Montanus ad piorum vtilitatem edendas, legitimis Catholicæ Romanæ Eccleſiæ cenſoribus examinandas, iudicandas & corrigendas tradi vult & poſtulat: idq́; addita ſubſcriptione proteſtatur.*

*B. Arias Montanus*

## CENSORVM ANTVERPIENSIVM IVDICIVM.

Annotationes D. Benedicti Ariæ Montani, nihil habent fidei S. Romanæ Eccleſiæ contrarium, verùm plurimum adferent lucis omnibus S. Theologiæ ſtudioſis, quandoquidem quod ſparſim & non ſine magno diſpendio temporis apud diuerſos reperiretur, breuibus & compendioſe exhibent: quod atteſtor

*Sebaſtianus Baer Delphius inſign. Cathedr: Eccleſiæ S. Mariæ Hantuerpieñ. Plebanus & Canonicus.*

Elucidationes has D. Benedicti Ariæ Montani legi & perlegi, neque quidquam deprehendi quod Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, fideique ſinceritati repugnet.

*Walterus vander Steeghen S. Theolog. Licentiatus, & Eccleſiæ Cathedralis Antuerpienſis paſtor & Canonicus.*

Eaſdem Annotationes ab omnibus poſſe vtiliter legi cenſemus.

Franciſcus Sonnius Epiſcopus Antuerpienſis.

EXCVDEBAT CHRISTOPHORVS
PLANTINVS ARCHITYPOGRA-
PHVS REGIVS ANTVERPIÆ,
ANNO M. D. LXXV.

[illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

lc
fa
ra